

12



Nish. 1540





M. Annei Lucani Cordubensis pharsalia diligentissime per G. Versellanum recognita.

Cum commentariis.
Ioannis Sulpitii Verulani eruditióis bonæ plenis.
Philippi Beroaldi Bononieñ. nuper repertis.
Iodoci Badii Ascensii perq̃ familiaribus.
Cumq; ad castigationem adnotatis
Ab Anto. Sabellico.
Iacobo Bononieñ.
Philippo Beroaldo.
Baptista pio.
Et quibusdam aliis.



Venundatur ab ipso Ascensio & Ioanne paruo.

Longe obseruãdo ob pietatẽ Christianã: theologię sapientiã: morũq; decẽtiam patri: dño Lodouico Pinello Meldeñ. epõ dignissimo. Io. Badius. S.



VRauit Oliuerius ab Lugduno familiare nomen sortitus: vir (vt nosti pater prudentissime) ad vnguẽ factus: & multa eruditione clarus: tuęq; dignitatis obseruantissimus. Cõmentarios Philippi Beroaldi Bononieñ. i. M. Annei Lucani Pharsaliã intra pomœria nostra (parrhisiana dico) cũ hic lras bonas profiteret editos: & tua accurata diligentia ab interitu redẽptos & cõseruatos: cum cæteris a nobis imprimendos: iustũq; ac ęquũ cẽsuit: vt cuius pio solertiq; studio conseruati sint: eius nomini ac felicitati nũcupati in lucẽ ꝓdeant: non minus deberi ratus iis per quos libri boni extent ac per quos parti sint. Quocirca cũ id lubentissime faciam sines hæc iuuenilis studii monumenta sub nõis tui auspicio faustissimo studiosæ iuuentutis pręsertim regalis Nauarrorũ collegii nocturna diurnaq; versari manu. Tantum exoratum volui. Vale Præsul sapientissime. Ex chalcographia nostra ad kalendas Iunias. M. D. XIIII.

Iodocus Badius ASCENSIVS Augustino Serapto Presbytero venerando: viroq; literatissimo: & musis cultioribus ornatissimo. S. D.



ECquæ Augustine suauissime, hominẽ variis negotiis distractum premunt subinde vel sermonis inopiæ? Ecce qui literas aliorum infantiæ interdũ vendito: cogor nunc, cũ aliud non occurrat, te virum lepidissimũ & mortaliũ vrbanissimum, rusticano illius comici affari alloquio. Q; hæc inter nos nuper notitia admodũ est: tamen vel virtus tua me, vel vicinitas (quod ego in propinqua parte amicitiæ puto) facit vt te audacter cõpellẽ: precerq; familiariter: vti hos nouitios in. M. Annei Lucani Pharsaliã, nõ dico cõmentarios plenos, sed pueriles ferre cõstructus ac ordines, sub illustrissimi Salutiarum principis liberorum qui tibi cõsultissime crediti sunt, felicissimis auspiciis in publicũ prodire sinas. Q; si lubentius proprio ac illorum numine occurris: non est qđ istinc diffitear: quũ vel nominis tui auspicatissima dexteritas mihi summi fuerit instar præsidii. Quid enim vel Augustino augustius: vel Serapto magis seraphicum ac vltra mundanũ in terris suspiciã? Suscipe igiť multis, sed in aliud (quãdo nunc serum est) tempus cruciandas obeliscorum lituris tenellas in Pharsaliam explanatiũculas: easq; t[illegible]a Harpe & speculari clypeo ab inuidorũ saxificis aspectibus vindica. Quibus sicubi dormitasse videbor: bonis tamen vel in tanta breuitate Demosthenicis vsus lampadibus censebor. Quod non arroganter, sed fiducialiter dictum existimes: ne penitus censorino illo Catonis sale defricãdus iudicer: quo Aulũ illũ nugatorem, qui culpã deprecari q̃ ea vacare maluit, apud. A. Gellium perfricuit. Nam si quęrant quis me coegerit tam informeis vrsos, dico tam succinctas cõmentatiões edere? Respõdeas is qui in simplicium eruditionẽ iampridem nos impellit amor. At si quis ꝓhibuerit prolixiores comminisci? Dicasq; & rei vtilitas: ne aut doctis inuentorum messem subnietam: aut festinabũdos ad altiorem lectionem, prolixitate deterreã: præsertim cum in historiarum narratiõe, & vocabulorum declaratione tam diligens tãq; doctus pręmittatur Sulpitius: & immensa quę me fere obruũt negotia, ita vt in nullũ accuratius exerceant mortales Pythagoricũ illud, siue pręceptũ siue adagiũ voces. Oneratis superimponendũ onus: deponẽtibus non committendũ. Vtcũq; est boni consules Augustine optime: & vestro vtriusq; nomini nuncupatas lucubratiunculas defensabis. Vale. Ex chalcographia nostra ad decimum kalendas Ianuarias Anni salutis nostræ Millesimo quingentesimo sexto.

Tabula Alphabetica.

¶Rerum & nominum in hoc opere annotatorũ Index serie literaria.

FINIS.

M. Annei Lucani vita.

M. Annei Lucani vita ex Cōmentario antiquissimo.



Arcus Anneus Lucanus patrem habuit. M. Anneū Melam ex prouincia Bethica Hispaniȩ interioris Cordubēsem equitem Romanū. illustrem inter suos: notum Romȩ: & propter Senecam fratrē clarū per omnes virtutes virum: & propter studium vitae quietioris: qđ sequens magis a turba recedebat: minus latebat. Matrem habuit & regionis eiusdem & vrbis Aciliam nomine Acilij Lucani filiā oratoris opere apud proconsules frequentis: & apud clarissimos viros non nullius ingenij: adeo non improbandus vt in scriptis aliquibus hodie quoq; duret eiꝰ memoria: cuius cognomē huic inditū apparet. Natus est tertio nonas nouembris. C. Cæsare Augusto Germanico. ij. L. Cæsiano primo cōs. sed in patria sua non valuit educari: fatoꝝ (credo) decretis: vt id ingeniū qđ orbē fama sui impleturū cresceret, in dn̄a mundi aleretur vrbe. Octauū eñ mensem agens Romā translatus est: ac ne dispar euentus in eo narraretur eius qui in Hesiodo refertur, cū opinio tunc non dissimilis maneret, cunas infantis quibus ferebatur apes circūuolarunt osq; insidere complures: aut dulcem iam tūm spiritum eius inhaurientes: aut fœcundum & qualem nunc existimamus futurum significantes. Prȩceptoribus tunc eminentissimis est eruditus: eosq; intra breue temporis spatium ingenio adęquauit. Vna vero studentes superauit profectibus. Declamauit & grȩce & latine cū magna admiratione audientiæ: ob qđ puerili mutato in senatorium cultum & in notitiam Cæsaris Neronis facile peruenit: & honore vix dum ætate debito dignus iudicatus est. Gessit autem quæsturam: in qua cum collegis more tunc vsitato munus gladiatorium edidit. secūdo populi fauore sacerdotiū etiā accepit auguratus. Equidē hactenus tēpora habuit secunda. quȩ autem sequuntur mutata inuidia & odio Neronis ipsi exitium, domesticis luctum miserabilem attulerunt. Inter amicos enim Cæsaris, ꝗ tam conspicuus fieret profectus in poetica, frequenter offendebatur. Quippe & certamine pentaterico acto in Pompeij theatro lauriis recitante Nerone fuerat coronatus: & ex tempore Orphea scriptum in experimentum ingenij ediderat: & tres libros quales videmus. Quare inimicū sibi fecit imperatorē. quo ambitiose imitante non hominum tātum, sed & artium sibi principatum vendicante, interdictū est ei poetica: interdictum est etiam causarum actionibus. Hoc factū Cęsaris iuuenili æstimans animi calore: speransq; vltionem a coniuratis in cædē Neronis socius assumptus est sed parum fauste. Deceptus est enim a Pisone & consularibus, alijsq; pretura perfunctis illustribus viris. Dū vindictam expetit in mortē irruit: nam sua sponte coactus vita excedere, venas sibi prȩcidit: perijtq; pridie Calendas Maias Attico Vestino & Nerua Syllano cōsu. xxvij. ætatis annū agens non sine iactura vtilitatis, cū patriæ quæ tantam immaturæ amisit indolem: tum studiorum quoq;. Reliqui eñ. vij. belli ciuilis libri locū calūniantibus tanq̄ mendosi non darent: qui tametsi sub vero crimine non egent patrocinio: in eisdem dici quod in Ouidij libris prescribitur, potest. Emēdaturus si licuisset erat. Extant eius & alij cōplures: vt illa cōsaturnalia Catascomō: Syluarum. x. Tragœdia Medea imperfecta: falticæ fabulæ. xiiij. & hyppamata prosa orationem in Octauium sagittam: & pro eo: de incendio vrbis: epistolarum ex Campania: non fastidiendi quidem omnes: tales tamen vt belli ciuilis videatur accessio.

Ex dimidiato codice particula ad poetæ huius vitā pertinens sumpta.



Rima ingenij experimenta Neronis laudibus dedit quinquēnali certamie: deinde ciuile bellū quod cum Pompeio & Cæsare gestum est, recitauit: vt præfatione quadam ætatē & initia sua cum Vergilio comparans ausus sit dicere: & quantum mihi restat ad Culicem? Hic initio adolescentiæ cum infestum matrimonium patrem suum agere longissime cognouisset, reuocatus Athenis a Nerone cohortiq; amicorum aditus: atq; etiam quæstura honoratus: non tamen permansit in gratia: siquidē ægre ferens recitantes, subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicta, senatu cum recessisset: neq; verbis aduersus principem: neq; factis extantibus post hęc temperauit: adeo vt quondā latrinis publicis clamore cum strepitu vētris emisso hemistichium Neronis magna confessorum facta pronuntiauerit. Sub terris tenuisse putes. sed & famoso carmine cum ipsum: tum potentissimos amicorum: grauissime proscidit: ad extremum pene signifer Pisonianȩ coniurationis extitit: multus in gloria tyrannicidarum palam prȩdicanda, ac plenus minarum vsq; eo intemperās: vt Cæsaris caput proximo cuiq; iactaret. verum detecta coniuratione nequaq̄ animi cōstantiam præstitit. facile enim confessus & ad humillimas deuolutus preces: matrem quoq; innoxiam inter socios nominauit: sperās impietatem sibi apud principem profuturam. imperato autem mortis arbitrio libero: Codicillos ad patrem corrigendos quibusdam versibus exarauit: epulatusq; largiter brachia ad secandas venas præbuit medico.

M. Annei Lucani Vita Ex clarissimis auhoribus.



Arcus Anneus Seneca e Corduba Bethicæ Hispaniæ interioris prouincię ciuitate Romam venit statimq; eques factus est: cuius declamatiōes etsi celebratę negligentia tēporum ad nepotes nō peruenere. Suscepit in patria ex Elbia vxore liberos treis. L. Anneum Senecam: Iulium Anneū Gallionem: & Anneum Melam: quem vt minorem domi reliquit. Seneca &, Gallio Romæ profecere

sub Marullo gramatico,& Cestio Smyrneo,atq; Asinio Pollioe. Mela cu adoleuisset iubete patre rem domesticam gubernauit:donatus,vt cæteri fratres:amicitia Cæsarum equestri ordine. C. Aciliam duxit vxorem Acilij Lucani oratoris filia:opere apud prouinciæ proconsules frequetis:& apud clarissimos viros nonnullius ingenij. Ex ea Melas.iiij. nonas Nouebris.C.Cæsare Augusto Germanico iterum,&.L.Cesiano primo cosulibus. M. Anneum Lucanum imposito soceri nomine genuit. Deinde curæ familiaris fastidio,vitæq; quieti ori apud fratres vacaturus.cum octimestri infante Romam venit:sperans per procurationes acquirendæ pecuniæ breuius sibi iter fore,quo consulibus æquaretur. Cunas infantis,quibus ferebatur,vt de Hesiodo legitur,apes circuuolarut:osq; insederunt,dulce,& facundum,qualem nunc videmus,futurum significantes. Studuit Lucanus Romæ sub Rhemio Palemone,& Cornuto. Ex codiscipulis Saleiu Bassum,& A. Persiu præcipue dilexit:Neroni,cuius ætas patruo Senecæ comissa erat,diu gratus. Quæstor ante ætatē,gladiatorium munus edidit. Sequēti anno populi fauore in auguratus sacerdotium ascitus est(vt Papi. Sta. refert.) Romani colitur chori sacerdos. Vxorem duxit Pollam Argentariā, Polli Argentarij filiam. De qua Calliope Papinij canit.

Nec solum dabo carminum nitorem:
Sed tædis genialibus dicabo:
Doctam atq; ingenio tuo decoram:
Qualem blanda Venus,daretq; Iuno:
Forma,simplicitate,comitate,
Censu,sanguine,gratia,decore.

Quippe & certamie pētaterico acto in Pompeij theatro cū per Clinium Ruffum Nero Nioben se pronuntiaturum polliceretur, Lucanus Orphea ex tēpore recitauit:coronaq; donatus est. Quare imperatoris inuidiam sibi cōcitauit. Interdictum est igitur poetæ foro,theatro,& poetica. De quo Papinius.

Ingratus Nero dulcibus theatris.
Et noster tibi præferetur Orpheus.

Sperans itaq; vltionem, Pisonianæ in Neronem coniurationi,sed parū fauste hæsit:qđ ipse fatetur cum ait.

Consilio,iussuq; deum transibis in vrbem
Magne tuam:summusq; feret tua busta sacerdos.

Corpus enim Pompeij nisi extincta Cæsarum familia Romā transferri nō poterat. Verū detecta coniuratiōe nequaq̄ animi cōstantiā præstitit:facile em̄ cōfessus,& ad humillimas deuolut' pces,matrē quoq; innoxiam inter socios ream nomiauit sperās impietatē sibi apud impiū principē profuturā. Acceptoq; mortis arbitrio codicillos ad patrem versibus quibusdam exarauit:largiterq; epulatus brachia ad secandas venas præbuit. Cūq; frigescere pedes,manusq;,& spiritum cedere intellexisset:versus pronuntiauit quos p huiusmodi imaginem de milite fecerat.

Sanguis erant lachrymæ:quæcunq; foramina nouit
Humor,ab his largus manat cruor:ora redundant:
Et patulę nares:sudor rubet:omnia plenis
Membra fluunt venis:totum est pro vulnere corpus.

Pridie Kalēdas Maias decessit, Attico Vestino,& Nerua Silio cōsulibus:quo consul designatus cum Plautio Laterano erat. xxvij. ætatis annum agens. Sepultus in hortis suis:vbi tale potuit inscribi epigramma.

Bethis habet natale solum:est Annea propago:
De genitore Mela dat mater Acilia terris.
Vix luna octonos cœlo confecerat orbes:
Cum me Roma sui resperſit Tybridis vnda:
Seruatumq; foro traxit:Phœboq; dicauit.
Hinc syluæ:geminæq; faces:reus inde Sagitta:
Orpheus ingrati stimulus liuorq; tyranni.
Dum ciuile nefas aperit Pharsalia,nostrę.
Inuidit famæ Nero:pro musęq; canentis:
Interrupit opus gladio:venisq; resectis
Assertore sacros maculauit sanguine vultus.

Saturnalia scripsit. Syluarū libros.x. Medeā, Orpheū:incendiū vrbis:incendium Troianum. Oratione sua Octauiū Sagittam,q Pontiam confoderat,dānauit. Pharsaliā nō finiuit:cuius tres primos libros cū vxore correxit:reliq septē nostro tēpore diligētissime emēdati,impressiq; sunt. Est enim vari',copiosus, sublimis, cōcitatus:&(vt Quintilianus ait)oratoribus non minus:q̄ poetis imitandus.& ipse in præfatione quadam ętatem & initia sua cum Vergilio comparans,ausus est dicere:& quantum mihi restat ad Culicem?

Apud Cornelium Tacitum legitur.

Consulibus Silio Nerua & Attico Vestino coniurationem in Neronem cœptam:& inprimis Lucanum Anneum coniurasse:q; famam carminum eius premebat Nero:prohibueratq; ostentare vanus assimulatione. tum detecta coniuratione Lucanus Aciliam matrem suam inter conscios nominauit:promissa impunitate. Sed Nero post mortem multorum Lucani cædē imperauit. Is profluente sanguine vbi frigescere pedes,manusq; & paulatim ab extremis discedere spiritum feruidus adhuc & compos mētis intelligit:recordatus a se carmen compositum,quo vulneratum militem per eiusmodi mortis imaginem obijsse tradiderat:versus ipsos retulit:atq; illi suprema vox fuit.

Laus Deo honor & gloria.

In Pharsaliã Lucani Præfatio.

Ad amplissimum ac optimũ patrẽ & Dominum. D. Antoniotũ Gentilẽ Palauicinũ Sanctæ Romanæ ecclesiæ Tituli Sanctę Anastasię presbyterum Cardinalem dignissimum Io. Sulpitii Verulani in Interpretationem Lucani Prefatio.

ET si multo ante Pater amplissime, q̃ tuæ te virtutes ad cardineam purpuram euexissent, mearum aliquid lucubrationum tibi vt de me optime merito dicare statueram: Tamen vt felix ille dies illuxit: quo patribus non solum approbãtibus, sed exoptantibus a summo Põtifice in eum ordinem es ascitus: cogitare mecum intentissime cœpi: quodnam munus eo tempore tibi tam fortunato deditissimus ego possem afferre. Volebam enim omnino cum munere, veluti Parthorum regem salutaturus accedere. Sed cum neqꝫ gemmas, nec aurum, nec aulea, nec purpuram, nec mulas, aut desultores, nec fabrefacta vasa, quibus omnibus te abundare sciebam, me habere conspicerem: sciremqꝫ potius ingenij te vocalibus monumentis, quæ nominis claritatem ad posteros prorogant, q̃ mutis diuitijs delectari: ad diuersos meorum laborum fasciculos mentẽ cõuerti. Cunqꝫ hinc epigrãmatũ, hinc poematum aliorum volumina, hic soluti pedis epistolę & orationes, hinc in poetas cõplures, & in Ciceronem cõmentarij plurimi se mihi offerrẽt nihil eorum visum est vel præstantius, vel opportunius his quos tunc in Lucanum elaborabã. Sed cum imperfectos non deceret afferre: veni vt scis tuæ illos dignationi pollicens, rerum oĩm vacuus: sed multum gaudio fide obseruantiaqꝫ onustus. Quo me vultu, qua humanitate, quibus verbis, & tunc & alias semp exceperis atqꝫ dimiseris: quid opus est dicam? Post illud equidẽ non conquieui donec librũ ad calcẽ perducerem. Perduxi eumqꝫ syncera fide perfectum (vt cernis) nunc affero: vt quicquid lucubrationis in facundissimi poetæ sensibus enodandis, aperienda historia, fabulis explicandis, orationum artificio demonstrando, omnigena doctrina qua totus refertus est ostendenda, & totius operis singulorumqꝫ librorum argumentis scribẽdis impẽdi: id totum in lucem, ad tui decus nominis, meæqꝫ gratitudinis testimonium, prodeat. Nec solum Hieronymo & Philippo fratris tui filijs tradas: sed etiã ad omnium illius poetę studiosorum commoditatem, & in primis Hispanorum quorum habes innumeras clientelas, in vulgus impressum emittas. Erit enim non parũ populare: si tanq̃ per tuas manus Cordubensis poetæ fidam Hispania interpretationem acceperit. Valebitqꝫ nõ modo ad gratiã: sed ad omnium ex vetusta & illustri Gentilium Palauicinorũ familia claritatẽ. Quod quidẽ cum ijs de causis, tũ maxime vt prosis q̃ plurimis, perlibẽter te facturum existimo. Eo enim ingenio ijsqꝫ moribus te præditum noui: vt cum sis innocẽtia clarus, quę solerti iuncta prudentiæ & modestiæ singulari semper se diuo Innocentio charissimum reddidit: multum operæ, curæ, vigilãtiæ, consiliorum & facultatum, ad cuiusqꝫ nationis homines iuuandos impendas. A quibus etsi meritas laudes consequeris. Nemo est enim q religione, pietate, fide, gratia, benignitate, & humanitate præstantissimum te esse non prædicet: clementia, continentia, & humanitate, quibuslibet egregijs æquet: animi celsitudine atqꝫ constantia tam egregium: vt laudatissimos antecellas. Tamen cum hoc sit futurum tam in Hispanos q̃ literatos omnes: muneris vi multo quidem pulchrius erit & fructuosius. Omnis enim beneficentia quo in plures effunditur eo præclarior esse solet & gratior. Sed illustrãt maiori quodam lumine de se benemeritos literati: efficiturqꝫ in horum ore cuiusqꝫ gloria nescio quo modo amplior. Ad quam nimirum consequendam q̃uis omnes alicuius ingenij se solẽt erigere: tamen quo sunt præstantioris eo magis illius studiosi ac auidi esse debent. Illos autem gloriam flagrantissime & vere expetere cernimus, qui res a quibus hæc emanat efficiunt. Emanat autẽ a benefactis: quibus licet ipsa virtute & conscientia nostra contenti acquiescere valeamus: tamen dulcis est celebritas nominis. Quod vt dilacerari & contaminari pati non possumus: sic vt perstet & vigeat est adnitendum. Generosa enim virtus etsi se ipsam sui præmium putat, nec humana munera respicit: quia sperat diuina. Tamen si illa etiam velut per otium cõsequatur, nitidior certe erit: & sua rem solertia fecisse dignam videtur. Sed de his Hactenus. Nunc ad vatem quem enarrauimus me cõuertam: qualisqꝫ sit, & in quo a Vergilio poeta summo differat explicabo. Lucanus non minus oratoribus q̃ poetis Fabij iudicio imitandus, cum puram historię fidẽ sequatur, etiam historici sustinere personam videtur: singulorum enim pariter officio fungit. Quippe ardens concitatus, sententijs clarissimus, modesta figmenta & concinnas habet euagationes. Estqꝫ in concionibus artificiosus, abundans, virilis, & cultus. In cæteris vero grauis, copiosus, amplus, tersus, mira eruditiõe & rerum varietate perfusus. Tantaqꝫ carminis maiestate, consilia, rationes, gestaqꝫ explicat: vt hæc ipsa non legere sed cernere videaris. Bella vero & conflictus non narrari sed geri: vrbes trepidare: acies concurrere: & militum ardorem, terroremqꝫ putes aspicere. Cunqꝫ sit in descriptionibus frequens & locuples: in rerum perscrutanda natura, experimendisqꝫ affectibus perspicax: in moribus iudicandis argutus: atqꝫ in omni ostentanda doctrina versatilis: quẽ Cosmographum, quem astrologum, aut Mathematicum, aut philosophum dum eum legimus desyderamus? Quis enim de rebus in quas incidit, aut affectat: subtiliꝰ & accuratiꝰ differit? Magnus profecto est Maro, magnus Lucanus: adeoqꝫ prope par: vt vter sit maior possis ambigere. Summis enim vterqꝫ est laudibus eloquentię cumulatus. Diues & magnificus Maro: hic sumptuosus & splendidus. Ille maturus sublimis abundans: hic vehemens canorus effusus. Ille venerabilius pontificio more quadã cũ religione videtur incedere: hic cum terrore concitatius imperatorio. Ille cura & diligentia cultus: hic natura & studio perpolitus. Ille suauitate & dulcedine animos capit: hic ardore & spiritu complet. Vergilius nitidus, beatus, compositus. Lucanus varius floridus aptus. Ille fortioribus telis pugnare videtur: hic pluribus. Ille plus roboris habere: hic plus terroris & acrimoniæ. Illum grandi tuba vti & horrisona dixeris: hunc fere pari sed clariori. Tanta deniqꝫ est huic cum illo affinitas & in diuersitate præstantia: vt cum ad illam Maronis diuinitatem accesserit nemo: tamen nisi ille priorem locum apud nos occupasset hic possideret. Vale iam reuerentia dignissime domine: & mancipiolum tuum solito patrocinio & amore prosequi ne grauere.

Desultores equi.

Poetę Vita.

Lucani vita a Io. Sulpitio congesta fideliter.

MArcũ Anneũ Lucanũ Caia Acilia Acilij Lucani oratoris filia, ex Anneo Mela Senecæ Stoici fra=
tre equite Romano peperit Cordubę tertio nonas nouembres. C. Cæsare Germanico iterum, & L.
Cęsiano Cons. Octo mensium infans Romã a patre aductus est. Ibiq; Palemone grãmatico, Vir=
ginio Flauio rhetore, & Cornuto poeta ac Philosopho pręceptoribus vsus est, vna cũ Saleio Basso
& A. Persio, quos pręcipuo amore dilexit. Cũq; Neroni quẽ adolescentẽ patruus instituebat esset nõ iniucun
dus ante annos quęstor est factus: & mun⁹ gladiatoriũ edidit. Inde cunctis suffragijs in Augurat⁹ sacerdotiũ
ascitus est. Vxorẽ habuit Pollã Argentariã Pollij Argẽtarij filiã: nobilẽ, ditẽ, & eruditã. In Neronis odium cu
piditate ostentandi ingedij incidit. Nã cũ ille per Cliniũ Ruffũ Nioben in theatro Põpeij pronunciaturũ se in
dixisset: Lucanus Orpheum extempore decantauit: coronãq; a iudicib⁹ reportauit. Post illud famã carminũ
eius premente Nerone qui eum publice recitare & ostentare carmina prohibuerat, Pisonianę cõiurationi adhę
sit. Accusatusq; & tortus matrẽ indicauit impunitate promissa vt Tacitus ait. Mox mori iussus calida aqua
immersus venas medico prębuit. Profluente sanguine vbi frigere pedes manusq; & paulatim ab extremis ce
dere spiritũ sentit, feruido adhuc & compote mentis pectore hos versus ex libro tertio enuntiauit. Scinditur
auulsus nec sicut vulnere sanguis Emicuit lentus: ruptis cadit vndiq; venis. Discursusq; animę diuersa in mẽ
bra meantis Interceptus aquis. nullius vita perempti Est tanta dimissa via. Hæc illi summa vox fuit. Decessit
aũt pridie Calendas maij, Nerua Syllano & Attico Vestino Cons. cũ consul designatus cũ Plaucio Laterano
esset. Vitę vero anno septimo & vigesimo. Sepultus est in hortis suis quos pulcherrimos habuit. Hæc de eo in **Opera poetæ.**
scriptio vetus & marmorea in diui Pauli tẽplo Romæ cõspicit. M. Anneo Lucano Cordubensi poetę benefi
cio Neronis Cęsaris fama seruata. Scripsit pene puer, vt Papinius docet, Certamẽ Hectoris & Achillis: cũ ca= **Mẽs poetæ.**
daueris Hectorei redẽptiõe. fabulam Orphei inferos adeuntis. Incẽdiũ vrbis. Lauream & laudes vxoris. De
clamauit etiam & causas orauit. Postremo loco Pharsaliam ardenti animo est aggressus: sed non perfecit. Pri **Operis diuisio.**
mos tres libros adiuuante vxore correxit: septẽ reliquos si vixisset emẽdaturus. In ijs ordinẽ sequit̃ quo res
gestæ sunt: mens eius est se cõmendare immortalitati & ciuilia bella dissuadere. Pharsaliam autem inscripsit a **Titulus operis.**
Pharsalo Thessaliæ oppido in cuius campis Pompeius a Cæsare est superatus.

Lucani Epitaphium.

Corduba me genuit. rapuit Nero. pręlia dixi
  Que gessere pares hinc socer inde gener.
Continuo nunq̃ direxi carmina ductu
  Quæ tractim serpant: plus mihi cõma placet.
Fulminis in morem: quæ sunt miranda citentur:
  Hæc vero sapiet dictio quę feriet.

Historiæ Argumentum ab eodem Sulpitio.

CVm prouinciæ Cõsulares, Hispanię Põpeio: Crasso Syria & Parthicum bellum: Cęsari Gallia Ger
maniaq; datæ essent: Crassusq; perijsset: & Cæsari in alterum lustrũ prorogata esset potestas. decre=
tusq; decem tribubus consulatus: & Pompeius Iulia vxore iam defuncta suspectas haberet Cæsa
ris opes: Marcellus Cons. de Cæsaris successione agere cœpit. Hic vero pacata iam intra nouem an
nos vniuersa prouincia nõ abnuebat modo in proximis comitijs sui absentis ratio haberetur: sed aduersanti=
bus Pompeianis decretũ est vt dimisso exercitu veniret & peteret more maiorũ. Ille nisi & Põpeius ab armis
cederet & nisi decretis staretur se nõ dimissurũ respõdens ꝓ hoste habetur. Iratusq; ijs prouinciã cum exercitu
Romã versus egreditur: tantumq; terroris vrbi incutit: vt Põpeius cum senatu Capuam, & inde Brundusiũ
fugerit. Ibi obsessus a Cæsare vix euadit in Græciã. Cæsar Romã reuersus ærarium direptum suis militibus
diuidit. Post Massiliã oppugnans Petreium & Afraniũ Põpeianarum duces partiũ in Hispania superauit. In=
de Romã, post in Emathiam venit. Ibi deuictus Pompeius in Aegyptum, fugit ad Ptolemęũ: cui⁹ iussu spe
ctante Cornelia coniuge & altero filio est interemptus. Alter eñ in Libyam cum Catone & reliquijs exercituũ
ad Iubam regem confugerat. Mox Cæsar Aegyptum adiens biennium ibi consumpsit: & Pharnacẽ supera=
uit. Inde in Libyam nauigans Scipionem vincit: & Iubam ad mortem compellit: Cato ipse sibi mortem con
sciscit. Pompeij filij Mundam se conferunt: ibiq; a Cęsare expugnantur: Cnęusq; etiam interficitur. Sextus se
in Siciliam recipit. Post hæc Cæsar Romam reuertitur triumphatq; quĩquies. Hic finis belli ciuilis fuit: quod
secutum est aliud sub Augusto.

Iodoci Badii Ascensii Argumentorum Sulpitianorum explanatio.


Rimus bella mouens. Quia Sulpitius ipse totum historiæ contextũ iam paucis absoluit: paucioribus eius carmina explanabo. Ordo itaq; est. Primus liber Lucani mouens bella. i. recitans causam cur bella a Cæsare & Põpeio mouerẽtur, expellit senatum ab vrbe. s. audito celeri aduentu Cæsaris Secundus. s. liber oppugnat. i. canit quomodo Cęsar oppugnat, Magnũ. s. Pompeium existentem Brũdusij: atq; quõ Cæsar fugat Magnũ. Tertius. s. liber exornat duces. i. describit quõ ærariũ diripuit Cæsar & quas copias contraxerat Põpei⁹: & vexat. i. docet quõ Cęsar oppugnat Phocida. i. Massiliã Phocẽsiũ vrbẽ in Gallia. Quart⁹. s. liber certat. i. docet quõ certauit Cæsar cõtra Põpeiãos Afraniũ & Petreiũ ad Sycorim vbi eos in fugã vertit: & ad lõgas Salonas vbi eos fame & siti ad deditionem coegit. Quint⁹ mittit victorẽ. s. Cæsarẽ ĩ hostes. s. nauali ꝑlio pugnãtes ab Hesperijs. i. Hispanijs Pater. s. Põpeius Magn⁹ clauditur in sexto. s. libro vallo lõgissimo circũducto a Cæsare exercitui ei⁹ apud Epidãnũ: & stirps. i. filius eius Cneus Põpei⁹ cõsulit vmbras. i. aiam reuocatã in corp⁹ defũcti excãtatiõe veneficę Thessalicę: cõsulit aũt de exitu belli. Septimus. s. liber expugnat. i. docet quõ Cęsar expugnauit & vicit ptes. s. aduersas hoc est Põpeianas vt reges & senatores: & repellit. i. fugere cõpellit, Magnũ. s. Põpeiũ. Octauus deflet cędem Magni factã in Aegypto, cũ funere ei⁹. s. tã miserabili. Cato ducit victos. i. reliquias exercitus victi in Thessalia, ꝑ arenas Libycas describẽdo genera serpentũ: & remedia, nono. i. in nono libro. Decim⁹ liber exponit. i. declarat cœnã. s. luxuriosam Cleopatrę: & fraudes Photini moliẽtis Cæsarẽ occidere. vnde bello cũ eo gesto opus claudit̃ non quidem perfectũ: sed quantũ a Nerone fieri permissum est.

Sulpitiana monosticha: cõtinentia Argumenta in singulos Pharsaliæ libros.


Rimus bella mouens expellit ab vrbe senatum.
Brũdusii oppugnat Magnũ fugatq; secũdus.
Tertius exornatq; duces & Phocida vexat.
Ad Sycorim quartus certat lõgasq; Salonas.
Quint⁹ ab hesperiis victorẽ mittit in hostes.
Claudit̃ in sexto pr: & stirps cõsulit vmbras.
Septim⁹ expugnat partes Magnũq; repellit.
Octauus Magni cædem cum funere deflet.
Per Libycas nono victos Cato ducit arenas.
Exponit decimus cœnam fraudesq; Photini.

In primum librum.

¶ Primus habet belli causas: vtq; act⁹ ab ira
Pręcipiti Cæsar rubiconis transilit vndas:
Vicinũq; minax inuadit Ariminũ: & inde
Excipit attonita deiectos vrbe tribunos:
Ad bellumq; suos animat remeatq; cohortes:
Auxilium fidum. terror tum scribitur vrbis.
Et fuga Pompeii trepidans: pauidiq; senatus.
Post hęc prodigia & vatum respõsa canũtur.


Rimus habet &c. Octo versibus explicat totã farraginẽ seu materiã primi Pharsalię libri dicẽs. Prim⁹ sup. liber Lucani Pharsalię habet. i. continet & explicat causas belli. s. ciuilis ac plus q̃ ciuilis inter Cæsarẽ socerũ & Põpeiũ generũ eius gesti: & habet, vt. i. qualiter Cęsar. s. Iulius, actus. i. agitatus & impulsus ab ira ꝑcipiti. i. nimiũ feruenti, transilit. i. pręcipitãter trãsit vndas rubiconis. s. amnis: quẽ qcũq; armat⁹ trãsibat hostis ab senatu iudicabatur: & ipse minax. i. minabundus inuadit. i. vi ingreditur, Ariminũ. s. oppidũ vicinũ: & inde. i. deinde excipit tribunos. s. plebis Ro. s. Antoniũ & Cassiũ vna cũ Curione, deiectos vrbe. s. Roma, attonita. Et Cæsar aiat & reuocat ad bellũ suas cohortes appositorie auxiliũ fidũ. Tũ. i. deinde terror vrbis. s. Romę describitur: & trepidans. i. festina, fuga Põpeij. s. Magni, & senat⁹ pauidi ꝑ pauẽtis: nisi hoc respexit ꝙ vbi plus est cõsilij min⁹ est audacię & temeritatis: quocirca cũ senat⁹ Ro. sp fuerit prudẽtissim⁹, videt̃ natura timid⁹: sed nõ procedit: qa prudẽtia verã fortitudinẽ nõ pellit sed generat. Post hęc, iam dicta, prodigia & respõsa vatũ canunt̃. s. a Lucano in primo libro.

Philippi Beroaldi Bononieñ. Parrhisiis bonas literas profitentis in Pharsaliam Lucani Cõmentarii ad primarium Senatus Parrhisiensis principalis Pręsidem.


Acturus in Lucani poetę Pharsaliã Cõmẽtarios, cõtextũ rerũ summatim & argumentũ opis strictim referre cõstitui: ne illotis (vt aiũt) manib⁹ interꝑtationẽ videar inchoare. Iulius itaq; Cæsar cũ Bibulo cõsul fact⁹ societatẽ cũ Crasso & Põpeio inijt: ne quid ageret in repu. qd displicuisset vlli e tribus: suaq; filiã Iuliam Põpeio desponsauit. Mox ex omni prouinciarũ copia Gallias potissimum elegit quas nouẽ annis ꝑdomuit. Interim cũ Iulia vxor Põpeij decessisset, simultatis suspitiões iter Cęsarẽ & Põpeiũ oriri cœperũt. &. M. Marcellus retulit ad senatũ vt Cęsari adhuc Gallias obtinenti succederet ante tẽpus: & ne absentis ratio in petitiõe cõsulat⁹ haberet̃: qd iã Cęsar p plebiscitũ ipetrauerat. Cõmot⁹ itaq; hac re Cęsar defensores sibi tribunos & ĩ primis Curionẽ ingẽti mercede parauit: quos cũ vrbe ciectos itellexisset oĩaq; ad suã dignitatẽ opprimẽdã agi videret, trãsiuit in Italiã: & primo ipetu cœpit Ariminũ & Picenũ: Vmbriã atq; Hetruriam regiões Italię occupauit: pulsoq; ex Italia Põpeio Romã iter cõuertit. Mox ꝑfect⁹ in Hispaniã Afraniũ, Petreiũ, ac Varonẽ Põpeij legatos deuicit: Massiliã subegit. Hinc vrbe repetita Põpeiũ in Macedoniam transgressus apud Dyrrhachiũ obsedit: ad extremũ Pharsalico ꝑlio fudit: & fugiẽtẽ in Aegyptũ ꝑsecut⁹ vt occisũ dephẽdit cũ Ptolemęo rege sibi quoq; insidiãte bellũ gessit: quo victor Cęsar regnũ Aegypti Cleopatrę pmisit. Deinde oib⁹ reliquijs Põpeianaꝝ ptiũ subactis iperiũ occupauit, dictatoreq; ppetuũ se fecit. Titulus opis est Pharsalia. in Pharsalicis Thessalię cãpis victus est Pompeius. Auctores sunt Sueto. Plutarchus & Appianus, & ipse Cæsar in Commentarijs Bellorum Ciuilium.

IOANNIS SVLPITII VERVLANI IN LVCANI PHARSALIAM INTERPRETATIO.

BELLA PER EMATHIOS. Proponens breui periphrasi quid sit scripturus poeta suo quodã instituto anteq̃ inuocet bella ciuilia detestat̃ atq; deplorat,& Neroni assentatur. Inde vbi odiorum causas inter Cæsarem Pompeiumq; aperuit historiã narrare incipiet. Indicare aũt videtur hoc primo versu etiã ciuile bellũ quod cõfecit Augustus se scribere cõstituisse: nam bella nõ bellum dixit, & vtrũq; in Emathia gestum est: & infra postq̃ Pharsaliæ meminit qua vtrunq; designauit ex equo reliqua loca his bellis ciuilibus nobilitata: & in fine primi libri, vt tanq̃ spatia, quę sit peruagaturus ostendat, vatẽ sic dicentẽ inducit. Impiaq; in medio peraguntur bella senatu. Consurgũt partes iterum totum q; per orbem rursus eo. SVLPI.

M. Annei Lucani Cordubensis
Pharsalię. Liber primus.



BELLA PER EMAthios plusq̃ ciuilia campos
Iusq; datum sceleri canimus: populũq; potentẽ
In sua victrici cõuersum viscera dextra:
Cognatasq; acies: & rupto fœdere regni
Certatum totis concussi viribus orbis
In commune nefas: infestisq; obuia signis
Signa: pares aquilas: & pila minantia pilis.

Io. Badij Familiares in Pharsaliam Commentarij.

BELLA PER EMATHIOS. Quãdoquidẽ quæ in exponendis authoribus p̃libanda sunt iam satis aperui: constitui post diligentẽ Ioannis Sulpitij Verulani interp̃tationẽ facilem parabilemq; singulorũ verborũ cõstructũ, ac ordinẽ aperire: p̃missio subinde p̃ticulę explanandæ argumento: & commentarijs Philippi Beroaldi quos Parrhisijs collegit superadditis. Cum itaq; manifestum sit poetas latinos in procemio altisoni carminis proponere: inuocare: ac demũ exequi. Oratores aũt captare ab auditoribus attẽtionẽ, docilitatem, & beniuolentiam: ea omĩa argutissimo quodã iudicio ex patre simul hic facere videtur author. Nã si (vt Quintilianus ait) oratoribus magis, q̃ poetis est imitãdus. Et vt Seruius cẽset, vix inter poetas numerãdus: q; historicũ contextũ poti⁹ q̃ poeticũ figmẽtũ sectat̃: bene vtriusq; partis, oratoris dico, & poetæ: neutrius tñ plene p̃sequit̃. Quocirca p̃ponit q̃dẽ & satis diffuse, sed inuocat ironice: nã nõ aliud q̃ Neronis etiã p̃sentis numen. Deinde rursus p̃ponit, & p̃posita exeq̃tur. Manifestius aũt oratoris agit p̃tes. Nã attentũ facit auditorẽ ex tã varij, tãq; difficilis argumẽti p̃libatione: docilem vero ex tam p̃lixa p̃positione, seruato præsertim rerum ordine. Beniuolum vero ex tãtarũ rerũ vtilissima narratione. Nam vt in prima p̃fatione author est Liuius ad ciuiliũ bellorũ lectionẽ plurimi Romanorũ nimiũ erãt affecti. Sed ne p̃lixius, q̃ author p̃ponit p̃positionẽ p̃sequar. Ordo est. Nos canim⁹. i. metrice eloqmur, aut describim⁹ (Nã græci αελωaido trisyllabũ verbũ quod est cãto ponebant pγραφω grapho. i. scribo) aut canere intendim⁹, bella plusq̃ ciuilia. i. magis intestina, q̃ q̃ dũtaxat ciuilia: eo q; inter affines Cæsarẽ, & Põpeiũ multosq; inter senecessarios, q̃a cõsanguineos gesta sũt: & dicit bella, aut rhetorice rẽ augẽdo: sicut comicus meretricũ cõtumelias p̃ meretricis contumeliam posuit, aut varias pugnas vnius belli cõsyderans, aut bella duo semel inter Cęsarem, & Pompeium: atq; iterum inter Augustũ, & Cæsaris p̃cussores vno in loco gesta: vtpote: per campos Emathios. i. Pharsalicos, aut Philippicos in Macedonia: & canimus ius. i. iustum, & æquum, ac honestũ imperium, datum. i. permissum a dijs ita volentib⁹, sce-

Canimus: metrice eloquimur, ad græcorum imitationem qui αειδειν pro γραφειν ponebant: vt indicat Strabo. Bella plusq̃ ciuilia. i. intestina, & cõmunia. Omẽ eñ bellum aut est externum, aut sociale, aut intestinum, aut cõmune. Sed hoc vt inquit Florus nõ recte ciuile, nec sociale, nec externum dicetur: sed potius cõmune ex omnibus, & plus q̃ bellũ. Per campos Emathios: a loco quæ est tanq̃ area sui decursus hęc bella ab alijs segregat: velut ipse per Emathiam præcipue sit vagaturus: ac si diceret nos canimus Emathia p̃lia. Emathia aũt authore Plinio, Macedonia est, quæ & Pyrrhia, & Hemonia, & Thessalia dicta ẽ: nec habet in principio aspirationem, nec diphthongũ: q̃a nõ ab αιματος. i. a sanguine: sed a rege Imathione dicit̃: Gręciq; eã per ι & ε scribũt. Iusq; datum sceleri. i. bonũ, & ęquũ violatũ, & iustitiã subiectã iniuriæ: nã vt paulo post ait Mẽsuraq; iuris Vis erat. Fuerũt. n. humana diuinaq; iura a Cęsare oppressa promiscue. Populũq; potẽtem: Romanos rerũ dominos. In sua viscera. in seipsos, hoc est ciues intimos, p̃pinquos, fratres, parẽtes, & filios. Dextra victrici: innumeras eñ gẽtes domuerat. Cognatasq; acies. multitudines armatorũ cõsanguineas. Cognati. n. dicũtur q̃ cõmune nascẽdi initiũ habẽt: quasi vna, & cõmuniter nati: vt Modestin⁹, & Labeo tradũt. Rupto fœdere regni: rupta concordia dominãdi quã Pompei⁹, Cæsar, & Crassus inierãt vt vnus Hispanias, alter Gallias, terti⁹ Asiã obtineret. nec legas regnum: vt q̃dam huius loci ordinãdi ignari. Et nefas in cõmune. Canimus etiã inq̃t scelus in vniuersos, & cõtra bonũ cõe, quo oĩa diuina, & humana p̃turbata sunt. Certatũ. pugnatũ. Cõcussi. p̃territi, & cõmoti ad bellũ. Nã oriẽs Pompeio, occidẽs maiori ex p̃te Cæsari fauit, & in omĩbus mũdi p̃tibus hoc bellũ exarsit. Primũ in Europa in Italia, ĩ Hispania, & Dyrrachio. Inde in Asia, & Aegypto. Postremo in Libya, & iterũ in Europa. Obuia: cõtraeuntia, & similia. Nã litui vexilla & arma diuersa nõ erant. Infestis aduersis, & ĩ p̃niciẽ veniẽtib⁹. Signa: tubas, tympana, lituos. Fab. li. ix. Nec idẽ signorũ cõcẽt⁹ est. Signorũ tria eẽ genera docet Vegetius, Vocalia: vt voce hũana p̃nũtiata: vt palma. Semiuocalia: vt q̃ cornib⁹, aut tuba dantur. Muta: vt Aq̃læ, Dracones. Pares aq̃las: Aq̃lã argẽteã sisem cũ ĩscriptiõe. S.P.Q.R. p̃tes vtręq; gerebãt. Sed vt tradit Appianus Cęsar victricẽ Venerẽ. Põpei⁹ inuictũ Herculẽ inuocabat. Pila minãtia, tela cõtraueniẽtia & p̃ hæc oĩa exercit⁹ accipit. Sũt aũt pila Ro-

Cano. Bellorum diuisio. Emathia. Cognati. Signa. Aquilæ. Pila.

manorũ missilia triũ pedũ vtrinq̃ pręfixa ferro trigono vnciarũ nouẽ: vt Halicarnasseus, & Vegetius tradunt. Gesa Gallorum hastæ. Sarissæ Macedonum sunt.

Addita e Beroaldo.

¶ Emathios cãpos id est Pharsalicos. Nam Emathia dicta ẽ Thessalia, & Macedonia ab Emathio rege: vt scribũt Solinus. & Serui⁹. Plusq̃ ciuilia. quoniã inter affines gerebant. Erat enĩ Cęsar socer Põpeij. Iusq̃ datũ sceleri: quia vt scribit Cicero, Silent enĩ leges inter arma. & Seneca ait. Ius est in armis. In sua viscera. Romani qui prius contra externos dimicare solebãt & vincere: nunc inter se manus conserunt, & socer in generum stringit gladium. Cognatasq̃ acies. propter affinitatem, vt dixi Cæsaris, & Pompeij: & q̃a

leri. i. scelesto, & temerario ausui Cæsaris diuina, atq̃ humana iura opprimẽtis: & canimus populũ. s. Romanũ, potẽtẽ: q̃a rerũ dominũ, & cui⁹ imperiũ iã mole laborabat sua: cõuersum. s. ab inuasiõe hostiũ: dextra victrici. s. hostiũ, in sua viscera. i. cõciues, & necessarios (qui ita vnius ciuitatis sunt viscera ac mẽbra: vt intestina vnius sunt ventris) q̃ pro. i. in acies cognatas. i. inter se cõsanguineas: & canim⁹ nefas. i. nefandũ scel⁹ in cõe. i. in remp. & cõtra bonũ cõe, certatũ totis viribus orbis cõcussi. i. simul cõmoti, & agitati virib⁹. s. suis, & hoc fœdere regni. i. dñationis inter Põpeiũ, Cæsarẽ, & Crassum p fœdus initæ, rupto. id ẽ violato, & vi dissoluto: & canimus signa. s. militaria, & bellica, obuia. i. cõtra eũtia, & similia cõcurrentia signis. s. sibi⁹ infestis. i. vim inferre paratis: signa inquã aq̃las pares. i. vtrinq̃ æq̃les, & sides quia argẽteas: & pila. i. tela Romana q̃ in vna parte erãt, minantia pilis. i. telis Romanis aduersę partis.

in exercitu Cæsaris erant milites: quorum filij, & cognati Pompeium sequebantur. Acies dicitur exercitus instructus ad pugnam. Vergilius hic acies certare solebant. Rupto fœdere regni. Fœd⁹ regni appellat illam Cæsaris, Pompeij, & Crassi societatem, quæ vt Appianus ait, dicta est tricipitium a nonnullis. ruptum est autem istud fœdus morte Crassi, & Iulię. Concussi orbis. quia omnes fere nationes partim Pompeium, partim Cæsarem secutę sunt. Pares aquilas. Apud Romanos signa erant & vexilla Aquilę, Lupi, Minotauri, Apri, & Equi: vt author est Plinius in. x. Solę aquilę in aciẽ portabantur. Reliqua in castris relinquebantur. Pares ergo aquilas dicit: quia Romani contra Romanos: Aquilas contra aquilas: Signa contra signa ferebant.

Pila. Pila minantia pilis. Pila sunt tela missilia: quibus vtebantur Romani: ferro subtili trigono præfixa vnciarum nouẽ: vt tradit Vegetius.

Latium. Latium cruorem. id est Romanum. Latium enim regio Italię in quo est Roma. a tyberi Circeios vsq̃ antiquitus seruatum est: postea nomen Latij processit vsq̃ ad Lirim fluuiũ Campanię: vt author est Plinius. Dictum est Latium: quia ibi latuit Saturn⁹. Ouidius. Dicta fuit Latium terra latente deo.

SVLPIT. ¶ Quis furor. Romanos ab imprudẽtia, & sæuitia arguẽs vtiť licẽtia, cuius acrimoniã p deplorationẽ mitigat. Est aũt sensus: quę ista vestra dementia: q̃s ferri abusus. quæue crudelitas offerre vos vestrosq̃ barbaris occidẽdos, & malle vobiscũ cũ dedecore, & sęuitia, q̃ cũ vlciscẽdo hoste iuste, & cum honore pugnare. Furor. impetus animi sine ratione. Licentia ferri: abusus, & certandi pmissio. Præbere cruorẽ Latium: exponere vos, & Italos occidẽdos. Gẽtib⁹ inuisis: barbaris quos odistis. Ideo hoc ait: q̃a barbari in vtroq̃ exercitu stabãt contra Romanos. Cumq̃. quę fieri oportebat demõstrat.

Babylon. Babylon: vrbs Chaldęa a Semiramide cõdita: a qua Chaldęa ois & Mesopotamia Babylonia ẽ appellata. Murus eius, & latenbus, & bitumine constat: lat⁹ pedes q̃nquagenos: altus ducenos. lx. milia passuũ amplectiť: vt Plini⁹ ait. Superba: vel nobilis, vel lata victoria. Trophęis ausonijs: spolijs Italicis, quę Parthi Crasso cũ cęde exercitus eripuerant. Sed hæc demũ Tyberius authore Augusto recepit: vt Suetonius docet.

Trophæa. Sunt autem Trophæa hostium spolia in arborũ trũcis, aut saxis affixa in victoriæ signũ.

Ausonia. Ausonia aũt dicta est ab Ausone Vlyssis Calipsusq̃ filio.

Crassus. Crassus. M. Crassus parthico bello relicto post terga Euphrate in cãporũ vastitatẽ ad Carras adduct⁹ a Silice, & Sorena ducib⁹ cũ vndecim legionũ strage captus est, & ne q̃d viu⁹ patereť repugnãs est interẽpt⁹. Caput vero ei⁹ ludibrio hosti fuit: aurũ enĩ liq̃dũ in rictũ oris infusum est tanq̃ ad auaritiam eius explendam. Erraret: quia insepultus & implacatus. Insepulti enĩ vt ait Maro centũ errãt annos: volitãtq̃ hæc littora circũ. Vmbra, manib⁹ eius. Nullos triumphos. De bellis nãq̃ ciuilibus authore Valerio non triũphať.

Triũphus. Triũphus aũt erat summus honor

Quis furor o ciues quę tanta licentia ferri
Gentibus inuisis Latium prębere cruorem?
Cumq̃ sup̃ba foret Babylõ spoliãda trophęis
Ausoniis: vmbraq̃ erraret Crassus inulta:
Bella geri placuit nullos habitura triumphos?
Heu quantũ terrę potuit pelagiq̃ parari
Hoc: quẽ ciuiles hauserunt sanguine dextræ:
Vnde venit Titan: & nox vbi sydera condit:
Quaq̃ dies medius flagrantibus ęstuat horis:
Et qua bruma rigens ac nescia vere remitti
Astringit scythicum glaciali frigore pontum.
Sub iuga iam Seres: iã barbarus isset Araxes
Et gens si qua iacet nascenti conscia Nilo.

¶ Quis furor o ciues. Progrediť in detestationẽ belloꝝ ciuilium, nõ p Satyricã inuectionẽ: sed p piã, atq̃ Heroicã admonitionẽ: admonet enĩ simul Romanos virtutis suę, quãsi in hostes, vt in seipos exercuissent, totũ subiugare potuissent orbẽ. In quã sententiã est etiã illud Horatianũ in car. Audiet ciues acuisse ferrũ: Quo graues pſę meli⁹ pirẽt. Audiet pugnas vitio parẽtũ Rara iuuẽtus. Ordo est. O ciues. s. Romani. q. d. o cõciues mei, q̃s furor sup. est vobis: & q̃ tãta. i. tã magna licẽtia. i. affectatio, & pmissio (Accipiť. n. licẽtia fere in malã ptẽ.) ferri. i. armoꝝ, est vobis: p̃bere. i. vt p̃beatis amore belli: gẽtib⁹ inuisis. i. barbaris merito odio vobis habẽdis, cruorẽ latiũ. i. Italicũ, & p̃cipue Romanũ. Cũq̃. i. & cũ, Babylon, vrbs illa Chaldeoꝝ nobilissima, foret. i. eẽt merito, spoliãda. i. exuẽda, & priuãda, tropheis ausonijs. i. spolijs, & exuuijs Italicis Crasso cũ signis ereptis: & in signũ victoriæ ad arborẽ suspẽsis: & sup. cũ Crassus imperator Romanoꝝ q̃ infeliciter cõtra Parthos pu-

gnauerat, erraret.i. vagaret̄ secūdū ęgyptioꝝ suꝑstitionē q cre debāt insepultoꝝ aīas corporibꝰ obnoxias nō posse recipi in Elysios priusq̄ centū errauerint annos: quod spaciū fere vitæ humanæ est: vt tantū extra corpus errarēt quātū in corpore eē potuissēt. Vn̄ ęnei. vj. Cētū errāt ānos &c. Erraret ergo vmbra inulta.i. hīs vmbrā inultā.i. ꝓ qua nullā suscepitis vltionē. Bn̄ aūt vmbra dicit: q̄ scd̄m Seruiū ita corpi inheret: vt simulacrū aīę: quocirca cū ideo erret ꝙ corpi obnoxiꝰ: bn̄ ꝑ vmbrā errare dicit. placuit.s. vobis bella geri.i. vt bella geranī ciuilia, nullos .i. nō vllos, nō habitura vllos triūphos: q̄a nec lętos, nec claros Vbi eñ victoria ab hoste legitimo referebat̄ citra cladē Romanoꝝ insignē: lętus erat, & clarꝰ triūphꝰ: vbi cū clade tātū clarus. Nūc aūt q̄a ciuile bellū nō meret̄ triūphū: nullus expectādꝰ est triūphꝰ: sed ne gaudiū qdē. Heu, cōmiserātis est vox: quātum terrę, & quātū pelagi (prudēter diuidit orbē in ptes q̄s incolunt mortales) potuit pari.i. cōpari, & acqri impio Ro. hoc sangnie quē dextrę ciuiles hauserūt.i. exhauserūt, & fuderūt. Potuit dico parari illic vn̄ venit titā, aut sic. Seres Scythaꝝ gētes, issent sup. hoc sanguine sub iuga.i. in subiectionē impij Romani: & cū ignominia victi fuissent: sicut q sub iuga mittebant̄: q̄ erāt hastæ, aut pila victoꝝ in formā furcaꝝ dispositę: vt duę rectæ tertiā in trāsuerso positā tenerēt: sub quā inclinato capite abire ꝑmittebant̄ relictis armis, & inclinata ceruice hostes interclusi, ac deuicti. & Araxes.i. accola Araxis, q ꝑ Armeniā fluit. isset sub iuga: & gēs si qua iacet.i. sita est, aut residet cōscia Nilo nascēti.i. q̄ viderat ortū nili, q incertꝰ habebat̄. Nā authore Herodoto Cābises Persaꝝ rex subacta ęgypto conatꝰ ē Nili ortū inuenire, sed nō potuit. Solinus autē dicit Iubā regē tradidisse, & punicos libros affirmare nilū originē habere a mōte inferioris Mauritaniæ, q oceano ꝓpinq̄bat. Perottꝰ in Cornucopiæ de origine, & icremēto Nili late disquirit. Siq̄ igit̄ gēs iacet cōscia nilo nascēti: illa isset sub iuga ab ea pte, vn̄.i. a qua titā.i. sol, venit.s. ad nos.i. orit̄: & vbi nox condit sydera.i. ab occidēte: quaq;.i. & qua pte dies medius.i. meridianus, ęstuat.i. feruet, horis .i. solibꝰ ab horꝰ, aut horis certis, vtpote circa meridiē flagrātibus.i. ardētibus, hoc est a plaga meridionali: & sub ea pte, qua Bruma.i. hyemalis tēpestas q̄ breuissima nobis, rigēs.s. perpetuo gelu in septētrione: nescia remitti.i. relaxari ab intēsiōe frigoris vere.i. tēperie verna: q̄ glaciē apud nos penitus resoluit: astrīgit.i. in glaciē condēsat: pōtū Scythicū.i. mare in sinu Euxino scythiā versus: frigore glaciali.i. in glaciē cōdēsante: hoc est a quattuor mūdi ptibus isset barbarꝰ sub iuga Romana eo sanguine, qui in ciuili bello effusus est, hoc est prius, q̄ tātū sanguinis Romani effusus fuisset. Citius eñ & facilius barbaros, q̄ se mutuo vicissent.

qui victoribꝰ ducibꝰ publica cū hylaritate dabat̄. Coronati.n. & q̄drigis inuecti magna cū pōpa Capitoliū cōscēdebāt: & illic tauros immolabāt. Heu quātū. cū deploratione āplificat. Parari: acqri, & impiū ꝓpagari. Hoc san. tot hoīꝫ cęde, quot in bellis ciuilibꝰ ceciderūt. Hauserūt, emiserūt, & sparserūt. Ciuiles dex. ciues ipsi. Vn̄ venit ti. totū mundū potuisse subiugari cōtēdit quē sub cardinibꝰ q̄tuor cōplectit̄. Vn̄ venit titā.i. oriēs. Titā teste Lactātio sonat vltionē: fuit is coeli & Vestæ filiꝰ cuiꝰ nepos Sol eodē noīe appellat̄. Et nox vbi sydera cō.i. occidēs: vbi sydera occidūt ex coeli reuolutiōe, hoc ē cosmice, & etiā chronice: nā noctu videt̄ sydera q̄ illic occidūt. Quaq; di. .i. plaga meridiana extrēa ad torridā zonā in qua sunt maximi æstꝰ. Horis fla. vel ardētibꝰ solibꝰ. Horus.n. authore Macrobio Sol ab ęgyptijs appellat̄. vel ꝑ horas intelligit q̄ filię & ministræ phoebi esse fingunt̄, dies q cōstāt ex horis. Aestuat: feruet. Nā extrēa Libyę incolētes ꝓpter ęstū diurnū quē pati nō possunt in antris se cōtinēt, & noctu ꝓgrediunt̄. Et q̄. septētrionē ostēdit: vsusq; est verbo Bruma nō tā vt frigꝰ, q̄ vt breuitatē dieꝝ q̄ illic est cōtinua indicaret. Hī̄.n. dicta est Bruma: significatq; tēpus ipsum in quo dies sunt breuiores Rigēs as. glaciata. Nescia vere remitti: q̄ verno tpe nō resoluit̄, & mitescit vt ī alijs locis: adeo eñ illic viget frigus: vt flumina, & maria gelu concrescāt. Pōtū Scythi. nō oceanū septētrionalē q nō cōgelat̄: sed sinū Euxinū dicit: qd̄ solū mare gelu durat̄ ob multa q̄ suscipit flumīa: vt Macrobiꝰ docet. Oceanꝰ vero ille crassescit, nō cōgelat̄. Scythia aūt regio ē in septētriōe cuiꝰ ps in Europa est, ps in Asia diuidit̄.n. Tanai q est terminꝰ vtriusq;: putātq; dictū a Scytha Herculis filio: vt docet Herodotꝰ. Sub iuga iā Seres. subiugatæ fuissēt remotissimę ignotęq; nationes. Seres in scythia Asiatica populi inter Tabim, & Taurū mōtē ad oriētē meridianū lanis syluaꝝ inclyti: cęterū feraꝝ sīles. Araxes Armenię fluuiꝰ q ex Hemocoꝝ mōtibꝰ oriēs, nūc lenis nunc vehemēs in mare Caspiū exit. Et gēs: & si q̄s ad Nili ortū q ignorat̄ habitat. Nilus fluuius oīm maximꝰ Aphricā ab Aethiopia sepat, ægyptū inundat, septēq; ostia habet: eiꝰ fontes ignorant̄: vt lib. x. Nō licuit ppl̄is puū te nile videre. vbi tn̄ eē existiment̄, vide apud Victruuiū, & Pli. Cōscia: q̄ sciat, & noscat ortū eius, & ab eo noscat̄. Est eñ reciprocę significatiōis cōsciꝰ: vt inscius: q̄q̄ in passiua significatiōe rariꝰ vtant̄ authores. sic & ignarus vt etiā Gel. tradit. Ver. Haud ignara mali. Idē. Ignaꝝ Laurēs habet ora minātia. Titan. Horus. Bruma. Pontus. Scythia. Seres. Araxes. Nilus.

¶ Biturix. Bituriges populi liberi in Aquitania qui dicuntur etiam Cubi authore Plinio & Iosci vt ait Strabo. Axões, Accolę Axonis fluuij in finibus Remorum vt est apd Cęsarem.legitur & Suessiones armis:nam hi inter Germãos & sueuos pximi Menapijs sũt vsq; ad Sequanę amnis exitũ:vt Strabo tradit.Plini⁹ Suessiões in belgica ponit. Leues in lon.ar.agiles in hastis longioribus. Leuc⁹ Leuci Belgicę populi liberi super Mediomatricos & prope Treuiros & Lingões sunt. Remus. Ex treuiris & Neruijs Senões & Remi sua in occasum domicilia habent vt ait Strabo. At Cæsar inquit eos ex Belgis Galliæ pximos esse. Excusso lacerto:ad iaculandum Gens sequana. Post Heluetios sequãi & Mediomatrici Renum incolũt. Sequana. q fluuius a Belgicis Celtas separans Parhisios diuidit. Flexis frænis in girum ad doman

SVLPI.
Bituriges.
Cubi.
Iosci.
Axones.
Leucus.
Remus.
Sequana.

Belga. dos & vertẽdos in circulũ equos. Belgas. Belgica ea pars Galliæ est quæ a Scalda ad Sequanam iacet: Belgæq; ipsi per gentes quindecim diuisi sunt.
Couinus. Docilis rector mõstrati Couini. qui facile didicit regere currum cameratum quem sua lingua Couinum galli appellant. Monstrati. a Britãnis, & Germanis qui plurimum illis vtuntur & valent. resumaturq; illud gaudent amoto hoste.
Aruerni. Aruerni in Aquitania liberi populi sunt vt Plinius tradit. hi ex Troianis ortos se prædicabant a quib9 & Romani duxere originem. Latios, Romanos. Iliaco, Troiano. Fingere, quia non verũ erat. Neruius, in Belgica fera gens Germanica natio cõtigua Treuiris. Strabo & Cæsar. Nimium rebellis. sæpe enim cõtra Cæsarem rebellauit: & cum is abesset i Britãnia. L. Cottam & Titurium Sabinũ legatos Cæsaris Neruij interfecerunt & postea in Q. Ciceronem se contulerunt vt scribit Cæsar commẽtario v. Pollutus: maculatus.
Vangiões. Vangiões. prope Incubos populi accolæ Rheni Germaniæ gentes. Laxis brachis. Vtũtur enim caligis clau-
Sarmatæ. sis vt Sarmatę Scytharũ gentes, q̃ a Mœoti-
Brachæ. de incipiunt Boreamq; versus quidecim dierum itinere se extendunt. Sunt brachę vestes breues & strictæ quibus pudenda velãtur ab vmbilico ad genua. si vero ad talos vsq; pro-
Rhenões. cedant laxæ sunt. quandoq; pro Rhenonib9
Bathaui. accipiuntur quæ totum corpus operiunt. Bathaui: Germãiæ populi in insula Rheni. Truces: terribiles. Tubę re. ęre. litui inflexi. Acuere, incitauere in bella. Qua. & qui sunt ea qua
Cinga. Cinga ex pyreneis montibus in Iberum fluit
Rhodan9. intelligit autem eos qui contermini sunt Hispaniæ. Pererrat: errando discurrit. Rhodanus, gallię fluuius a Rhodano oppido quod pręterfluit denominatus. ex alpibus oritur & citato descendens cursu per Lemannum lacum fertur integer tendens in occidentem: & gallias diuidens flectitur in meridiẽ: & Arari Isara Druentiaq; susceptis effluit in Tyrrhe-
Arar. nũ. Ararim. Arar ex alpib9 labit Sequanos Heduos & Lyncasios discernens vt ait Stra-
Gebenna. bo. Gebennas. Gebenna mons inter Aruernos & Heluetios medius in quo est eiusdem
Treuir. nominis Gebẽna ciuitas. Treuir: in Belgica populi liberi prope Leucos & Lingões sunt
Ligur. Conuerti, in Italiam. Tõse ligur. Liguria a ligisco Phaethõtis filio dicta inter Galliam, & Hetruriam & Macrã & Varum flumẽ ab imis alpium iugis extẽditur. ei9 caput est Genua.
Liger. Sed ego censeo legendum liger qui fluuius
Galliarum diuisio. e Cemenis montib9 ortus inter Pictões & Vamuitas excurrẽs Aquitanos a Celtis diuidit & in Britannicum oceanum exit. Poniturq; Liger pro Accolis. Prælate to. co. præposite in crinium laude togatæ Gallię. Gallia eñ omnis comata vno nomine appellata in tria populorum genera diuiditur amnibus maxie distincta. Scalde ad Sequanã Belgica est ab eo ad Garũnã Celtica: ea dẽq; Lugduneñ. Iñ ad Pirenei montis excursum Aquitania Aremorica ante dicta. Ad hæc tribus distinguunt nominib9 Gallias. Togatam Liguriam: Comatam Burgundiam & Franciã: Brachatam Teutonicam vocant.

Gurgite. qua Rhodanus raptũ velocib9 vndis
In mare fert Ararim, qua mõtib9 ardua sũmis
Gens habitat cana pendentes rupe Gebẽnas.
Tu quoq; lętatus cõuerti prælia Treuir.
Et nunc tonse Ligur: quõdam per colla decora
Crinibus effusis toti prælate comatæ.

¶ Et Biturix. Prosequitur Catalogum de popl'is Gallię apud quos hibernabãt cũ ad Cęsarẽ vocarentur Romani. Ordo est. Et Biturix populus ille in Aquitania vulgo Bourgis dicitur. declinatur autem huius Biturigis. gaudet sup. hoste amoto. Et Axones populi (caue legas Saxones q̃uis Aldus ita legit Beroaldus autem Suessones. Pręterea Aldus vbi est Rhem9 seu Remus scribendũ Rhenus impssit: & Aluerni vbi Beroald9 & alij fere Aruerni, & vulg9 Auerni legũt) in finib9 Remorum accolę Axonis fluuij, leues. i. agiles in armis longis. i. q̃uis lõga gerãt arma, sup. gaudẽt &c. Leucus populus ille prope treuiros, & Lingones, & Remus populus Remeñ. optimus. i. peritissimus aut aptissimus, lacerto excusso. i. nudato aut extenso ad iaculãdum, gaudet amoto hoste: & gẽs Sequana. i. accola sequanę optima. i. peritissima frenis flexis in girum. i. obuertendi equi: & ita obequitandi scientissima, & Belga. i. Belgicus populus in quindecim gẽtes diuisus a scalde ad sequanã vsq;, rector, id est moderator docilis. i. aptus quia cito docetur, Couini id est currus camerati & cooperti monstrati a Germanis & Britannis qui illo in transuehendis populis vtuntur: & Aruerni populi Galliæ in Aquitãia ab Iliaco sanguie. i. qui se a Troianis oriundos asserunt, & ita ausi fingere. i. asserere, se fratres latios. i. latinorum a Troianis oriundorum: sicut & Frãci oẽs, & Britanni eandem originem agnoscunt. repete semper gaudet aut gaudent &c. & Neruius. s. populus Belgic9 quem Tornateñ. seu Tornaceñ. esse volunt: nimiũ rebellis, quia fera gẽs est: & pollutus sanguine Cottę. s. Lucij Cottę & Titurij sabini legatorum Cæsaris quos interfecerunt. Et Vangiones accolę Rheni prope Incubos Tulẽses, Metẽses, Spirenses, Magũtinos &c. populi Helsatiæ olim Heluetię: qui o Sarmata, imitãtur te, brachis. i. femoralibus laxis. i. fluentibus & clausis caligis more Sarmatarum: & Bathaui populi Germanię nũc Hollandrini truces. i. terribiles & immiti aspectu: quos tubæ stridẽtes ęre recuruo. i. cum lituis, acuere. s. in prelia, sup. gaudent hoste amoto. Et sup. gaudent ea parte: qua Cinga fluuius in cõfinio Hispaniarum ex Pyreneis mõtibus in Iberum influens pererrat gurgite. i. fluctu suo: & qua Rhodanus fert velocibus vndis. s. suis, Ararim: qui (vt dixi) vulgo Sagõa dicitur: a sanguine vt aiunt martyrum in eum apud Lugdunenses fuso: & leni fluit agmine inter Sequanos, & Heduos Oclycasios, in mare. s. Tyrrhenum seu Lygusticum, per Lugdunum Viẽnã ac Volcas seu Auignionem decurrens: & qua parte gẽs ardua quantum ad situm, habitat sup. in mõtibus summis, Gebennas pẽdentes in caua rupe. s. montis eiusdem nominis in finibus Allobrogũ. vñ pons Rhodanum iungit ad Heluetios, & eos quos Bressanos dicũt, sup. gaudent &c. & o Treuir populus in Belgica Gallia. qui tamen teutonice loquitur sicut plurimi alij qui Gallię addicuntur eo q; a Germania per Rhenũ discernuntur: tu quoq;. i. etiam tu lætatus sup. es: prælia conuertia te in Romanos: & o liger. i. accola Ligeris fluuij ingentis in Gallia, Aquitanos a Celtis dirimentis & in Britannicum oceanum exeuntis, tonse nunc. i. qui non ampli9 comatus es: sed prælate. i. præpositæ & plus laudatæ quondam. i. olim: toti comatæ, scilicet galliæ, crinibus, id est capillis effusis. i. diffluentibus tibi per colla decora, sup. lętatus es prælia conuerti. Cana autem rupe propter niues dixit. Sunt tamen qui malint de li-

gure Galliæ transalpinæ gallis incola intelligi: qui eam regionem incolit.cui⁹ Genua capnt est:& prius comatus erat vt cæteri galli,sed nunc.i.tempore quo Lucanss hæc scripsit, tonsus,more Italorũ:& id magis placet,quia nõ est vero simile medios Galliæ populos a Gallis deciuisse in cultu corporis.

¶Et Biturix. Bituriges duplices sunt in Aquitania:alteri prope Santones liberi cognominati Iosci :alteri cognominati Cubi. Auctores Plinius,& Strabo. Suessiones popl'i Belgicę sunt fratres & consanguinei Remorum vt refert Cęsar in commẽtarijs. Leucus Remusq;. Leuci liberi:Remi fœderati sunt ex Belgis auctor Plinius.optimi sunt iaculatores. Excusso lacerto.i. vibrato in emittendis telis. Sequana gens. Sequani in Belgica sunt optimi equites. Belga. Gallia est omnis vt scribit Cæsar diuisa in partes tris. vnam incolunt Belgæ,aliam Aquitani,tertiã Celtę. Monstrati Couini Couinus genus est currus,quo præsertim Britãni vtuntur in pugna vt tradit Pomponius Mela:& est proprie currus gallicus. Aruerni. Aruerni liberi in Aquitania, qui cum se oriundos a Troianis esse dicerẽt: audebãt se appellare fratres Romanorum,qui & a Troianis originem habent. Vnde Vergili.de Iulio Cæsare Iulius a magno demissum nomen Iulo. Hedui vere dicti sunt fratres Romani populi. Vnde Cicero.ait fratres nostri Hedui. Duę fuerunt factiones in Gallia alterius principatum tenuerũt Hedui,alteri⁹ Aruerni vt scribit Cęsar Neruius. Neruij sunt populi Belgicæ attingentes fines Ambianorum homines feri magnæq; virtutis. de his multa Cæsar in Commẽtarijs. Nimiũq; rebelles. Ideo dicuntur nimium rebelles Neruij quoniam increpitabãt reliquos Belgas qui se popl'o Romão dedidissent:neq; se legatos ad Cæsarẽ missuros neq; vllam pacis conditionem accepturos affirmabãt. Cum Neruijs periculosissimum difficillimumq; Cęsar bellum gessit. Cęsi pollutus sanguine Cottæ. L. Cotta & Titurius Sabinus legati Cæsaris cum vna legione fraudibus Ambiorigis circumuenti atq; interfecti sunt in Eburonibus populis Gallię Lugdunensis,quę alio nomine dicit̃ Celtica vt auctor est Plinius. Lõga est historia de morte Cottę apud Cæsarem in quinto commẽtario. Vangiões Vãgiones populi sunt in Belgis:qui brachis,hoc est vestibus laxissimis imitant̃ Sarmatas. Suntq; Sarmatæ populi Scythici alio nomine dicti Sauromatæ vt testatur Plinius. Qui vt inquit Ouidius. vestibus effusissimis vtũtur.& Rhenones,hoc est vestes ex pellibus gestant. Bracchæ dicuntur vestes amplissimę. Vergilius. Medis laxior indicisq; Brachis. Similiter vt inquit Hieronymus Brachas appellamus femoralia quę sunt tegumenta ad verenda tegenda. A brachis Narbonensis prouincia dicta est brachata vt tangit Plinius. Batauiq; truces. Bataui Insulã nobilissimam quam facit Rhenus incolũt virtute pręcipui vt inqt Tacitus. Aere recuruo.i.q animant̃ sonitu tubarum ad ineundam pugnam. Qua Cinga pererrat. Cinga duplex est fluui⁹ vnus in Gallia & alter in Hispania. Qua Rhodanus. Rhodanus dict⁹ est a Rhoda ciuitate Rhodiorum ibi condita vt refert Plinius. Arar fluuius est ex alpibus labens. Sequanos Heduosq; discernit vt auctor est Strabo. Rhodano cõmiscetur incredibili lenitate ita vt oculis in vtram partem fluat iudicari non possit: vt scribit Cæsar. Pendẽtes rupe Gebẽnas. Gebẽna mons est quo pro Gallię cõfinio & termino vna cum Iura vsus est Agrippa. Cana rupe propter niues quę fere semper in Gebẽna conspiciuntur. Treuir. Treuiri populi sunt liberi in Belgis qui vt scribit Tacitus ambitiosi sunt circa affectationem Germanicæ originis. Conuerti.s.a Gallis in Romanos. Et nunc tonse Ligur. Ab amne Varo incipit Liguria:quę fluuio Macra separatur ab Hetruria vt Plinius & Mela scribunt. Olim Ligures nutriebant comã & capillos.hinc nonnulli Ligurum populi nuncupantur a Plinio Capillati.dicit ergo Lucanus q̃ quõdam Ligur capillatus totam comatam Galliam pulchritudine comarũ antecellebat. quæ Gallia a comis Comata est denominata. verba Plinij hæc sun t. Gallia omnis Comata vno nomine appellata.

BERO. Bituriges. Leuci. Aruerni. Neruij. Cotta. Sarmatæ. Brachę. Ligures. Comata Gallia.

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates:horrensq; feris altarib⁹ Hesus.
Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.
Vos quoq; qui fortes aĩmas belloq; perẽptas
Laudibus in longum vates demittitis æuum:
Plurima securi fudistis carmina Bardi.
Et vos Barbaricos ritus moremq; sinistrum
Sacrorũ Dryidæ positis repetistis ab armis.
Solis nosse deos: & cœli numina vobis
Aut solis nescire datũ ẽ: nemora alta remotis
Incolitis lucis: vobis auctoribus vmbrę
Nõ tacitas Erebi sedes Ditisq; profundi
Pallida regna petunt:regit idem spiritus art⁹
Orbe alio:longę canitis si cognita vitę
Mors media ẽ:certe ppl'i quos despicit arctos

¶Immitis. Quia nõ nisi humano sanguine placatur. Teutates,qui mortis deus interpretatur Mercurium hoc nomine Galli appellãt quem ægyptij vt in tertio de natura deorum Cicero docet Their vocant. Hesus hor.asper & sæuus quia humanis victimis vt docet.j. libro Lactãtius placabatur. Eum aliqui Martem esse existimãt. Cicero vero Aristeum Apollinis filium oleæ inuẽtorem. Taranis ara qui Iuppiter interpretatur. Non mi.ęque crudelis quia humanis hostijs gaudet. vt Diana quę in Taurica colit̃ regiõe vbi Perses cethæ frater id sacrificij genus primus instituit. siue vt malunt alij Thoas cum illuc a cęde Lemniaca peruenisset. Vosq;. Strabo libro.iiij.inquit. Apud omnes tres passim nationes eximio in honore sunt:Bardi, Vaties, Dryidæ. Bardi quidem laudationibus rebusq; poeticis student. Vaties autẽ sacrificiorum naturaliumq; causarum curæ dediti. Dryudæ pręter causarum naturalium studia moralem disciplinam exercent. Iustissimi autem omniũ opinione cum sint, priuata & publica iudicia eorum fidei mandãtur. Addit præterea q̃ diuersis cruciatibus homines afficiendo immolabant. Bardi va. Bardi poetæ, q lingua Gallica cantores significant. Securi:aut quia laudationibus tantummodo vacant.aut q a me

SVLPI. Teutates. Their. Hesus. Taranis. Diana taurica. Bardi. Vaties. Dryidæ. Vide Ascẽsium.

tum Romanorum multũ deposuerunt. Qui for. quia gesta virorum fortium noscẽda posteris traditis. Dryidę: sic dicti ꝙ sub quęrcubus viuant & vaticinẽtur. Δρυσ enim quærcus est. De eis apud Plinium in fine. xvj. & in Cęsaris commẽtario sexto leges multa. Barbaricos: inhumanos, efferos. Sinistrũ mo. puersam consuetudinem. Nam hominem diuinationi destinatum in tergo feriebant: quosdã sagittis afficiebant: quosdam in sacris ædibus patibulo affigebant. Repetistis. post discessum militum Romanorum in quos arma tenebatis. Solis nos. de. ex moribus & opinione ipsorũ poeta cẽset: aut solos Dryidas magos veram dei cognitionem habere, aut solos ignorare. Incolitis al. ne. habitatis altas arbores quas in lucis sacris amœnitatis causa habetis. Vobis au. Vobis asserentibus inquit animæ non eũt ad inferos sed ad alium orbẽ vbi vita sempiterna fruuntur. Tacitas: quia silentium loca. Verg. Loca nocte silentia late Herebi: inferni, per quem accipimus sedẽ eorum qui bene vixerunt. Ditis, Plutonis. Pallida: ab effectu quę pallorem inducũt: & Tartarum damnatorum locum intelligit. Idẽ spiritus: eadẽ anima sustinet nouũ corpus. Orbe alio: siue apd̃ Antipodes siue in isulis fortũatis. Canitis si cog. si vera & cõperta loquamini. Mors est. Melon. vi. media morte perueni tur ad illam vitã æternam. Populi quos des. ar. Dryidæ septentrionales. Errore: opinione. Quos il. ideo certe felices quia mortẽ maximum terribilium vt Aristoteles inquit nõ timent: ipsaq; gaudent. vt qui ad immortalitatem perueniant. Hi quoq; vt Valerius scribit pecuniam in alio orbe restituendã credere nõ dubitãt. Leti, mortis. Inde, ex mortis securitate. Ruendi in fer. pugnãdi oppetẽdiq; mortem. Capaces, patientes & quę non terrentur Et ignauum est. turpe esse existimant mortẽ effugere. Et vos op. ar. vos qui repellebatis. Caicos. Caici Germãię popli comati accolę Rheni sunt. dicuntur & Cauci. Feroces: a Caicis ferocibus habitatas. Apertum orbẽ. Germaniã: ad quã inuadendã primus Cæsar alijs aditum patefecit.

Caici.

BERO. Teutates.

¶ Teutates. Galli deum maxime Mercuriũ colunt, quem Teutatem appellãt. Huius sunt plurima simulacra: hunc omnium inuentorẽ artium ferunt vt Cæsar tradit: huic pro victimis homines immolant: administrisq; ad ea sacrificia Dryidibus vtunt. Alij immani magnitudine simulacra habent: quorum contexta viminibus membra viuis hominibus complent. Quibus succẽsis circumuenti homies flamma exanimantur. Quosdam sagittis cõfigunt & intra sacras ędes patibulo suffigunt vt refert Strabo. Vnde immitis dicitur a Lucano Mercurius: qui sanguie gaudet humano. Hesus. Galli post Mercurium colũt Martem quem Hesum nuncupant: & Iouem quẽ Tarattẽ vocant vt meminit Lactãtius: quos similiter victimis humanis placant. Quapropter dicit aram Iouis apud Gallos non esse mitiorem & sanctiorem ara Dianæ Scythicę In Taurica enim regione Scythię, Hecate filia Perses immanitate & veneficijs pollẽs pa

Hesus.

Felices errore suo: quos ille timorum
Maximus haud vrget leti metus: inde ruendi
In ferrum mens prona viris: animæq; capaces
Mortis: & ignauum est rediturę pcere vitę.
Et vos crinigeros bellis arcere Caicos
Oppositi: petitis Romam: Rheniq; feroces
Deseritis ripas: & apertum gentibus orbem.

¶ Et quibus &c. Cõtinuo prosequit cœptam narrationẽ hoc ordine. Et sup. lętati sunt pręlia conuerti illi quibus Teutates .i. mortis deus videlicet Mercurius apud Gallos (Iuxta quod dicitur æne. iiij. Tum virga in capit: hac animas ille euocat orco Pallẽtes: alias sub tristia tartara mittit. Dat somnos adimitq;: & lumina morte resignat) immitis quia simpliciter implacabilis: quia si nulli mors impia parcit: debemur morti nos nr̃aq; placat tamen ad tempus, sanguine diro. i. deorum ira effuso. i. humano. itaq; multitudini ad tempus parcere credebatur ob cædem vnius: in quam sententiam dicitur ænei. v. Vnũ pro multis dabitur caput. & quibus placatur Hesus. i. deus ille Galloꝝ aut Mars, aut Aristeus, horrens. i. horrendus aut asper & seuus altaribus feris. i. efferis & immanibus vt in quibus humanus offertur sanguis: & ara Taramis aut vt Aldus legit Taranis. i. Iouis non mitior sup. ara Dianę Scythicę. i. tauricę regionis vbi Diana Fiscelis humano sanguie placabatur: vt recitat Seruius ad illud ænei. ij. Sanguine placastis ventos & virgine cæsa &c. quod sacrificium instituit aut Perses aut Thoas vt Sulpitius modo recitauit. Bis vt inquit Omnibonus cõstruitur ara: sed quod in textu ponitur nominatiui casus est: construitur enim cum placatur: quod subauditur construitur cum mitior in ablatiuo. Qui vero sint non dicit author nec cõmentarij: de Gallis autem loqui certum est: & forte de Massilieñ. qui vt Seruius recitat puerum teneriter educatum in supplicijs seu supplicationibus deorũ circunductum mactabant: imprecãtes in eũ si quid mali ciuitati immineret. vnde & sacrũ execrabile dixit Maro. Vos quoq; o Bardi. i. cantores, qui existentes vates. i. diuini, demittitis laudibus vestris in longum ęuũ, animas fortes & peremptas bello, fudistis iam securi plurima carmía. Si Vaties legatur, ordo sit. Vos quoq; o Vaties populi Galliæ, Bardi. i. cantores secundum linguam Gallorum olim: qui demittitis. s. ad manes, in longum ęuum. i. longi ęui memoriam laudibus. i. per laudes vestras & cantationes, animas fortes & peremptas bello. i. quorum officium est aĩmas in bello pro patria occisorum debitis laudibus prosequi & æternę memoriæ commẽdare: securi. s. effecti per Romanorum abitionem: fudistis. i. abunde sed nequicq̃ cecinistis de Gallis occisis, plurima carmína. Et vos o Dryidę, sacerdotes arcani Gallorũ (sic dicti: ꝙ sub quęrcubus viuitis & vaticinanimi. nã Drys dryos quęrcus dicitur: druinos autẽ quærnus. vnde a quibusdã Druidæ vocantur: a Tortellio autẽ Dryidæ: a Sipontino & commentarijs huius Dryudæ. Sed putẽ per errorẽ imprimentiũ id cõtigisse: nam grece Δρυΐδαι scribitur. Vnde Diogenes Laertius apud Stephanũ Δρυΐδαι ἔθνοσ γαλατικὸν φιλόσοφον. Quod vero etiam Druida scribatur est ꝙ pro y sæpe u reperitur. Neq; a sola quærcu dicti videntur. Nam Nicãdri commẽtator in Theriacis asserit antiquitus omnem arborem Δρυν dici. De ijs autem plurima dicit Io. Baptista Pius in annotationibus posterioribus cap. lxij. quod post Beroaldum addam.) repetistis ab armis positis. i. depositis & sedatis. i. vt primum bella erãt sedata, & hostis exuerat, repetistis ritus Barbaricos. i. solitas cerimonias & superstitiones Barbariæ plenas, & morem. i. institutum, sacrorum, sinistrum. i. peruersum: vt Sulpitius cau

sam affert. Datum est.i.concessum a dijs, vobis solis nosse de os quia dicunt se habere colloquia arcana in sylvis cum ipsis dijs,& numina coeli.i.etiam deos cęlestes aut datum est vobis solis nescire deos quia p supstitionem singularem ab aliorum religione dissentitis:& ita aut soli scitis deos si non erratis, aut soli nescitis.aut sensus est datũ est vobis solis, aut nosse.i.approbare & recipere deos aut nescire deos.i.improbare & inficias ire deos esse.quia penes vos est decernere qui dij recipiendi sint,qui non:quia vos incolitis alta.i.densa & profunda nemora sup.in lucis.i.sylvis inceduis & alicui luci sacris : remotis.s. a consortio hominum.i.desertis. Vmbrae.i. animę defunctorum non petunt vobis authoribus.i. secundum authoritatem vestram.i. vt vos authores estis & praedicatis,sedes erebi.i.inferni,& regna pallida.i.pallorem inducentia, Ditis.i. Plutonis,pfundi.i.inferni,hoc est secundum authoritatem vestram animę corporibus exutae non descẽdunt ad inferos:sed idem spiritus qui rexerat membra in vestra regiõe:regit artus.s.humanos,in alio orbe.i.mundo aut parte eius:sicut adhuc vulgus dicit defunctos in paradisum aut alterum mundum migrare sed fideliori modo q̃ illi:qui cum populo persuasissent esse alterum mundum in quem migrarent:non dubitauerunt plurimi hic mutuo dare quod illic reciperent, videlicet apud Antipodas aut in insulis fortunatis. Si vos canitis.i. praedicatis cognita.s.ex reuelatiõe deorum,mors est media.i. mediatrix lõgae vitae,quia per eam peruenitur ad aeternam vitam,certe populi quos arctos.i. vrsa despicit.i. deorsum videndo inspicit. i.positi sub septemtrione:sicut primo aenei.dicitur. Despiciẽs mare veliuolum.i.deorsum videns:quia cum dij deorsum vident despiciunt,at cum homines despiciunt hominem,eum contemnere intelliguntur. Per hos autem Commẽtarij intelligunt Gallos septemtriõales aut Dryidas ipsos:ego vero Getas intelligo:quia mortem contemnunt laudato vulnere Getę vt dicit Maro. Dicas forte id Gallos quoq; praecipue a Dryidis persuasos fecisse. non inficias eam. Roges igitur cur potius getas intelligam: an q illi magis sub septẽtrione sunt? Iuuat fateor hoc:sed est mihi potior ratio:quia si cognita & pspecta est ea res Dryidis non ipsi ducũtur errore:sed getę qui nescientes aliam vitam aut alium mundum, nihilominus mortem contemnũt:& ita per errorem suum felices sunt quia cito in regionem felicium perueniunt:cum Dryidae sint felices per sciẽtiam. Dicerem tamẽ narrationem redire ad Gallos vt ibi inde ruendi &c. rursus loquatur de Gallis . Ordo igitur est. Populi quos arctos.i. vrsa aut polus arctic⁹, despicit, felices sup. sunt errore suo quia per mortem cito assequuntur felicitatem cum tamen id nesciant:& ita contemnendo temerarie mortẽ errant & tamen feliciter, vtpote quos metus ille maximus timorum .i.metuum, videlicet metus leti.i.mortis, haud vrget.i.non afficit. Inde quia Dryidae pręedicant alteram vitam, mens.i. voluntas, ruendi in ferrum.i.arma opposita est, viris, id est virili illi populo, prona.i.procliuis:& animę sunt capaces mortis:& parcere vitę rediturę est.i.existimatur ignauũ.i.ad ignauiam ptinere. Et vos o milites Romani:oppositi.s.a Cęsare arcere.i. ad arcendum bellis.i.a bellis inferendis, Caicos populos illos Germanię, crinitos.i.capillatos multũ aut pilosos, petitis Romam,& deseritis ripas Rheni feroces.i.a Caicis ferocibus habitatas,& deseritis orbem.i.oram aut regionẽ, hoc est Germaniam, apertum.i.tunc primum a Caesare peruium factum:gẽtibus.s. volentibus ipsum inuadere.

trem veneo sustulit:deinde regno assumpto templum statuit Dianę cui hospites sacrificabat existimans ea crudelitate suum nomen posse clarescere. auctor Diodorus. Plurima securi fudistis carmina Bardi. Apud Gallos eximio in honore fuerunt Melodiarum poetę quos Bardos appellant vt Strabo & Diodorus referunt. hi cum organis velut cum lyra cãtant. Viros fortes & qui in bello perierũt extollẽtes, ignauos vero vituperãtes. Securi.i.recedentibus.s. Iulianis militibus. Et vos Barbaricos ritus. Druides vt Plinij verbo vtar sunt magi Gallorum maximoq; apud eos sunt ĩ honore : sacrificia publica ac priuata procurãt:religiones interpretanť. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinę causa concurrit vt Caesar est auctor. qui pluribus verbis Druidum ostendit rit⁹.& vt tradit Strabo rem etiam bellicam iudicabant:a deo vt Martem collaturi illis iubentibus desisterẽt. Immortales animas & mundum nõ genitum asserũt. Gallos a Dite patre prognatos dicũt. Nemora alta remotis incolitis lucis. Druides lucos roborum eligũt: nec vlla sine ea fronde sacra conficiũt: vt inde auctore Plinio appellati quoq; interpretatione gręca possint Druides videri. Praeterea certo anni tempore in finibus Carnutum considunt in loco consecrato vt narrat Caesar. Vobis auctoribus vmbrę. In primis hoc volunt persuadere non interire animas sed ab alijs post mortem trãsire ad alios:atq; hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto. multa pręterea alia disputant vt refert Cęsar. Auctoribus ergo Druidibus animae mortuorum non petunt inferos. Tacitas erebi sedes. Ereb⁹ fluuius est inferorum & pfunditas. Vergilius. Et magnos Erebi tranauimus amnes. Ditis, id est Plutõis regis inferorum. Regit idẽ spiritus artus. Idẽ dogma fuit Pythagoreorum quod Druidum, existimantium animas in diuersa corpora transire Mors media est. Mors dicitur finis naturae vt inquit Cicero.& Horatius. Mors vltima linea rerum est. Sed si verum est dogma Druidum mors non est finis sed media quoniam post illam viuitur in alijs corporib⁹. Populi quos despicit arctos felices.i. Galli qui vergunt ad septemtrionem. Leti metus.i.mortis qui est maximus timorum vt Seneca,& Lucretius tradunt. Et ignauum videť eẽ in bellis & ignaui viri parcere vitę quae reditura est. Crinigeros Caicos. Caici sunt ppli Germanię, quos omnes gęographi Caucos nuncupant. Crinigeros dicit a capillis quos alũt: nam teste Plinio Sapo rutilãdis capillis apud Germanos maiore in vsu est viris q̃ foeminis.

Bardi.

Druides.

¶ Quãtas & q̃ deformosissimas in Flauio Vopisco maculas inuenerim (quę possum dicere) ex hac menda, quam subtexam, exemplum capere poteris Dicebat:inquit Vopiscus: Aurelianus Gallicanas consuluisse Dryadas sciscitantem vtrum apud eius posteros imperium permaneret. si promiscuę lectioni subscribis interpretatio facillima est:ipsum Aurelianum cõsilium cepisse a nymphis Gallicãis, quae dicuntur Dryades ἀπὸ τῶν δρυῶν, hoc est quaercubus:quippe cum quaerceta sint nymphis illis consecrata. Sunt autem quęrceta loca quęrcubus consita: vt castaneta castaneis, coryleta corylis, citreta citreis pomis, laureta lauro, fraxineta fraxino,& sic de reliqs. Amadryades vero nymphae vocitantur, quae cum quaercubus gignuntur,& moriuntur. Lectio tamen elegãtior est haec si scribis Gallicanos Druidas. Sunt enim Druidae Gallorum magi, hoc est sapientes: de quibus multa Plinius,& Sueto-

Ioãnes Baptista Pi⁹.

Druidæ. nius:plenius tamen Cęsar belli Gallici Commētario sexto.quæ scribit ille sunt hæc.Druidæ rebus diuinis intersunt:sacrificia publica ac priuata procurant:religiones interpretantur.Ad hos magnus adolescentum numerus disciplinę causa concurrit:magnoq; hi sunt apud eos honore.Nam fere de omnibus controuersijs publicis priuatisq; constituūt:& si quod est admissum facinus:si cędes facta:si de hæreditate,de finibus cōtrouersia est:ijdem discernunt,præmia pœnasq; cōstituunt.Si quis aut priuatus aut publicus eorum decreto non stetit,sacrificijs interdicunt.hęc pœna apud eos est grauissima.Quibus ita est interdictum:ij numero impiorū,ac sceleratorum habentur:ijs omnes decedunt:aditum sermonemq; diffugiunt:ne quid ex cōtagione incommodi accipiant:neq; his petentibus ius redditur:neq; honos vllus communicatur.His autem omnibus Druidibus præest vnus,qui summam inter eos habet auctoritatem.hoc mortuo,aut si quis ex reliquis excellit dignitate succedit:aut si sunt plures pares,suffragio Druidum:nonnunq̄ etiam de principatu armis cōtendūt.Hi certo anni tempore in finibus Carnutum:quæ regio totius Gallię media habetur:considunt in loco consecrato.huc omnes vndiq; qui controuersias habent,conueniunt:eorumq; iudicijs,decretisq; parent.Disciplia in Britānia reperta:atq; inde in Galliam translata esse existimatur:& nunc qui diligentius eam rem cognoscere volunt:plærunq; illo discendi causa proficiscunt.Druides a bello abesse consuerūt,neq; tributa vna cum reliquis pendunt:militię vacationem,omniumq; rerum habent immunitatem.tantis excitati præmijs,& sua spōte multi in disciplinam conueniunt,& a propinquis parentibusq; mittuntur.magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur.Itaq; nonnulli annos viginti in disciplina permanent:neq; fas esse existimant ea literis mandare cum in reliquis fere rebus publicis,priuatisq; rationibus græcis literis vtantur.In primis hoc volunt persuadere non interire animas:sed ab alijs post mortem transire ad alios:atq; hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto.Multa præterea de syderibus,atq; eorum motibus,de mundi ac terrarum magnitudine,de rerum natura,de deorum immortalium vi ac potestate disputant,& iuuentuti tradunt.Hæc curiose satis Cæsar. Addit Plinius Druides dicta roboribus. δρῦς enim græce quærcus dicitur. Propterea Dryides quidam vocare malunt:res leuis & parui mom̄eti: y em̄ in v verti potest:addito a latinis i elemento.in dictionibus græcis peregrinitatem abhorrentes quandoq; aliquid addimus.Nihil habēt Druides,ita suos appellant magos Galli,visco & arbore in qua gignatur,si modo sit robur,sacratius:omnia sanantem appellantes suo vocabulo.Erant apud Gallos duo genera sacerdotum vaticinātium Bardi.s.& Druides,de quibus sic heroice canit arduus Lucanus.

Plurima securi fudistis carmina Bardi &c.

Mirū est Druidas Cęsarem ab armis excludere:Lucanum vero bellis īserere.Scribit Strabo passim apd̄ oēs Gallos eximio in honore haberi Bardos,Vaties,& Druidas.Bardi laudationibus quidem ac reb9 poeticis student.Vaties autem sacrificiorum naturaliumq; causarum curæ dediti. Druidæ præter causarum studia moralem disciplinam exercent:iustissimi autem omnium opinione:cum priuata & publica iudicia eorū fidei mādentur:vt rem ante bellicam iudicarent:capitis quoq; iudicia eorum sententię permittebantur.Lego tamē vetulam Dryadem præsciuisse Dioclitiano imperium cum aprum interfecisset.

Cæsar vt immensæ collecto robore vires
Audendi maiora fidem fecere:per omnē
Spargitur Italiam:vicinaq; mœnia complet.
Vana quoq; adveros accessit fama timores:
Irrupitq; animos populi:clademq; futuram
Intulit:& velox properantis nuntia belli
Innumeras soluit falsa in præconia linguas.
Est qui tauriferis vbi se Meuania campis
Explicat:audaces ruere in certamina turmas
Afferat:& qua Nar Tyberino illabitur amni:
Barbaricas sęui discurrere Cęsaris alas.
Ipsum omnes aquilas collataq; signa ferētem
Agmine non vno densisq; incedere castris:
Nec qualē meminere vident:maiorq; ferusq;
Mentibus occurrit:victoq; immanior hoste.
Hunc inter Rhenū populos Alpesq; iacētes
Finibus arctois patriaq; a sede reuulsos
Pone sequi:iussamq; feris a gentibus vrbem

SVLPIT. ¶Cæsar vt immen.Cęsar legionibus euocatis frustra tentata concordia per.L.Cęsarem & Roscium prætorem quibus dederat mandata.Pompeius.M.Anto.cum cohortibus quinq; Aretium misit:ipse ad Ariminū cum duabus legionibus substitit:delectum habere instituit:Pisaurum Sanum Anconā singulis cohortibus occupat:vt ait Cęsar.Appianus vero inquit Cæsar ab Arimino vbi non diu moratus ad vlteriora contendit arcibus præsidium imponens & quęcunq; in transitu obstiterant,vel vi,vel humanitate sibi vendicans,Immensę vi.col.ro.vt magna potentia ex coadunatis legionibus. Maiora.q̄ esset Arimini occupatio. Spargit.Spargit cohortes.metonymia.Cōplet,pręsidijs firmat.Vana quoq;.Terror vrbis describit de quo fere sic Appianus. Fugæ igitur & concursiones omnibus in locis summa trepidatione fieri cœptę:quum Cęsarem cum vniuersis copijs adesse crederent.Quæ omnia intelligētes cōsules Pompeium vrbe egredi & per Italiā delectus agere veluti rep.extremo in periculo posita iusserunt.Vana,inanis.Accessit:addita est.Irrupit,aggressa est.Intulit,immisit in animos velut conspicuam.Velox nū. fama ipsa,quo nullum malum velocius vt ait Maro.Properantis;festini.Nam Cæsar erat præceps in omnia.Innumeras lin.vel hominum vel ipsi9 famæ:cui quot sunt corpore plumę tot linguæ totidemq; ora sonant.Præconia.denuntiationes.Est qui.Aliquis Cæsaris acies Meuaniæ campos,aliquis Ortinos vasta-

Romano spectante rapi.sic quisq; pauendo
Dat vires famę:nulloq; auctore malorum
Quę finxere timent:nec solum vulgus inani
Perculsum terrore pauet:sed curia:& ipsi
Sedibus exiliere patres:inuisaq; belli
Consulibus fugiens mandat decreta senatus.

¶ Cæsar vt immensæ. Bono ordine post collectum exercitū copiosum commemorat quidnam Cęsar egerit & quem terrorem Romę immiserit:vtq; senatus fugerit dicens. Vt.i. postq̄ vires immensæ.i.copiæ maximę,robore.s.exercitus prius dispersi,collecto.i.coadunato,fecere fidē.i,fidutiā:audendi maiora.s.q̄ Ariminū inuadendi,Cæsar.i. exercitus Cæsarianus, spargitur.i.dimittitur per omnem Italiam & complet. i.præsidio firmat,mœnia vicina.i.quę prima inuasit oppida.Et cum id faceret maiora tamen facere dicebatur. vnde fama vana.i. falsa & mētita,accessit ad timores vanos.i.ob veram causam habitos,&irrupit.i.vi obsedit:animos populi.s.tam Romani q̄ aliorum:& intulit.i.immisit in animos & conspicuam fecit, cladem.i.cædem & direptionem,futuram.i. patrandā a Cęsare:& ipsa fama,nuntia velox quia vt dicit Maro. Fama malū quo non aliud velocius vllum:Mobilitate viget:viresq; acqrit eundo. Parua metu primo &c.belli properantis:quia Cęsar omnia properanter faciebat : soluit linguas innumeras.s.aut suas aut populorum:in præconia.s.de Cęsare,& exercitu eius falsa quia prędicantia de eo longe maiora q̄ essent. Est sup.aliquis qui afferat.s.Romā.i.annuntiet,turmas.i. classes equitū audaces quod ad terrorem facit,& ideo audaces ꝙ Gallis adiutas,ruere.i.præcipites ire in prælia illic sup. vbi Meuania regio illa Vmbriæ explicat.i.dilatat se:cāpis tauriferis: quia ibi Clitumnus lacus : in cuius ripis nutriūtur tauri candidi. Vnde Maro in gæor. Hinc albi Clitūne greges &c. Et sup.est qui afferat:alas Barbaricas.i.turmas Gallicas Cæsaris sæui.i.sæuiētis in patriā,discurrere sup.ea parte:qua Nar fluuiꝰ ille sabinorum,de quo Maro. Purpurea Nar albus aqua &c.illabitur amni Tyberino.i.in Tyberim a Tyberino denominatum.Et est qui afferat:ipsum.s.Cæsarem caput totius mali.vnde emphaticos(vt solet)ponitur ipsum. ferentem.s.per suos,oēs aqlas. i.decem legiones,quibꝰ tot aquilę pręferebantur, & signa sup. omnia collata.i.coadunata,incedere.i.progredi pōpose non vno.i.multiplici agmine.i.acie instructa,& progrediēte, quia ab agendo.i.eo ꝙ agitur agmen dicitur,& castris densis.i.cōstipatis militibus qui castra defendant : nec vident.i. non rep̄sentant oculis mentis suę:Cæsarem sup.talē qualē meminere .i.memoria tenebant eum esse.erat enim pius & clemens: vsq; ad pœnitudinem vt docet Plinius.sed sup.occurrit mentibus .i.phantasijs,& imaginationibus eorum:maior.s.q̄ erat, & ferus,cum pium eum nouerint:& immanior.s.effectus,hoste.s. Gallo, & Britanno, ac Germano, victo, id est insolentior, & ferocior effectus propter tantam victoriam. aut ferocior hoste victo,id est q̄ hostes Barbari quos vicerat. Et sup.occurrit populos iacentes inter Rhenum & alpes.i. omnes Gallos transalpinos vt dicit Sulpitius:sed pręcipue Heluetios : quos Svviseros seu svvitēses vocāt:& Heduos ac reliquos Burgūdos:ac Allobrogas.i. Delphiates dicit:quę natio tota bellicosa est:reuulsos.i.vi abstractos finibus arctois.i.septemtrionali plaga ad quam vergunt,& in qua nati sunt : vnde addit, & a sede,id est firma habitatiōe,patria. & ita difficulter ab ea diuellūtur:quod Elissam non latuit æneí.iiij.de tyrijs loquentē. Et quos Sydonia vix vrbe reuelli Rursus agā pelago &c. seq hunc.s.Cęsarem tam terribilem(ita Sabellicus legit non tūc: & melius q̄ alij)pone.i.iuxta sed a tergo.habet autem accentū re dicebat. Turmas, equitum classes. Meuania oppidum in Vmbria ad viam Flaminiā: pręter quod labitur fluuiꝰ Theneas. Ibi & Clitumnus est candidorum armentorum & gregum ferax. Explicat.i.dilatat. Qua nar. Nar Sabinorum fluuius e Fiscello mōte defluēs, aquis sulphureis miscetur: & iuxta Narniam oppidum pręterit:& ad Ortas in Tyberim influit. Alas Barbaricas. Turmas Cęsaris Gallicas. Omnes aquilas. Decem legiones: metonymia est. Collata in vnū,coadunata. Agmine non vno:pluribus aciebus & exercitibꝰ Densis castris, hoc est præ copiarum multitudine densa castra faciēs. Nec vident qualem.nec considerant,nec videntur aspicere tā mitem & placabilem. Occurrit, repręsentatur. Immāior hoste victo:crudelior ipis quos superauit Germanis,qui immanes sunt. Vel immanior,improbior ob victos hostes. Populos iacentes.omnes Gallos transalpinos. Reuulsos,euocatos. Pone,post. vt pone subit cōiunx. Vrbē:Romam. Romano, Romanis militibus:ne ipsi direptione patriæ se contaminarent. Dat vires,auget. Nam vt inquit Maro:Parua metu primo. Nullo authore.cū nullus minarum nuntius esset. Finxere,ipsimet. Perculsum,perterritum. Percellere ad animum. Percutere vero ad corpus pertinet. Curia, Senatores reip. curā gerētes. Indicat enim id verbum personas & locum. Ipsi patres:interpretatio. Ex his multi Pompeium Capuam secuti sunt. Mādat, committit. Decreta inuisa.constitutiōes odio plenas:vt Cęsarē persequerentur,& prouiderent ne quid mali respu.pateretur:quod in tumultibꝰ semp solebant consulibus dicere. Consulibꝰ:Lētulo & Marcello.

Meuania.
Clitūnus.
Nar.
Percello.
Percutio.
Curia.

¶ Per omnem spargitur Italiam. Cęsar post captum Ariminum occupauit vt supradictū est Vmbriā Picenū atq; Hetruriā. Vana fama hoc ad historiam refertur nam falsi vndiq; rumores & metus inuasere Romanos pinde ac Cæsar cuncta occuparet ac depopularetur Quapropter Pompeius vrbe velut fugiens discessit senatumq; ac consules sequi se iussit Auctor Plutarchus. Et velox nūtia. Ita Vergilius. Fama malum quo non aliud velocius vllum Mobilitate viget. Meuania. Meuania ciuitas est in Vmbria:prope quam labitur Clitumnus fluuius, cuius aqua pota candidos boues facit vt refert Plinius, & Seruius apud Vergilium in eo loco. Hinc albi Clitumne greges,& maxima taurꝰ Victima. hinc Lucanus campos Meuanię appellat tauriferos.

BERO.

Et qua nar. Nar est amnis monte fiscello labēs. Tyberim ingreditur vt Pliniꝰ ait: aquas sulphureas trahens. a Nare Narina ciuitas nominata est. Barbaricas alas. Exercitus diuiditur in equites,& pedites. Equitum alę dicūtur ab eo ꝙ ad similitudinem alarum ab vtraq; parte ꝓtegant acies: vt Vegetius,& Gellius narrāt. Peditum vero dicunt cohortes. Barbaricas.i.Gallicas. Ipsum.s.Cęsarem. Vidēt .s.animo,concipiunt eum venire ferociorem sęuioremq; q̄ antea fuerat. Victo hoste.s.Gallis. Tunc inter Rhenum.ordo est. Vident populos iacentes inter Rhenum alpesq; hoc est

Gallos. Pone sequi.i.post ipsum Cæsarem venire. Iussam.s.a Cęsare. Vrbem, Romã Dat vires famæ.i.famam extollit in maius Curia.i.senatores.

in fine vt a verbo differat.& occurrit vrbem.s.Romã, iussam sup.esse a Cæsare, rapi a gentibus feris.i.immanibus & iam latio inimicis, & hoc Romano spectante: vel eo qui in vrbe erat: & cuius res erat, quo maior sit indignatio: vel eo qui in exercitu Cæsaris erat: ne contra decorum putetur quispiam in patriam sic sęuire. Sic.i.in hunc modum, quisq;.i.quilibet, pauendo.i.nimium timendo, dat famę vires.i.incremẽta.i.ea dicit futura quæ maxime timet, & sup.omnes timẽt ea sup.mala, q̃ finxere.i.per imaginationem & cõiecturam opinati sunt futura, nullo authore.i.certo assertore.i.q̃uis nullus esset certus author, malorum.i.incommodorum quæ timebant. Quia sicut imaginata bona pariunt vera gaudia, ita mala tristitiã. Nec solum vulgus.i.vilis popellus, perculsum.i.stupefactum & perterritum: inani terrore, quia plus timebat q̃ timendũ erat: & si senatus potenter cum Pompeio obstitisset cœptis Cæsaris nunq̃ forte voti compos euasisset: pauet .i.extimescit, sed &.i.verum etiam Curia.i.collegium senatorum, & pro.i.ipsi patres.s.conscripti.i.senatores exiliere sedibus.i.mansionibus, ac domibus suis, quas præ timore quasi saltantes dereliquerunt: quia pedib⁹ timor addidit alas: & senatus.i.collegium senatorum, fugiens.s.ex vrbe: mandat cõsulibus.s.illius anni Lentulo, & Marcello: decreta belli.s.gerendi: inuisa.s.consulibus: qui ea non libenter obiuerant propter timorem Cæsaris, aut inuisa.i.inuidenda & odiosa, propter acerbitatem in Cæsarem.

SVLPIT. ¶ Quę tu. pe. & quę. Ad q̃ loca confugiant & vnde discedãt. Incerti: Synthesis. Quo tu impe. fu. quo metus & fugiendi stimulus abstuit. Vrget preci. impellit festinum. Serieq; her. lon. continue & ordinate multitudines egrediuntur. Credas: credere possis inquit aut domos comburi aut terræ motu vexari. Faces ne. incẽdium. Corripuisse, occupasse. Nutantes trementes & inclinantes. Pẽdere, minari casum. Ruina quatiente: ruinoso impetu agitãte. Lymphata, furiosa. Lymphati dicũt mente commoti qui ex aqua vitium traxere. cuius est huc atq; illuc discurrere. (Lympha.) Lympha enim est aq̃, quod fit a nympha mutata litera Lymphati ergo nympharum furore percussi dicuntur, sicut Ceriti cereris. (Ceriti.) Vnica: sola fugiendi spes reliqua esset. Afflictis: aduersis. (Fligere.) Fligere enim percutere est. Inconsulta, incõsyderata: sine cõsilio. Qualis: velut naue hautrinis fluctibus pereclitante sed nondum dissoluta: nautę se in mare præcipitant: sic populus ruebat in fugam. Turbidus, nubil⁹ & vehemens. Reppulit æquor syr. ita in septemtrionem flat: vt Syrtes Meridianæ siccentur. Põdera mali veliferi. Grauis malus vela gerens, cum sonitu fract⁹ est. Desilit, deorsum salit. Magister: quem Pompeio & Senatui cõparat: nauitas vero populo. Nondum sparsa compage: naui adhuc integra, & nondissoluta contextura. Facit naufragium. Iacit se in mare, & enatat, velut naui fracta. (Naufragiũ) Est enĩ naufragium fractio nauis: & naufrag⁹ qui nauẽ (Naufrag⁹.) fregit, & cum periculo nat. Null⁹ iam u. Quãta trepidatio mẽtes inuaserit ex obliuiõe charitatis ostendit. Languidus æuo, decrepitus. Nullum, filium. Eualuit reuo. potuit reducere, & retinere. Aut patrij: aut expectauit dũ sacrificaretur & pro salute ipsorum vota conciperentur. Hoc etiam ideo dixit. Quoniam vt habet Plutarch⁹, Cõsules nec peractis de more sacrificijs se fuga surripuerũt. (Lares.) Patrij lares siue dij domestici domorum & cuiuscunq; loci custodes Laris nymphę & Mercurij filij. Conciperent: conceptis verbis enuntiarent, parẽtes & coniuges. Dubiæ, quæ in periculo erat. Hęsit li. q; ipsum crederet abire vt est mos discedentium. Oui. Ter limen tetigi ter sum reuocatus & ipse. Indulgẽs animo pes mihi tardus erat. Sæpe vale dicto rursus sum multa locutus. Visu extre. aspectu vltimo: qa nũq̃ reuersurus. Ruit, pperat. Irreuocabile: reuo

Tũc q̃ tuta petant: & q̃ metuẽda relinquãt
Incerti: quo quęq; fugę tulit impetus: vrgent
Præcipitem populum: serieq; hærentia longa
Agmina prumpũt: credas aut tecta nefandas
Corripuisse faces: aut iam quatiẽte ruina
Nutantes pendere domos: sic turba per vrbẽ
Pręcipiti lymphata gradu: velut vnica rebus
Spes foret afflictis: patrios excedere muros:
Incõsulta ruit. Qualis cũ turbid⁹ hauster
Reppulit a Libycis immẽsum syrtib⁹ ęquor:
Fractaq; veliferi sonuerũt pondera mali:
Desilit in fluctus deserta puppe magister:
Nauitaq;: & nõdum sparsa compage carinæ
Naufragium sibi quisq; facit: sic vrbe relicta
In bellum fugitur: nullum iam languidus æuo
Eualuit reuocare parens: coniunxq; maritum
Fletibus aut patrii (dubię dũ vota salutis
Conciperent) tenuere lares: nec limine q̃sq̃
Hæsit: & extremo tunc forsitan vrbis amatę
Plenus abit visu: ruit irreuocabile vulgus.
O faciles dare summa deos: eadẽq; tueri
Difficiles: vrbem populis victisq; frequentem
Gentibus: & generis (coeat si turba) capacẽ
Humani: facilem venturo Cæsare prædam
Ignauę liquere manus. Quũ pressus ab hoste
Clauditur externis miles Romanus in oris:
Effugit exiguo nocturna pericula vallo:
Et subit⁹ rapti munimine cespitis agger

Prębet securos intra tentoria somnos
Tu (tantū audito bellorum nomine) Roma
Desereris: nox vna tuis non credita muris.

¶ Tunc quæ tuta petant &c. Graphice prosequitur fugā senatus: ostēdēs quid metus & subita mentis cōsternatio possit: quia qui solis castris muniti toto mundo resistere ausi fuerāt: nunc aduentante Cęsare ne muris quidem se credere audebāt: facientes incōsulte vt in tempestate deprehensi qui ob incerta quæ timent naufragia certissima faciunt: & se pręcipitantes in mare longe maiora obeunt pericula q̄ si in naui manerent. Ordo aūt est. Tunc postq̄ senat⁹ fugiēs dederat decreta cōsulib⁹: ipsi oēs incerti.i.dubij & nescij, existētia tuta petant.i.adeant, & q̄ existētia metuenda relinquāt.i.ignari & q̄ petāt & q̄ nō petant ob metū, vrgēt.i.impellunt currēdo p alios: populū pręcipitē.i.pperārē ad fugā: vrgēt dico eo quo ipet⁹ tulit quēq̄ (Meli⁹ autē meo iudicio legitur vrgent: quia p supposito habēt patres incerti vrgent: & prorūpunt &c. q̄ vrget: nisi sit quisq̄ vrget: sed cur sequaꝛ prūpunt? Sit ergo q̄si q̄ parenthesim dictū quo quēq̄ tulit imper⁹) & ipsi sic vrgētes populū, prūpunt.i. porro rūpūt & cū velocius & impetuosius aufugiant vi interrūpunt agmina.s. populi, hærētia.i.conglobata longa serie.i. continuata dispositione. Sulpitius intelligit vt agmina construaꝛ a parte anteriori: vt sit agmina hærentia longa serie prorūpunt.i. vi erūpunt & exeunt portas, ego malo dicere tali cōmotione populū frequentē fuisse ante curiam: sed patres per medios arripuisse fugā. Credas.i.credere possis aut faces nefandas.i.dolo ab hoste illatas, corripuisse tecta.i. ædes ipsorū aut deorum, aut domos.s. priuatas, pendere nutantes.i. iam iamq̄ casuras & casum minantes, & hoc ruina quatiēte, id est concutiente.s. animos eorum aut domos. Sic.i.eo modo, turba.s. patrum & populi permixta & turbata multitudo, lymphata.i. furore percita tanq̄ viso in lymphis numine nō vidēdo, rupit inconsulta.i.sine consilio, per vrbem.s. Romā, gradu pręcipiti, id est veloci & inconsyderato cursu, velut.i. perinde ac si vnica spes foret rebus afflictis, id est aduersis & clade affectis. vt ænei.j. Ausus & afflictis rebus sperare salutem, excedere muros patrios, id est patriæ suæ, aut sic velut excedere muros patrios, foret vnica spes rebus afflictis. Alludit ad Athenień. quibus ex oraculo aduentante Xerxe in muris ligneis, id est in nauibus per fugam arripiendis spes salutis constituta erat. ruit dico talis qualis magister.s.nauis, id est gubernator quem patronum vulg⁹ appellat, & nauita, id est omnis remex nauigationi intentus, desilit.i. pceps salit in fluctus.s. marinos, puppi, scilicet sua deserta: cum hauster vētus ille turbidus.i.turbinē cōcitās & impetuosus, repulit, id est vi amouit æquor immensum a Syrtibus, Libycis, id est totum mare impulit in septemtrionem relictis Syrtibus: & cum pondera id est immensa robora mali veliferi, id est arboris ferentis velum in naui, sonuerunt, id est crepitum dederunt: & ita quisq̄ facit sibi naufragium, id est facit ea q̄ debere faceret post naufragiū: & hoc cōpage, hoc est cōpactiōe, carinę.i. alui ipsius nauis, nondū sparsa, hoc est dissoluta.i. dū adhuc integra est nauis licet mali sint rupti. Sic fugiꝛ.s. ab oīb⁹ & a Pōpeio qui magistro cōparādus est: & a ppīo qui nautis, dicꝛ nauita p regulā: & nauta per sycopē. fugitur dicit in bellū.q.d. in manifestū periculum: quia dum bellum vitant, bellum incurrunt non incursuri tale si Cæsarē exclusissent. Parens, id est pater languidus æuo, id est senio confectus, nullum, id est non vllum, nō eualuit.i.toto conatu non potuit, euocare vllum, scilicet filiū, q̄ pro et coniunx, id est vxor non eualuit reuocare fletibus vllum maritum: aut lares patrij, id est dij Penates, & paternę māsiones quæ charissimę sunt: non tenuere sup. vllos, dum id est donec conciperent, id est ad mentem reducerēt vota, id est desyderia, salutis dubiæ.i.non poterant tantisp a fuga reuocari catoribus nō auscultans. O faci. Amplificando rem poeta sententiose exclamat. Dare, ad dandū. Difficiles tuæ. duri ad seruandū: facilius ē eīm parare q̄ parata seruare. Ignauę ma. inertes coetus. Facilē prę. quā facile pdari posset. Frequentē, plenā & multos cōtinentē. Capacē ge. hu. q̄ cunctos hoies caperet si in vnū coadunarētur. Cū pressus. fugā improbās & deplorās a cōtrario argumētatur. Romani inquit in agris hostilib⁹ vallo aggere & fossa se muniūt ac cōtinent. Vos vero vrbē munitam sub primū rumorē relinquitis. Pressus, vexatus. Claudiꝛ, obsidetur in agro hostili: vt exercit⁹ Sp. Posthumij ad furculas caudinas vbi a Sānitibus obsessus castra muniuit vt noctu securus esset. Vallo, munimento ex vallis hoc est palis facto. Aggere su. cōgeries subitaria ad munitionem castroꝝ. Securos, sine metu. Tentoria, multum tecta. Munimine cespi. ra. munimēto terrę euulsæ. Cespes pprie ē terra cū viridi herba euulsa vel excisa. Noīe, rumore. Nox vna tu. non cre. mu. vnius noctis spatio tuis muris non confiderunt. Cespes.

BEROALDVS.

distantes Roma & Præneste ex ęquo stadijs centum. Strabo docet. Sacerdos vittata: maxima vestalium velata. Erāt aũt Vestales viginti: & cauet Pappia lege. de eis Plutarchũ in vita Numæ & Gellium lege. Mineruã. Palladium quod cum iaceret in loco secreto Helenus apud Arisbam captus indicauit. Eius exemplar in aperto ad fallēdos insidiatores fuisse positum Dionysius tradit. Diomedē & Vlyssem id Troiano bello ꝑ cuniculos surripuisse vulgatum est: Diomedemq; apud se seruasse: & prętereunti ad Calabriam Aeneę obtulisse: Nautemq; id accepisse: & ideo Mineruæ sacra non penes Iuliā sed penes Nauteam familiā esse. Tu qui fa. de. hoc ē quindecimuiri quibus facultas Sibyllinos libros inspiciēdi & interpretādi. Principio duo fuere postea. x. inde. xv. Demũ ad. lx. aucto numero, quindecimuirum tamē nomē retinuerunt. Et lotā par. hoc est Galli sacerdotes Cybeles. allusitq; ad veterem ritum, qui quotānis repetebatur. Nam cũ Cybele e Phrygia adueheretur & nauis in vado Tybridis inhæsisset nec vllis viribꝰ posset euelli & Claudia casta facile sola traxisset: ꝑfectaq; dea esset vsq; ad Almonis in Tyberim exitũ: sacerdos eam aqua eius fluminis lauit. Hinc Oui. Est locus in Tybrim quo lubricus influit Almo. Et magno nomē perdit in amne minor. Illic purpurea canus cum veste sacerdos Iunonis dñam sacraq; lauit aquis. Augur, augurum collegiũ. Augures principio tres fuere patricij: inde quattuor: postea adiecti sunt quinq; plebei. Erāt igiť nouē. In captādis auguriis a quattuor partibꝰ auspicatas aues obseruabāt: Anticam: posticam: dextram & sinistram. Sinistras prosperas. Sinistra enĩ auguria ideo ꝓspera dicuntur quia a dijs missa putanť quibꝰ quę dextra sunt, nobis oppositis sinistra. Alias rationes apud Plutarchũ vide. Septemuir, septemuiri epulones erant q in dicendorum faciēdorumq; epulorum Ioui & dijs reliquis facultatem habebant. Cice. in oratione. Pontifices veteres ꝑpter sacrorũ multitudinē tris viros epulones esse voluerunt: cum essent ipsi a Numa vt etiam illud ludorum epulare sacrificiũ facerēt instituti. Titijq; sodales. Titij sacerdotes Apollinis, a Titijs auibꝰ quas in augurijs certis obseruare solebant sunt appellati vt ait Varro. Salius. Numa Pompilius. xij. Salios Marti cõstituit. Tullꝰ Hostilius numerũ duplicauit. hi gestantes scuta & ad tibias tripudiantes deorum laudes cantabāt hos Palatinos Agonales & Collinos fuisse appellatos Dionysius scribit. Ancilia, scuta cuneata specie, habētia latera arctiora: q̃ calendis Martijs per vrbem ferebantur: cælestiaq; arma vocabanť. Principio vnũ fuit quod Numæ tpe e cælo cecidit. In quo cum esset fatũ Romani imperij: ne forte subtrahi posset. xj. similia sũt fabricata: dictũq; Ancile ꝙ sit circuncisum. Ouidius. Atq; Ancile vocat ꝙ ab omni est parte recisum. Cũq; notes oculis angulus omnis abest. Flamen. Flamen dictus ꝙ assiduo filo velet quasi filamen vt inquit Festus. Gestabat aũt apicem hoc est insigne laneum in pilleo quod dictum est ab eo ꝙ comprehendere vinculo antiqui apere dicebant. Flaminum singuli cognomina habent ab eo deo cui sacra faciunt vt Dialis Martialis Vulcanalis Quirinalis. Numa tamen constituit Dialem vnum: Martiales duos: Quirinalem vnum. Læto. ipse lætus.

Vestales. Palladium. Cybele. Augures. Septēuiri. Titij. Salius. Ancilia. Flamen. Apex. Apo.

BERO. ¶ Tuscos de more vetusto Acciri vates. sacrorum faciendorum ritus. Auguria ab Hetruscis in Romanam vrbem translata fuerunt: vt author est Strabo. Prӕterea Aruspicina apud Hetruscos inuenta est authore Tagete vt pluribus verbis docet Cicero in libris de diuinatione. Quotiescunq; prodigia Romã nuntiabant Aruspices ex Hetruria acciri hoc est vocari solebant. Moenia Lucæ. Luca ciuitas est Hetrurię Colonia Romanorũ: vt ait Plynius. Fulminis edoctus: motus fulminis nõ tam aduētus spectatur q̃ reditus: siue ab ictu resiliat ignis, siue ab opere confecto: prӕterea an dextra cęli parte veniat: an sinistra. Leua ꝓspera existimãtur Authores Plynius & Cicero in diuinatione. Venasq; calentes fibrarũ. Fibrę sunt eminentiæ Iecoris vt inquit Seruius. Aruspices venas fibrarum & extorum inspicere solebant: & ex earũ motu futura predicere. Vergil. Nec fibris requies datur vlla renatis. Plynius in vndecimo. Victimarum iocinora replicata intrinsecꝰ ab ima (Luca.)

fibra reperta sunt. Volitantis in aere pennæ. Aues aut oscines sunt, aut p̄petes. Oscines ore prędicunt futura
Præpetes volatu. Ideo sic dictæ quia superiora petunt volātes vt scribit Seruius. Vnde ait Maro. Et volucrū
linguas & prępetis omina pennæ. Dicit Lucanus Arūtem intellexisse volatum præpetum. Mōstra. Quæ sūt
contra naturam monstra dicuntur vt scribit Iurisconsultus de verborum significatione: a mōstrando dicta
vt interpretatur Cicero. Vrbem ambiri. Tāgit sacrificium quod dicitur Amburbale vel Amburbium: quod
vrbem circuit & ambit victima vt docet Seruius. Purgantes mœnia lustro. Seruius Tullius sextus Roma=
Lustrum. norum rex primus condidit lustrum: facto sacrificio ex sue, oue, tauro, quæ Solitaurilia dicebāt. Singulis ex
actis quinquennijs Censores vrbem lustrabant. i. circuibant & purgabant. Id lustrum ab re appellatum vt tra
dunt Liuius & Pedianus. Adde illud Seruij: q̄ post quinquennium vnaquęq; ciuitas lustrabatur. Varro dicit
dictum esse Lustrum a luendo. i. soluendo: quia tūc per censores vectigalia soluebantur. Pomœria. Pomœri
um dicitur locus intra agrum effatum Po. Ro. totius vrbis circuitu post muros regionibus certis determina
tus. qui facit finem vrbani auspicij: vt Gellius & Petroni⁹ Arbiter memorant. dictum Pomœrium nō q̄ ma=
gis sit post murum q̄ murus post id vt Liuius docet in primo. Pomarium vero dicitur locus consitus pomis
in quo multi decipiuntur. Turba minor. s. minorū sacerdotū. Collegium enim pontificum erat in magno ho
nore. Ritu Sabino. Sabinus Cinctus & ritus est toga sic in tergū reiecta: vt vna eius lacinia a tergo reuocata
hominē cingat. hoc aūt vestimēti genere vtebatur consul bella indictur⁹. ideo quia cū Gabii q̄ ciuitas est latii
sacris operaretur: bellū subito venit. Tunc ciues accicti togis ad bella p̄fecti sunt & adepti victoriā. Vnde hic
ortus est mos: vt scriptū reliquit Serui⁹. de hoc Vergilius. Ipse quirinali trabea cinctuq; Sabino. Vestalē cho=
rum. Inter virgines vestales q̄ p̄fecturā obtinebat dicebāt virgo maxima: vt apud Valeriū: cui soli phas erat
videre Palladiū quod ex troia aduectū in tēplo Vestæ seruabāt. & hoc carmē allegabat Seruius enarrans illud
Vitta. Vergilianum, Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladiū. Vittata. i. infulis ornata. sunt enim vittę vela=
menta & infulæ quibus victimę coronant: quibus simulacra deorum & ipsi sacerdotes ornant. Vergilius. Vir=
gineas ausi diuæ contingere vittas. & alibi. Et circum tēpora vittę. Reuocant Almone Cybellē. Simulacrum
Cybeles quotānis in Almone fluuio p̄pe Romam lauabāt a Gallis fanaticis: vt scribit Ouidius in fastis. & tā
git Martialis. Volucres sinistras. vel mali ominis: vel prosperas. Quoniā vt inquit Cicero, Omnia felicia Ro
mani appellarūt lęua, & sinistra, etiā si dextra sint. Septēuirq; epulis festus. Pōtifices a Numa instituti vt ludo=
rum epulare sacrificiū facerent p̄pter multitudinē sacrificiorum tres viros epulones esse voluerunt: vt scribit
Cicero in tertio de oratore. Gellius & alii dixerūt fuisse septem viros epulones: quorū sequitur sententiā Lu=
canus. Septēuir ergo festus epulis. i. septēuiri epulones. Titiiq; sodales. Sodalitiū erat sacerdotum qui Titii
nominabant ab auibus Titiis: quas in augurijs sequebantur. vt interpretatur. M. Varro. Et Salius lęto por=
tans Ancilia collo. Regnante Numa scutum breue & rotūdum cœlo lapsum est: & cum Aruspices respondis
sent illic fore orbis imperiū vbi illud fuisset, Numa Mamurium fabrū adhibuit: a quo multa similia facta sunt
ne aliquando ab hostibus posset auferri. & hæc in templo Martis locata dicuntur. Ancilia quasi vndiq; cir=
cuncisa. vel a cubito cui religantur. Sacerdotes vero quotānis in honorē Martis ibant saltantes Ancilia collo
annexa gestantes: q̄ dicunt & Salij vel a saltādo q̄ circa aras saliant & tripudient: vel a Salio Mātineo. hec om
Apex. nia referuntur a Plutarcho, Seruio, & Ouidio in fastis. Vergilius. Hinc exultātes Salios. Et tollēs apicē flamē
Apex p̄prie dicitur in summo flaminis pileo virga lanata vt inquit Serui⁹. Illa vero virga erat oleagina vt do
cet Festus. Flamines autem dicūtur sacerdotes a filo quasi filamines. nā cum nudis eos capitibus incedere ne
fas esset & p̄æstus pileū gestare non possent, filo capita religare cœperunt. Vnde dicti flamines: vt Seruius &
Isidorus interpretati sunt. Vel dicunt flamines quasi pileamines a pileo vt sentit Plutarchus. Pileum autē fe=
stis diebus flamines omnino gestare debebant filo deposito. Hic de flamie Diali intelligitur qui Iouis erat sa
cerdos a Numa constitutus: cuius multę erant cerimoniæ vt refert Gellius.

SVLPITIVS.

Anfractus ¶ Anfractibus. reuolutionibus & flexibus
Via. Anfractus enim est flexus ipse aut viæ aut
aquę. Via vt est apud Iurisconsultos in rectū
octo pedes habere debet: i Anfractum. xvj.
Varro ab ambitu & frangēdo dictum existi=
mat. Ignes ful. telum i quo fuit ignis vel res
dudum ignitas & fulminatas. Condit, ob=
ruit. Datq; lo. no. appellat bidental. Locus
Bidental. enim fulmine percussus post peractum illic
ex Bidentibus sacrum Bidētal vocatur. Ma
rem ele. cer. Bidentem & taurū non pressum
Iniugis ho iugo. quę hostia iniugis dicebatur vt Macro
stia. bius docet. eligebātur etiam Bidentes ne ha
Bidēs lecta. berent caudam aculeatam: nec linguam ni=
gram nec aurem fissam. Bacchū, vinū quo
primum hostia perfundebatur. vt Frontiq;
inuergit vina sacerdos. Inducere mo. spar=
gere sacrare. quæ ex farre orno tosto sale &
aqua conficiebatur. Obliquo cul. transuerso
& a cauda ad caput anteq̄ iugularetur victi=
ma ducto. Impatiens. refugiens & obluctās
quod est mali ominis. Sacri non gra. sacrifi=
cij non placantis deos & quo litare non po=
terat. Succicti, suffulti, expediti. Torua, ter=

Dumq; illi effusam longis anfractibus vrbē
Circueūt: Aruns dispersos fulminis ignes
Colligit: & terræ mœsto cū murmure condit
Datq; locis nomen: sacris tūc admouet aris
Electa ceruice marem: iā fundere Bacchum
Cœperat: obliquoq; molas inducere cultro.
Impatiensq; diu non grati victima sacri
Cornua succincti p̄merēt cum torua ministri:
Deposito victum prębebat poplite collum.
Nec cruor emicuit solitus: sed vulnere largo
¶ Diffusum rutilo dirum pro sanguine virus.
Palluit attonitus sacris feralibus Aruns:
Atq; iram superū raptis quęsiuit in extis.

Terruit ipe color vatem: nam pallida tetris
Viscera tincta notis gelidoq; infecta cruore
Plurimus asperso variabat sanguine liuor.
Cernit tabe iecur madidum: venasq; minaces
Hostili de parte videt: pulmonis anheli
Fibra latet paruusq; secat vitalia limes.
Cor iacet: & saniem per hiantes viscera rimas
Emittunt: produntq; suas omenta latebras.
Quodq; nefas nullis impune apparuit extis:
Ecce videt capiti fibrarũ increscere molem.
Alterius capitis: pars ægra & marcida pẽdet:
Pars micat: & celeri venas mouet iproba pulsu
His vbi cõcepit magnorũ fata malorũ
Exclamat: vix fas superi quęcũq; mouetis
Prodere me populis: neq; eñ tibi summe litaui
Iuppiter hoc sacrum: cęsiq; in viscera tauri
Inferni venere dei: non fanda timemus:
Sed venient maiora metu: dii visa secundent:
Et fibris sit nulla fides: sed cõditor artis
Finxerit ista Tages. Flexa sic omina Tuscus
Inuoluẽs: multaq; tegens ambage: canebat.

Dumq; ille effu. Interea inquit dũ supplicationẽ dijs faciũt & vrbem lustrant sacerdotes & vestales: Aruns fulmina condidit: bidẽtal instituit: & post sacrificia exta cõsuluit. Quę omnia ex officio fecit, vt q fulminis edoctus motus & cętera quæ pręmissa sunt. Ordo est. Et dum illi. s. pdicti circueũt vrbẽ effusam. i. extẽtã longis anfractibus. i. circumuolutionib⁹ & gyris Arũs. s. fulmis cõdẽdi perit⁹, colligit ignes fulmis. i. reliqas rerũ fulmie pcussarꝫ: & incẽsarũ: & cõdit terrę. i. terra: cũ murmure mœsto. i. arcanis verbis mœstitiã indicãtib⁹: & dat locis nomẽ. i. vocat Bidẽtalia. & admouet tũc aris sacris marẽ. i. hostiã masculini sex⁹: vt taurũ aut ouẽ: ceruice electa si sit ouis, & itacta si sit taur⁹: & cœpat iã fũdere Bacchũ. i. vinũ, media iter cornua vt æneí. iiij. & inducere. i. spargere sup hostiã: molas. i. far ornũ tostũ cũ sale & aqua cultro obliquo. i. in trãsuerso posito vt in ipm quasi volẽs iret hostia. vñ. v. æneí. Supponunt cultros. & victima. i. taurus imolãdus, impatiẽs diu. i. reluctãs qa sacri. i. sacrificij nõ grati. i. igrati & quo litare Arũs neqbat. vñ nõ sponte cadebat: cũ ministri succincti. i. expediti ad tale munus: pmerẽt cornua torua. i. tauri truculẽti & nolẽtis mactari: p̃bebat collũ victũ. i. lõga pressura defatigatũ: poplite deposito. s. a loco in quẽ firmiter pedẽ fixerat, tãtisper dũ stare potuerat nec. i. & nõ, & tũc sup. cruor solit⁹. s. ex alijs emicare, nõ emicuit. i. nõ apparuit exeũdo cũ saltu & agitatione vt mouent̃ q̃ micant: sed virus nigrũ. i. tetra & virulenta sanies (sic Ald⁹ legit: iuxta qđ sequit̃. Terruit ipe color vatẽ.) Credã tñ dirũ legẽdũ nã qđ dixit terruit ipe color vatẽ: declarat poeta: subdẽs nã pallida &c. variabat sanguine liuor. qđ nõ addidisset: si nigrũ dixisset. diffusum vulnere largo. i. p largũ & latũ vulnus: alioqui eñ cũ esset cõcretũ & cõdensatũ nõ exisset: emicuit sup. p sanguine rutilo. i. loco sanguinis rutili & purpurei coloris: q mirentia. tauros a toruo dici vult Varro. Præbebat col. vi. inclinabat collum vi deflexum & iugulabatur. Poplite de. hoc est flexo genu: q q̃ poples primarum tibiarum est pars posterior. Plynius. Poplites intus flectit hominis modo. Fabius. Tunicæ priorib⁹ oris infra genua paulum posterioribus ad medios poplites. Emicuit: cũ saltu apparuit. Solitus, ex alijs emanare. Largo, lato. Virus: tetra & virulenta sanies. Rutilo, rubicundo. Palluit. perterritus inquit sacerdos victimã aperuit vt ex extis futura colligeret. Feralibus, mortiferis. Iram superum. mala futura In ex. ra. in interioribus statim extractis. Exta, vt Festus ait dicta q ea dijs præsecentur quæ maxime extant eminentq;. Continentur autem sub eis hepar, pulmo, cor, præcordia, lien, renes & lingua. Terruit ip. co. Aruspicinam quę quidem apud diuersas gentes varia est, inanem & falsam Cicero putat. Ei⁹ prima obseruatio erat ĩ habitu & color extorum: an nitida & plena, an horrida & exilia essent. Ea in partes duas diuidebant dextram quæ familiaris: & sinistram quæ erat hostilis inde fibras & partes reliquas consyderabãt. Fissum familiare & vitale tractabant. Caput iecoris ex omni parte diligentissime aduertebant. Si id non inueniebant nihil putabãt tristius accidere potuisse. Viscera. carnẽ quæ exta continebat. Tincta no. te. sparsa obscuris maculis. Infecta, maculata. Gelido, densato cum mouere se deberet. Liuor, nigredo plumbea. Variabat, diuersi coloris faciebat. Iecur madidũ tabe: hepar corruptũ & sparsũ putredine. Venas minãtes. Venas plus sãguinis, Arterias plus spũs cõtinere, Gelli⁹ tradit Anheli, palpitãtis: vł qa eius vi inspiram⁹ & respiram⁹. Latet, replicata ẽ intrinsec⁹ qđ Cęsari felicitatẽ significat: nã hoc cũ ĩ sex victimarũ iocinerib⁹ accidisset Augusto Spoleti sacrificanti respõsum est duplicaturum intra annũ imperiũ. Paruus li. Parua p̃cordia q̃ authore Ply. mẽbranę sunt q̃ cordi p̃tendũt: nã oĩa principalia viscera mẽbranis pprijs ac velut vaginis inclusit puidẽs natura. Limitem autẽ. i. terminum appellat. qa diuidit cor a iecore & pulmone. In quib⁹ trib⁹ & in cerebro vita cõsistit: & iõ vitalia appellant̃. Cor iacet. nõ mouet̃. Cęsari dictatori quo die primũ veste purpurea pcessit atq; in sella aurea insedit sacrificãti bis ĩ extis defuit. Viscera, exta ipa Saniẽ: corruptũ sanguinẽ. Hiãtes ri. fissuras sese aperiẽtes. Produtq; su. & ĩtestina ruptis omentis apparuere. Omentũ, mẽbrana est q̃ cõtinet intestina. Ply. vẽtriculi atq; intestina pingui ac tenui omẽto ĩtegunt̃: pręterq̃ oua gignẽtib⁹. Produt, ostẽdũt, manifestãt. Qđq; ve. visa sunt etiã inquit magni mali argumẽtũ duo iocinoris capita: quorꝫ vnũ ab altero opprimebat̃. Impune, sine graui significatione & incõmodo. Capiti, qđ erat a parte Põpeij familiari. Increscere. ĩsurgere, & hoc victoriã indicat. Molẽ alteri⁹ ca. alterꝫ caput magnũ & graue qđ erat a pte hostili. Pars. familiaris. Aegra & mar. debil̃ & putris. Pẽdet nõ mouet̃. Pars, hostilis. Micat, salit & palpitat. Improba, audax. Mouet ve. agitat se.

Taurus.
Poples.
Exta.
Aruspicinę obseruatio.
Venæ.
Arterię.
Pręcordia.
Omentũ.

Pulsu ce. ictu veloci quo audacia & celeritas Cęsaris significat̃. Cõcepit, aĩo cõprehendit. Fata, cõstitutiões & series. Prodere, manifestare. Neq3 li. ti. hoc sa. neq3 hoc irrito sacro placaui. Nã Litare est ipo sacrificio deos placare: nõ em̃ oĩs q sacrificat litat. Dicimusq3 lito deis sacrũ & lito sacro. Cice. in diuinatiõe. Q uũ plurib⁹ deis immolat̃ q tãdẽ euenit vt liteẽ alijs, alijs nõ liteẽ. Sueto. Plurimis victimis cęsis cũ litare nõ posset. In pręcordia: in exta mactati tauri. Inferni dei: nã deformia dira & minãtia apparuere: velut si ipis litassẽ Nõ fãda: qa nimia aĩorũ consternatio fieret. Maiora, detestabiliora. Visa se. q̃ vidim⁹ i bonũ vertant. Et fib. sit nul. fi. & ars aruspicina: ipaq3 ex extis diuinatio falsa sit. Tages cõditor ar. Cũ in agro Tarquiniẽsi vt in diuĩatione Cice. inqt terra alti⁹ araret̃, repente extitit senili prudẽtia puer: cuius aspectu bubulcus attonitus clamorẽ edidit: breuiq3 tota Hetruria eo cõuenit: & verba de disciplina Aruspicinę disserentis pueri excepit lr̃isq3 mãdauit hęc scripta cõseruãt, hinc fontẽ habent disciplię. Fixerit ista: mẽtit⁹ fuerit & nos deluserit. Inuoluẽs, cõfũdẽs & occultãs. Omina, signa futurorũ. Ambage fle. & mul. lõga & iplicita verborũ circuitiõe. Canebat, vaticinabatur.

BEROALDVS.

Datq3 locis nomẽ. Loc⁹ in quo fulmẽ cõdebat̃ dicit̃ bidẽtal vt Porphirio docet apud Horatiũ: qui scribit in arte poetica Si triste bidental mouerit incest⁹. Solebãt em̃ vates mactatis bidentib⁹ ipm fulmẽ iuẽtũ sepelire. Admouet. i. appropiquat. Electa ceruice marẽ, id est eximiũ taurũ et itacta ceruice vt apd̃ Vergiliũ in georgicis. Non em̃ oẽs victimę litant vt ait Plynius. Fũdere Bacchũ id est vinũ inter cornua ex ritu sacrorũ. Molas iducere. Mola est far tostum sale aspsum: dicta q3 eo molito victimę aspergebant̃: vt inqt Fest⁹. Foci quoq3 & cultri teste Seruio aspgebãtur mola. Succincti. i. expediti. Poplite. Poples est sub genibus. Liui⁹. poplites succiderãt. Vnde in curuatura genuum curuant̃ poplites. Dirũ vir⁹. psanguine manauit vir⁹. i. sanies & cruor. Vir⁹ dicit̃ venenũ & foed⁹ odor Martialis. Mixtũ diapasmate vir⁹. Raptis extis. Exta dr̃ viscera principalia vt iecur pulmo lien & cor. quod nõ semp in parte extorum habitum est vt scribit Plynius.

care solet dũ emittit̃. Arũs attonit⁹. i. stupefact⁹, quasi tonitru pculsus: sacris feralib⁹. i. letalib⁹ & pestiferis: palluit. s. p formidine & stupore: & quęsiuit irã. i. cãm aut approbationẽ irę superũ: aut mala p irã superũ. i. deorũ portẽta in extis. i. eminẽtioribus & magis extãtib⁹ intestinis, raptis. s. celeriter, cũ iã tabida vereret̃. Ipe color. s. extorũ, terruit vatẽ. i. pręsciũ futuri p Aruspicinã. s. Aruntẽ: nã liuor. i. plũbeus color & macula qualis ex cõpressu corporũ sine vulnere fit: plurim⁹. i. frequẽtissim⁹, variabat. i. versicoloria faciebat, sanguine aspso. i. p aspsum sanguinem, viscera pallida & tincta teтris. i. liuentib⁹, notis. i. maculis: & infecta cruore gelido. i. iam fere cõcreto aut cõgelato. Ipe sup. vates cernit iecur madidũ. i. madefactũ tabe. i. sanie & corrupto cruore: & positũ erat pro Põpeio: & videt venas. s. extorũ minãtes. s. vrbi excidiũ: Põpeio necẽ: de parte hostili quã pro Cęsare cõsulẽda obtinebãt. fibra. i. extremitas pulmonis anheli. i. palpitãtis & laborãtis, latet. i. nõ apparet: & paruus limes. s. pcordiorum ambit⁹ circa cor, secat. i. diuidit, vitalia. s. mẽbra: & cor iacet. i. non mouet̃: & viscera emittũt saniẽ. i. tabẽ per rimas. i. fissuras hiãtes. i. aptas: & omẽta. s. rupta, pdũt suas latebras. i. d enudãt q̃ cingere solẽt & occultare intestina: qd̃ q3. i. & qd̃ nephas. i. neph andũ pdigiũ, nullis extis apparuit impune. i. nũq̃ prius visum erat sine poena & magno malo: ecce q. d. pter opinionẽ: vidit molẽ. i. magnã quãtitatẽ, fibrarũ capitis alterius. i. aduersi. s. Cæsaris: increscere capiti. s. Põpeij pro quo litabat. Pars. s. familiaris & amica, pẽdet. i. lãguida & non mota appet: quia ęgra & marcida. i. putrefacta: ps sup. aduersa s. Cæsaris, micat. i. salit & quasi tripudiat: & ps Cæsaris, iproba i. improbãda, quia improbe insultãs, mouet venas pulsu celeri: significãs plurimũ vitæ. vñ artificiose colligit poeta quę ad Aruspicinã faciũt significãs se ei⁹ peritissimũ. Arũs sup. vbi i. postq̃, cõcepit. i. intellexit, his pdigijs extorũ, fata. i. oracula & pscientiã magnorũ malorũ: exclamat o supi, vix fas. i. licitũ est me pdere. i. manifestare populis: quęcũq3 mouetis. i. excitatis & apparere facitis in extis. Em̃. i. qa o Iuppiter sũme. i. supreme deorũ, neq3. i. nõ litaui tibi hoc sacrũ. i. nõ placaui te hoc sacro: q3 p &. hoc est insup dei inferni. i. inferi, venere. i. venerũt in viscera (sic Ald⁹: sũt q pectora legũt) tauri cæsi: nos timem⁹ nõ fanda. i. maiora q̃ q̃ audeam⁹ fari: sed maiora. i. detestabiliora, metu. i. q̃ timem⁹ veniẽt. i. fiẽt licet nõ ausim fari & vix possim cõcipere. dij secũdẽt. i. psperа faciãt visa. i. q̃ vidim⁹. i. conuertãt in salutẽ q̃ perniciẽ portẽdũt: & nulla fides sit sup. adhibẽda, fibris. s. extorũ. sed Tages qui appuit aranti seni i pueri li facie & sortes attulit atq3 Aruspicinã edocuit, conditor. i. institutor artis. s. diuinãdi ex Aruspicina & sortib⁹: finxerit. i. optomẽdaciter excogitauerit ista nõ ex deorũ mandato. Tuscus. s. Arũs inuoluẽs & tegẽs omina. i. pdigia & ostẽta ac signa futurorũ: ambage flexa. i. implicita: & multa. i. multiplici circuitiõe verborũ: nõ ausus aperire sententiã suam: canebat id est vaticinabatur, sic. i. in hunc modum prędictum.

Viscera tincta notis. Viscera nõ solũ intestina dicim⁹ dicit Serui⁹, sed quicquid sub corio est. Vñ visceratio dicta pprie. Viscera dicũt̃ pprie pricipalia scilicet cor: pulmo: iecur: lien. Vñ ait Plynius q3 puidẽs natura viscera pricipalia pprijs mẽbranis ac velut vaginis iclusit. Liuor. i. pallor. Tabe sanie. Hostili de parte. quia in sacris exta diuiserat & ptẽ Põpeio ptẽ Cęsari ascripserat: q̃ ꝓpollebat. Pulmonis anheli fibra. Pulmo est spirãdi officina attrahens ac reddens aĩam: iccirco spongiosus: ac fistulis inanibus cauus vt auctor est Plini⁹. Fibra, extrema eminentia latet: qd̃ est pdigiosũ. Saniẽ, putrefactũ cruorẽ. Hiantes. i. patentes. Omenta. Inuolucra & mẽbranę intestinorũ dicunt̃ omẽta. Catullus. Omẽtũ in flãma pingue liquefaciens. Capiti fibrarũ increscere molẽ. In iecore est, quod caput extorũ vocãt vt scribit Plynius: & fissum iecoris vt docet Cicero. Duas em̃ habet fibras: quarũ altera assignata Cęsari: alterã ꝓmebat ascriptã Põpeio. Pars marcida q̃ itelligit Põpeij. Pars micat. s. Cęsaris. Vix fas o superi. verba exclamãtis Arũtis sibi nõ licere manifestare infortunia q̃ dij p exta denũtiabãt Romanis. Litaui. Aliud est litare aliud sacrificare. Nã litare significat sacrificio facto placasse numẽ vt docet Macrobi⁹. Vñ ait Martialis. Non quacũq3 manu victima cęsa litat. Conditor artis finxerit ista Tages. Tages in agro Tarquiniensi exaratus cõsuẽtib⁹ vndiq3 incolis primus demonstrauit Aruspicinã vt Cicero scribit in secũdo de diuinatione. De hoc Ouidi⁹. Indigenę dixere Tagem qui prim⁹ Hetruscã Edocuit gentẽ casus aperire futuros. Artis. s. Aruspicinæ.

SVLPI. Nigidius figulus.

At figulus. Nigidij figuli Pythagorei sũmi astrologi Vaticiniũ poeta dicturus eũ cõmẽdat. Huius Eusebius meminit. Deos, deo

At Figulus cui cura deos secretaq3 coeli
Nosse fuit: quẽ nõ stellarũ Aegyptia Mẽphis

Aequaret visu: numerisq; mouētibus astra.
Aut hic errat (ait) nulla cum lege per æuum
Mundus: & incerto discurrunt sydera motu:
Aut si fata mouēt: vrbi generiq; paratur
Humano matura lues: terrę ne dehiscēt?
Subsidentq; vrbes? an tollet feruidus aer
Temperiem? segetes tellus infida negabit?
Omnis an infusis miscebitur vnda venenis?
Quod cladis genus o superi? q̄ peste paratis
Sęuitiā? extremi multorum tempus in vnum
Conuenere dies? summo si frigida cælo
Stella noces nigros Saturni accēderet ignes
Deucalioneos fudisset Aquarius imbres:
Totaq; diffuso latuisset in æquore tellus.

¶ At Figulus &c. Post Arūtis ex fibris extoꝝ tristia p̄sagia accesserūt Nigidij Figuli tristiora ex astris iudicia: vnde quo maius pondus dicendis sit commendat prio loco ip̄m Figulū a peritia astrologiæ dicens. At. i. sed Figulus. s. cognomie nō officio: cui. s. Figulo, cura. i. sollicitudo & studiū fuit nosse deos. i. deorum voluntatem ac iudicium: q; pro, & aut pro. i. secreta. s. iudicia cæli. i. astrorum quæ in cælo sunt: quem Memphis regio illa Aegyptia. i. in Aegypto vbi plurimi sunt chaldęi astrorum periti: nō æquaret, nō æquipararet: visu. i. inspectione & iudicio stellarum: & numeris mouētibus astra. i. scdm quos mouentur astra: quia stellas noctu apparentes cognouit visu in qua parte cæli essent: reliquas autē calculo & supputatione astronomica: ait. i. dixit: aut hic mundus errat. i. vagatur p ęuū i. perpetuo: cū nulla lege. i. nō astrictus vlli legi: cū oīa forte & a casu fiāt. Ia. Bononieñ. Priscianū secut⁹ legit nulla sine: quē & Sulpiti⁹ seqt: ergo poti⁹ legā nulla sub lege &c. Verba ei⁹ post Beroal. ponet. & sydera discurrūt motu icerto. i. vago & nō instituto a deo: aut si fata mouēt. s. mūdū & stellas ad sydera: sub certa lege: ita vt talis cōstellatio talem significet rerum inferiorum exitum: lues, hoc est generalis corruptio & destructio matura. i. tēpestiua & festina: paratur. s. a dijs & cælo. Ne. i. an terræ dehiscēt. i. aperient vt oīa absorbeant in abyssum: & an vrbes subsident, hoc est ad centrum terræ descendēt sicut feces ad fundum vasis subsidūt: an aer feruidus. s. per naturā, quia in calore cōmunicat cū igne: sed iā feruentior effectus per constellationē sydeꝝ q̄ sunt de natura ignis: tollet temperiē. s. elementorum: quia si aer susceperit calorē ignis facile absorberet aquā & terrena oīa: aut saltem tanta esset siccitas terræ vt in ea nihil cresceret. Vn̄ ait: & supple tellus infida. s. cultori q̄ nūc fere plus q̄ acceperit refert, negabit. s. hominib⁹ segetes. i. frumētū: an oīs vnda hoc est aqua cuius vsu carere non possumus: miscebit venenis fusis. s. desup a corrupto aere: & ita per dirā luem perirent omnes animātes. O superi scio q; paratis cladē sed quod genus cladis paratis: & qua peste. id qua specie pestis paratis, sęuitiam. i. sęuam irā vestrā in gen⁹ humanū exercere? dies. i. periodi vitæ, multorū. s. hoim: qui diuersis tēporibus mori solent: cōuenere. i. cōuenerūt in vnū tp̄s. hoc est vno tpe multi morient. Si frigida stella Saturni nocens. s. viuentibus, accēderet i summo cælo: nigros. i. nociuos ignes hoc est radios suos, Aquarius fudisset. s. pridem: imbres deucalioneos. i. diluuiū quale fuit sub Deucalione: & tota tellus hoc ē terra latuisset in æquore diffuso super faciem terræ.

rū mentē, q̄ ex astris pcipit. Secreta cæ. motus & vires syderū. Quē nō stel. q erat Aegyptijs inuētorib⁹ doctior & diligētior in astris seruādis. Memphis oppidū in Aegypto i ea parte Nili q̄ dicit Delta ab Ogdoo rege conditū. Visu, inspectione & obseruatione. Numeris, canoris spacijs tempoꝝ quib⁹ se astra per grad⁹ mouēt: quadā cū harmonia vt Cicero docet. Aut hic errat. ppositis duob⁹ cōtrarijs, quorū alterū alicui inesse videt, si subtrahas alterū necesse est id qđ supest esse verū: vt hoc loco. Aut mūdus inquit p se errat & vertit: aut puidētia dei gubernat: p se & temere verti stultū est dicere: igit a deo gubernat qui p astra futura mala humano generi idicat. Mūd⁹, cælū. Errat: mouet & vertit. Sine lege, sine ordine & magistro. Per æuum p eius æternitatem. Incerto, temerario & Fortuito. Fata, deorū cōstitutiones. Matura lu. subita pestis & pnicies ex quattuor elemētis. Dehiscēt: aperirēt se. Subsidēt: pessum ibūt submergent & obruentur. Feruid⁹, æstuās. Tollat tē. fiet intēperatus. Infida: q̄ fructum nō reddet ex semine credito & indicat famē futuram. Negabat se. nō pducet fruges. Ois an in fu. an aqua corrūpet & magnā pestilentiā pariet. Oui. ait. Cōstat & in fontes vitium manasse lacusq;. Qua poe. quo gn̄e mortis sęuire i hoies vultis. Multorū tp̄s i vnū: multi sunt eodē tpe perituri. Multoꝝ, hoim. Cōuenere: in vnū venere. Sūmo si fri. cœ. Planetæ qn̄ in suis domib⁹, hoc est sub pprijs signis ferunt: multo plus potentię habēt q̄ cū in diuersis. Sūt aūt signa. xij. sūt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraq;, Scorpius, Arcitenēs, Caper, Amphora, Pisces. Ex his Solis domus & ppria sedes ē leo Lunæ Cancer. Reliquorū planetarū cuilibet duo signo assignant. Mercurio Virgo & Gemini. Veneri Libra & Taurus. Marti Scorpius & Aries. Ioui Sagittari⁹ & pisces. Saturno Capricornus & Aquarius. Si Saturn⁹ igitur inqt q est frigid⁹ sub Aquario ferret & esset: diluuiū fieret. Si sol in Leone, incendiū. Quia Mars in Scorpio est: bella cædesq; fient. Nā salubres stellę vt Iuppiter q Saturnū temperare posset occidit: vt Venus q̄ rabiem Martis, debilis est. Mercurius vero itercept⁹ in arcu epicycli inferioris inter duas statiōes retrogradus ē. Sol⁹ ergo Mars in sua est sublimitate. Frigida: quia a sole in quo tot⁹ ē calor est remotissima. Accēderet ig. ni. fulgeret liuido plūbeoq; splēdore: quē cū ipe sua natura cādid⁹ sit: tn̄ mutat vt alij planetæ a propinquis circulis: sed a postrema orbita a terra trahūt obscuritatem vt Ply. tradit. Sūmo cæ. Planetaꝝ altitudines tres sunt vt Ply. docet. Vna qua cæli nō circuli mēsura cōsiderat de qua mō dixim⁹: cū i suis domicilijs planetę esse dicunt. Altera est cū a cētro suo i alijs signis sunt eleuati. Tertia qn̄ a cētro terrę absides. i. circulos, altissimas habēt. Aquarius signū in qđ finxerūt Ganimedē fuisse cōuersum & ex vrna aquā emittere. Manilius. Ille quoq; inflexa fontē q pijcit vrna. Deucaliōeos: quales fuere Deucalionis Promethei filij tpe quo tota terra aquis est mersa.

Signa & domus planetarum.

Altitudies planetarū.

BERO. ¶ At Figulus. P. Nigidiū intelligit: cui rota figularis Figuli cognomē imposuit: vt tradit Augustin⁹: q oīm Romanorū fuit iuxta Varronē doctissim⁹ teste Gellio: Pythagore⁹ & Mathematicorū nobilissim⁹ astrorūq; peritissim⁹. de quo mlta apud Augustinū & Trāqllū. Aegyptia Mēphis. Mēphis ē ciuitas Aegypti ab Ogdoo rege cōdita vt refert Diodorus. Aegyptij vero asserūt lr̄as astrorū cursus geometriam artesq; plurimas ab se fuisse reptas. Ab Aegyptijs eñ vt idē Diodorus ostendit, ordo astrorū & motus atq; descriptio diligētissime tradunt. Ait ergo Nigidiū Figulū in astrorū peritia nō fuisse inferiorē Memphiticis. Aut hic errat ait. Sensus est aut mūd⁹ errat nullo rectore: aut si mouet fatis & astris cognosco inquit imminere humano generi luēhoc est exitiū. Terrę ne dehiscēt. scit futurū esse excidiū: sed qd ędubitat. Dehiscent, aperient. Segetes hic intelligit fruges alibi dicunt ipi agri. Vergilius. Quid faciat lętas segetes. Frigida Saturni stella. Saturni sydus gelidæ ac rigentis esse naturę certū est. Vergilius. Frigida Saturni sese quo stella recepte. vbi exposuit Seruius frigida. i. nocēs. Saturni domicilia sunt Capricornus & Aquarius. in Aquario itaq; Saturnus collocatus diluuiū denūtiat maxime in summo cælo. Deucalioneos hymbres. i. tale diluuiū quale fuit temporibus Deucalionis quo extinctū est omne hominū genus. Soli Deucalion & Pyrrha supstites iactis a tergo lapidibus humanum genus recuperarunt: vt cecinit Ouidius. Verū historici asserunt factū tantūmodo esse illud diluuium in Thessalia & eos esse seruatos qui ad Deucalionem confugerint.

Si sæuum radiis Nemeæum Phœbe leonē
Nūc premeres: toto fluerent incendia mūdo:
Succensusq; tuis flagrasset currib⁹ ęther.
Hi cessant ignes: tu qui flagrāte minacē
Scorpio incendis cauda: chelasq; peruris:
Quid tantum Gradiue paras? nā mitis in alto
Iuppiter occasu premitur: Venerisq; salubre
Sydus hebet: motuq; celer Cyllenī⁹ hęret.
Et cœlum Mars sol⁹ habet: cum signa meatus
Deseruere suos: mūdoq; obscura ferunt.
Ensiferi nimiū fulget latus Orionis.
Imminet armorū rabies: ferriq; potestas
Confundet ius omne manu: scelerīq; nefando
Nomen erit virtus: multosq; exibit in annos
Hic furor: & superos quid pdest poscere finē
Cum dn̄o pax ista venit: duc Roma malorū
Continuam seriem: clademq; in tp̄a multa
Extrahe: ciuili tantum iam libera bello.
Terruerant satis hęc pauidā p̄sagia plebem.
Sed maiora premūt: nam qualis vertice Pindi
Aedonis Ogygio decurrit plena lyeo:
Talis & attonitam rapitur matrona per vrbē
Vocibus his pdēs vrgentē pectora Phœbū.

SVLP. Nemea. ¶ Leonē ne. Nemea sylua in Arcadia ē in q Hercules Leonē maximū q Molorchi hospitis sui filiū iteremerat, suffocauit: q postea inter signa relat⁹ ē. Fluerēt incē. Diluuia & icēdia ex cōtrariorū elemētorū abūdātia fieri necesse esse philosophi docēt. De incēdijs etiā Plato in Timeo sic ait. Fit eñ longo interuallo tp̄is mundi circūactionis exorbitatio: quā inflāmationis vastitas consequatur necesse est. Hi ignes: hæc incendia, siue hę syderū accēsiones. Tu q. o Mars qui es i Scorpio: in qd̄ signū versus fuit is Scorpius (Scorpius.) terra genitus qui peremit Orionē. Flagrāte, ardente. Chelasq;. (Chelæ.) Chelę Scorpij brachia sunt q̄ libræ signū faciunt. & ex hoc quidē vehementia & diuturnitas belli colligit: quia etiā vicinū Veneris signū incēdit. Quāq̄ voluere Chaldæi librā & Scorpiū vnicū esse signū. Quid tm̄. qd̄ tā magnū malum. Mitis, benignus. Premitur in occasu alto: occidit & in signo opposito domicilio suo. Salubre. Ven⁹ & Iuppiter terris sunt salutares: Martisq; & Saturni maliuolentiā temperāt. Hebet, debile est. (Planetarū cursus.) Cyllenius celer motu. Mercurius q trecentis & octo & triginta diebus Zodiacum lustrat. Luna vero diebus vigintiseptē & horis octo. Venus trecentis & octo & quadragita dieb⁹. Iuppiter annis duodeci. Mars duobus. Saturnus annis triginta. Sol diebus trecentis & quinq; & sexaginta & horis sex. (Cyllenius.) Cyllenius dict⁹ a Cyllene mōte Arcadiæ in quo eū peperit Maia. Hæret, retrogradus est. Habet cælū, est in suo domicilio & plurimū pōt. Cur signa. p signa, nunc planetas itelligit q diuerso modo per cælū vagant: nā signa ipa Zodiaci fixa sunt: & semp eodē tenore vertunt. Meatus, cursus: & aberrant. Mūdo, per cælum. Obscura: & pp̄ter eclypses hoc dixit & qa a malis futuris & a terra cōtraxere nigredinē. Latus orionis. Orion sydus est quod i suo ortu & occasu tēpestates acerrimas cōcitat, bellaq; & cædes sæpe portendit. Effingitur in formam iuuenis ense accincti. Is præcibus Hyrei deum hospitis Iouis Mercurij Neptuniq; vrina genit⁹ fertur: & cum venator euasisset egregius: iactaretq; se quodcunq; monstrum vel irata terra pduceret cōfecturum: Scorpium illa immisit: cuius ictu hic peremptus in sydus conuersus est: vt canit Oui. Diuersas de eo opiniones lege apd̄ Higinum. Nimium fulget latus. quasi dicat sæua bella suo splendore & toruitate prædi-

¶ Si sæuum radijs ne. phœ. leonem &c. Si inquit apta esset cōstellatio ad incendia & conflagrationem faciendam, ea est nūc mundi cōmotio vt facile arsurum credam. Ordo est. O Phœbe. i. sol, si premeres nunc radijs sup. tuis, Leonē Nemeæū. i. arcadicū in Nemea sylua ab Hercule occisum & postea in cælum translatum. i. si esses nunc in Leone: quem dicit sæuum: quia pristinam seruat naturam: incendia. i. cōflagrationes fluerent. i. diffunderentur: toto mundo. i. per totum mundum: & æther. i. superior aer: succensus tuis curribus flagrasset. i. arsisset: verum hi ignes cessant. i. non agunt nunc in mundū sicu-

ti bellicus ardor: o tu gradiue. s. mars, q incendis scorpion, signū illud cæleste: minacē cauda flagrante. i. ardēte: quo significatur tristis exitus belli: & puris chelas. i. brachia ei⁹. q̄ libram signū constituūt: quid tantū. i. tā magnū. s. bellum aut malum paras. i. prętēdis aut moliris. vt ęnei. v. Quid ve pater Neptune paras? Nā Iuppiter mitis. i. benignus & fauorabilis humano generi q malignitati tuæ obsistere solet: p̄mit in alto. i. profundo occasu. i. in descēsu est: & sydus Veneris salubre. s. esse solitū: hebet. i. obtusum est & efficaciā nō habet: & Cylleni⁹. i. Mercurius in Cyllene mōte genitus, celer motu: vñ alat⁹ dicit haeret. i. retrogradus est & ita nō procedit vt q hæret. i. dubitat cogitabundus curis, vestigia figit. Et solus Mars habet cęlū. i. dñatur in cælo solius Martis sydus nō impeditū a benigniore sydere. Cur signa. s. Martē impedire solita, deseruere suos meatus. i. cursus solitos: aut signa Zodiaci extra meatus suos errare dicit. Aldus legit cū. i. qñ signa &c. & feruntr mundo. i. per mundū aut cœlū: in quo mūdus. i. ornatus rerū est: obscura. i. per eclypses offuscata: & latus orionis ensiferi, & ita bellaturis fauentis, fulget nimiū, quia in malum Po. Ro. Rabies armorū imminet. s. Romanis: & potestas ferri. i. vis bellica: confundet omne ius manu. i. de facto: & virtus erit nomen. i. imponetur pro noie sceleri nephando. i. Tyrānidi: quia Tyrānus & incubator patrię dicet parens patrię: & hic furor exibit. i. extēdetur & durabit in multos annos: quia deinceps Roma nō fuit libera nisi qua libertate donauit eā Christ⁹: & quid ꝓdest poscere supos. i. a supis finē. s. bellorū? q. d. nihil: nō q nō possent cōferre finem: sed q obsit collat⁹: nā ista. i. istius belli pax, venit cū dño. i. Tyrāno: quia victor futurus erit dñs & oppressor reipub. O Roma duc cōtinuā seriē maloꝶ. i. noli cessar a bello ciuili: & extrahe. i. extende & ꝓduc: cladē. i. stragē & cędē gladio futurā: in tpa multa: vt. s. diu libera maneas: existēs iam libera tm̄. i. dūtaxat, ciuili bello. i. tātisp dū ciuile bellū durabit: quia victo Pōpeio dominaturus est Cęsar. q vero dñm habet liber nō est. Hactenus locutus est Figulus astroꝝ peritus. Sequitur poeta cōtinuās narrationē cœptā ac dicēs. Hæc præsagia. i. ꝓgnostica & vt idē dicā ꝓphetiæ ex rebus tñ visis concepte: vñ præsagia dicunt q sagacitate quadā cognoscebant ex extis ab Arunte & ex syderibus a Figulo: terruerant satis pauidam plebē. i. Romanos ipos licet alia præsagia aut prognosticationes aliæ nō accessissent: sed maiora. s. presagia, premūt sup. eā quia q̄ ex syderibus cōcipiunt aut ex extis incerta sunt ꝓpter imperitiā hominū: & syderū ignorationē: & q difficilimū sit facere experimentū de causis cælestibus cū rarissime aut nūq̄ sit eadē facies cęli ex omni parte: ideo maiora dicit præsagia q̄ ex vaticinio habent, maxime ex eius ore qui vel quæ manifesta a deo obsideri conspicit: nā tunc non de suo sed de spirit⁹ iussu loquit. vñ dicit. Nam qualis Aedonis. i. menas seu mulier Bacchico furore correpta nata in Aedone monte Thracię: decurrit sup. in vertice Pindi montis Thessaliæ plena Lyeo. i. Baccho Ogygio. i. Thebano ab Ogyge rege denominato: talis rapit matrona. s. Romana p vrbē attonitā, hoc ē ipa attonita: aut vrbē pro ciuitate dixit. prodēs. i. manifestās Phœbum vrgentē. i. compellentē & obsidentē pectora. s. sua: prodens in quam his vocibus.

cit. Imminet. instat. Ferriq po. i. vis iustitiam opprimēs & ius fasq omne. Scelerique. audacia & scelus pro virtute habebuntur virtutisq nomine appellabuntur. Hic f. hęc bellorum insania. Exibit in mul. an. progredietur & durabit pene quinquēnium: quoad apud Mundam vicerit Cęsar. Quid pro. nēpe nihil: quia finitis his bellis amittetur libertas & Roma seruiet: melius itaq erat vt diu bella ciuilia durent. Cū do. Tyranno & libertatis occupatore per quem intelligit Cæsarē dictatorē qui aduersarijs supatis finem belli imposuit: & breui duratura pax fuit. Quippe ante quinquenniū elapsum ex eius cæde alia ciuilia bella sunt excitata: quę cū cōfecisset Augustus, imperij habenas sibi a patribus delatas arripuit. Itaq hęc deplorās poeta inquit. Duc cōti. se. malorū. trahe et patere continua bella ciuilia. Extrahe cla. produc & protrahe cædes. Terruerant. & si rumores, podigia aruspicū, astrologorumq respōsa satis terroris incusserant: tamen magis sunt consternati ciues vbi audiuere matronā deo plenam vaticinia implexa enuntiantē. Præsagia: ꝓdiuinationes & presentiones rerum futuraꝝ. Premūt, vexant. Aedonis: Menas **Aedonis.**
sacerdos Bacchi. Aedon mons in Thracia **Aedon.**
Baccho sacer. Plena Lyeo. ogy. correpta furore Bacchi. Lye⁹ dict⁹ a λυω verbo greco qđ **Lyeus.**
est soluo. eo q vinum mentē & membra dis **Ogyges.**
soluat. Ogygio: Thebano ab Ogyge rege. **Pindus.**
Vertice Pindi: p iuga montis Thessali. Ma **Matrona.**
trona, q̄ noie Oricia fuisse dicit. Matrona eā ꝓprie authore Gellio est q̄ in matrimonio cū viro cōuenit: etiam si liberi nondum nati sūt. Prodens Phœbum: manifestans phœbi numen.

¶ Nemeæū Leonē. Solis domiciliū ē Leo in quo signo maiores habet vires. Leo autem **BERO.**
signū Zodiaci dicit. Nemeęus a Nemea sylua q̄ in Achaia sita est inter Cleonas & Phlimtē in qua Argiui sacra Nemeęa celebrabāt vt Strabo tradit. Hic Leo ingēs ab Hercule suffocatus ē vt docet Diodorus: & in cælum translatus vt inquit Higinus. de hoc Ouidi⁹ Cum sol Herculei terga leonis adit. Scorpio incendis cauda. Scorpius. lx. occupat partes in signifero. Nā chelæ ei⁹. i. Brachia librā faciūt: & sic spacia duoꝝ signorum possidet: vt inquit Ouidius. Martis est domiciliū: ob hoc dicitur vt interpretat Seruius a Vergilio Ardēs Scorpius. Stella eñ Martis ignita est vt Plyni⁹ & Apuleius ostendūt. hinc a Lucano dicitur Mars incēdere scorpij caudā qua emittit aculeum: & perurere Chelas. i. brachia: quod significat ardorem bellicum. Mars eñ deus est belli. Gra **Gradiuus.**
diue. i. Mars: qui ideo dicitur Gardiuus quia gradatim intrat in pugnam. vel a dictione Thracum quę significat bellicosum, vel a gramine vt docet Festus Pōpeius. Mitis. i. benificus. Stellę eñ Iouis & Veneris q̄ sunt salutares hebēt. i. languēt & nullas habent vires. Cyllenius. i. Mercurius. dicitur Cyllenius quia in cyllene mōte Arcadię dicitur natus esse vt ait Seruius. Mercurius inter planetas ocyssimus est. Vnde ait Vergilius. & Lybyæ citus astitit oris. Mars solus, qui est noxius & maleficus. Ensiferi latus Orionis. Sydus est & ortu & occasu tēpestates inducens. Vnde a Vergilio dicitur nimbosus Orion. Ensifer appellatur quoniam sunt quædā stellæ quę ensem formant. Vnde apud Plynium, oritur ensis Orionis. De Orione multa apđ Ouidium, Higinum & Seruium. Ait Lucanus nimis in cęlo fulgere ensem Orionis: quæ res futura bella portendit. In multos annos: quia post mortem Iulij Cæsaris inter Augustum, Antonium, Sextum Pompeium, Brutum, & Cassium, aliosq coniuratos gesta sunt bella ciuilia. Cum domitor. quia victor finito bello dominum se prestat: vt Cęsar & Augustus post aduersarios ꝓfligatos imperium occupauerunt. Ciuili libera bello. Melior ē cōditio Romæ in ciuili bello: quia libertate fruitur: q̄ in pace in qua seruitute premitur a victore. Pręsagia. i. pro

digia a psagiendo dicta. est em Presagire presentire vt inqt Cicero. hinc sagaces dicim⁹ acute sentiētes. Qualis vertice Pindi Edonis .i. Baccha. Edonia em regio est Thraciæ: a qua fœminę sacra Bacchi celebrantes furore plenæ nominant Edonides. Ouidius. Matres Edonides omnes. & Proptius. Edonis fessa choreis. Quales ergo sunt hæ fœminę furentes vaticinantesq: q decurrunt e vertice Pindi: qui est mons Thessaliæ: vt ait Plynius: talis matrona discurrens p vrbē vaticinari cœpit: futura bella. Ogygio lyeo .i. Bacchico furore. Bacchus enim dicitur Lyeus: cuius patria fuerunt Bœotiæ Thebæ vt tradit Plynius. quod vetustissimum oppidum Ogyges rex ędificauit vt scribit Varro. Phœbæum furorem .i. Apollineum.

Ogygius
Lyeus.

Quo feror o Pęan: qua me sup ęthera raptā
Constituis terra: video Pangęa niuosis
Cana iugis: latosq Aemi sub rupe Philippos.
Quis furor hic o Phœbe doce: quo tela manusq
Romanę miscent acies: belluq sine hoste est.
Quo diuersa feror: primos me ducis in ortus
Qua mare Lagei mutatur gurgite Nili.
Hunc ego fluminea deformis truncus arena
Qui iacet agnosco: dubiā sup æquore syrtim
Arentemq feror Libyen: quo tristis erinnys
Transtulit Emathias acies: nūc desuper Alpis
Nubiferæ colles: atq aeriam Pyrenen
Arripimur: patrię sedes remeamus in vrbis:
Impiaq in medio peragūtur bella senatu.
Consurgunt partes iterū: totumq per orbem
Rursus eo: noua da mihi cernere littora pōti:
Tellurēq nouam: vidi iam Phœbe Philippos.
Hęc ait & lapso iacuit defecta furore.

SVLPITIVS.

Quo feror. Hæc sibi in aerem rapi, & in diuersas terras vbi conflictus futuri erāt discurrere videbatur. O Pæan: o Apollo qui sic est dictus a sagittarum emissiōe: παιειν pein em græce ferire significat: author est Festus. Cōstituis, sistis. Pangęa, Pāgeus. Thraciæ mōs Thessaliæ iunct⁹ ad quem Cęsar a Pompeianis fere ad deditionē coactus est. Aemi, mōtis in Thessalia. Philippi, oppidū est in Thessalia cum campis eiusdē nominis apd quos pugnatum est inter Cæsarem & Pompeium rursusq inter Augustum & Brutum. Quis furor, quæ ira & insania. Quo, ad quem finē quid pfuturi. Sine hoste. Hostis enim is proprie dicitur qui ob æquam causam pugnat: & hi quibus nos vel in nobis bellum publice constituerunt hostes dicuntur vt ait Pōpeius. Diuersa, alio cōuersa. Primos ort⁹. in orientem: & per hoc indicat Pompeium fugiētem in Aegyptum in Pelusio littore a Septimio & Achilla iussu Ptolemęi obtruncatum esse: & insidias suscitatas in Cęsarem a Ptolomæo. Qua mare lagei: vbi nilus mare ingreditur iuxta Alexandriam. vnde in octauo. Vix tetigit qua diuidui pars maxima nili In vada discurrit pelusia septim⁹ amnis. Lagei. Lagus pater fuit Ptolemęi eius qui Alexandro in ea regni parte successit vt Strabo ait. Ab hoc reliqui omnes Ptolemæi sunt appellati. Mutatur, augetur & variatur diuerso colore: tum pter nilum: tum quia ad Pelusiacum Arabia est rubrum mare. Pertingēs. author est Plyni. Hunc ego. Pompeij. corp⁹ absq capite indicat quē suasu Photini Ptolemæus puer in naui quam ornatā pmiserat iussit occidi. Aequore: per ęquor. Dubiā syrtim. reliquias Pōpeiani exercitus post pharsalicum prelium ad Iubam regem in Aphricam cōfugituras indicat: vbi Cęsar eos superabit. dubiam aūt dicit quia Syrtis nunc mare est nūc terra. Quo, ad quę loca. Emathias acies: exercitus qui in Thessalia superfuere. Nunc des. al. expeditionem Cęsaris ī Hispaniam designat qua apud Massiliam Petreium & Afranium expugnabit: item aliā qua Pōpeij filios apud Mundā. quo ex Aphrica pulsi confugerant. Nubiferę, altæ & nubilosę. Pyrenen. Pyrene & Pyrenęus mons est qui Hispaniam a Gallia diuidit, dictus a πυρ quod ē ignis, crebro em fulminatur. Patriæ se. reditum Cęsaris e Munda demonstrat: cędemq eius qui in senatu a Bruto & Cassio tribus & viginti vulneribus est affectus. Cōsurgunt par. eas indicat discursiones q ortæ sunt post Cęsaris mortem. Nam primū cum Antonio, inde cum Bruto & Cassio pugnatum est ab Augusto. postea cum Sexto Pōpeio: vltimo vero iterum cum Antonio & Cleopatra. Per to. or. per Asiam Aphricā &

Pæan.
Pangeus.
Aemus.
Philippi.
Hostis.
Pompei mors.
Lagus.
Pyrene.
Pyreneus. mons.
Cęsaris cædes.

Quo feror &c. Verba sunt Matronę Phœbęo spū percitę ac p furorē dicētis. O pęan .i. o Phœbe, quo .i. in quā regionē, feror .i. rapior: videbat em sibi rapi ad oīa loca in quib⁹ clades futura erat: qua terra constituis .i. sistis me raptā sup æthera .i. in quā terrā facies me cōsidere: Ergo vide Pāgæa .i. pāgeū mōtē Thracię: cana .i. albū, iugis .i. verticib⁹, niuosis, sub qb⁹ Cęsar fere ad deditionē coact⁹ ē. & video Philippos. s. cāpos & oppidū Thessalię vbi a Cęsare & Pōpeio pugnatū ē: postea tn̄ q hęc viderat: sed futura ītelligunt, latos .i. late iacētes: sub rupe ęmi s. mōtis vicini. O Phœbe doce sup. me qa furor hic sup. ē. quo s. furore, pot i⁹ q quo .i. ad quē finē, Romanę acies miscēt, pmiscebūt: sed qa in spū futura tanq psentia vidit, miscēt dicit: tela & manus .i. plia ineūt: qa inituræ erant bis: semel pugnante Cęsare & semel sub Augusto. quo inquā furore miscēt man⁹: & bellū ē sine hoste. s. legitimo: qa ciues cū cōciuib⁹ pugnant. Ald⁹ & Sabellicus minasq legūt: itaq legendū cōtēdit Sabellicus nisi man⁹ ad externa auxilia q Pharsaliæ pugnę interfuerāt referas. Quo feror .i. rapior diuersa. s. a dictis locis ī alia: tu ducis me ī primos ort⁹ .i. oriētē: qua. s. pte mare mutat .i. augetur & variat gurgite .i. influxu, Nili lagæi .i. ægyptiaci a Lago gregario Alexandri milite & Ptolemæi pre denominati: sicut Cęsar Dionęus a Dione Veneris mre dictus est. Ego agnosco hūc. s. Pōpeiū, q iacet trūc⁹ .i. detruncat⁹: qa amputato capite, deformis .i. deformat⁹, & dehonestat⁹: arena fluminea .i. flumie irrigari solita: ego feror æquore .i. p ęquor: sup syrtim dubiā .i. incertā an mare an terra cēseat: aut dubiā pter dubiā victoriā qa iuicti aīm Catōis illic Cęsar superare nequit: & sup Libyē ptē Aphricæ, arentem .i. ppetua siccitate laborātē. quo .i. ad q loca

Aphricę, erinnys.i.furor bellicus, tristis.i.perniciosus transtulit acies Emathias.i.Thessalici belli reliquias. Nos arripimur .i.ego arripior, nūc desuper.i.longe sup colles, alpis nubiferæ .i.ferentis in vertice nubē, atq; sup Pyrenē montem Hispaniā a Gallis dirimentē, aeriam.i.altā: hoc est cogor videre expeditiões Cęsaris in Hispania. Aldus hoc loco scribit Pirenen. Stephanus tamē in ordine alphabetico. πυρήνη ὄρος εὐρώπης, καὶ πυρηναία πόλις λοκρίδος. Pyrene inq̄t mōs Europes, & Pyrenęa ciuitas Locridis. Nos remeamus.i.redim⁹, nūc in sedes .i.mansionem vrbis patrię.i. Romæ q̄ mihi patria est, & impia bella peraguntur in medio senatu: q̄a ibi Cæsar ab ijs q̄bus pepercerat interfectus est. Partes.i.factiones pcussorum Cęsaris contra Augustum, consurgunt iterum, & ego eo rursus per totum orbem: quia vbiq; gerent iterum ciuilia bella. da mihi cernere o Phœbe noua littora ponti.i.naualia p̄lia in alio ponto: vt actiaca contra Antoniū, & Cleopatram, & nouam tellurem .i.p̄lia in noua terra. o Phœbe ego iam vidi Philippos: q.d.reducis me ad Philippos: vt videā prælia sub Augusto: sed mihi sat est, q̄ viderim sub Iulio. hęc ait.s.rapta furore, & defecta .i.deserta ab eo, iacuit.s.prostrata in terram, furore lasso.i.finito: quia ipsa lassa, immo defatigata non erat amplius tanti furoris patiēs: aut lapso potius legamus: vt sit iacuit defecta furore lapso.i.elapso, & euaporato.

Europam. Da cer.no.lit. concede: vt videā pugnas nauales alibi, q̄ vbi conspexi. intelligim⁹ autē ipsam vidisse, eaq̄ in mari Hadriatico, & ad Massiliam Cæsaris tempore gesta sunt, & nunc videre alia apud Siciliam, quæ ab Augusto contra Sextum Pompeium gerentur, & in Antonium, & Cleopatram in mari Actiaco. Vidi Phili. prælia quę ibi conferet Augustus cum Bruto, & Cassio indicat. Defecta.destituta. Lax o furo. lentata vi diuinā: siue lasso, defesso: nam discedente numine solēt pene exanimes esse. Iacuit: exanimis remansit.

¶ Quo feror o Pæan? tanq̄ raperetur ab Apolline ita exclamat. Pæan.i.Apollo. Dicitur enim Pęan a feriendo: quia Pythonem confecit sagittis: siue a medēdo quia deus est medicinę. Vnde a virginibus vestalibus dicebatur Apollo medice, Apollo Pæan. Multa de hac dictione apud Macrobium. Præterea Pęan dicitur laus Apollinis, & abusiue omniū deorum. Ouidius. Dicite Io Pæan. Vergili⁹. Lętumq; choro pæana canentes. Pangea. Pangeus mōs est Thraciæ. Aemus similiter mons in Thracia: vt scribit Plinius. Sub cuius rupe siti erant Philippi: q̄d oppidum vt inquit Appian⁹ Philippus rex q̄a ibi castra metat⁹ fuerat, Philippos appellauit. Ideo aūt dicit matrona se videre hæc loca quoniā ibi inter Cæsarem, & Pompeium dimicatum est. Bellum sinc hoste. quia omnes sunt Romani inter se concurrentes acie Pharsalica. Lagæi Nili. Lagidæ dicunt̄ reges Aegypti a Lago patre Ptolemæi: qui post mortem Alexandri magni regnauit in ægypto: vt docet Strabo. Ideo autem dicit se duci in ægyptum: quoniam iuxta Pelusium ostium Nili fuit Pompeius interemptus a satellitibus Ptolemęi pueri. de qua re infra dicetur. Truncus, corpus Pompeij sine capite. Caput enim illi fuit auulsum: reliquum vero corpus nudum in littus positum: vt scribit Plutarchus. Super æquora Syrtim. hoc refertur ad bellum quod in Aphrica Cæsar gessit contra regem Iubam, Scipionem, & Catonem, reliquias Pōpeianæ cladis refouentes. Erinnys, furor bellicus. Aeriam pyrenen. Pyrenei mōtes sunt Galliam ab Hispania diuidentes: sic nuncupati ab igne: qui a pastoribus iniectus olim mōtanas omnes syluas, ac regiones combussit: vt scribit Diodorus. vel a virgine Pyrene: vt cecinit Silius Italicus. Ideo autem dicit se arripi supra Pyrenen: quoniam in Hispania apud Mūdā filios Pompeij debellauit Cæsar. In medio senatu. hoc de Cæsare dictū est, qui in senatu tribus, & viginti vulneribus confossus est: vt Suetonius, & Plutarchus tradunt, & Appianus in primis. Cōsurgunt partes. quia mortuo Iulio Cæsare, Cæsar Augustus instituit vlcisci eius mortem: & sic iterum prope Philippos dimicatum est. vbi Brutus, & Cassius interfectores Iulij Cæsaris cecidere: Antonius, & Augustus victores euaserūt. Vnde ait matrona se iam vidisse Philippos: quos iterum videbatur cernere.

BERO.

Pæan.

In secundum Lucani Librum Eiusdē Sulpitii Verulani Argumentum.

Est vbi conquestus nosci ventura secundus
Iustitio indicto: narrat fera tempora Syllæ.
Post hęc Brutus adit cōstanti mente Catonē.
Cui rursum nubit funesto Martia cultu.
It Capuā Magnus: late occupat omnia Cęsar.
Teq; capit Domiti: sequit̄ tū concio Magni.
Brundusio it natus: cuius tentare remota
Auxilia: obsessusq; tamen vix effugit ipse.

ASCENSIVS.

¶ Est vbi conquestus. His octo versibus cōplectitur Sulpitius argumen secundi libri, dicens: q̄ secundus liber.i.author in secundo libro, vbi.i.postq̄ conquestus est, hoc est querelas deposuit apud Iouem, vētura id est quæ futura sunt nosci, id est prænosci: ratus melius esse si ignorarentur, quæ vitari nequeunt: narrat id est recitat, fera.i.crudelia tempora Syllæ, id est quibus Sylla dictator fæuierat: narrat dico, iustitio.i.suspensione iuris dicūdi in foro iudiciali, idicto.s.a senatu, aut eo cui⁹ intererat. hoc est postq̄ narrauerat Iustitij indictionē, narrat tp̄a Syllę. Post hęc .i.post narrationē tēporū Syllæ: Brutus adit .i.conuenit Catonem, scilicet minorem, qui postea Vticensis dicetur, mente constante.i. habentem mentem constantem, & infrangibilem. Cui.s.Catoni, Martia.s.Marci Philippi filia, nubit rursum: quia semel illi nupserat & tris liberos pepererat: sed postea repudiata Hortēsio nupsit: post cuius mortem ad priores nuptias redijt cultu funesto: quia post mortem Hortensij mariti sui, qui orator clarissimus secundum Ciceronem erat. Magn⁹ .s.Pōpeius, it.i.discedit ab vrbe Capuam.i.ad eam vrbē, q̄ Cāpaniæ Italicæ caput est. Cæsar occupat.s.deserta a Pōpeio, & inuasa vi, aut donis, late om̄ia, scilicet oppida: & o Domiti capit te, id est narrat quomodo Domitium cepit Cæsar: tum, id est deinde sequitur, scilicet in narratione: concio, hoc est oratio: Magni, scilicet Pompeij habita ad suos: cuius scilicet Pompeij, natus, id est filius maior natu, scilicet Cnæus Pompeius

it, hoc est proficiscitur patre iubente, Brundusio, id est ab eo oppido Italię, tentare auxilia remota, hoc est exterarum gentium: & tamen ipse scilicet Pompeius obsessus a Cæsarianis vix effugit tamen, hoc est tandem, aut tametsi filius auxilia tentaret.

SVLPI.

Amq; iræ. Consternatis populis p̃digiorũ varietate aruspicum vatũq; responsis, & furẽtis fœminę vaticinio vtitur poeta ad Iouem apostrophe: orans, vt velit mortales latere futuros euentus: vt possint etiam in malis sperare aliquid: siue mũdus diuina prouidentia regatur: siue temere casibusq; agitetur. Loquiturq; secundum Ciceronis sententiam qui inquit, p̃ scientiam malorũ cui prouideri nõ potest inutilem esse. Preterea quid prodest futura cognoscere? nam si futura sunt, vitari non possunt: si possunt, futura non erant: & bona nõ preuisa plus gaudij: mala vero p̃uisa plus doloris solent afferre. Iræ deum: qui hominibus ob peccata irati bella, pestem, famem, & alia mala minari, & inferre putantur. Patuere ob prodigia, & vaticinia ipsa. Leges & fœdera: rationem, & cõsuetudinem. Tumultu mõstrifero, turbatione p̃ter naturam. Mõstra.n. non nisi ex naturæ discordia oriuntur. Indixit nefas, denuntiauit bellum ciuile, & cædes futuras. Hanc curam: sollicitudinem noscendi futura. de qua Statius in Thebaidos tertio pluribus agit. Per di. omi. per Auguria, extispicia, astra, & vaticinia. Siue parens rerũ Locus ex abdito sumpt⁹ philosophiæ. Siue de⁹ inquit a principio fata ordinauit, & seipsum fatis legeq; regit: siue nihil fixum constituit: sed omnia casu quodam accidunt: fac vt lateant nos futura. Regna informia. Chaos ipsum quod erat materia absq; forma. Stoici duo esse dicunt in rerũ natura: Causam & materiam. Causam accipiunt id quod facit. Materiã id ex quo quid fit. Aristoteles quatuor dicit: Materiam, opificem, formam, quę vnicuiq; operi imponitur tanq̃ statua. Ea dat eẽ rei, & confirmat rem in esse, & discernit rem a re. Quarto loco propositum ponit .i. finem ad quod aliquid fit. Flamma cedente. igne in sublimiorẽ locum abeũte. Finxit causas. firmauit seriem causarum implexã, hoc est fata ipsa. Se, ipsum deum. Qua cuncta coercet. Loquitur secũdum Stoicorum sententiã: qui volunt mundum diuina prouidentia regi, & fata a mundi principio stare: qđ & Chrysippus sensit, & Manilius his versibus explicat. Soluite mortales animos curasq; leuate: Totq; superuacuis curã deflere querelis. Fata regunt orbem: certa stant omnia lege. Lõgaq; p certos signãtur tempora cursus. Mũdum se. mundi motum sæcula afferentẽ. Ex eo.n. cõstãt cõficiunturq; tẽpora. Iussa, ordinata, & certa negotia mortalibus afferentia. Im. li. fa. firmo termino. & eo℞ sequit̃ opinio nẽ q dicũt fata tolli non posse, sed p̃duci, aut cõtrahi. Verg. in. vij. Attrahere atq; moras tãtis licet addere reb⁹. & i. x. Tolle fuga Turnũ atq; instãtibus eripe fatis. Siue ni. po. est: sententia est epicureo℞ deos quietos eẽ, nec eorũ p̃uidẽtia mundum regi: sed casu, & fortuna accidere omnia. Positũ: cõstitutum, firmum. Casum: euentum præter propositum. Est casus inopinatus ex fluentibus causis in his,

Fata.

Casus:

M. Annei Lucani Pharsaliæ. Liber. II.

Amq; irę patuere deum manifestaq; belli
Signa dedit mũdus: legesq; & fœdera rerum
Pręscia monstrifero vertit natura tumultu:
Indixitq; nefas. Cur hanc tibi rector olympi
Sollicitis visum est mortalibus addere curam
Noscant venturas vt dira per omina clades?
¶ Siue parens rerũ cũ primũ informia regna
Materiamq; rudem flamma cedente recepit:
Finxit in ęternum causas: qua cuncta coercet
Se quoq; lege tenens: & sæcula iussa ferẽtem
Fatorum immoto diuisit limite mundum:
Siue nihil positũ est: sed fors incerta vagatur
Fertq; refertq; vices: & habet mortalia casum
¶ Sit subitum quodcunq; paras: sit cæca futuri
Mens hominum fati: liceat sperare timenti.
Ergo vbi concipiũt quantis sit cladibus vrbi
Constatura fides superum: ferale per vrbem
Iustitium latuit: plebeio tectus amictu
Oĩs honos: nullos comitata ẽ purpura fasces.
Tunc q̃stus tenuere suos: magnusq; per oẽs
Errabat sine voce dolor. Sic funere primo
Attonitę tacuere domus: quũ corpora nõdũ
Cõclamata iacent: nec mater crine soluto
Exigit ad sęuos famularũ brachia planctus:
Sed cum mẽbra p̃mit fugiente rigentia vita:
Vultusq; exanimes: oculosq; in morte minaces:
Nec dũ est ille dolor: sed iã met⁹ icubat amẽs:
Miraturq; malum: cultus matrona priores
Deposuit: mœstęq; tenent delubra cateruę.

Amq; iræ. Sic inquit ex vtriusq; aruspicis, & diuinitate p̃diti vatis ex tot portentis, & monstris iudicio, & ex matronæ furore p̃citę vaticinio, oĩno cõstabat deos minari reipu. magnũ malũ: sed cur o Iuppiter

ſi tanta mala euitari nequibant non ea occultaſti donec fierent vt interea ſpe ſaltem meliore mentes mortalium tanta preſſura euarentur. O rdo eſt. Iamqꝫ.i.& iam iræ deum.i. deorum, patuere.i.manifeſtæ fuerunt,& mundus.i.elementorum,a cęlorum ornatus,dedit manifeſta ſigna belli: & natura pręſcia.i. p̄ſaga,quia per effectus ſignificabat ſe futura ſcire, vertit.i.puertit tumultu monſtrifero.i. turbatione pręter naturam facta leges,& fœdera rerum.i.conſuetum curſum ſuum : per quem ex certis cauſis,certę res producebantur:cum tunc nullo ſemine monſtra naſcerētur,& indixit.i.ſignis indicauit, nefas.i. triſte malum,propter nefas futurum. O rector olympi Iuppiter ſcilicet cur viſum eſt.i.placitum eſt,& apparuit æquum cū hominibus videatur iniquum,addere mortalibus .i. hominibus ſollicitis,ſcilicet ex aduentu Cæſaris,niſi omina illa neſciſſent curam:vt noſcant per dira omina,clades venturas. q.d. nō videtur conſtare ratio:quia quæ euitari non poſſunt melius latere videntur,tantiſper enim dum latent non cruciant. vnde dicit. Siue potens rerum,ſcilicet omnium deus, qui a theologis natura naturans dicitur:cum,id eſt vbi primum recepit,regna informia.i. chaos,& res informes adhuc , & materiam rudem .i.adhuc informē,flamma recedente.i.igne orbem lunarem petente,finxit cauſas in ęternum.i.quę perpetuo durarent,& cōſimiles producerent effectus, tenens ſe quoqꝫ.i. etiam ſe ea lege,qua coercet.i.conſtringit,& limitat cuncta : quia cuncta facta ſunt ſuo pondere, numero ,& menſura,& fiunt ſuo tempore ex ſuis cauſis: & diuidit limite.i.termino,immoto.i. inuariabili,fatorum.i.conſtitutionis diuinæ,mundum ferentem.i.afferentem ex influentia ſyderum,ſæcula iuſſa.ſ.a deo : vt talia ſint ſęcula,qualia ſydera ab origine ad hoc deſtinata , hoc eſt ſiue omnia fiunt ex pręordinatione diuina,quæ ſub certo ordine cūcta ex cauſis ſuis procedere vult, ſiue nihil eſt poſitum.i. conſtitutum,& pręordinatum a deo,ſed fors incerta.i. non dependens a certis cauſis, vt dicebant Epicurei, vagatur.i.libere errat,& fert.i.affert,& refert.i.iterum aufert, vices rerū, & mortalia habent caſum.i.quæ ſub cœlo ſunt omnia caſui ſubiecta ſunt,& nihil fatale,ita vt ſit ineuitabile.hoc eſt ſiue omnia a fato p̄uiſa neceſſario fiunt:ſiue ꝙ dij non curant mortalia,omīa a caſu accidunt:quodcūqꝫ tu paras.i.prætendis homini inferre,ſit ſubitum.i.improuiſum homini,& mens hominum ſit cęca.i.neſcia fati futuri,& liceat ſperare timēti.i.ei qui nunc timet eo ꝙ futura mala p̄noſcit. ¶ Ergo &c. Proſequitur quid iuſtitio indicto,deinceps actum ſit dicens. Ergo vbi.ſ.Romani cōcipiunt.i. animaduertunt quantis cladibus ſit fides ſuperum pro ſuperorum conſtatura, vrbi.ſ.Romæ, hoc eſt quantū mali immineat vrbi,eo ꝙ dij qui talia portenderant non ſunt fallaces,& mendaces:magno autem conſtare dicitur fides alicuiꝰ ſi dum mala pręḋicit non poteſt mendax inueniri. Iuſtitium.i. ſtatio,& ceſſatio iuris dicendi,ferale.i.exitiale.i. vt ſolebat fieri in ſummo tumultu,aut peſte grauiſſima,fuit ſup.per vrbem .ſ.Romam:omnis honos.i.omnis cultus magiſtratuum, qui honori eſſe ſolebat,latuit tectus.i.abſconſus amictu plebeio. Nullos.i.non vllos,purpura non eſt comitata vllos faſces.i. qui ex officio lictores cum faſce ſecum habebant, purpuram oēm dimittebant,& ipſi tenuere.i. cōtinuerunt in pectore ſuo: tūc ſuos q̄ſtus.i.ſuas q̄relas:qꝫ ꝑ et aut ꝑ quia , magnus dolor errabat.i.libere diuagabať,ſine voce.i.omnes q̄dē vehementer doluere,ſed pręſtupore non auſi ſunt emittere vocem q̄ruloſam:ſic.i.in eū modū : domus attonitæ.i. familiæ multum ſtupefactæ,tacuere.ſ.olim primo funere.i. cū aliquis charorū vt filius primū diē obijſſet, videlicet quum.i.quando,corpora iacebant nōdum conclamata.i. inſepulta, & quibus ſupremū vale nondum erat valido clamore dictum : nec mater ſoluto crine.i.non habens adhuc crinem ſolutum,& paſſum,non exigit.i.nō requirit(vnde negatio particulæ nec agit in ſoluto , & in exigit,& ita bis ponitur)brachia famularum ad ſæuos.i.immanes planctus,id eſt percuſſiones pectoris faciendas. Sed quum mater premit membra, ſcilicet filij , vita fugiēte,ſcilicet

quę ob aliquid geruntur euētus. Sors, fortuna. Fertqꝫ re.vi.mutat ꝓſpera aduerſis,& cōtra. Sit ſu.ignorēt homines. Cęca,ignara. Timēti:paſſuro incōmoda. Ergo.poſtq̄ inquit aduertere mala futura , indicto Iuſtitio tēpla frequētauere. Cōcipiunt ,animo comprehēdunt. Conſtatura ,firma & immobilis futura Fides:quā per mōſtra oſtēderant. Iuſtitium: ſup.fuit. Iuſtitium eſt iuris dicendi intermiſſio ob publicā calamitatem,aut luctū. Dictū q̄ſi iuris ſtatio.ſolebat aūt id in publico luctu indici. Ferale,luctuoſum. Latuit, non diſcernebať ab alijs ipſa veſte. Tectus plebeio amictu: vulgares ,& pullas togas indutus . Omnis ho.omnes magiſtratus. Purpura , veſtis purpurea conſularis. Nullos faſ.nullum conſulem. Faſces eñ eorum ſunt inſignia. Tūcque. Tūc tacite ſine clamore dolebant:vt ſolent qui aſtant moriētibus:nam quoad vidēt eos animas exhalaſſe non plorāt. Primo fu. in principio mortis alicuius. Domꝰ: familię. Conclamata,deplorata. Tūc eñ mortuis cōclamabať,quum nullum vitę veſtigium eſſe relictum videbatur. Eſtqꝫ cōclamare ſatis clamare,& deflere: in qua re nulla dilatio ē doloris,& luctus. Exigit:requirit. Brachia fa. Veterū mos erat in funere plangere, hoc eſt pcutere faciem ,pectora, brachia. Premit, cōplexando ipſa mater. Rigētia,frigentia. Exanimes:ſemimortuos. Minaces ocu. In inſtante mortis oculos moueri , & caligare author eſt Plinius. Nec eſt do.ſed me. Dolor enim eſt de p̄ſenti malo:metus de futuro. A mēs. præ dolore inſaniēs. Incubat, ſupīſtat filio. Cultus ma. matronę pullatæ deorum templa frequentabant.

Iuſtitium.

Cōclamatū

IAmqꝫ irę patuere deū manifeſtaqꝫ belli. Expoſitis q̄ plurimis prodigijs:per quæ dij ſe iratos eē demōſtrarunt : interrogat Lucanus Iouem: Quare voluerit per omina,& Auguria oſtendere mortalibus futura mala : cum melius foret illa in abdito latere:ne mētes hominum priꝰ ꝑturbarētur,q̄ mala paterenť. Leges & fœdera rerū. Certis legibus,& conſtitutis fœderibꝰ rerū natura, hoc eſt deus voluit mūdū gubernari,quæ fœdera nunc dicit ab ipſa natura fuiſſe cōuerſa,& ꝑmutata immiſſis tot monſtris. Indixit.i.denūtiauit. Nefas ,hoc eſt excidia futura. Siue parēs rerū. Senſus eſt.omnia debere eſſe ſubita,& ſine p̄ſagio,quęcūqꝫ parat Iuppiter:ſiue mūdus diuina ꝓuidētia guberneť ſecūdū Stoicos:ſiue caſu,& ſorte omnia rapianť ſecūdū Epicureos. Ordo eſt. Sit ſubitū q̄dcūqꝫ paras.ſ. Iuppiter,ſiue parēs rerū fixit in ęternū cauſas tenēs.i.ligās ſe quoqꝫ ea lege,q̄ cūcta cōſtrigit, cū primū.ſ.informia regna, hoc eſt chaos recepit,& in meliorē reformauit effigiē: ſiue nihil eſt poſitū,hoc eſt decretū , & cōſtitutū:ſed fors.i.fortuna vagať. Fatorū immoto limite exp̄ſſit vi fati. Eſt.n.fatū ſeries,& ordo cauſarū īplexꝰ īmutabilis: vt Seneca, Cicero, & Chryſippꝰ diffiniūt. Cęca futuri.i.mēs hoīm non itelligat ꝑ ꝓdigia q̄d ſit futurū. Liceat ſpare timēti . Timor ē de futuro malo. Spes de futuro bono. iſta ergo tanq̄ inter ſe con

BERO:

Fatum.

traria opposuit: vt Augustinus tradit in Enchiridio allegans versum hunc Lucani. Cõstatura fides. Deorum fides constat magno ꝑtio, quoniam id euenit qđ per ostenta monstrarunt. Ferale per vrbem iustitium. Iustitium dicitur luctus publicus: vt docet Fulgẽtius Placiades. Vnde ait Frõto: iustitium plebi indicitur: & hoc fiebat in reb⁹ dubijs, & periculosis: vt est apud Liuium: vt. s. iura tacerent. Omnis honos. i. magistratus sumpsit vestes plebeias. Nullos comitata ẽ purpura fasces. Prætexta est vestis magistratuum dicta ab eo ꝙ purpura ꝑtexitur: vt interꝑtatur exhalantis animam, & premit vultus exanimes, id est emortuos, & oculos minaces. i. terribiles derelictos in morte. i. post mortem, quos claudit. ille dolor. s. vehementissimus futurus necdum est quia prę stupore non cadit in mentem magnitudo mali, qđ est in morte vnici filij: sed metus. i. anxietas ex præsagio futuri doloris: & ita ipsa amens. i. auersa a mente incubat. i. se super filium ꝓsternit, & miraẽ, sed nõdum plene sentit malum. Deinde redit ad narrationem dicens. Matrona deposuit cultus priores, & cateruæ. i. congregationes mulierum, & forte virorum, indicto iustitio, mœstæ, quia non indicebatur nisi in publica calamitate: tenent delubra. i. templa deorum in q̃bus sunt simulacra delibrata. i. decorticata.

Macrobius. Magistratus ergo qui solent gestare ꝑtextã, & habere fasces lictorios tunc propter imminẽtia mala solitis carebãt ornamẽtis. Nullos fasces. Cõsules duodeci habebãt ministros q lictores nũcupati secures fascibus virgarum alligatas ꝑferebant. Proconsules vero sex tantũmodo habebant: vt dicit Iurisconsultus de officio proconsulis. Purpura autem est piscis ex genere conchiliorum. habent purpurę in medijs faucibus florem illum tingendis expetitum vestibus liquoris. hic est minimi in candida vena: vt pluribus verbis ostẽdit Plinius in nono. Questus. i. querelas intra ꝑcordia compresserunt. Sic funere primo. Sẽsus est ita dolebãt omnes sine voce: queẽadmodũ mater dolorem comprimit, in deplorata filij valitudine: qui iamiam moritur⁹ agit animam, nec dum tamen expirauit. Fun⁹: vt dicit Donatus, est pompa exequiarum dictum ab eo ꝙ funes incensos mortuis præferebant: vt etiam interpretatur Seruius. Corpora nondum conclamata. Mos erat Priscorum: vt mortui calida aqua lauarenẽ, & per interualla conclamarentur: quia solet plærũq; vitalis spirit⁹ exclusus putari, & homines fallere: vt testatur Seruius. Vnde seruabantur cadauera septem diebus, & post vltimam conclamationem comburebantur. Vnde apud Terentium. Conclamatum est. & Apuleius ait. Domi tu etiam defletus, & conclamatus es. Exigit famularum brachia. Post conclamationem ancillæ iubebãtur lamentari, & brachia plangere more præficarum, quæ monstrabant alijs quemadmodum lamentari deberent.

Conclamatum est.

Planctus. Plangere proprie est percutere. Vnde ait Catullus. Plangebant corpore terram. Membra rigẽtia fugiente anima ex corpore membra rigentia, hoc est frigentia efficiuntur. Nec dum ille dolor. i. mater ꝑmẽs membra filij morientis nondum vehementi dolore concutitur, qui post mortem vexare solet: verum timet, & angitur. Matrona cultus priores. Matronę Romanæ deposuerunt ornamenta, & cultus ꝑciosiores.

SVLPI.

¶ Deos: deorum statuas, & templa. Affixere pecto. so. in templis se prostrauere. Fudere: sparsere. Feriunt au. obtundunt Deorum aures clamoribus, quæ solent nobis ad vota patere. Diuisere de. diuisim in diuersa tẽpla se contulere: ita vt nullum templum precatricibus vacuum esset. Factura inui. concitatura odium erga deos si non exaudirent, vel excitatura deos ad odium in supplices, & ad inuidendum inter se de veneratione. Liuentes plã. nigros percussione. Scissa ge. Synecdoche. O mise. In concitandis, & sedandis affectibus supra q̃ dici potest noster est poeta mirificus. Nullum locum prætermittit: elicitq; pathos ab ætatibus, a fortuna, a loco, a tempore, a causa: a qua & indignatio est. A modo, numero, forma, quantitate, Materia circa rem, a Paraboia, ab imagine, A minore, ad maius, A maiore ad minus, A Similitudine, Dubitatione, Attestatiõe, Nimietate, Exclamatione, Taciturnitate, Repetitione, Obiurgatione, modisq; cæteris. Nunc: dũ licet. Contundite, percutite. Pendet: in dubio est. Gaudẽdũ: quia bella cessarint, & tyrãni metu Lacessit: stimulat, & vexat. Nec nõ. Viri quoq; in castra, vel Cęsaris, vľ Põpeij eũtes cõq̃rebanẽ. Miserę for. miserandę cõditionis. Cãnarum. Cannæ Apulię vicus est apud quem vltra quadraginta milia Romanorum ab exercitu Annibalis cæsa sunt. Trebiæ. Trebia fluuius est apud Placentiam in Gallia Cisalpina ab Appẽnino in Padũ fluẽs. L. Sẽpronij consulis clade nobilitatus. Nõ pa. pe. non quærimus ab armis cessare, sed gentes oẽs in nos concitate: dũmodo bella ciuilia deponanẽ. Excite. commouete. Achemenijs Su.

Loci pathi

Cannæ.

Trebia.

Hę lachrymis sparsere deos: hę pectora duro
Affixere solo: laceras in limine sacro
Attonitę fudere comas: votisq; vocari
Assuetas crebris feriunt vlulatibus aures.
Nec cunctę summi templo iacuere tonantis:
Diuisere deos: & nullis defuit aris
Inuidiã factura parens. Quarũ vna madentes
Scissa genas planctu liuentes atra lacertos
Nũc (ait) o miserę cõtũdite pectora matres:
Nũc laniate comas: ne ve hũc differte dolorẽ
Et summis seruate malis: nunc flere potestas
Dum pendet fortuna ducũ: dum vicerit alter
Gaudẽdũ ẽ. His se stimulis dolor ipe lacessit.
Nec non bella viri: diuersaq; castra petentes
Effundunt iustas in numina seua querelas.
O miserę sortis: ꝙ non in Punica nati
Tẽpora Cannarũ fuimus Trebięq; iuuentus.
Non pacẽ petimus superi: date gẽtibus iras:
Nunc vrbes excite feras: coniuret in arma
Mũdus: Achemeniis decurrãt Medica Susis

Agmia: Massagetas Scythic⁹ nō alliget Ister.
Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos
Albis: & īdomitū Rheni caput: omīb⁹ hostes
Reddite nos populis: ciuile auertite bellum.

¶ Hę lachrymis &c. Docet q̄d in tēplo egerint, & dixerint matronę: deinde quid in bellum ꝓdeuntes viri: nimium graphice pathos ex omni parte mouens: vt diserte recitauit Sulpitius. Ordo est. Hæ. i. aliquot ex matronis vbi in templo Iouis fuerant, sparsere. i. imbuerunt, deos. i. simulacra deorum, lachrymis. s. suis. Hæ. i. aliæ affixere pectora. s. sua, solo duro. i. ꝓstrauerunt se in pauimentum: & sup. aliæ, aut eędē attonitę. i. stupefactæ, & hebetatę, ac perplexæ ex tot ꝓdigijs, fudere. i. sparserunt comas laceras. i. diuulsas, in limine sacro. i. cum iam eēnt intra limen sacrum. i. ipsius templi, & feriunt. i. pulsant, & sollicitāt hululatibus crebris aures. s. deorum in templo positorū: assuetas vocari. i. inuocari in rebus lætis, aut in quibus spes aliqua erat votis. i. ad vota facienda, aut ex votis. i. pro desyderijs. Nec cūctæ. i. nō simul omnes matronę iacuere. s. prostratę: sup. in templo, summi tonātis. i. Iouis: quia diuisere. s. inter se, deos. s. apud quos querelas deponerent, & parens. i. mater alicui⁹ prolis, nullis. i. non vilis, non defuit vllis aris. i. fuit aliqua in qualibet ara, factura inuidiam. i. molestiam deo per improbam q̄relam, aut expostulationem: quarum. s. parentum, vna præ cæteris meritis & authoritate præstans, scissa genas madētes. i. habens genas madentes lachrymis, & scissas vnguibus. Iuxta illud æne. iiij. Vnguibus ora soror fœdās, & pectora palmis. atra lacertos liuentes. i. habens lacertos atros eo ꝙ liuentes planctu. i. ex percussione, & contusione, ait. o miseræ. i. miserandæ matres, contundite pectora vestra nūc, & laniate. i. dissecate nunc comas vestras: neue. i. vel non, differte hunc laborē. Alij legunt dolorē. s. cōtundēdi pectora, & laniādi comas. & sup. ne seruate laborē, vł dolorē summis malis. i. donec summa erunt mala: quia tunc nō licebit plangere (vt docebit). Nūc sup. est potestas flere ꝑ flendi: dū. i. donec, aut q̄ diu, fortuna. i. incertus exitus belli, & incerta victoria ducū. s. Cæsaris, & Pōpeij, pendet. i. suspensa, & incerta est: dum aut cum, alter. s. aut Cæsar, aut Pompeius vicerit, gaudendum est. i. oportet etiā si maxime doleatis ꝓferre gaudium ne sitis victori suspectæ. q̄d Cice. in epistolis confirmat post rem. dolor (inquit poeta) ipse q. d. vltro, & vltra, q̄ necesse erat, lacessit. i. prouocat, & excitat se ad incrementū sui, his. i. huiusmodi stimulis. i. instigationibus. Necnō. i. nihilominus viri petentes. i. adeūtes, licet nō poscerent, bella: & pro. i. castra diuersa: quia alij Cęsaris, alij Pompeij: effundunt querelas iustas: quia iniquum videbatur ꝓpter factionem duorum ciuitatem laborare: in. i. aduersus numina sęua. i. inclemētia, non tamen dicit iniusta. O sup. nos, & sunt verba virorum, sortis. i. conditionis miseræ. i. miserandę, ꝙ. i. eo ꝙ non fuimus nati in tempora punica. i. in cladem quæ facta est tempore punici. i. Carthagineū. belli presertim sub Annibale gesti. vn̄ dicit, iuuentus. i. vt fuissemus iuuentus Cannarum. i. q̄ apud Cānas vicum Apulię fusa est, & Trebię. i. q̄ apd̄ Trebiā fluuiū iuxta Placentiā. Fuerunt aūt tunc multę clades Prima apud Ticinum fluuium. Secunda ad Trebiam. Tertia ad Lacum Trasimenum. Quarta ad Cannas. vbi Paulus Aemylius occisus, & Terētius Varro fugatus est. Est autem summæ desperationis pro vitando genere mortis aliud expetere: vt ęne. j. O terq; quaterq; beati. Quis ante ora patrū troiæ sub mœnibus altis Contingit oppetere. O superi non petimus pacem: aut vt per bella externa cessarēt intestina, quod sæpe vsu venit, aut vt in bello hostili honestius, q̄ in ciuili perirent bellū optant: cum contra dictum sit. Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes. Date gentibus, scilicet a nobis deuictis, iras

Susia quasi pars est Persiæ inter eā, & Babyloniam posita: habetq; Susa vrbem clarissimā quā Titonus Memnonis pater teste Strabone condidit. Achemenios aūt Persas dicimus, seu ab Achemene Baccheonis filio rege Persarum, siue ab Achemenide tribu ex qua Persarum reges traxere originem: vt Herodotus inquit. Medica. Media in Asia regio contermina Assyriæ, & Persiæ, & mari Hircano, a Medo Medeę filio cognomiata. Totumq; hoc poeta dicit ꝓpter bellū Parthicū quod gerebatur. Messagetas, nobiles populi in Scythia Asiatica: solem colunt, & quū per deserta vagantur equorum quibus inuehuntur sanguinem potāt. Ister fluuius qui & Danubius dicitur in iugis Germaniæ orit̄ & sexaginta fluminibus auct⁹ ꝑ septem ora effluit in Euxinum. Sueui, Germaniæ populi. Nō alliget, non retineat. Albis, Germaniæ fluuius qui Sueuos a Ceruetijs diuidēs mergitur in oceanū. Rheni. Rhenus ex alpibus oritur Eluetios, sequanosq; alluēs, Coloniam trāsfluens Batauorum insulam efficit, & mergit̄ in oceanum.

Susia. Susa. Acheme-nij. Media. Messagetæ Ister. Danubius. Sueui. Albis. Rhenus.

¶ Duro solo. i. terra. Solū dicitur mare. Vergilius. cōtrahiturq; solum. dicitur & cælum. Ouidius. Astra tenent cœleste solum. Aures assuetas. i. feriūt aures deorum, quę assuetę sunt votis mortalium inuocari. Diuisere deos. quoniam non omnes poterāt manere in capitolio diuiserunt deos, hoc est alię ꝓfectæ ad templum Iunonis: aliæ ad templum Apollinis: & similiter reliquorum deorum. Inuidiam factura parēs. i. matres suis lamētationibus inuidiam dijs faciebant. Parentis autem appellatione non solum pater, & auus & proauus, & omnes superioris gradus continentur: sed mater, & auia, & proauia: vt tradit Iurisconsultus de verborum significatione. Scissa genas. Genę proprie sunt oculorum operimenta, & quidam quasi folliculi, q̄bus oculi conteguntur. Vnde ait Plinius: ꝙ pisces, & insecta non habent genas, nec integunt oculos, & ꝙ sunt palpebrę in genis homini vtrinq;. verū infra oculos malę homini tantum quas prisci venas vocabant: vt idem Plinius est author. Atra lacertos: figura poetica. i. habens atros, & nigros lacertos. Planctu. id est percussione. Nunc, dū sumus in libertate. Gaudēdum est. siue Pōpeius vicerit, siue Cæsar, erit monstranda lætitia, ne victoris exasperemus iracundiam. Diuersaq; castra. Alia Pōpeiana, alia Cæsariana. Tēpora Cānarū. Cannæ vicus Apuliæ, nobiles sunt clade Romana: vt ait Plinius. Nam teste Liuio, Annibal apud Cannas vno prælio interemit quadraginta milia peditum Romanorum, & duo milia septingentos equites. Hac pugna Cannēsi cecidit vir clarissimus. L. Aemylius Paulus qui erat consul vna cum Terentio Varrone: Trebięq; iuuentus. Trebia fluuius est prope Placentiam labēs. vnde a Plinio dicitur Placentin⁹. Apud Trebiā Romani ab Annibale ꝓfligati fuerūt: consule Sempronio Lōgo ductore: vt scribit Liuius plurib⁹ verbis: Achemenijs Susis. Susa a Dario Histaspis filio

BERO. Parens. Genæ.

cōdita fuerunt in Susania regione Medoꝝ. Susa fuit vet⁹ regia Persarum: vt tradit Plinius. Achemenias appellat ab Achemenide tribu Persarū, ex qua reges oriundi sunt ipsius Persidis: vt author est Herodotus. optant ergo vt ex totius orbis partibus coniurēt hostes contra Romanos: modo tollantur bella ciuilia. Scythicus Ister. Ister fluuius est, alio nomine dictus Danubius: oritur in Germaniæ iugis montis Arnobæ, ac p innumeras lapsus gentes Illyricum alluit: in pōtum Scythicum vastis sex flumīb⁹ euoluif: vt Strabo, & Plinius tradiderūt. Massagetæ sunt populi Scythiæ. Flauos Sueuos. Sueuorū est lōge maxima gens, & bellicosissima Germanorum omnium. hi centum pagos habere dicuntur. de qbus multa Cęsar in Cōmentario quarto. Flauos, a colore. Flauus color ex albo viridi ruffoq; concretus: vt docet Gellius

Flauus.

Albis. Albis fluuius est Germanię in oceanū labens: vt scribit Strabo. Sueuoꝝ vero gēs, a Rheno vsq; ad Albim ꝑuenit fluuiū.

Albis.

SVLPI. ¶Dac⁹. Daci & Getæ in Scythia vicini sunt sed Getas appellat eos qui ad pontū in Orientem vergunt. Dacos autē qui oppositi sunt Germaniā versus ad Istri fontes: quos olim Dauos vocatos eē putat Strabo: & ideo apđ Athenienses Dauorum, & Getarum nomina seruilia abūdare. Occurrat Iberis alter. Cęsar inquit in Hispanos se cōferat. Pompeius vero conuertat se ad parthicum bellum. Ad æoas pharetras. allusit ad morem parthoꝝ orientalium populorū, qui pugnando, & fugiendo sagittas emittūt. Nulla vacet tibi Roma manus: nullus abstineat ab armis in te inferēdis. Plurimus æther: magna copia ignis cœlestis. Collapsus in ignem: descendens in speciem ignis nostri, qui ab illo diuersus est. Per fulmina. legitur & flumina. Sęue parens, magne Iuppiter. Vtrasq; partes, Cæsaris, & Pompeij. Dum nondum meruere: anteq̄ manus ciuili sanguine maculent: nam vbi conseruerint prelia digni sint fulminari. Tanto ne. Acris ab iniustitia crudelitateq; reprehensio ꝙ per tot cædes quęrant patriam occupare, quæ ꝑeadē a Tyrannide liberanda facienda vix essent. Prouentu, fertilitate, copia. Vter: an Cæsar, an Pompeius. Vix tanti. argumētatur a contraria causa. Tanti: satis honestū, & dignum. Vt neuter: nec Cæsar, nec Pōpei⁹. Pietas peritura: viri nequicq̄ pij, & qui mox pietatis obliti in ciues, & propinquos pugnabunt. Egerit: effundit. At miseros. patres vero inquit affligebantur, & oderāt ꝙ tam diu vixissent essentq; ad tāta mala reseruati. Angit, vexat. Fata viuacia, sortem longæuam. Grauis: molestæ. Atq; aliqs. Hac lōga senis oratione, hęc bella ciuilia Marianis Syllanisq; cōferuntur: in qbus q̄q̄ crudelia oīa facta sunt, tamen nūc multo crudeliora instare homines arbitrantur. Primū itaq; Marij sors, & crudelitas: inde Syllæ cōmemoratur: & Marius Pōpeio, Sylla vero Cęsari tacite cōferri videt. Teutonicos. De ijs, & Cimbris a Mario superatis satis diximus libro .j. Libycos, Aphricanos. Nā primo cōsulatu suo cū Iugurtha rege Numidarū bellū gessit. Secūdo

.i. acrimoniā animorum, & audaciam: ab eo quod præcedit, id quod sequitur: vt videlicet audeant rebellare: quia ira secundū Peripateticos ad fortitudinē facit: excite .i. prouocate in iram contra nos, vrbes feras .i. feroces ciuitates, nunc, in tā tristi bello: mundus .s. vniuersus victus fere a Romanis, cōiuret in arma .i. ad bella vnanimiter, & cōsertis manibus in nos ineunda. Iuxta illud. Et cōiurato descēdit Dacus ab Istro. Aldus legit in armis: vt mūdus ens in armis coniuret. Agmina medica .i. Medoꝝ exercit⁹, decurrāt Susis .i. a Susis achemenijs .i. persicis ab Achemene denominatis. Aldus videtur scripsisse fusis vt medica agmina decurrant, achemenijs sup. agminibus fusis .i. postq̄ fusa fuerint: sed quia non petit illa fusa, sed rebellātia, legam Susis. Ister fluuius Scythic⁹ ad Scythiam fluens, q & Danubius dictus est, non alliget .i. non retineat in Scythia ꝑpter difficultatem traijciendi, aut ꝑpter periculum qđ vbi traiecerint incurrant, Massagetas populos illos in Scythia Asiatica nobiles. (sunt qui Messageten legant.) Albis Germanię fluuius, fundat .i. abunde in nos exponat, aut trāsmittat ab extremo Aqlone .i. septentrione, Sueuos Germaniæ populos nūc quoq; sic dictos (diuidit autē sue in duas syllabas) flauos .s. in capillis quos tingunt: & caput Rheni indomitū .i. indomabile sup. fundat in nos populos. O superi reddite nos omnib⁹ populis hostes, & sup. auertite .s. a nobis, bellum ciuile.

Hinc Dac⁹ ꝑmat: inde Getes: occurrat Iberis
Alter: ad ęoas hic vertat signa pharetras.
Nulla vacet tibi Roma man⁹. vł ꝑdere nomē
Si placet Hesperiū superi: collapsus in ignes
Plurimus ad terram ꝑ fulmina decidat æther.
Sęue parens: vtrasq; simul partesq; ducesq;
Dum nōdum meruere: feri. Tanto ne nouoꝝ
Prouentu scelerū quęrūt: vter imperet vrbi?
Vix tanti fuerat ciuilia bella mouere
Vt neuter. Tales pietas peritura querelas
Egerit: at miseros angit sua cura parentes:
Oderuntq; grauis viuacia fata senectę:
Seruatosq; iterum bellis ciuilibus annos.
Atq; aliquis magno quęrens exempla timori
Non alios inquit motus tunc fata parabant
Quū post Teutonicos victor Libycosq; triū(phos
Exul limosa Mari⁹ caput abdidit vlua:
Stagna audi texere soli laxęq; paludes
Depositum fortuna tuum: mox vincula ferri
Exedere senem: longusq; in carcere pędor.

¶Hinc Dacus ꝑmat. Prosequunf viri tristia vota sua: vt ciuile bellū euitēt dicētes. Dac⁹ ppł's ille bellicosus Germaniā versus in Scythia, ꝑmat hinc .i. ex vna pte, & Getes (dr̄ & Geta) ꝑmat inde .i. ex alia pte: nā orietē versus ad pōtū inhabitat Scythiā: alter .s. ducū, vt Cęsar, occurrat .i. resistat celeri expeditiōe, Iberis .i. Hispanis nobis vt olim bellū inferentib⁹. Hic .i. alter, sed q nr̄, & apđ nos est, videlicet Pōpei⁹, vertat .i. dirigat signa .s. militaria: vt vexilla, & pila: ad pharetras ęoas .i. cōtra pthicas

sagittas. o Roma nulla manus, scilicet bellica, vacet tibi. i. quę tibi non inferat bellū: vel o superi si placet pdere. i. fundit⁹ delere, & extinguere, nomē hesperiū. i. oēm populū Latinū ęther. i. ignis cœlestis decidat in ignes, aut in ignē. s. materialem quem hic habem⁹. nec mirū si ab æthere ignē petat cū in diluuio cataractæ cæli aquas demiserint. decidat inquā in ignes collapsus plurimus ad terrā, per fulmina, aut flumina. i. more fulminum aut fluminum: non particulatim, sed globatim. O sæue. i. magne, & metuende parens. s. rerum Iuppiter feri. i. percute fulmine tuo vtrasq; partes. s. ciuilis belli, & duces. s. vtrosq;, dū. i. donec, vel q̄ diu nōdū meruere: quia melius esset ante peccatum, q̄ post ipsum pati. quærunt ne. i. disquirunt ne duces sup. tāto prouentu. i. tanta fœtura, & pductione nouorum. i. magnorū, & insolitorū scelerum: vt sunt ciues in necem impellere: vt patriam occupēt: vter sup. eorum, imperet. i. dominet vrbi: q. d. id non decere: quia mouere bella ciuilia: vt neuter sup. imperet vrbi. i. ad impediendam tyrannidē, & dominationem iniquā: vix fuerat tanti. s. momenti, aut cōmodi, aut vt dicimus valoris: hoc est tam iniquum est mouere bella ciuilia: vt etiam pro libertate tuenda vix debeant moueri: quocirca grauissime peccant qui ea ob libertatem opprimendam mouēt. pietas peritura. i. non diu mansura in animis virorum: quia alteri parti adhęrentes postea nullum patriæ respectum habuerūt, egerit. i. edit ab egero non ab ago: tales querelas: at sua. i. specialis, & ppria cura angit parentes miseros. i. miserādos, & oderunt. i. odio psequuntur fata viuacia. i. incōmoda fatalia, quę veniunt ex viuacitate senectę grauis. i. molestę: & oderūt annos seruatos iterū. s. post bella Syllæ, & Marij, bellis ciuilibus. s. nouis. i. ad bella ciuilia. Atq; aliquis. i. quispiam senum querēs exempla magno timori. i. ad excitandum magnū timorē: inquit fata nō parabant tūc alios motus. i. tumultus, & cōmotiones rerum. s. q̄ nunc parant: tunc dicit, quum. i. quando Marius exul. i. pscriptus a patria, victor. i. voti compos, & superbus victoria: post triumphos teutonicos. i. habitos de teutonibus, & Cimbris, & Libycos habitos de Numidis, vt de Iugurtha: abdidit. i. occultauit, caput. s. suum, vlua. i. hęrba vili, & palustri, limosa. i. lutosa, & immūda: sic enim a pastore abditus, & postea pditus erat & sup. o fortuna q̄ quos vis ad tempus cōseruas, vt grauius cadant: quum stagna soli auidi. i. cupidi, & auari, & paludes laxæ. i. dissolutæ, & quæ aperiri poterant, & facile sese occultare voleti: vt sus in volutabro scrobē facit: vt se abdat: texere. i. texerūt ad tempus, tuum depositum. i. illis a te sic commissum: vt inueniri quidē, sed non lędi posset: & vincula ferri. i. ferreę cōpedes & manicæ, exedere. i. absumpsere mox. i. paulo post senē. s. Marium diu in carcere conseruatum, aut seniorem ob tristitiam apparentē, & reuera senē, quia sexagenariū: & longus pedor. i. pediculorum fœtor exedit senem in carcere, scilicet Minturnensi: vt Omnibonus recitat.

eum captum ante currum triumphās duxit. Continuauit autem sex Consulatus: in quorum quarto Teutones fudit. In quinto Cimbros. & seditionibus rēpu. pturbatā sedauit. In sexto vltus est Syllæ iniurias. In septimo perijt. Exul. cum Sulpitiana rogatione Sylłę puinciam Marius vellet eripere, & legatus ad Syllam missus vt traderet exercitum eēt occisus: Sylla statim dilato bello Mithridatico legiones in vrbem infudit: fugatoq; Mario omnia ex sua sententia gessit. Mari⁹ vero cū desperasset se posse resistere Syllæ copijs clam vrbe profugit: & apud Minturnenses percussorum metu nudus in paludib⁹ latuit. Inuētusq; & in carcerē coniectus, immissum percussorem Gallū vultus auctoritate deterruit: acceptaq; nauicula traiecit in Aphricam: vbi diu exulauit: mox Cinnana dominatione reuocatus ruptis ergastulis coegit exercitum: cæsisq; inimicis iniuriam vltus septimo consulatu, vt quidā ferunt, voluntaria morte decessit. Vlua limosa: hęrba in limo palustri nascenti. Auidi: bibuli. Laxę, lentę, q̄ non fluūt vel lapsę quæ fluxerūt. Depositum tuum: illic enim ipsum seruasti. Est autē depositū res quæ ad tempus custodienda seruandaq; tradit ea conditione vt restituatur. Exedere, atriuere. Senem, Marium sexagenarium. Pedor: fœtor, & putredo. a pedibus vermiculis quorum diminutiuum pediculi.

Marius.

Vlua.

Depositū.

Pedor.

BEROALDVS.

¶ Hinc Dacus. Daci populi sunt Scytharū, quos aliqui ascribūt Thracię. alio nomine dicuntur Getę, vt inquit Plinius. Alij vero vt Strabo Getas distermināt a Dacis, qui tamē sunt confines. Iberis. Iberus fluuius est Hispaniæ ortus in Cantabris, pp ter quē vniuersam Hispaniam Gręci appellauere Iberiam: vt scribit Plinius. Alter, vel Cæsar, vel Pompeius. Ad æoas pharetras. i. sagittas parthicas. Pharetra em̄ repositoriū est sagittarum. Nomen Hesperiū. i. Italicum, & Romanorum. Sæue parēs Iuppiter feri. i. pcute. Dū nōdū meruere. i. anteq̄ cōmittāt ista scelerata bella. Vt neuter. sensus est. Dimicare inter se Cæsar, & Pōpeius parant: vt alter eorum imperet, quæ bella nefaria non essent pro libertate committenda. Grauis senectæ. Senecta vt Seneca, & Terentius dicunt: morb⁹ est

Dacus.

verum senes tunc odio habebant suam ætatem tam longam, qua essent visuri tot calamitates. Iterum. qm̄ multi tunc erant qui interfuerant bellis ciuilibus, quę inter Syllam gesta sunt, & Marium. Exul limosa Mari⁹. Initiū & causa belli inter Syllam, & Marium fuit inexplebilis honorum Marij cupiditas: vt scribit Flor⁹. Qui decretum Syllæ bellum Mithridaticum ad se transferre conatus est, per Sulpitij tribuni plebis temeritatem: vt tradit Plutarchus. Sylla itaq; ab vrbe aufugiens tria milia equitum, & quinq; peditum ex Campania perduxit in vrbem impatiens iniurię, & cupidus vltionis: arceq; Capitolij deiectis aduersarijs, quasi captiuam victor insedit. Marius superatus fugam corripuit, & cum audisset se vndiq; ad mortem inquiri in profundū nemus se proripuit, ibiq; pernoctauit: mox cū a nautis pp e Lirim Campaniæ fluuium fuisset derelictus: postq̄ profundam syluam, & fossas cœnosas euasit ad tugurium senis cuiusdam lacunas purgātis peruenit a quo in paludibus Minturnensibus occultatus in loco concauo delituit, calamis alijsq; virgultis tectus: vbi ab hostibus inuentus nudus, & cœno oppletus ad Minturnenses raptus est: & in custodiam Fanię traditus. cum senatus Minturnensium decreuisset: vt confestim inermis necaretur: miserunt quendam Cimbrum ad hominem decollandum, qui sumpto gladio ingressus cubiculum, in quo Marius seruabatur, dicitur vidisse flammam ex oculis Marij coruscantem, & hanc vocem audisse. Tu Marium necare audes? quibus rebus perturbatus abiecto gladio foras erupit exclamās se Mariū necare nō posse. Minturnēses mutato cōsilio Mariū seruarūt eūq; naui impositū emiserūt. Marius traiecit in Aphricā: inde militib⁹ cōpatis redit ad ptes, quas Cinna p fug⁹ cōcitauerat. Itaq; ad nomētāti viri late cōcurrit. Seruos libertate donauit: Cineq; se cōiūxit: cū quo vrbē petēs victoriam sanguine, & crudelitate fœdauit principibus necatis. Historiā referūt Appianus, Plutarchus,

Liuius,& Augustinus. Aliquis ergo dicebat tam nepharia fore bella inter Cæsarem,& Pompeiũ,q̃ inter Mariũ Syllãq; fuere. Libycosq; triumphos.s.Iugurthæ,qui Atherbale,Hiẽpsaleq; fratribus trucidatis bellũ cõtra se Romani populi concitauit:cum quo diu varia fortuna pugnauit: tandẽ Mario p Syllam a Boccho traditus,& in triumphum ductus est. Iugurthini belli scriptor est Sallustius,qđ paucis verbis Plutarchus,& Florus perstrinxerunt. Teutonicos. Q m̃ vt supra dictum est de teutonis Cimbrisq; deletis Marius triumphauit. Limosa vlua:herba palustri,qua tectus latuit. Vincula ferri.quia apud Faniã seruatus est in compedibus. Quæ,membra Marij tũc senis. Exedere:hoc est rosere. Pædor.fœtor.in hãc sententiã ait Florus. Carcer, catenæ,fuga,exilium horrificauerunt dignitatem.

SVLPI.

Consul & euersa felix moriturus in vrbe
Pœnas ante dabat scelerũ:mors ipsa refugit
Sepe virum:frustraq; hosti concessa potestas
Sanguinis inuisi:primo qui cędis in ictu
Diriguit:ferrumq; manu torpente remisit.
Viderat immẽsam tenebroso in carcere lucẽ:
Terribilesq; deos scelerum Mariumq; futurũ:
Audieratq; pauens fas hæc cõtingere non est
Colla tibi:debet multos hic legibus æui
Ante suam mortẽ:vanum depone furorem.
Si libet vlcisci deletæ funera gentis
Hunc Cimbri seruate senem:non ille fauore
Numinis ingenti superum protectus ab ira
Vir ferus & Romam cupienti perdere fato
Sufficiens.Idem pelago delatus iniquo
Hostilem in terram vacuisq; mapalibus actus
Nuda triumphati iacuit per regna Iugurthę:
Et Pœnos pressit cineres;solatia fati
Carthago Mariusq; tulit;pariterq; iacentes
Ignouere deis.Libycas sibi colligit iras
Vt primum fortuna redit:seruilia soluit
Agmina:conflato sęuas ergastula ferro
Exeruere manus.nulli gestanda dabantur
Signa ducis:nisi qui scele⁊ iam fecerat vsum:
Attuleratq; in castra nefas.Pro fata:quis ille:
Quis fuit ille dies Marius quo mœnia victor
Corripuit:quãtoq; gradu mors sęua cucurrit:
Nobilitas cum plebe perit;lateq; vagatur
Ensis:& a nullo reuocatum est pectore ferrũ.

¶ Cõsul,videlicet septimum. Moriturus felix:quia vltro & spõte decessit:atq; vt ait Valerius si eum inter miseros posueris miserrimus:si inter felices felicissim⁹ reperief. Euersa:deleta cædib⁹ quas fecit in reditu. Pœnas ante dadat:ante pœnas patiebatur q̃ scelera cõmisisset. Mors ipsa refugit. Refugere visa est:qa nec ab inimicis, nec ab incõmodo paludis,& carceris confici potuit. Frustraq; hosti. Cimber quidam publicus Minturnensiũ carnifex Galata nomine ad Marium percutiẽdum immissus:cum primum carcerem est ingressus,Marij oculis igneo splendore micantibus trepidare cœpit.mox Marius cum e lecto surrexisset, inclamassetq;. C.Mariũ occidere audes? ille insanienti silis egressus est, clamans. Ego.C.Marium occidere nequeo. Hac de causa superstitione quadã ducti Minturnenses eum carcere liberauerũt. Cunq; aduerteret Marius asellum pabulum obiectum negligere,& ad aquam percurrere:augurium capiens,orauit amicos,vt ad mare adduceretur:vbi piscatoriam nauiculam nactus nauigauit in Aphricam.ex Appiano,& Valerio Maximo. Diriguit:cum stupore contractus est. Torpente:rigente. Torpedo piscis est cuius tactu membra hebetantur,& rigent. inde fit Torpor pigritia:& Torpeo verbũ pigreo. Terribiles deos,furias. Vsusq; est genere masculino secundum Orphei,& aliorum sentẽtiam qui dicunt vtrunq; dijs sexum inesse.sic Verg.de Venere intelligens. Descendo,ac ducente deo. Et alibi de Iunone,aut Alecto loquens ait. Nec dextræ erranti deus abfuit.& Tibullus. Qui Veneris magni violaui numina verbo.& Caluus. Pollẽtemq; deum venerem. Marium:emphasim habet, id est crudelem,& sceleratũ. Audierat : audire visus fuerat.nam existimabant Galatam occursu cuiusdam dæmonis territum. Legib⁹ æui: morti quæ lex æui est. Furorem, cupiditatem interimendi Marium. Funera gentis : vestrorũ exercituum cædem. Seruate hunc:nã nõ minus sæuiet in Romanos, q̃ in vos olim. Nõ ille.Marium inquit non conseruauit deorum benignitas,sed ira ipsorũ in Romanos quos quia decreuerant perdere,hũc efferũ elegerũt q esset eorũ volũtati satisfactur⁹. Protectus. nã quũ p deuia iter ad mare arripuit sub foliis latitãs psequẽtes euasit. Fer⁹,sup.fuit. Iniquo pelago:nõ trãqllo. Nã insurgẽte tẽpestate pfracto gubernaculo vela vẽtis quo sors eum duceret pmisit. Hostilẽ in terrã. phibit⁹ em̃ Libyæ ingressu veluti hostis a Sextio ptore in mari hyemem pferre coact⁹ est paulo supra Libyen inter Numidarũ montes nõ lõgea locis qbus ãnis supioribus in Iugurthã Numidasq; ipse pugnauerat. Actus Mapalib⁹ vacuis:agitat⁹ p domos pastorũ desertas.

Cimber.

Torpedo.

Deos vtriusq; sexus esse.

¶ Cõsul &c. Perpetuo tenore proseq̃t senex ille introduct⁹ narrationẽ suã dicẽs. Et ipe Marius moriturus consul,& felix(qa non est in carcere mortu⁹)in vrbe euersa.s.ppter se,dabat pœnas scelerum ante scilicet,q̃ ea commiserat:quia nondum patriam per tyrannidem inuaserat. Ipsa mors refugit sæpe virũ scilicet Marium,& potestas sanguinis inuisi, id est odio habiti, est concessa sæpe frustra hosti: vt militi Syllano gallico,

ſeu Cimbro in carcerem ad percutiendum ipſum miſſo: qui. ſ.
hoſtis qui erat vt in hunc locum dicit Sulpitius ſecutus autho
rem, Cimber publicus Minturnēſium carnifex, Galata nomi=
ne: diriguit. i. ſtupore contractus eſt, & conſternatus: vt neqꝫ a
nimi neqꝫ corporis compos: in primo ictu, non dato ſed dādo
& remiſit ferrum, id eſt ſecurim, aut bipennem ſeu gladiū, ma
nu torpente. i. rigente & viribus deſtituta, hoc eſt quia manus
torpebat illi nec poterat ictum perficere. viderat in carcere te=
nebroſo lucem immenſam ex oculis Marij ſcintillātem, & ter=
ribiles deos ſcelerum, id eſt furias ſcelerum vltrices: dicit autē
maſculino genere, quia numina vtrunqꝫ ſexum ſibi vendicāt
vt Sulpitius ex Seruio docet: & Marium futurū. i. talem vt fu
turus erat. i. terribilem & ferocem qualis victor Romā ingreſ=
ſurus erat. Non autem erat veroſimile tūc terribilem fuiſſe cū
captus eſſet. Iuxta illud Flacci, Telephus & Peleus cū pauper
& exul vterqꝫ Proijcit ampullas & ſeſquipedalia verba: q. d. mi
nime: verum dij talem Marium tunc exhibuerunt volentes eū
tunc conſeruatum: & audierat. i. audire viſus erat, pauens. i. pa
uitans prę ſtupore, & terribili viſu: o Galata aut carnifex, non
eſt fas. i. licitum & a dijs permiſſum tibi: cōtingere hęc colla vi=
delicet Marij: hic. ſ. Marius quē ꝑcutere vis, debet legibus æui.
i. morti, qa conſtitutum eſt oībus ſemel mori: multos. ſ. mor=
tales, ante ſuā mortē. i. priuſꝗ ipſe moriat: depone furorē va=
num. i. iram ſtulte conceptam in Marium eo ꝙ vis vlciſci gen
tem tuam: quā melius vlturus es ſi eum ꝑmittes viuere. vñ ad
dit: o Cimbri (loquit autem pluraliter quia res tangit omnes)
ſi libet. i. libido eſt vobis vlciſci funera. i. mortes, gētis ſup. ve
ſtrę: deletæ. ſ. pene ꝑ Marium: ſeruate hunc ſenem. ſ. marium.
Sunt qui legāt multas & exponant ꝑ pœnas: vt ſit debet mul
tas. i. pœnas anteꝗ moriatur: alij & melius multas dicunt mor
tes ante ſuam mortem. vnde Aldꝰ legit ante ſuam mortes: vt
ſit debet multas mortes ante ſuam ſup. mortē. quia tamen di
cit legibus æui: malim legere multos. Ille. ſ. Marius exiſtēs vir
ferꝰ. i. crudelis aut ferox, & ſufficiens fato cupienti perdere Ro
mam, id eſt quo dij vſuri ſunt ad fatalē euerſionem reip. non
eſt protectus ab ingenti ira ſuperū. i. deorum, fauore numinis
. i. non eſt conſeruatus in bonum ſuum: ſed in malum publicū
vt per eum ceu per flagellum dij Romā feriant. Idem. ſ. Mariꝰ
vt inquit ſenex (non eñ ſunt amplius verba audita in carcere)
delatus in terram hoſtilem. i. Aphricā quā ſibi pręſertim inimi
cam effecerat, quia de Numidis triūpharat: aut potius vt Sul=
pitiꝰ dicit: qui vt hoſtis a Sexto prętore ꝓhibitus erat, pelago
iniquo. i. per pelagus iniquum, eo ꝙ nocenti pepcit: cū tñ ſępe
innocentes ſubmergat, & actus. i. agitatus mapalibus vacuis
. i. per tuguria paſtorum vacua paſtoribus, quia eos occiderat
iacuit. i. abiectus fuit, aut quietus nullo illi faciente negotium,
per nuda. i. vaſtata, & deſolata regna Iugurthę triūphati. i. de
quo ipſe Marius triumphauerat. Et preſſit pedibus. ſ. ſuis, ci=
neres Pœnos. i. punicos, vtpote Carthaginis deletæ, in cuius
ſpelunca habitauit. Carthago. ſ. a Romanis euerſa tulit. i. acce
pit ſolatia fati. i. de fato ſibi contrario, eo ꝙ vidit ſummū Ro
manorum imperatorem, qui toties conſul triumpharat: in ci=
nere ſuo incubantem: & Marius tulit ſolatia fati. i. aduerſitatis
ſuę: eo ꝙ vidit eam vrbem quæ toties Romano imperio exiti
um minata erat, in cinerem verſam, pedibus ſuis concular:
& tam Carthago ꝗ Marius, iacentes. i. deiecti in ſummam rui=
nam, ignouere. i. offenſam remiſere, pariter. i. pari modo deis.
i. volūtati aut fatis deorum. Marius ſup. colligit ſibi iras liby=
cas. i. libycorum aut leonum aut populorum, quia vtriqꝫ efferi
& immanes ſunt: vt primum fortūa. ſ. proſpera, redit ꝑ redijt:
aut narratiue poteſt in præſenti dici: redijt autē per Cinnæ ad=
uētū vt Sulpitiꝰ recitat: ſoluit agmia ſeruilia. i. ſeruorū laxans
ergaſtula: qa ergaſtula. i. oparia & officinæ ſeruorū, hoc eſt ipſi
ſerui, vt ſit cōtinēs pro contēto, exeruere. ſ. e catenis aut mani
cis: manus. ſ. ſuas: ſęuas. ſ. futuras in dominos: ferro conflato
. ſ. in vſum armorum. Signa ducis nulli dabātur a Mario, ge=
ſtanda. i. ferenda. i. nullus deligebatur a Mario ſignifer: niſi q

Mapalia & Magalia paſtorū caſę lingua Pu= Mapalia.
nica appellantur: in hocqꝫ ſolo differūt ꝙ ma Magalia.
palia primam corripit: magalia producit. Ia
cuit: quia inhonoratus ſpretus & infrequens.
Nuda: hominibus vacua propter cædes illic
ab ipſo factas: & agros late vaſtatos. Trium=
phati, de quo triumphauerat. Iugurthæ: filij
Manaſtabalis cuius bellum Salluſtius ſcribit
Et Pœnos preſſit cineres. fertur Marius dele
tę Carthaginis ſpeluncam habitaſſe: vt Plu=
tarchus & Seneca meminere: & ideo ait eum
ruinas Carthaginis calcaſſe. Tulit ſolatia fa=
ti: accepit ſolamen ſuæ aduerſitatis. Nā Car=
thago cernens Marium ex tanta felicitate in
tatā miſeriam cecidiſſe ſolabatur: & Marius
potentiſſimæ vrbis ruinas aſpiciens ęquiore
animo aduerſam fortunam ferebat: minuſqꝫ
deos incuſabat & ipſis iraſcebatur. Libycas,
Barbaras & efferas quales habent aphri. Re=
dit fortuna: proſpera: quippe Cornelius Cin Cinna.
na conſul cum de Mario & ijs quos Senatus
hoſtes iudicauerat Cn. Octauio Collega ad=
uerſante referret ad populū tincta eſt ſangui=
ne concio, & Cinna patria profugus ad par=
tes fugit: Mariumqꝫ cū ſuis ab Aphrica reuo
cauit. Qui etiam ſeruis ad libertatem voca=
tis & ſolutis ergaſtulis confecit exercitū. Er= Ergaſtulū.
gaſtula ſunt loca clauſa & officinæ vbi ſerui Ergaſtulꝰ.
vel damnati operari cogūtur. Ergaſtuli vero
perſonæ ipſę: dicunturqꝫ ab εργαξομαι quod
eſt operor. Conflato ferro: diſſolutis cate
nis & verſis ī arma. Exeruere, liberauere. Nul
li geſtanda dabantur. Nemo inquit Marij ſi=
gnifer eſſe poterat aut alicuius apud eum po
teſtatis niſi ſcelere aliquo īſigni ſe maculaſſet.
Pro fata: exclamatio ꝓ rei immanitate. Quo
mœnia victor, quum Romam ingreſſus eſt.
Nam vt Florꝰ habet, Oſtiam primū diripuit
& vt Appianus Lauinium Aritiam & Antiū
cepit. Mox in vrbem triplici agmīe intrauit
Sed Florus Quadruplici inquit, diuiſere co=
pias Cinna, Marius, Carbo, Sertorius. Hic Ingreſſus
poſtꝗ omnis manus Octauij depulſa ianicu Marij in vr
lo eſt ſtatim ad principum cędem ſigno dato bem.
aliquanto ſæuius ꝗ aut in punica aut in Cim
brica vrbe ſęuitur. C. Octauij conſulis caput
pro roſtris exponitur. Antonij conſularis in
Marij ipſius menſis cæſi a Fimbria: in pena=
tibus domorum ſuarum: trucidantur Caſſij
pater & filius in mutuo alter alterius aſpectu.
Quanto gradu, quanta celeritate crudelita=
tiſqꝫ magnitudine. Nobilitas, nobiles.
¶ Cōſul moriturus. Poſt tot ærumnas cum BERO.
vrbem victor occupaſſet, ſeptimum conſu=
latum eſt adeptꝰ in quo honore perijt vt Plu
tarchus ait. Pœnas ſcelerū. nūc Marius in
carcere Minturnēſium dat pœnas eorum ſce
lerum quæ mox facturus eſt. Hoſti. i. Cim=
bro qui miſſus ad illum necandum fuit inua
lidus. Cimbri autem inuiſum habent Mari
um vt puta eorum ſubuerſorem. Audieratqꝫ
pauens. quia vt paulo ante dictum eſt audiuit
vocem dicentem tu Marium necare audes?
Si libet vlciſci. Sēſus eſt. o Cimbri q a Mario
ingenti clade fuiſtis profligati ſi vultis vlciſci
iniurias veſtræ gentis a Mario deletæ: ſerua=
te hominem: quoniam ipſemet vindictam ve

stram prosequetur interficiendo Romanos. Superum protect⁹ ab ira. Dij inquit Mariū seruarunt non propter beniuolētiam sed magis ira: qua sunt infesti Romanis quos Marius affliget. Hostilem in terram. i. Aphricam in qua prius bella gesserat contra Iugurthā. Mapalibus. Mapalia quę alio nomine magalia Casę sunt pastoritię & domicilia Numidarum. auctores sunt Seruius & Sallustius. Et Pœnos p̄ssit cineres. i. calcauit vestigia Carthaginis: quam Scipio Aemylianus funditus deleuit. Carthago Mariusq;. Sensus est Carthago solatium cœpit sui excidij cum videret Marium Romanum calamitate oppressum: & cōtra Marius suam fortunam solatus est intuendo Carthaginem euersam quæ olim ęmula per cētum viginti annos Romani imperii fuerat vt scribit Plinius. Ergastula exeruere manus. Ergastula dicuntur loca in agris in quibus serui vincti continētur ad opera facienda. & vt inquit Iuuenalis. Ergastulum est carcer rusticus. vnde ait Columella. Ergastuli mācipia recognoscat. Hinc ergastularius deriuatur, qui pręest ergastulis. Augustus ergastula repurgauit vt Tranquillus scribit. Multi vt sępissime apud historicos soluebāt ergastula seruis ad pileum vocatis: quod fecit Marius. vnde ait Florus. Seruitia pro nephas & ergastula armantur. Exeruere, id est nudarunt. Ferro cōflato Compedes & manicas ferri quibus fuerant vincti conflarunt auctore Mario. Nobilitas cum plebe perit. De hoc bello ita scribit Augustinus in tertio. In ipsa quoq; vrbe cadaueribus vici, plateę, fora, theatra, templa cōpleta sunt. & paulopost. passim quaquauersum cędibus factis.

fecerat iam vsum. i. assuetudinem scelerum, & qui attulerat nephas. i. nephandum facinus in castra. Pro fata. i. heu tristia fata, quis. i. qualis, quis inquit fuit ille dies quo Marius victor. i. voti cōpos, corripuit mœnia. s. vrbis: & quāto. i. o q̄tum celeri gradu cucurrit. s. tūc, mors sęua: quia plurimi in ipso ingressu trucidati sunt: Nobilitas perit. s. in eius ingressu, hoc est nobiles pereūt cum plebe. i. cum plebeijs, & ensis vagatur. i. grassatur late: & ferrum reuocatū est a nullo pectore. i. a nulli⁹ quē obuiam habuerat pectore abstinuit.

Stat cruor in templis: multaq; rubētia cęde
Lubrica saxa madent. nulli sua profuit ætas.
Nō senis extremum piguit vergētibus annis
Præcipitasse diem: nec primo in limine vitæ
Infantis miseri nascentia rumpere fata.
Crimine quo parui cædem potuere mereri?
Sed satis est iā posse mori: trahit ipse furoris
Impetus: & visum est lenti quæsisse nocentē.
In numerū pars magna perit: rapuitq; cruēt⁹
Victor ab ignota vultus ceruice recisos:
Dum vacua pudet ire manu. Spes vna salutis
Oscula pollutę fixisse trementia dextræ.
Mille licet gladii mortis noua signa sequātur
Degener o popul⁹: vix secula lōga decorū est
Sic meruisse viris: nedum breue dedecus ęui:
Et vitam dū Sylla redit. Cui funera vulgi
Flere vacet? vix te sparsum per viscera Bebi
Innumeras inter carpentis membra coronę
Discerpsisse manus: aut te præsage malorum
Antoni cuius laceris pendentia canis
Ora ferens miles festæ rorantia mensæ
Imposuit: truncos lacerauit Fimbria Crassos.

SVLPIT. ¶ Lubrica saxa. Pauimēta & strata marmorea: in quibus propter sanguinem nullus consistere poterat. Vergentibus: ad mortem se inclinantibus. Pręcipitasse, abrupisse. Primo limine: ipso ortu & principio. Fata: sortē vitę. Crimine. Ab innocentia, & ętate commiseratio. Posse mori, quia partium aduersarum. Trahit ipse furoris: auiditate occidēdi tracti milites Mariani non quærebant nocentes & inimicos: sed quemcūq; obuium trucidabāt. Visum lēti. videbatur esse segnis inertisq; militis. In numerum, per ordinē vt occurrebant vel in numerum, hoc est vt ingens numerus conficeretur. Cruentus, crudelis. Ab ignota ceruice. Ignotis etiam capita amputabant vt haberent quod ostenderent Mario: & quo se fortiter egisse testarentur. Spes vna salutis. Constituerat & indixerat Marius vt quos ipse non salutaret, quibusq; salutantib⁹ non responderet, milites interimerent: dederat & aliud signum: vt quibus ipse manum osculandam præberet, parcerent. Hinc Quintus Ancharius ipso Mario vidente confossus est q̄a fatalem illam manum non porrexerat salutāti. Hic Ancharius in Capitolio sacra facturus Marium adijt: vt facilius ab eo veniam impetraret. Ille tamē q̄q̄ inchoato sacrificio appellantem ab astantibus iussit interfici. Appianus & Florus authores sunt. Pollutæ, maculatæ crudelitate. Mille licet. Eos arguit qui tā turpi osculo vitam breui duraturam redimebant: nam statim vt Sylla rediret, esset ipsos interempturus. Noua signa mortis. Marium dantem signa cædis quæ diximus. Vix decorum, honestum. Melius est enim honeste mori q̄ turpiter viuere. Breue dedecus: ignominiosam breuemq; vitam. Cui vacet flere: q̄s sit vacuus ad deflendum cędes innumeras q̄ factæ sunt. Vix. Ordo est. O Bebi vix vacat mihi deflere hæc: manus innumeras coronæ intercarpētis membra discerpisse te sparsum per viscera. Bebi. Bebius, & Numitor in via deprehensi trucidati sunt: & per medium forum vncis carnificum tracti. Fuit & alius quidem Bebius: quem sine ferro inter man⁹ Syl

Bebius.

¶ Stat cruor in templis. Prosequitur narrationem de crudelitate Mariana dicens. Cum ita nulli parceret Marius, ne quē locum haberet immunem, cruor stat. i. hæret & condensatur ac plenus est in templis: & saxa pauimentorum lubrica. s. effecta

madent.i.madefiunt,rubentia multa cæde.i.effusione multi sanguinis.Præterea nulli profuit sua ætas:quia neq; senibus neq; impuberibus pepercit:non piguit.i.nō misertum est,nec mora tenuit,ipsum præcipitasse.i.accelerasse vltimum diē senis,& hoc annis vergentibus.i.tendentibus ad finē vitæ: nec piguit etiam rumpere fata nascentia.i.principia vitæ infantis miseri existētis in primo limine.i.introitu vitæ.O Mari dic sup. quo crimine potuere parui.i.adhuc infantes,mereri cędē?q.d. nullo:& ita iniuste cęsos. Sed satis est.s.militibus Marianis visum,iam posse mori.i.q̄ quis sit mortalis & aduersę partis ad hoc vt occidatur licet iniuste. Ipse impetus furens trahit.i.impellit eos in cædem ita vt non animaduertant iuste ne an iniuste quis cadat:& quæsisse nocentem.i. noluisse interficere nisi prius quæsiuerit an nocens fuerit:vel auidum cædis quæsisse nocētem vt eum occidat,visum est sup.esse lenti.i.pigri & tardi militis.Magna pars perit in numerum.i.ad augendum numerum vt multi perisse dicantur licet fuerint immeriti:aut in numerum.i.secundum ordinem quo se obuiam exhibuerat: & victor cruentus.i.cruoris sitiens & sanguinarius,rapuit vultus.i.capita,recisos.i.amputata ceruice ignota.i.hominis ignoti:vel q̄ tantum vultum inspexit pallidus ne an confidens eēt vel q̄ nullum habuerat respectum quis esset dummodo obuium haberet:rapuit dico dum pudet ire manu vacua,quia percussores ferebant secum capita compresa per capillos vt se in cæde acres ostentarent. Vna.i. vnica spes salutis, sup.erat.i.p quam salui fiebant ignoti occurrentes:fixisse oscula tremētia dextrę pollutę.i.deosculatum fuisse ore trementi dextram hominis sanguinarij. Licet mille gladij sequātur noua signa mortis.i.signa mortis nouo mō inferedę.s.illi q̄ Mariū nō deosculares,o degener sup.tñ est populus qui hoc facit.i.qui manum talem deosculatur: vix decorum.i.satis honestum est viris meruisse sic.i.per talem osculationem lōga secula.i.vitę:nedum. q.d.ne dicam satis decorum esse,meruisse sic breue dedecus.i. parum duraturum.cui.i.vitæ,& pro.i. vitandum donec Sylla redit.s.in vrbem fugato Mario:quia quibus Marius pepercit cædem iferet Sylla. Cui vacet.i.satis otij sit,flere.i.ad flendū,funera vulgi?q.d.nulli:quia nullus multitudinem satis fleat:quia o Bebi vix vacat sup.mihi flere innumeras manus coronæ.i.circumfusę multitudinis intercarpētis.i.discerpentis mēbra,discerpsisse te sparsum p viscera:aut o Marce Antoni præsage.i.pręscie malorum cui vacet flere te cuius ora pendentia canis.s.capillis,laceris.i.dissectis,miles ferens,iposuit sup. ea rorantia.s.sanguine,mensæ festæ.i.festiuæ:& cui flere vacet q̄ Fimbria lacerauit Crassos.s.patrem & filium,truncos.i.trūcatos?

lani milites discerpserunt vt meminit Florus Intercarpentis,discerpentis,& laniantis. Coronę,multitudinis in coronam expositę. Antoni. Marci Antōij oratoris abscissum caput manibus lætis inter epulas per summam animi ac verborum insolentiam aliq̄ diu tenuit Marius,& suæ mensæ sacra eius sanguine cōtaminari est passus:Publium q; Annium qui id attulerat in sinum recepit. Fuit aut proditus Antonius a caupōe a quo seruus vinum emerat dum in villa amici lateret.& per tribunum militum est occisus:cum eius præmissi satellites dulcedine ipsius oratiōis detēti manus in hominem non auderent inferre. Præsage,præscie .nūtiauerat enim Metello q̄ nisi mature adduceret exercitum:populū Romanum qualia Senonum tēpore,esse passurum. Cuius la. Caput hui⁹ Antonij in rostris postea positum fuisse Cicero in tertio de oratore tradit. Pendentia canis,suspensa a capillis. Festę,solēni cum gaudio ductę. Fimbria miles Marian⁹. Crassos,patrem & filiū:quos cum hostes persequerentur,pater prius filiū occidi passus:& ipse ab insequentibus est occisus:vt ait Appianus. Liuius in epitome filium a militibus interemptum dicit. patrem vero seipsum confodisse.sic tradit & Cicero. ¶ Lubrica.fallentia vestigium propter sanguinis abundātiam. Nulli sua profuit ætas .i.non parcebatur senibus, nō parcebatur infantibus. Vergentibus annis,iam inclinatis ad extremam ætatem. Primo in limine vitę rumpebantur fata & vita infantum in primo limie.i.ingressu. Infans dicit ab ętate. infans quoq; dicitur ille qui loqui nescit vel non potest ętate non negante. vnde apud Ciceronē Orator infans:& apđ Gellium fili⁹ Crœsi infans erat.i.fari non poterat. Visum lēti quæsisse nocentem.i.tam innocentes q̄ nocentes trucidabantur. fuisset enim hominis lēti & tardi quærere nocentes cum pertineat ad crudelem obtruncare quoslibet sine discrimine. Lētus dicitur tardus & flexibilis. Vergilius. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuę. Ignota ceruice. Ceruix est pars colli posterior multis vertebratisq; orbiculatim ossibus flexibilis ad circumspectum vt scribit Plinius. Antiqui numero tātum plurali ceruices dicebant. primus fuit Hortēsius a quo ceruix diceretur. auctor Varro. Vt ergo vnusquisq; aliquod caput interfecti hominis Mario ostentaret:id rapiebat recisum ab homine etiam ignoto nec Syllanas partes secuto. Spes vna salutis oscula pollutę. Tāgit historiam. Marius eñ suis satellitib⁹ signū dederat vt oēs obuios necarent:quos aut ipse non salutaret aut quibus salutantibus non responderet vt Plutarchus ait.& vt ait Augustinus in ipsius Marij oculis cōtinuo feriebantur: quibus salutantibus dextram porrigere noluisset vnde Ancharius vir senatorius ipso vidente Mario confossus est:quia fatalem illam.s. manum non porrexerat salutanti vt inquit Florus. dextram ergo Marij pollutam vocat. Degener o populus. Populi Romani accusat ignauiam & metum qui non debuisset ob breuem impetratam vitam ita se submittere Mario:a quo etiam meruisse hoc pacto manum osculando longa secula erat turpe. Est autem vocatiui casus o populus qa apud Priscos vocatiuus similis erat nominatiuo vt Donatus & Seruius tradunt. Dedecus.quia vita p osculationem impetrata ignominiosa est:& breuis. Dum Sylla redit. qui omnes quos icolumes reliquerat Mari⁹ trucidauit. Sparsum per viscera Bebi. Bebius & Numitorius vnco carnificum per medium forū tracti, sparsis vt inquit Augustin⁹ visceribus interierunt. hoc nunc expressit Lucanus de Bebio. Coronę carpētis.i.hominum stantium in corona & membra Bebij lacerantium vt Mario placerent. Pręsage malorū Antoni. Marius cum intellexisset.M. Antonium virum consularē oratoremq; clarissimum qui apud Ciceronem differit in libris de oratore, latere apđ amicū:ad eū necādū misit Anniū cū militib⁹:qui caput Antonij abscissum cœnāti Mario portauit. Marius gestiens id aliquādiu suis manibus inter epulas tenuit. Auctores Valeri⁹, & Plutarch⁹. Antonius ergo q̄ præsenserat futura mala fuit interemptus. Rorātia.s. sanguie. Truncos lacerauit Fimbria Crassos. Crassus pater Crassi qui a Parthis fuit interempt⁹,filiusq; in mutuo alter alterius aspectu trucidati sunt a Fimbria. Auctores sunt Augustinus, Florus, & Liuius. Truncos,sine capite. Capita eñ occisorum referebant ad Marium.

M. Antonius.

Crassi.

BERO.

Infans.

Sæua tribunitio maduerunt robora tabo:
Te quoq; neglectum violatæ Scæuola dextræ
Ante ipsum penetrale deæ semperq; calentes
Mactauere focos: paruum sed fessa senectus
Sanguinis effudit iugulo flammisq; pepercit.
Septim⁹ hęc sequitur repetitis fascib⁹ annus:
Ille fuit vitæ Mario modus: omnia passo
Quæ peior fortuna potest: atq; omnibus vso
Quę melior: mensoq; homini q̄d fata pararēt.
Iam quot apud Sacri cecidere cadauera portū
Aut Collina tulit stratas quot porta cateruas:
Tum quum pene caput mūdi rerūq; potestas
Mutauit translata locū: Romanaq; Samnis
Vltra caudinas sperauit vulnera furcas.
Sylla quoq; immensis accessit cladib⁹ vltor.
Ille quod exiguum restabat sanguinis vrbi
Hausit. dūq; nimis iā putrida mēbra recidit:
Excedit medicina modū: nimiumq; secuta est
Qua morbi duxere manus: periere nocentes.

SVLPIT. ¶ Robora ma. Sanguie Tribunorum rostra tincta sunt: nam interempti tribuni fuere & e saxo precipitati vt Licinius. Tabo, sanie. Te quoq;. Mutius Scęuola pontifex maximus non Marij senis tempore sed post eius mortē filij iussu apud aras Vestæ ad quas confugerat est interemptus. Dextræ violatæ: manus multum cruentatæ. Te neglectū, te spretum cū ob pontificatū venerari te debuissent Penetrale deę. adytum Vestę. Semper calētes inextinctus enim illic ignis seruabat̄. Pepcit abstinuit maculare cruore. Septimus hæc se. Marius post occupatam vrbē cum Cinna cōsul factus primo sui consulatus mēse duodelxx. annis natus discessit. Cui suffectus Valerius Flaccus cum in Asia perisset Carbonem habuit successorem. Cinna postea a suis occiso Carbo solus cōsul restitit. Hūc secuti sunt C. Norbanus, & L. Scipio, q̄ q̄ & ipse Carbo consulatum gerebat. Interim vero Sylla itra Triēnium Mithridaticis reb⁹ compositis ad quadraginta milium hominum secum agēs exercitum & mille sexcentasq; naues in Italiam rediens Brundusij primum appulit: circa Canusiam sub amne Vulturno hostes ei occurrerūt: ibi Norba. fugatus, & Scipio post datos obsides ab exercitu desertus & captus est. Carbo Romę hostes iudicauit qui ad Syllam confugerant: & Metellum in primis: inde Papyri. Carbo iterum, & Marius Marij filius consules creati sunt: pugnatumq; ad Sacriportum, vbi Marius a Sylla victus Pręneste fugit: & cum clausas vrbis portas adinueniret per funem demissum quo se cinxit i murum susceptus est. Carbo a Metello est supatus: Sylla Marium Pręneste fossa & muro cōclusit. Marius desperatis reb⁹ suos hostes occidere statuit: per Brutum prætorē vt ait Appianus: siue vt alij per Damascium: qui inuocatos senatores præsertim in Scæuolam sæuit. Sylla interea Romā exercitum diuersis itineribus misit: & vt portas vrbis occuparet imperauit. mox ipse ante portam in campo Martio exercitū statuit: Marius obsessus q̄ q̄ frustra tētasset erūpere a Lucretio Ofella Syllanarum partium viro cum per cuniculum tētaret euadere circūseptus mortem in ipso cuniculo sibi cōsciuit. Septim⁹ annus, septim⁹ cōsulatus: ad quem omnium primus ipse p̱uenit: de qua re post fugā illam ex vrbe ostentum dicitur habuisse septem aquilarū pullos vt ait Appianus. Oia passo: nam ex humillimo potentissimus euasit: & ex infelicissimo felicissimus. Mensoq; homini quid fata pararent. qui mensurauerat expertusq; fuerat aduersa & prospera quę fortuna solet afferre. Iā quot cadauera: repetatur illud cui flere vacet. Sacriportum. tmesis est. Sacriportus locat⁹ est prope Præneste vbi Marius Iunior Marij filius consul vicesimo ætatis anno factus cōtra Syllam pugnans fugatus est anteq̄ Sylla vrbem occuparet. Sic enim ex Plutarcho aliisq; colligitur. sic indicat & Appianus. Est etiam Sacriportus locus intra vrbē iuxta pallatium eius vt meminit Varro. Collina por. Thelesinus Samnitum dux cum Mariū obsidione liberare nō posset: ad decimum a por

Sacriport⁹

¶ Sæua tribunitio. Prosequitur crudelia Marij facinora dicēs Sęua. i. immania, robora. i. fortia ædificia vt rostra Romanorum, maduerūt. i. madefacta & tincta sunt, tabo. i. corrupto sāguine tribunitio. i. ipsorum tribunorum vt Licinij & aliorum Et o Scęuola pontifex maxime dextræ violatæ. i. scelere suo contaminatæ: sed ingeniosissime alludit ad nomen primi Scęuolæ tempore Porsenæ regis, qui q̄ exusta dextra, scæua. i. sinistra vola. i. manu vsus est: Scęuola dictus est (non q̄ in volam sæuus: nam sic sæuola scriberetur). q. d. Is vnde nomē trahis: dextra violata remp. seruauit: at dextræ violatæ. s. militū, mactauere quoq;. i. etiam te neglectum. i. contemptum: neglecto familię tuę in remp. merito: ante ipsum penetrale deę. s. Vestæ & ante focos semper calentes. i. ante perpetui ignis aras. Sed senectus. s. tua, fessa. i. defatigata & cōfecta, effudit iugulo. s. inciso, paruum. i. paruam partē, pro quo nunc dicim⁹ parum: sanguinis. s. tui: & sup. sanguis tuus verit⁹ ne sacrū ignē contaminaret, pepercit flammis. i. abstinuit a flammis vestalibus contaminandis. Septimus annus. i. septimus consulatus qui singulis annis innouabatur: sed Marius septimum consul erat: sequitur hæc. s. quæ dicta sunt: fascibus. s. consularibus qui. xij. erant: repetitis. s. a Mario. Ille. s. septimus ann⁹ aut septimus cōsulatus, fuit modus. i. finis vitę, Mario passo. i. post q̄ passus erat omnia, quę fortuna peior. i. aduersa potest: quia nihil aduersitatis non passus erat: atq; vso omnibus: quæ fortuna melior potest: quia in vtraq; fortuna summus fuit: inter maxime felices, & inter maxime infelices pro diuersis temporibus reponendus. & menso. s. Mario qui in se mensus erat q̄d fata pararent homini: quia in vtraq; fortuna summum gradū attigit: ita vt in se ostēderit quid fata in hominem possent: quasi vero neq; magis neq; min⁹ feliciter facere possent. Iam. i. deinceps sup. vacet flere, quot cadauera cecidere apd̄ Sacripor-

tum: poeta autem tmesim. i. vnius dictionis incisionem fecit. dicēdo Sacri ce. ca. portū. nam sacriportus dicitur vnica dictione locus non longe a Prænestе: aut quot cateruas stratas. s. a Sylla, tulit porta Collina quæ & salaria dicitur, tum. i. tunc, quum. i. quando caput mundi & potestas rerum. s. Roma, mutauit pene locum trāslata. s. a Roma in Prenestinam vrbem: & Samnis. s. populus præcipue prenestin⁹, sperauit vulnera Romana. i. vulnerare remp. Romanam, vltra caudinas furcas. i. grauius q̃ vulnerata fuerat cum exercitus apud Caudinas furcas. i. montium angustias sub iugum missus fuit. Nam tūc tātum agebatur periculū eorum qui sub iugum mittebant: nūc vero cum Prænestini a Mario missi Collatinū portam obsidebant periculum totius reip. agebatur. si enim victores euasissent totum imperium præneste trāstulissent: & ita de imperio Romano actum fuisset: sicut pri⁹ Romani Albanorum regū ad se transtulerant regna. Sylla quoq; &c. post narrationem malorum quæ sub Mario contigerunt prosequitur mala quæ sub Sylla consecuta sunt: is enim pulcherrima & iustissima de Mario victoria turpissime vsus est: nam in tyrannidem conuertit. Dicit ergo senex ille cuius hęc tota est narratio. Quoq;. i. & etiam Sylla accessit vltor his cladibus. s. a Mario, & Marianis factis. Ille. s. Sylla, hausit. i. exhausit & postea effudit: hoc exiguum sanguinis. i. ciuium adhuc viuentium, quod restabat. i. reliquum & derelictum erat a Mario vrbi. s. Romę: & dum medicina. i. Syllana in Marianos strenuitas: quæ vnicum remedium illi⁹ ferocitati afferebat, recidit. i. interscat: nimis. s. auide, & vltra modum, membra iam putrida. i. homines auiditate cędis nimis corruptos. qui de corpore ciuitatis ne reliqua membra corrumpant: recidi debent. Est ergo metaphora sumpta a chirurgis: qui membra putrida recidunt. tūc sup. medicina excedit modum, quia insolenter est Sylla vsus victoria in Marianos: quę vt author est Cicero, & prius dixi, pulcherrima erat: si recte vsus fuisset: sed quum modum vindictæ excederet: eā in tyrānidem conuertit: & manus (perstat in metaphora, quasi diceret ipsius Syllæ agentis chirurgum: & est apta metaphora: quia tam bellator q̃ chirurgus manu agit: vnde & manum pro exercitu sæpe ponimus) man⁹ itaq; Syllæ secuta est nimium, hoc est nimis alte recidit vitium: supple ea parte, qua morbi duxere sup. eam, hoc est vbi hulcus. i. vitiosum ciuem offendit: & ita periere nocentes. s. nimium: quia vt euaderent etiam insontes facti sunt nocentes.

ta Collina stadium castra posuit: ibiq; a Sylla cum suorum strage superat⁹ periit. Est autem porta Collina quę ducit ad quirinalē: eādem ferunt salariam appellatam. Caput mūdi: imperium Romanū: quod Marius ad Sānites transferre promiserat: fauebant enim p̱tibus suis. Samnis. Samnites inter Picenū campaniā & Apuliam populi sunt. Vltra furcas. supra eam calamitatem quam ad Caudinas furcas accepere. Sunt autē furculę Caudinæ Liuio authore saltus duo alti syluosiq; montibus circa se perpetuis inter se iūcti. Iacet inter eos satis patens clausus in medio cāp⁹ hærbidus aquosusq;: per quem mediū iter est: sed anteq̃ venias ad eum intrandæ primæ angustiæ & aut eadem qua te insinuaueris via retro repetēdū: aut si ire porro pergas per alium saltum arctiorem impeditioremq; euadendum. Hunc in locum. T. Vetrurius & Sp. Posthumius cōs. exercitu deducto cum nulla spes euadendi esset Samnites obsidentes fœdere cum eis facto & sexcētis equitib⁹ Romanis datis obsidibus: ita exercitum abduxerunt vt omnes sub iugum mitterentur Caudinę a Caudio vicino oppido dictę. Cladibus, quas Mari⁹ fecerat. Exiguum san. reliquias supstitis populi. Hausit, attraxit, & q̃ si bibit: quod dixit ad eius improbandā crudelitatem. Dumq; ni. trāslatio a chirurgis q cum putrida loca secant interdum syncęram carnem abscindūt. Putrida mem. per quę nocentes & inimicos intelligunt. Medicina. vltioni hęc comparatur. Nimium se. est: altius secuit q̃ oporteret.

Porta Collina.

Samnites.

Furculæ Caudinæ.

Caudium.

¶ Sæua tribunitio. Octauium consulem vt ego opinor intelligit q a suggesto abstract⁹ vulneribusq; a militib⁹ Marianis confossus occiditur vt Appianus & Plutarchus memorant & eius caput pro rostris expositum est. Robora ergo rostra intellige ex roboreis lignis compacta. Rostra autem dicūtur pulpita in foro vbi concionari solebant. Tribunitio tabo. i. sanguine Octauii consulis quē tribunitium appellat quoniam tribunos imitabatur concionando ad populum more tribunitio. Potes intelligere simpliciter interemptum fuisse tribunum cuius nomen nō extat. Scęuola. Mortuo Mario maiore Marius iunior filius eius cum Carbone consul cuncta cędib⁹ & sanguine repleuerunt: obsessaq; curia Senatores tanq̃ de carcere producebātur ad gladium. Mutius Scęuola pōtifex vestales amplexus aras occisus est: ignemq; illum qui perpetua cura virginum semper ardebat: suo pene sanguine extinxit vt tradit Augustinus. Nunc Lucanus Scæuolam dicit neglectum violatę dextrę, alludēs ad illum Mutium Scæuolam, qui cum a Porsena rege Hetruscorum vrbs Roma obsideretur in castra profect⁹ dum regem cupit obtrūcare satellitem interemit: quo errore frustratus dexteram manum quæ errauerat iniecit focis ardentibus, qua adusta deinde semp vsus est sinistra, a qua Scęuola cognominatus est Scęam em̄ sinistrā appellant vt Liuius & Plutarchus, & Varro tradūt: in qua re fere oēs decipiunt. Septimus annus. Duodeseptuaginta annos natus erat quando mortē obiit, & septimum cōsulatum gerebat. septimo em̄ & decimo die septimi consulatus periit. Auctor Plutarchus. Mensoq; homini. s. Mario qui vtranq; fortunā expt⁹ fuerat & quadam mensura collegerat. Apud Sacriportū. Sylla reuersus a bello Mithridatico victor totam vrbē atq; omnes Italię partes ciuilis sanguinis fluminib⁹ inundauit: vt inq̄t Valeri⁹. Apud Sacriportū oppidulum & portam Collinam debellatę sunt omnes Marianarum partiū copię in quibus duobus locis. lxx. amplius hominum milia Sylla concidit vt ait Florus. Tunc cum pene caput mundi. Lamponius atq; Thelesinus duces Samnitum sub specie partium Marianarum vrbem Romam inuaserunt: & paulum abfuit quin eam præsidio nudatam occuparēt. Prope portam Collinam circiter decem stadia castra posuerunt: ibiq; cū alios permultos, tum in primis Appium Claudium virum nobilissimum interemerunt: vbi Sylla extremum vitæ periculum adiit: cum sinistro cornu in acie cui præerat, a Samnitibus cōfracto intra vallum sese recepit tandem ope Crassi victor victoriam crudelitate maxima fœdauit. ait ergo Lucanus apd̄ Collinam portā pene esse mutatum caput mundi, & translatum ad ipsos Samnites qui ea pugna sperarunt se maiori clade affecturos Romanos: q̃ olim a maioribus suis fuissent affecti apud furculas Caudinas. Sunt autem Caudinæ furculæ saltus preceps & abruptus & inui⁹ in Apulia, intra eum saltum olim Samnites duce Pōtio Veturium Posthumiumq; Romanos consules cū exercitu clauserunt adeo vt nō daretur effugium, Pōtius consilio pa

BERO.

tris Herēnij spreto, omnes sub iugum misit armis exutos in singulis tunicis. historia refertur a Liuio Floro & Plinio. Samnis. i. Samnites. est enim Samnis regio Italię, quæ gens rupto sexies fœdere per annos quinquaginta contra Romanos bella gessit vt ait Florus. Excessit medicina modum. Translatio sumpta a medico qui dum carnes putridas recidere vult sępenumero syncæras quoq; secat: ita Sylla dum vult interficere aduersarios nulli pepercit.

Sed quum iam soli possent supesse nocētes
Tūc data libertas odiis: resolutaq; legum
Fręnis ira ruit: non vni cuncta dabantur:
Sed fecit sibi quisq; nephas: semel oīa victor
Iusserat. Infandum domini per viscera ferrum
Exegit famulus: nati maduere paterno
Sanguine: certatū est cui ceru ix cæsa parētis
Cederet: in fratrum ceciderunt pmia fratres.
Busta repleta fuga: permixtaq; viua sepultis
Corpora: nec populū latebrę cepere ferarum.
Hic laqueo fauces elisaq; guttura fregit:
Hic se pręcipiti iaculatus pondere dura
Dissiluit percussus humo: mortesq; cruēto
Victori rapuere suas. hic robora busti
Extruit ipse sui: nec dum omni sanguine fuso
Desilit ī flāmas: & (dū licet) occupat ignes.
Colla ducum pilo trepidam gestata p vrbem:
Et medio congesta foro: cognoscitur illic
Quicquid vbiq; iacet scelerum, nō Thracia tm̄
Vidit Bistonii stabulis pendere tyranni:
Postibus Anthei Libye: nec Græcia mœrens
Tot laceros artus Pisea fleuit in aula.
Cum iam tabe fluunt confusaq; tēpore multo
Amisere notas miserorum dextra parentum
Colligit: & pauido subducit cognita furto.
Meq; ipsum memini cæsi deformia fratris
Ora rogo cupidum vetitisq; imponere flāmis
Omnia Syllanę lustrasse cadauera pacis:
Perq; omnes trūcos cum qua ceruice recisum
Cōueniat quæsisse caput, q̄d sanguine manes
Placatos Catuli referam: cum victima tristis
Inferias Marius forsan nolentib9 vmbris
Pendit inexpleto nō fanda piacula busto.

SVLPIT. ¶ Sed quum iam so. sed cum nulli alij viuerent. Tunc da. li. odijs: tūc licuit vnicuiq; quē vellet occidere nulla lege seruata: nec Sylla penes se arbitrium necādorum reseruauerat sicut Marius. Itaq; diu sęuitum est: donec clamauit Furfidius viuere aliquos debere vt essent quibus imperarēt: & tunc proposita est tabula qua duo milia nobiliorum mori iubebātur. author est Florus. Fecit ne. assumpsit licētiam scelerum. Infandum do. varia mortis crudelitatisq; genera memorat. Domini enim vltro occidendos famulis se præbebant & multi siue per odium siue per pietatem dominos obtruncabāt & filij patres. Certatum est: a filijs inter se. Ceruix cæ. caput amputatum. Cederet, in sortem veniret. In præ. fra. in salutem quam fratris caput gerēs assequebatur. Fuga, ex fuga. i. fugientibus. Latebrę lustra & syluæ. Percussus, repercussus. Hic, aliquis. Elisa: strangulata. Iaculatus, demittēs sese. Desiluit: deorsū salijt & se p̄cipitauit. Rapuere mortes: præoccupauerunt mortem ne inimici eius inferendæ potestatem haberent. Robora bu. ligna rogi quē ipse parauit & anteq̄ se vulneraret incendit. Colla ducum pilo. Valerius inquit abscisa miserorum capita nō modo vultum, at spiritum retinētia in cōspectum suū afferri voluit: vt illa oculis quia ore nephas erat manderet. Ducum. Marij Thelesini & Lāponij. Congesta, coadunata. Quicquid iacet: etiam cædes quæ ignorabant. Nō Thracia. Diomedes Thraciæ rex hospites

Diomedes — mactare solitus est, & suis equis apponere: capitaq; eorum affigere postibus. Tantum scelerū, tot capita.

Bistonij. — Bistonij, Thracis a Bistōia palude in Thracia, quę cum ipsa regione a rege

Antheus. — Bistone nomē accepit. Anthei. Antheus Libycus terræ filius hospitum cęsorum capita

Oenomaus. — postibus affigebat. Nec græcia. Oenomaum indicat qui rex Pisarum & Elidis Hippodamiæq; pater cum generi manu se periturum ex oraculo accepisset: procis filiæ equorū cū ea currentium certamen constituit ea lege: vt victores illa potirentur: victi trucidarentur: quorum quidem capita, nā innumeri illuc cōfluebant, ante ianuā affigebat. Pisea aula, re-

Pisa. — gia Oenomai. Pisa enim oppidum in Achaia ad Alpheum fluuium. Quum iā tabe fluunt: postq̄ corrupta erant parētes furtim subtrahebant vt sepelirēt. Confusa, marcida vt discerni non possent. Notas lineamenta & signa. Dextra pa. periphrasis. Vetitis. vetuerat enim Sylla sicut & Marius comburi cadauera vt feris & alitib9 p̄da essent. Lustrasse, circumspexisse. Pacis. ironia. pacem ītelligit cędium finem quæ parta iā victoria factę sunt. Cum qua ceruice: cum quo trunco vt ipsum pariter cum suo capite sepeliret. Manes Catu-

Catulus. — li. Catulus Luctatius Cimbrico bello Marij collega ne in Marianorum manus incideret ignis haustu se interemit vt inquit Florus. Appianus vero tradit ipsum vocatum in iu

¶ Sed cum iam soli. &c. Conqueritur idem quod Iuuenalis satyra prima vbi dicit. Aude aliquid breuibus gyaris & carcere

dignũ. Si vis esse aliquid &c. vnde dicit. Sed cum .i. quãdo iã soli nocẽtes .i. fontes, possunt superesse .i. manere viuẽtes, libertas .i. infrenis abusio, est data tũc: odijs .s. in omnes bonos exercendis: & ira resoluta frenis legum .i. nullo moderamie refrenata, ruit .i. preceps debacchata est: cuncta .s. nephãda scelera non dabantur .i. committebantur vni .s. soli: sed quisq; fecit ne phas sibi .i. ad vtilitatem suam, hoc est assumpsit licẽtiam scelerum. Victor, videlicet Sylla voti compos, iusserat .i. imperauerat aut permiserat semel .i. simul & quod dicũt vna vice: oia .s. scelera aut nephanda quæ vellent. Famulus .i. mercennari⁹ aut seruus, exegit .i. transfixit vel eduxit per viscera domini .s. sui, ferrum, id est mucronem, infandum .i. detestabile. aut sit interiectio sicut æneid. j. Nauibus infandum, amissis .i. quæ res est infanda. nati .i. filij, maduere .i. madefacti sunt sanguie paterno: quia patres interfecerãt. Certatum est a filijs inter se: cui .s. eorum ceruix parentis .i. patris, cęsa .i. amputata, cederet .i. in sortẽ veniret .i. certatim occiderunt filij parẽtes suos: vt per eorum necem sibi compararent salutem. fratres ceciderunt .s. in mortem .i. occisi sunt, in præmia .i. salutem fratrum: quia occisor sibi salutem per caput fratris obtiebat. Busta .i. sepulcra, & monumenta sunt repleta, fuga .i. fugientibus: & corpora viua sunt permixta sepultis: nec latebræ ferarum cepere .i. capere non potuerunt, populum .s. fugientẽ. hic .i. vn⁹ e populo, fregit sibi fauces & guttura elisa .i. constricta, & strangulata laq̃o .i. suspẽdit se: hic .i. alius iaculatus .i. deijciens se pondere .s. corpis sui pcipiti .i. in caput cadẽti, desiluit .i. deorsum saluit: pcussus .s. post casum .i. pcutiẽdus, humo .i. terra dura: & ita sup. rapuere .i. surripuerunt victori cruẽto .i. sanguiario: suas mortes quas ipsi sibi consciuerãt. hic .i. alius extruit ipse .i. quod dicũt in propria persõa, nõ per ministros, robora .i. ligna forte quærna, busti sui in quibus comburi volebat & desiluit .i. deorsum saluit iflammas .s. a se extructas, sanguie necdũ .i. adhuc fuso omni .i. toto .i. se quidem prius vulnerauerat sed priusq̃ vires deficerent se in rogum deiecit. Sabellic⁹ legit dissiluit vt sit nõ deorsum salijt: sed in diuersa quasi dissolutus. vide annotationes ei⁹ in secũdũ Pharsalię. & occupat ignes dũ .i. donec licet .i. facultas est se in eos mittẽdi. Colla ducũ .s. Marij Thelesini & Lãpronij, gestã .s. in conspectũ Syllę, pilo .s. affixa: p vrbẽ trepidã .s. Romã, cõgesta .i. aceruata sup. sunt medio foro: qđ ciues dũ possunt occupare solẽt. Cognoscit .s. a vidẽtib⁹ & scrutãtibus, illic, videlicet in medio foro, qcqd scelerũ iacet vbiq; .i. qcũq; in occulto strata erãt cũ in forũ eẽnt allata cognoscebãt. Potest etiã ordo eẽ: qcqd vbiq; iacet cognoscit illic. Thracia q̃ barbara & immanis regio est. vñ Flacc⁹ in odis. Natis in vsum letitię scyphis pugnare Thracũ est &c. nõ vidit tm̃ .s. cadauerũ humanorum aut tantã stragem occisorũ pẽdere in stabulis .s. equorum, tyrãni videlicet Diomedis, bistonij .i. Thracij, sup. quantũ cõspiciebãt in foro Romano: & libye nõ vidit tantũ sup. cadauerum pẽdere in postib⁹ Anthei .i. ad quos Antheus hospites a se interemptos suspẽdit donec eũ Hercules vicisset & occidisset. vicit autẽ leuatũ a terra: quia cum esset filius terrę vt primũ terram cõtingebat vires recipiebat. Nec græcia mœrẽs .i. egerrime vidẽs Oenomai sęuitiã, nõ eñ tã efferi sunt græci vt Thraces & Libyci. fleuit tot art⁹ laceros .i. discerptos iussu Oenomai i aula Pisea .i. apđ Pisam oppidũ Achaię: vbi Oenomaus regnauit. Dextra miserorum parentũ .i. patrũ, collígit .s. corpora in foro iacẽtia, cũ iã fluũt .i. fluxerũt tabe .i. corrupto sanguine, & cũ ipsa cõfusa .i. pmixta multo tẽpore & ita marcida effecta, amisere notas .i. indicia & signa, quibus agnosci possent: & subducit .i. substrahit e medio aceruo, cognito .i. vbi cognouit filij sui corpus esse, furto timido .i. timens committere pium furtum. Et memini inquit ille senex cuius hęc tã plixa est oratio: meipsum cupidum imponere rogo, q; pro .i. flammis vetitis .s. a Sylla, ora deformia .i. deturpata, fratris .s. mei cęsi a Syllanis .i. cum essem cupidus comburendi cadaueris eius, lustrasse .i. circumspexisse omnia cadauera pacis Syllanæ .i. per quæ Sylla cessauit a cęde: vt superessent quibus im dicio in cubibulo recenter illinito & humido carbonib⁹ accẽsis spõte suffocatũ fuisse. In ei⁹ vltionẽ Catulus frater petijt Syllã vt Mari⁹ ptor maioris Marij frater sibi cõcederet: cui⁹ rei etiã Valeri⁹ meminit. & Florus his verbis Mariũ ipsi⁹ ducis fratrẽ apđ Catuli sepulchrũ oculis crurib⁹ manibusq; defossis seruatũ aliquãdiu vt p singula membra moreret positis singulorũ hominũ pene pœnis. Victima: hostia sacrificata Catulo. Pẽdit inferias, psoluit sacra q̃ mortuis fiũt. Nolẽtib⁹ vmbris. inuitis manib⁹ Catuli. Nõ fanda piacula, crudelia sacra & purgamina. Inex. bu. Insatiato sepulchro, vel inexpleto nõ satiato: p qđ vlciscentis Catuli rabiem taxat.

BEROALDUS.

¶ Tunc data libertas odijs. hoc ex historia. Sylla enim ad iugulãdũ verso & cadaueribus iam vrbe repleta, multi quibus nullę cũ Sylla res erãt, priuatis inimicitijs interẽpti sunt, ita suis pmittente & gratificante Sylla vt scribit Plutarch⁹. Sibi .i. ad priuatam voluptatem, & causam spectans. Exegit famul⁹. quatuor milia & ducẽtos vt inquit Vale. dirę pscriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas Sylla retulit. Seu dominum seruus seu patrem filius interemisset ei duo talenta pro mercede constituit vt narrat Plutarch⁹. Certatum cui ceruix. Filij qui patrem interemerãt inter se dimicabant cum vnusquisq; patris caput Syllę vellet offerre. Busta .i. sepulchra et tumbę vt dicit Cicero in libris de legibus. Latebrę ferarum, id est spelũcę & syluæ ad quas proscripti fugiebant. Hic, id est aliquis. Robora busti, id est alius sibi rogum ex lignis roboreis construxit, quo ardente semet interemit, & iniecit flammis. Colla ducũ. Tabula Syllanæ proscriptionis vt scribit Augustinus & Appianus duo milia hominum ex vtroq; ordine, senatorio, scilicet & equestri occidendorum continebat. Capita deinde occisorum in foro congerebantur. Non Thracia tantum. Diomedes rex Thracum equorum habuit p̃sepia ob eorum feritatem ęrea: ferreis catenis equi vinciebantur: hospitum sanguine & carnib⁹ nutriebant. hos equos cupiẽs Hercules abducere primo Diomedẽ cepit deditq; suo exemplo equis comedendũ. vt auctor est Diodorus. Non tot ergo capita suspendebãtur stabulis Diomedis, quot in foro cõspiciebãtur. Stabulis. In Thracia oppidum fuit Tyrida Diomedis equorum stabulis dirum. Auctores Plinius & Solin⁹. Bistonij tyranni .i. Diomedis. est enim in Thracia stagnum Bistonum & gens vt scribit Plinius. Postibus Anthei Libye. Antheus ex genere gigãtum corporis robore & palestra præclarus omnes qui secum luctantes superabantur necare solebat: ipse deinde ab Hercule fuit interempt⁹ vt scribit Diodorus in quarto. Lucanus palęstram refert Herculis & Anthei: qui ideo dict⁹ est filius terræ quoniam certaminib⁹ terrestribus plurimum valebat vt credidit Solinus Regnauit in Aphrica in regione Tingitana. Ordo est. Libye .i. Aphrica, supple .s. non vidit tantum capitum & scelerum pendere postibus Anthei .i. valuis & foribus. Pisea fle-

Mari⁹ ptor

uit in aula:in Pisa ciuitate Peloponesi. Oenomaus rex cũ ab oraculo accepisset tũc se moriturum cum filia nomine Hippodamia nupsisset:multis eam petentib⁹ currule certamẽ indixit vt ipse victus filiam victori traderet & vt illi victi necarentur. hoc pacto cũ plures equorum velocitate peremisset tandem a Pelope superatus est:qui corrupto Myrtilo auriga Oenomai illum præuertit in cursu. Oenomaus sibi mortem consciuit,historia refertur a Diodoro & Seruio. Oenoma⁹ capita & mẽbra necatorum ad alios terrendos affigere solebat.i.aula regia. Tabo,sanie. Amisere notas.i.tunc patres colligebant capita filiorum cũ illa iã nõ amplius cognoscebantur. Meq; ipsum memini. Ita ait Senex quẽ induxit cõ

perarent.ꝙ pro & quęsisse.i.inuestigasse per omnes truncos,cũ qua ceruice cõueniat caput recisum.i.dum truncũ fratris inuenerem,vt caput inuenirem respexi ad ceruicem incisam & illi capita apposui donec inueniebam quod cum illa cõueniebat & semel iunctum fuerat. Quid.i.ad quid referam, manes Catuli.s.luctatij a se timore Marij occisi,placatos sup.eẽ sanguine.s.effuso ad inferias illius:cum Mari⁹.s.prætor maioris Marij frater,existens tristis victima,pẽdit.i.persoluit busto.s. Catuli,inexpleto.i.insatiabili,piacula non fanda.i.infanda & indigna quæ dicantur,appositorie inferias.i.ad inferias persoluendas inferis forsan vmbris quæ apud inferos erant: nolentibus.s.tales victimas:& ita auidius vltionis erat sepulcrum ꝙ manes ipsi: hoc est Sylla occidens Marium prætorem in vltionem Catuli,crudelius egit ꝙ vel Catulus ipse expostulasset si affuisset.

parantẽ vetera mala nouis bellis. Lustrasse,circuisse,& inspexisse. Pacis Syllanę. Ironice dictũ. tũc enim Sylla cohibuit ferrum:cũ Furfidius dixisset: viuere aliquos debere, vt essent quibus imperarent: vt Augustinus, & Florus meminerunt. Quæsisse.s.memini. Quid sanguine manes placatos Catuli referam. Catulus Luctatius qui Marii collega fuerat in consulatu & de Cimbris cum eo triumphauerat,cum a Mario veniam impetrare non posset:inclusus domi:ignis haustu accensisq; carbonibus se suffocauit vt inquit Plutarchus.deinde Sylla vlcisci volens Catuli mortem.M.Marium Marij inimici fratrem sine ferro ritu ferarum,vt verbis Flori vtar,apud Catuli sepulcrum trucidauit oculis manib⁹ cruribusq; defossis.de quo sensit Augustinus sic scribens. Alius oculis effossis & particulatim membris amputatis in tantis cruciatibus diu viuere vel potius diu mori coactus est. Sanguine.s.Marij,placati sunt manes.i. vmbrę Catuli:quæ fortasse non despiciebant tale piaculum. Inferias.i.sacrificia quæ inferis & mortuis exhibentur.

SVLPIT. ¶ Aequata mẽbris. Nã non prius vita priuauit ꝙ oculos infelicis eruerit,& singulas partes corporis confregerit: vt inquit Valerius. Cæso:amputato. Nil animæ letale datum:nihil mortiferũ illatũ est vitæ:sic eñi ipsum scindebant vt vita conseruaretur. Morẽ:crudelitatẽ accusat ꝙ eius vitam seruabant quẽ studebant interficere. Parce morti:seruare vitã. Palpitat,mouetur. Muto:nõ vocali:nam nõ emittebat vocẽ. Spiramina naris adun.id est vncũ nasum. Euoluit orbes: versando eduxit oculos:nam pressi voluuntur & exeũt. Vltimaq;:vltimo loco ei oculos eruerunt: vt visis membris amputatis maiori cũ dolore decederet. Vnũ caput,Marij corpus. Criminis. crudelitatis. Sic mole: non aliter dissipantur eorum membra : qui ruinis obruũt: nec sunt magis laceri qui mersi in mare ad littus deferuntur. Informes quia agitati fluctibus & exesi a piscibus. Mole ruinę:ędificiorum ruentium pondere. Trũci:cadauera trũcata. Quid perdere fructum. improbat Catuli consilium ꝙ Syllam non ea voluptate affecerunt quam ipsi putauerant:quippe vultum eius fœdatũ nequit agnoscere. Vt vilem, vt vulgarem. Cõfundere, deformare. Fortuna prænestina. Habebat Pręneste Fortũę templum illustre. vnde certa edebantur oracula vt ait Strabo. Simul recisos: quinq; milia enim prænestinorũ spe salutis per.P.Cethegum data extra mœnia municipij euocata cum abiectis armis humi corpora prostrauissent interficienda protinusq; p agros spargẽda Sylla curauit. Quippe Lucretius Ofella præneste recepta, senatores omnes qui cum Mario bellũ gessissent partim interfecit, partim in vincula coniecit quos Sylla adueniẽs inermes in campum exire iussit:& paucis sibi vtilib⁹ electis reliquos in tres partes distinxit in Romanos Samnites & Pręnestios. Romanis ꝗꝗ morte digna perpetrassent per præconem salutem denun

Fortuna Prænestina

Cum laceros artus ęquataq; vulnera mẽbris
Vidimus:& toto quis in corpore cæso:
Nil animæ letale datum:moreq; nephandę
Dirum sæuitiæ pereũtis parcere morti.
Auulsę cecidere manus:exectaq; lingua
Palpitat:& muto vacuũ ferit aera motu.
Hic aures:alius spiramina naris aducæ
Amputat:ille cauis euoluit sedib⁹ orbes:
Vltimaq; effodit spectatis lumina membris.
Vix erit vlla fides:tam sæui criminis vnũ
Tot pœnas cepisse caput.sic mole ruinę
Fracta sub ingenti miscẽtur pondere mẽbra:
Nec magis informes veniunt ad littora trũci
Qui medio periere freto. Quid ꝑdere fructũ
Iuuit?& vt vilem Marii cõfundere vultum?
Vt scelus hoc Syllę cædesq; ostenta placeret:
Agnoscẽdus erat. vidit Fortuna colonos
Pręnestina suos cũctos simul ense recisos
Vnius populum pereũtem tempore mortis.
Tunc flos Hesperiæ latii iam sola iuuentus
Concidit:& miseræ maculauit ouilia Romæ.

¶ Cum laceros. Prosequitur cruciat⁹ quos Marius ꝑtor frater Marij cõsulis passus est a Syllanis & ꝑcipue a Catulo Catuli ꝗ sibi mortẽ cõsciuerat fratre, dicẽs: vt depẽdeat ordo a supiore

sic. Pēdit dico Marius Pretor nō fanda piacula.i.cōmissi sceleris purgamina, tūc sup. quū.i.qn̄ nos vidim⁹artus ipsius Marij laceros .i.discerptos: & vidimus vulnera æquata mēbris.i. tot esse illi illata quot habebat mēbra:& vidim⁹nil letale.i.nullum vulnus mortiferū datū sup.esse aiæ.i.vitæ,in toto corpore cæso, q̄uis.i.q̄tumuis.& vidimus dirū morē sęuitię nefandę parcere morti.i.abstinere a morte & seruare vitā pereuntis. s.lēte.Man⁹.s.Marij Prætoris auulsæ.s.a corpe,cecidere:& lingua execta.i.extra os recisa palpitat .i. mouet loq adhuc volens:& ferit aera,motu muto.i.sine voce,quā intra palatū facere solebat.Hic.i.vnus carnificum,amputat aures Marij Pretoris.alius amputat spiramina naris aduncæ.i.incuruæ hoc ē nasum ipm:ille euoluit .i. eruit & extraxit (videt̄ eñ præteriti tēporis,quia effodit pręteriti tpis est: nam in pręsenti secūda corriperet̄.sunt aūt q effudit legunt,sed iā pręteriti est tpis.q̄ si effundit scriptum esset:dicerem euoluit in præsenti positū) sedibus cauis.i.e receptaculis suis q̄ caua sunt:orbes.i.pupillas oculorū.& effodit.i.eruit fodiendo,lumina.i.oculorū aciem: vltima.i.vltimo loco:vt ipe vidēs sua membra sic truncata grauius afficeret̄.Vix erit vlla fides.i.crudelitas hoc est vix quis q̄ credet, vnū caput.i. vnū hominem,aut vni⁹ Marij corpus,cepisse.i.accepisse & passum esse tot pœnas tam sæui criminis.i. crudelitatis:aut tam sęuo crimini debitas.Membra sup. alicuius hois,fracta.i.contrita,sub mole.i.impetu ruinæ, miscētur sic sub ingeriti pondere.Nec trūci.i.detrūcata corpora a piscibus & a scopulis aut a putrefactione,q.s.trunci periere medio freto.i.mari,& ita multū agitati priusq̄ ad littus appellant̄, nō veniunt ad littora,magis informes q̄.s.corpus Marij Prætoris erat.O Catule,quid iuuit te,& tuos perdere fructū.s.pretentum ex tali cruciatu:quia hoc solū petebas vt Syllę spectaculū facias:sed hoc minime fecisti:sic enim deformasti Marium vt Sylla eū nequiret agnoscere & ita nō potuit oblectari.& qd iuuit cōfundere.i.detrūcare & incognoscibilē atq̧ ignobilem reddere, vultū Marij.s.Pretoris: vt vilē.i.cōtemptibilē & ignobilem:quia ipe Marius erat agnoscendus Syllæ vt hoc scelus s.tuū ostentū,& hęc cędes ostēta Syllę, placeret Syllę:& ita frustrata est sæuitia tua.Hæc autē vt patuit dicit se senex vidisse. vñ addit. Fortuna Prenestia.i.q̄ a Prenestinis colit̄,vidit suos colonos.i.habitatores recisos.i.interemptos ab oppido prius reuulsos,simul cūctos ense.i. mucrone,& vidit populū. s.suū vniuersum pereuntē tpe mortis vnius.i. quāto tpe vn⁹tātum interfici solet:nā minori tpe q̄ Marius prius interfectus erat. Flos Hesperię.i.totius Italiæ,& iuuentus latij iam sola.s. derelicta,concidit tum.i.tūc deinceps:& maculauit.i.cōtaminauit sanguine suo ouilia.i.septa in campo Martio,Romæ miserę id est miserandæ.

tiata reliquos cōfodi impauit.Mulierib⁹ eorūq̧ liberis libere abire pmisit:ac ciuitatē diripuit hostiliter.ex Maxio & Appiano. Colonos,habitatores.Tpe mortis vnius. intra tm̄ spacium q̄tū vn⁹hō posset interfici.Flos Hesperię.iuuētus ex bellis supiorib⁹reliqua. Ouilia.Campū Martiū in quo Tarquinij Superbi septa fuere.Dicit hoc autē poeta pp̄ter quatuor legiōes cōtrarię partis fidē Syllę secutas:quas in publica villa q̄ erat in campo Martio neq̧ cq̄ fallacis dextrę iplorantes misericordiā obtrūcari iussit:& corpora ferro lacerata in Tyberim abijci:vt meminit Valeri⁹ at Plutarchus ait.Sylla accepto nūtio Crassū strauisse hostē sub aurorā pfect⁹est Antennā pmisitq̧ trib⁹milib⁹ salutē.quib⁹pollicitationibus cū credidissent:facto in reliquos impetu multi mutuis vulneribus ciderunt:hos tm̄ & alios q superāt ad sex milia in circo congregat:senatū in ædē Bellonę vocās.eodem tpe & ipe orōnē in senatu exorsus est: & qb⁹ negotiū datū erat,sex milia truncabant:cūq̧ fremitu cōmoueret̄ senat⁹:ipe nihilomin⁹ cōstāti vultu orationē cōtinuans senatū dictis suis animaduertere iussit:nec q̄ foris gererentur vt supuacua perscrutaret̄.suo nāq̧ iussu puniri quosdā flagitiosos. Meminit & hui⁹ rei in libro de Clementia Seneca. Ouilia.

BEROALDVS.

¶ Aeq̄taq̧ vulnera mēbris.Quia nullū fuit in corpe Marij mēbrū sine vulnere.q̄ tm̄ vulnera nō erāt letalia vt diu cruciaret̄. Letale.i. mortiferū.mors eñ letū dicit̄. Parcere morti Morti parcebāt quia noluerūt vt cōfesti expiraret:sed vt aliquādiu cruciat⁹ p singła mēbra moreret̄.Muto motu. Lingua Marij resecta aera feriebat:sed sine voce:q̄ fit vel exilis auræ pulsu vel verberati aeris ictu: vt Diomedes & Priscian⁹ & Gellius scribūt.Orbes i.oculos.Vltima lumina, vt.s.inspectans tormēta & cruciat⁹ quib⁹afficiebatur magis doleret. Sic mole ruinę.Queadmodū corpora hoim oppressa ingenti pōdere turbant̄ & cōfundunt̄ adeo vt nulla hois effigies appareat:ita Marius tot⁹ lacerat⁹ humanā penitus amisit formam. Ad littora trunci.Cadauera naufragorū sunt valde deformia & ab humana imagine discrepātia.Quid pdere fructū.Imprudentiā carpit eorū q Mariū ita fœdauerāt:cū debuissēt ei⁹ caput illęsum custodire:vt illud deinde Sylla recognoscens maiorē cepisset voluptatē. Fuit autē. L. Catilina q Syllæ in foro sedenti caput hui⁹Marij attulit vt scribit Plutarchus. Fortuna colonos p̄nestina suos. In Romę cōspectu oppidū est p̄neste vbi templū ē Fortunę illustre:vñ certa edunt̄ oracula vt ait Strabo.quōdā Polistephanō.i.multarū coronarū dicebat̄. Sylla itaq̧ p̄neste veniēs duodecim milia p̄nestinorū vnū in locū cōglobata trucidari iussit vt scribit Plutarchus. Valerius vero ait quinq̧ tantūmodo fuisse milia. Fortuna ergo q̄ colit̄ p̄neste vidit suos p̄nestinos trucidari. Populū.s.xij.milia p̄nestinorū. Tūc flos Hesperię. Sylla volens delere nomē Sānitū a qb⁹ passus erat ingētia picula,q̄tuor milia dedititiorū: vel vt alij aiūt tria: vel vt alij sex,i cert⁹ eñ ē numerus,i villa publica trucidari iussit. authores sūt huiusce rei Plutarh⁹, Strabo, Flor⁹, Seneca,& Valeri⁹ q dixit quatuor fuisse legiones iussu Syllæ obtrūcatas i villa publica:q̄ ē in cāpo Martio. Vñ merito a Lucano dicit̄ flos Italię. Maculauit ouilia. De hac re loquēs Strabo ait i cāpo Martio ad ouilia coactos imissis militib⁹ triduo iugulauit.qđ ergo ab alijs dictum est in villa publica,a Lucano & Strabone dicit̄ esse factū in ouili. Villa ergo publica idē qđ ouile intelligit̄.& magis hoc puto verū esse q̄ id quod retulit Serui⁹ dicēs Lucanū posuisse ouilia pro septis:q̄ sunt i cāpo Martio. De hoc ouili siue sit idē qđ villa publica siue diuersum meminit Liui⁹his verbis. Citatis Veturię seniorib⁹ datū secreto in ouili cū his colloq̄ndi tēpus. Villa publica erat cōis vniuersi populi:i quā e cāpo Martio ciues,& reliq oēs succedere solebāt. vt scribit Varro i re rustica. Villa publica.

Tot simul infesto iuuenes occumbere leto
Sępe fames pelagiq̧ furor subitęq̧ ruinę

SVLPITIVS.

¶ Tot simul. Tā multi inquit aut fame aut fluctib⁹,aut ruina,aut pestilētia,aut p̄lio pieere sed nūq̄ tyranni iussu. Occūbere: vt occū-

berent. Infesto leto: violenta morte. Subitæ ruinæ: ex terręmotu aut pondere nimio: vt Theatrum Terracinẽse cuius meminit Suetonius. Lues: pestilẽtia ex terra, aqua, cælo verta. Clades bel. conflictus pugnantiũ. Dẽsi vix agmi. vul. adeo spissi frequẽtesq̧ erãt vt occisores ferrũ exercere vix possent: & vulnere letali accepto vix cadere poterãt. Labãt nutant, hac & illac. Dubia, vacillanti & semiuiua. Illos, semiuiuos. Premit strages: ĩpellit & enecat aliorum casus. Peraguntq̧ cadauera, hoc est mortui suo pondere viuos necabant. Trunci, eorum quibus capita erant abscissa. Elidunt, comprimunt, suffocãt. Intrepidus. amplificatio crudelitatis. Recepit, iussu Syllæ. In fluuium, in aquam ĩpam. In corpora: quibus fluuius repletus erat. Præcipites, prono alueo discurrentes. Hæsere, in cadauera. Strage cru. aggere cadauerum. Prior amnis: qui erat ante cadauera: nam posterior substitit cadauerũ cumulo. Iam san. al. cruor cæsorum hominum e campo Martio tãta vi fluxit in Tyberim vt aquam adiuuerit ad molem cadauerum impellendam. Hærentes, non fluentes. Nec iã al. sic inquit Tyberis inundauit vt corpora in suum alueum paulo ante proiecta in campũ retulerit Martium. Alueus, concauitas inter ripas qua fluuius labitur. Ripæ, quæ latiores sunt. Obluctatus: contra corporum molem, & eam partem quæ est a Tuscia. Sanguine torrenti: cruore cum abundantia vehementiaq̧ currenti. Cæruleum, viride cum nigrore. His ne sa. Valerius ait. En quibus actis felicitatis nomen afferendum putauit. estq̧ probrosa insultatio. nam cõseruator patriæ & felix & venustus appellatus in medio campo Martio sibi sepulchrũ erexit. Tradit Appia. erectã fuisse Syllæ equestrem imaginem ante rostra inscriptam Cornelio Syllæ imperatori fortunato. & Plutarchus ait: q̧ cum Metella vxor eius gemellos esset enixa: fœmellam Faustam: marem Faustum appellauit. Hęc rur. pergit senex bella conquerens. Agitat gra. me. metuimus maiora. Coitur, conuenitur & fit coadunatio. Damno, cæde. Exulibus Ma. Marij exules inquit contenti fuerũt in vrbem reuerti. Sylla nil aliud bello ciuili assequi voluit nisi vt perderet inimicos. Cæsar vero & Põpeius his terminis non acquiescent: sed tentabunt sibi Romanum imperium subiugare. Prestitit, tribuit. Partes inuis. aduersarios quos oderat. Hos Cęsarẽ & Pompeium. Alio, ad alium finẽ. Olim, nũc & in pręterito. Neuter, nec Cæsar nec Pompeius.

Cęruleum.

BERO.

¶ Tot simul infesto. Sensus est sæpenumero tot milia hoĩm & plura perierũt vel fame, vel naufragio, siue ruina, siue motu terrę, vel pestilentia: nunq̃ aũt ob vnã pœnã, quam simul oẽs meruerint. Pelagiq̧ furor. i. naufragiũ. Aut terrę lues. i. terręmotus: qualis Tyberij tẽporibus. xij. vrbes euertit in Asia. Cæliq̧ lues. i. pestilentia. Vix victores mouere manus. tãtus erat occidẽdorum numerus vt vix interfectores possẽt vibrare & mouere enses. Peragũtq̧ cadauera ptẽ. Cadauera vix poterãt

Aut cæli terræq̧ lues: aut bellica clades.
Nunq̃ pœna fuit. densi vix agmina vulgi
Inter & exangues immissa morte cateruas
Victores mouere manus: vix cęde peracta
Procumbunt: dubiaq̧ labant ceruice: sed illos
Magna p̃mit strages: p̃aguntq̧ cadauera ptẽ
Cædis: viua graues elidunt corpora trunci.
Intrepidus tanti sedit securus ab alto
Spectator sceleris: miseri tot milia vulgi
Non piguit iussisse mori, congesta recepit
¶ Omnia Tyrrhenus Syllana cadauera gurges
In fluuium primi cecidere: in corpora summi:
Pręcipites hæsere rates: & strage cruenta
Interruptus aquis fluxit prior amnis in ęquor:
Ad molẽ stetit vnda sequẽs: nã sanguinis alti
Vis sibi fecit iter: campũq̧ effusa per omnem
Pręcipitiq̧ ruens Tyberina ad flumina riuo
Hærentes adiuuit aquas: nec iã alueus amnẽ
Nec retinent ripę: redditq̧ cadauera campo.
Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in vndas
Sanguine cæruleũ torrenti diuidit æquor.
His ne salus rerũ: felix his Sylla vocari:
His meruit tumulum medio sibi tollere cãpo?
Hæc rursus patienda manẽt: hoc ordine belli
Ibitur: hic stabit ciuilibus exitus armis.
Quãq̃ agitãt grauiora metus: multoq̧ coitur
Humani generis maiore in pręlia damno.
Exulibus Mariis bellorum maxima merces
Roma recepta fuit: nec plus victoria Syllæ
Prestitit: inuisas penitus q̃ tollere partes.
¶ Hos alio fortuna vocas: olimq̧ potentes
Concurrunt: neuter ciuilia bella moueret:
Cõtentus quo Sylla fuit. Sic mœsta senectus
Pręteritiq̧ memor flebat metuensq̧ futuri.

¶ Tot simul infesto &c. Docet nunq̃ tot ciues Romanos perisse iussu Tyranni quot iussu Syllæ: licet tot aut plures perierint lue aut clade communi. Ordo est. Tot iuuenes occumbere simul leto infesto, id est violenta morte perire: fuit sæpe fames, id est propter famem: & furor pelagi, id est irruptio aut

propter irruptionem maris facientis diluuium:& ruinæ subitæ vt ex terræ motu, aut ex pondere nimio factæ: vt dũ Theatrum Terracinense cecidit conterens fere qui in eo erant:& lues.i.corruptio vel infectio publica, cæli.i.aeris: hoc est p pestẽ publicã: aut clades bellica.i.per cladẽ bellicã: nunq̃ fuit pœna .i.p pœnã infligendã alicuius iussu, hoc est ad vltionẽ, tot ceciderũt iuuenes. Victores.i.voti cõpotes Syllani, vix mouere.i. cũ difficultate & impedimẽto mouerũt, manus.s.suas: quib⁹ p cutiebant, inter agmina vulgi.s. victi, dẽsi.i.multiplicati, & cõstipati.& inter cateruas exangues.i.effuso sanguine, morte immissa.s. violẽter. Et sup. iuuenes vix pcumbũt.i. in terram cadunt: peracta cæde.i.suscepto letali vulnere: quia tam densi erãt vt se mutuo sustinerent:& labant.i.nutant & vacillãt, ceruice dubia.s.an caderet, an se adhuc sustineret: aut dubia, quia q̃ videbãt nõ cadẽtes dubitabãt an adhuc viuerẽt: sed magna strages.i.moles stratorũ premit illos.i.semineces: q; pro & cadauera.s.cadẽtia corpora, peragũt partẽ cædis eorũ qui prius ceciderant. trũci.i.corpora detrũcata abscissis capitib⁹, graues quia corpus exangue graue est aut molestũ, elidũt.i. cõterunt corpa viua.i.adhuc viuentia. Sylla intrepidus.i. nullo modo cõmot⁹, sedit existẽs securus spectator tanti sceleris, ab alto.s. loco.i.spectãs e specula:& nihil timẽs. nõ piguit.i. nõ miserũ est Syllã: vidisse (Aldus legit iussisse qd̃ sequar) tot milia miseri vulgi mori. Gurges Tyrrhenus.i.tyberis in mare Tyrrhenũ influẽs recepit iussu Syllę, oĩa cadauera syllana.i.iussu Syllæ occisa, congesta.i.coaceruata vt.s.in Tyberim deijcerentur quod vix fieri potuit, quia primi.s.occisi, hoc ẽ qui primi deijciebanť, cecidere in fluuiũ.i.in aquã fluentẽ: sed sup. summi.i. extremi cecidere in corpora.s. priora, quibus alueus erat oppletus. Rates.i.naues hęsere.i.hęserũt ad alterã partẽ littoris p̃cipites.i.casuris similes, quia impedit⁹ erat cursus aquarũ:& ita subtracta aqua casum minabanť ad medium aluei: vbi maior erat pfunditas.& amnis.s.Tybris prior.i. vicinior mari, interruptus aquis.i.habens aquas interruptas propter cadauera iniecta, fluxit strage cruenta.i.sanguinolentis aquis in æquor.i. mare Tyrrhenum. Vnda sequẽs.i.q̃ ante se cadauera iuenit stetit ad molẽ.i.ad obijcem cadauerũ: nã vis.i. violentia & abũdãtia alti sanguis augentis vim aquæ fecit iter.i.eundi facultatẽ, aut transfluxũ:& ipa effusa p oẽm.i. totũ cãpũ Martiũ & fluẽs in vel ad flumina Tyberina, riuo pcipiti.i. veloci & impetuoso, adiuuit aquas hærentes.i.impeditas cadauerib⁹. nec alueus .i.cõcauitas inter ripas, aut vt dicũt fossa aquarũ, retinent iam amnẽ.i.nõ mansit inter ripas, nec ripę retinent amnẽ.s. Tyberis sic sanguine auctũ: q; pro &, reddit.i.reijcit cadauera campo.i. in cãpũ Martiũ: tã eñ violẽter redũdauit:& ipe amnis obluctatus: sic legit Sulpitius: mallem tñ dicere eluctat⁹ quia dicit vix hoc est vbi luctando cũ cadaueribus vix eruperat, tandem in vndas Tyrrhenas.i. maris Tyrrheni: quod & Tuscũ & inferũ dicit: Tyrrhenũ a Tyrrheno Lydij fratre: diuidit.i.discernit: ęquor cęruleũ.i.cærulei coloris: qui est viridis cũ nigro, sanguine torrente.i.in morem torrẽtis immisso. vnde in exprobrationem Syllę qui se felicẽ & salutẽ rerũ nũcupauit exclamat poeta. Meruit ne Sylla vocari his.i.per hæc facinora tam crudelia salus rerũ.i. imperij Romani & felix.i.fortunat⁹:& meruit ne tollere.i. erigere sibi tumulum.i. sepulchrũ altũ & honorificũ in medio campo.s.Martio: vbi tantam stragem commiserat: quasi dicat minime:& tamen illi statua equestris erecta erat inscripta Cornelio Syllæ imperatori fortunato:& filium Faustũ ac filiam Faustam appellauerat:& a Senatu in campo Martio honorifice sepultus postq̃ crematus erat. Hæc inquit senex ille,& ita fit egressio ad propositum, manent.i.futura sunt: patienda, id est toleranda rursus post hoc bellum ciuile. ibitur.i. pcedeť hoc ordine belli. hic.i. huiusmodi exitus, stabit.i. paratus erit aut horrebit armis ciuilibus. q̃q̃ metus agitant, id est versant in pectore meo timenda grauiora.i. maiora mala:& coitur: id est conuenitur & conflictus fit in multo maiora prælia: damno.i.cum damno aut ad damnum sanguinis humani prę multitudine pcũbere:& tandẽ cadẽtia viuos opprimebãt:& sic pagebãt partẽ cędis. Intrepid⁹ spectator.s. Sylla. cui pauci viri sũt tot samnites iussi interfici: vt refert Seneca. Tyrrhenus gurges.i. Tyberis: q̃ lacerata ferro corpora cruẽtatis aquis coactus est vehere vt author est Valerius. Tyrrhen⁹ dicit̃ gurges quia pterlabit̃ Hetruriã: q̃ nũcupata Tyrrhenia a rege Tyrrheno vt Strabo & Serui⁹ tradiderũt: qui veniẽs ex Lydia Hetruriã obtinuit. Vnde a Vergilio dicit̃ Lydius tybris.i. tyrrhenus. Gurges dicit̃ profunditas & alueus fluminis. Vergilius dixit de mari, In gurgite vasto. In corpora summi. Cũ primi alueum tyberis implessent, postremi ciciderunt non in aquas sed supra cadauera: adeo vt rates cogerent̃ hęrere: nec possent trãsire occluso cadauerib⁹ Tyberi. Rates pprie sũt ligna coniũcta vt inquit Serui⁹. Prior amnis.i. prior pars fluminis fluxit in mare Tyrrhenum: vnda vero sequẽs retardata est multitudine cadauerũ. Ad molẽ.s.cæsorũ, struẽ. Cãpũq; effusa per omnẽ. Tanta fuit vis & impet⁹ sanguinis vt totũ campũ Martiũ ppinquũ tyberi inundaret:& aquas hærẽtes sua vi & copia iuuaret. Alueus amnẽ. Amnis dicit̃ fluuius ab am quod est circũ & eo is. Alueus vero dicitur ipsius fluminis pfunditas & quasi domicilũ quo cõtineat̃. Ripę. Ripa est fluminis: littus maris. Vñ ait Ouidi⁹. Pro ripis littora pulsant. Cãpo.s.Martio. Tyrrhenas vix eluctatus in vndas.i.cũ magno conatu tãdem Tyberis descẽdit in mare Hetruscum: quas vndas tyrrhenas nũcupat a Tyrrheno. Eluctari est viribus conari. Cæruleũ æquor, epitheton est maris: cuius color est cęruleus: qui viridi nigroq; concretus est. a Vergilio dicit̃ imber cæruleus. Felix his Sylla vocari. Sylla ad Gręcos scribens se venustum appellabat:& ita in trophęis inscribebat̃. L. Sylla venustus. Idem felicis sibi nomen adoptauit: vt Appian⁹, Plutarchus, & Plynius memorant. Verba Plynij hæc sunt ex libro septio. Vnus hominũ ad hoc ęui felicis sibi cognomẽ asseruauit. L. Sylla: ciuili nẽpe sãguie ac patrię oppugnatiõe adoptatus & quibusdã felicitatis inductus argumentis: q; pscribere tot milia ciuium ac trucidare potuisset. Sal⁹ rerum. triumphãtẽ Syllam ciues coronati sequentes cõseruatorẽ nominarũt. author Plutarchus. ad hoc alludit Lucanus. Tumulum medio campo. monumentum in cãpo Martio L. Syllæ situ est cũ inscriptiõe tali. Nemo me amicus beneficentia, nemo inimicus inferẽda iniuria supauit. Hæc rursus. ita ait Senex introductus fore vt iterũ Romani talia excidia perpetiant̃ qualia sub Mario & Sylla passi fuerant. Multumq; coit̃. qm̃ vndiq; hoĩes congregantur partim Põpeium, parti Cæsarẽ sequẽtes: iõ maiora dãna imminent. Exulib⁹ Marijs. patri.s.& filio q̃ ambo exularũt. Hos alio.s. Cęsarẽ & Pompeiũ q̃ tẽdũt ad maiora q̃ Sylla, q̃ Marius. Sylla eñ nihil aliud cõcupiuit q̃ posse delere partes cõtrarias. Marius vero, q̃ posse vrbẽ amissam recuperare. Verũ Cęsar & Põpeius spectãt ad imperium.

Inscriptio sepulcri. L. Syllæ.

(Aldus legit maiore: vt sit coit in p̄lia multo maiore dāno generis humani. Id ē legit multūq; coitur: quod nō sequar. nā si ad maiore refert rectius dicat multo: sin ad coit: vt sit multū humani sanguinis coitur. i. cōiungitur: nō recipiatur cū dicat coit). Roma recepta. i. vt iterū reciperent Romā, fuit maxima merces bellorū. s. gerendorum, Marijs exulibus. i. p̄scriptis hoc est propter id solum bella gesserunt. nec victoria Syllæ præstitit id est exhibuit plus Syllæ q̄ tollere: id est delere penitus, partes inuisas scilicet Marianas. Sed o fortuna tu vocas hos. s. Cæsarē & Pompeiū: alio. i. ad aliū exitū: quia dimicant vter imperet vrbi: & ipi potētes olim: id est iam a multo tpe concurrūt alio. i. ad aliū finē neuter. s. eorū nec Cesar nec Pōpei⁹ moueret bella sup. ad id obtinendū, quo Sylla fuit cōtētus. Sic, inquit poeta, senectus. i. senex vn⁹ noie omnium: aut sit m̄ltitudo senum sicut iuuētus multitudo iuuenum: mœsta. i. mœrens & memor p̄teriti. s. mali & metuēs futuri, flebat id est cū fletu memorabat.

SVLPITIVS.

At non ma. Solus Brutus in publica Romanorum consternatione non territus Catonē inquit adijt vt cum ipso deliberaret an quiete viueret, an Pompeiū sequeretur. Fuit aūt hic Brut⁹ Iunij Bruti ex Seruilia Catōis

Brutus. sorore filius: Porciamq; huius Catonis filiam duxit vxorem: vir quidem doctrina & virtute præclarus. cuius laudes & Plutarch⁹ & Cicero præsertim in libro de perfecto oratore commemorat. Pauidi mo. timidæ consternationis & fugæ. Erat pars: repetatur illud non. Sed nocte so. Chronographia est: indicatq; auroræ tempus quo vrsæ plaustrū

Elice. in oriētem cōuertitur. Elice. Vrsa maior quę & arctos dicit: appellataq; ē Elice ab eo ꝙ in gyrū vertit: nam ἕλιξ circūuolutio est. Sunt

Calisto. qui ab Elice oppido in Thessalia: sunt qui ab eo qđ est in pelopōneso dici putēt. Nam Calystonē Lycaonis Arcadis filiā Dianæ nympham a Ioue stupratam & a Iunone in vrsā cōuersam, cū Arcas fili⁹ sagittis cōficere vellet: cū illa in syd⁹ conuersus est: & is cynosura

Parrhasis. illa Elice dicit. Parrhasis: Arcadica a Parrhasio oppido. Axes obliquos, rotas transuersas. Iuue. Frigida circumagūt pigri sarraca bootę. Septem eñ stellę sic positę sūt vt formā plaustri cōficiant. Atria non ampla: paruam domū. Atrium vnde dicatur Fest⁹ docet. Cognati cōsanguinei. Voluentē fata: cogitantē sortē reipublicę. Cura insomni: vigili cogitatiōe. Cunctisq; timentē. Cato eñ tū natura tum stoica doctrina & vsu sic erat institut⁹: vt ciuiū patrięq; salutē suę p̄ferret: nihilq; sibi sed alijs metueret. Omnib⁹ expul. Oratio hęc in deliberatiuo genere est: q̄q̄ vt inquit Cice. Gen⁹ hoc causarū ex suasiōe dissuasioneq; constet: & suasori vtrūq; dicendū sit honestū & vtile esse & fieri posse. Dissuasori si alterū infirmauerit satis sit. Dissuasionē vtitur Brutus tanq̄ si videat Catonē in bella iā inclinatū. Exordit aūt a beniuolentia commēdando eius in virtute constantiā. Sola fides virtutis: in quo reperitur virt⁹ perfecta: quā reliqui hoies pellūt & fugāt. Quam turbine nullo. a qua nulla rerū perturbatione discedes. quippe vt inquit Horati⁹. Iustū ac tenacē p̄positi virū. Non ardor ciuiū praua iubentium: nō vultus instanti Tyrannis Mēte quatit solida neq; auster Dux inqeti turbid⁹ adrię. Si fract⁹ illabat orbis. Impauidū feriēt ruinę. Dirige labātē: cōsule vacillāti & icerto.

At non magnanimi perculsit pectora Bruti
Terror: & in tanta pauidi formidine motus
Pars populi lugentis erat: sed nocte sopora
Parrhasis obliquos Elice cum verteret axes
Atria cognati pulsat non ampla Catonis.
Inuenit insomni voluentem publica cura
Fata virum: casusq; vrbis: cunctisq; timentem
Securumq; sui: fariq; his vocibus orsus.
Omnibus expulsæ terris olimq; fugatæ
Virtutis iam sola fides: quam turbine nullo
Excutiet fortuna tibi: tu mente labantem
Dirige me: dubium certo tu robore firma.
Namq; alii Magnū vel Cęsaris arma sequant
Dux Bruto Cato solus erit. pacem ne tueris
Inconcussa tenens: dubio vestigia mundo?
An placuit ducibus scelerū populiq; furentis
Cladibus immistum ciuile absoluere bellum?
Quenq; suæ rapiunt sceleratæ in prelia causę.
Hos polluta domus: legesq; in pace timendæ:
Hos ferro fugienda fames: mundiq; ruinæ
Permiscēda fides. nullum furor egit in arma.
Castra petunt magna victi mercede: tibi vni
Per se bella placēt? quid tot durasse per annos
Profuit immunem corruptis moribus æui?
Hoc solum longę pretium virtutis habebis:
Accipient alios: facient te bella nocentem.

At nō magnanimi &c. Post lōgā senis lamentationē, docet qd ceteri egerit dicēs. At. i. sed terror. s. aduētātis Cęsaris. non p̄culsit. i. nō stupefecit: pectora Bruti magnanimi: qa ī tāta re fortis & impterriti: & Brut⁹ nō erat p̄s populi lugētis in tāta formidine, mot⁹ pauidi. i. tumult⁹ facientis pauere. Sed pulsat vt aperiantur, nō ampla. i. modica atria Catonis. s. mioris, cognati. s. sui: sub nocte sopora. i. tpe noctis quo aīalia sōno indulgere solēt: videlicet cū Elice. i. Vrsa maior, Parrahasis. i. Arcadica vt ī quā Calisto trāsformata fuerat, verteret axes obliquos. i. rotas trāsuersas: qa iā mediū noctis trāsactū erat. Brut⁹ sup. inuenit Catonē voluētē. i. cogitātē publica fata virū. i. virorū, & casus. i. pericula vrbis: cura insōni. i. p̄uigili cogitatōe: & timētē cūctis. i. p̄ cūctis: & securū sui. i. de se, quia mori nō formidabat qđ Vticę postea patuit, & Brut⁹ orsus ē. i. incœpit fari. i. alloqui

Catonē his vocibus,id est verbis. O Cato sola fides virtutis,id est cui soli confidit virtus:aut qui solus facis fidem: virtutis expulsæ & fugatę olim.i.a multo tpe,omnib⁹ terris. quam s. virtutē,nullo.i.nō vllo, fortuna nō excutiet.i.violēter expellet tibi.i.ex te: vllo turbine.i. vlla perturbatione:dirige tu me labantem.i. vacillantē mente,cū nesciā vtrū debeā in bellū pficisci,nec vtrius partes tueri:ideo tu firma me dubium,certo robore.i.firmamento consilij.Nam alij sequanī.i.esto sequantur,Magnum.s.Pompeium, vel arma Cęsaris:cum ei⁹ arma sequanī non ipm Cæsarem: solus Cato erit Bruto dux.honestius dicitur id in tertia persona q̄ in secūda ac prima.tueris ne i.defendis & suades pacē sup.tenēdā:tenens vestigia.s.tua, in concussa.i.fixa & nō titubantia.i.persistens in hęresi tua, mundo existente dubio.i.incerto:q.d.potes ne incōcussus psistere cum totus percutiatur mūdus.an placuit te immistum aut immixtum ducibus scelerū.s.Pompeio & Cæsari,& cladibus populi furētis absoluere bellū ciuile:q.d.certū est si bellum sequi voles q̄ absoluet:aut quia perficiet aut quia cito finiet: nam tecum victoriā afferes parti ad quā accedes.Q uęq3.i. vtrunq3 si tantū de ducib⁹:aut vnūquęq3 si de omnibus loquit: causæ suæ.i.ppriæ & priuatæ rapiunt in plia scelerata.i.scelere contaminata:quia sine peccato non contingerent intra ciues:dom⁹ polluta.s.per stupra & alia vitia:& leges timēdæ i pace.i.si pax esset qa per eas supplicia peterentur, egerūt sup.in arma, hos i.aliquos,& fames fugienda id est vitanda ferro.i.per arma,& fides,hoc est fidelis obseruatio coniurationis & promissionis: permiscenda.i.quæ non potest seruari nisi misceaī ruina mundi.i.ne simul mundus ruat:egit sup.hos in arma,& furor id est erinnys nullum egit in arma:& ita ipi petunt castra : alij Cæsaris,alij Magni: victi.i.coacti & inducti magna mercede:id est spe magnæ mercedis. Placent bella tibi vni.i.soli per se: hoc ē sine respectu præmij:q.d.id inhonestum esse cum alijs nō placerent nisi mercede. vnde addit.quid profuit te durasse per tot annos immunem.i.alienum a corruptis moribus æui.i. vitæ: quasi diceret parum:quia tu habebis hoc solum pretium virtutis tuæ:scilicet q̄ bella accipient alios nocentes scilicet prius q̄ bella gerant: & facient te nocentem cum iam sis innocens.

Robore ratione & stabilitate.Namq3 alij.breuissima narratio est. Pacem ne tueris.diuidit qđ suadere posset ab eo qđ dissuadet.Tueris ne pacem:vis ne in quiete te seruare. Tenens incōcussa vestigia:pstās in stabilitate & cōstātia tua etiā si nutet ruatq3 mūdus:quippe turpissimū est virtute pdito viro de gradu deijci vt in officijs Cicero inqt:hoc ē nō seruare cōstātiā. An placuit,dissuadet a turpitudine fugiēda:diuersis argumētis sūptis & a recto & laudabili ne eat i bella. Ducib⁹ scelerum:cōsulibus & Pompeio bellī authoribus. Absoluere,perficere. Videbaī eñ iniustū bellū esse nisi Cato in eo militaret. Q uęq3 suæ.Q uisq3 priuatis actus causis in bella festinat. Tu solus amore pugnādi accedes:qđ est cōtra virtutē tuā. Hos,distributio est. Polluta dom⁹, stupra q̄ in familias exercuerē. Leges timendæ in pace:metus iudiciorū:nam leges q̄ improbis inferūt pœnas inter arma silent & exerceri non possunt. Hos fer.fu.fa.alij inquit pauptate ducunī in bella:alij vt seruent fidē coniuratis etiā cū totius mundi ruina:nemo tñ est q̄ pro patria pugnandi amore proficiscatur. Furor,cupido pugnādi. Victi mercede:pmio ducti aut spe vitandi incōmodi cōsequēdi. Per se,nulla alia causa nisi pugnandi. Q uid tot durasse per annos. argumentaī q̄ tā faciat contra rectū q̄ cōtra laudabile:qa a pristina virtute deficiens in dedecus ruat Immunē,inexpertē vitiorū. Durasse:in virtute pseuerasse. Hoc solū.nil aliud consequeris ex tua virtute:nisi q̄ cū cæteri iā olim sint mali:tu nūc primū peccare incipias.

BEROALDVS.

At nō magnanimi Bruti. Cum tota vrbs trepidaret, solus Brutus fuit intrepidus.hic est ille Brutus:qui deinde Iulium Cæsarem cum alijs conspiratis interemit,in curia.genitus est Seruilia sorore Catonis:cuius filiam Portiam nomine habuit vxorem.de quo multa apud Plutarchū. Trax it aūt originē ab illo Bruto:qui regum Tarquiniorum fuit exactor. Parrhasis elice. Elice vna est e duob⁹ vrsis q̄ a grecis arctos dicunī in septētrionibus collocatæ: quā Elicē græci nauigantes sequunī. Vñ ait Ouidius. Elicen graia carina notet. Vt Poetę tradūt Elice fuit nutrix Iouis.hinc dicit Germanic⁹ in Arateo. Hic Iouis altrices elice cynosuraq3 fulgēt. Parrhasis dicitur ad oppido Arcadiæ. ita Ouidius loquēs de Calystone quæ in Vrsam cōuersa est ait Parrhasis erubuit. Cū verteret axes Septentriones nobis semp sunt, vt inquit Vergilius,sublimes. dicit plaustrū vt supra monstratum est quod vertitur maxime ante solis ortū. Vnde ait Iuuenalis. Frigida cir cūagunt pigri sarraca bootes. Atria non ampla. Atriū cuius diminutiuum est atriolum ab atro fumo dicitur vt interpretatur Seruius quoniā in atrio culina erat & in atrio epulabantur antiqui: vel dicitur atrium a populis Adriatibus vt ait Varro inuētoribus huius ędificij. Cognati Catonis. Auūculi & soceri. de Catone Vticense intelligit de quo paulopost multa. Publica fata virum. Animo voluebat Cato fata virorum publica:quib⁹ omnes erant obnoxij. Cunctisq3 timentē ne scilicet aliquid mali paterentur. quando enim dicimus timeo te intelligimus tanq̄ hostem: ne mihi inferas iniuriā:cū vero dicimus,timeo tibi :intelligimus tanq̄ amico:ne tu patiaris iniuriam. Fari orsus:id est loqui cœpit Brutus. Orsus enim modo significat cœpit:alias finiuit: vt inquit Seruius. Virtutis iam sola fides Laus est Catonis,in quo solo sit fides virtutis expulsæ omnib⁹ terris. Ita Valerius de Catone ait. Omnib⁹ numeris perfecta virt⁹. Turbine nullo:id est procella & tempestate atq3 aduersitate. Turbo eñ proprie vocatur repentinus flatus depressę nubis specu erumpens,cum fragore proxima queq3 prosternens vt scribit Plyni⁹. Mente labentem.i. vacillantem dubium & incertum. ita Tranqllus. Nisi ordinem labantem confirmasset Catonis oratio. Magnum scilicet Pompeium. Inconcussa.immobilia & firma. Dubio mundo: nutante propter bella cum partim Cæsarem partim Pompeium sequantur. Immistū,scilicet te o Cato. Ciuile absoluere bellū. Sensus est, an placuit tibi immisceri bello ciuili:quod si te immiscueris a nullo damnabitur. Ita bellū per se exitiale tu absolues. Q uęq3 suæ rapiunt. Sēsus est omnes qui vadunt ad bella ciuilia causas habēt propter quas bella desyderant: omnes enim sceleribus imbuti,probant & affectant ciuilia bella. Hos ferro fugiēda fames. propter egestatem currūt ad bellum: vt ferro famem effugiant. Hos,scilicet alios rapit. Fides permiscēda:quia multi fidē quam dederūt prestare nequeūtes cupiunt vt omnia confundantur. Tibi vni bella per se placent:tu o Cato nulla tali causa impelleris ad hoc bellum, sed per se tibi placet, & est cum interrogatione pronuntiādum. Immunem,exortem sine participatione vitiorum. Accipient alios,scilicet nocentes:

scelerati & nocentes ibunt in bella: tu vero o Cato efficieris nocens in bellis.

SVLPI. ¶ Nec tamē o superi. Implorat deos ne quē q̄ Cato sit occisurus: aut si quē, duces ipsius belli. Feralibus, mortiferis. Has manus. Emphasis: quasi dicat q̄ sanctę immaculatęq; sunt. Pila, tela. Ferant in cæca nube telorū: hoc ē cū alijs confundantur & in vanū pereat virtus tua ne te macules cæde sine magna reip. vtilitate. In cæca nube: in ignota multitudine. Ois fortuna, qualiscūq; euent⁹. Ingerit, immittit se suadetq; tibi clam & dependet a te: nā iusta eius partis causa videbitur quam sequeris: & illa victoriam assequet̃. Placet tñ magis vt legat̃ ingerat: vt sit sensus ois belli euētus submittat se tibi & tu bellū cōficias. Quis nollet. certe quisq; inimicoꝝ tū laudis suę causa tum dedecoris tui: in quē etiam ab alio cęsus culpā trāsferret. Melius. imunitatē bellorū & quietem ab ipius virtutis natura suadet: nā cū diuina & altissima sit: in pace sine pturbatione versari debet. Estq; supiorū argumentorū cōplexio quā similitudine firmat. Ages otia: eris quietus. Incōcussa, fixa & sine turbatione. qm̃ vt ait Lucreti⁹. Omnis enī diuū per se natura necesse est Immortali æuo summa cū pace fruat̃. Fulminibus ppior: imus aer fulminib⁹ infestat̃: latenterq; innuit vilibus & insipientib⁹ animis idē accidere. Propior, vicinior. Succēdit fulmib⁹: fulminat̃. Sed huic loco illud Horatianū videt̃ esse cōtrarium. Feriuntq; summos fulgura montes. Ima tellus: ipa terra q̄ ima est. Tractus flammarū: discursus coruscoꝝ ignium.

Olympus. Nubes excedit Olympus. In cælū nubes nō veniūt nec ab eis pturbant̃. potes & de olympo monte Thessaliæ intelligere: qui quidem tāta est altitudine vt eius cacumen venti non afflent nec hymbres attingant. Cōstatq; etiam (Solino authore) characteres in cinere sacrorū igniū quos illic quotannis facere solēt integros reperiri. Lege deum. Celsa oia quieta esse: minima vero & humilia turbari cōstituit deus. Q̄z lætę. acer ad permouendū Catonem stimul⁹. Si iueris inquit in castra, gratissimum Cæsari feceris: qui non ægre feret ꝙ Pompeium sequaris sed gaudebit ꝙ bellum pbes in eo ꝙ milites. Diuersa, contraria. Pars magna senatus. a turpitudine fugiēda argumentat̃: nā cū consules obediant Pompeio quia belli dux est: & Pōpei⁹ cōsulib⁹ qa priuatus: hoc est absq; magistratu est: solus Cæsar relinquetur liber: reliqui seruient. Cōsul. supple vterq; videlicet Lētulus & Marcellus. Sollicitant: vexant me vt militē sub Pōpeio. Proceres, primarij ciues. Quib⁹ ad. Cato. quib⁹ si Catonem adiunxeris solus Cęsar erit liber. Q̄z si. sed si sumus pro patria libertateq; pugnaturi: certe nec Cęsaris nec Pompeij nūc sum inimic⁹: sed pfecto bello ī victorē insurgā vt patriā Tyrānide liberē: qđ ppositū est execut⁹ Cęsarē occidēdo. Sacras: piētissima & gratissima verba. Arcano pectore deprōpsit secreta animi sui. Summum Brute. Cum suasoriæ partes sint honestum & tutū: alijq; tertio loco possibilitatem: alij necessitatem ponant: & Brutus dissuaserit ab honesto: Cato honestum illud fieri non posse

Nec tamen o superi liceat feralibus armis
Has etiam mouisse manus: nec pila lacertis
Missa tuis cæca telorum in nube ferantur.
Nec tanta incassum virtus eat: ingeret omis
Se belli fortuna tibi. quis nollet ab isto
Ense mori: quis alieno vulnere labens:
Et scelus esse tuū: melius trāquilla sine armis
Otia solus ages: sicut cælestia semper
Inconcussa suo voluuntur sydera lapsu.
Fulminibus proprior terrę succēditur aer:
Imaq; telluris ventos tractusq; coruscos
Flāmarum accipiūt: nubes excedit olympus.
Lege deum minimas rerū discordia turbat:
Pacem summa tenēt. Q̄z lętæ Cęsaris aures
Accipient: tantum venisse in pręlia ciuem:
Nam pręlata suis nunq̄ diuersa dolebit
Castra ducis Magni: nimiū placet ipe: Catoni
Si bellum ciuile placet. Pars magna senatus:
Et duce priuato gesturus pręlia consul
Sollicitant: proceresq; alii quib⁹ adde Catonē
Sub iuga Pompeii: toto iam liber in orbe
Solus Cæsar erit. Q̄z si pro legibus arma
Ferre iuuat patriis: libertatemq; tueri:
Nunc neq; Pompeii Brutū nec Cęsaris hostē
Post bellum victoris habes. Sic fatur: at illi
Arcano sacras reddit Cato pectore voces.
Summum Brute nefas ciuilia bella fatemur.
Sed quo fata trahunt virtus secura sequetur.
Crimen erit superis & me fecisse nocentem.

¶ Ne aut nec tamen o superi &c. Optat Brutus Catonis manus quas sanctissimas censet non contaminari tam tristi cæde dicens. Tamen id est tametsi bella facient non accipient te o Cato nocentem: tamen superi ne liceat id est probibete vt nō liceat: alij legunt nec liceat supple mouisse etiam has. s. tā sanctas manus: armis feralibus. i. letalibus & mortiferis: nec pila missa id est immissa in hostilem aciem tuis lacertis, id est brachijs robustis, ferantur in cæca nube. i. in confusa congerie telorum scilicet aliorum: nec tanta virtus eat incassum. i. in vanum. omnis fortuna belli ingeret se tibi. i. sequetur partes tuas aut eo quo te contuleris. q. d. omnis fortuna belli dependet a te: aut omnis fortuna belli ingeret. i. imputabit tibi se, id est exitum suum qui a te dependet. quis scilicet aduersæ partis, nollet mori ab isto. s. tuo ense: quasi dicat nullus, quia quilibet

gloriosum ducat telis tuis interfici. Iuxta illud Maronianum. Tu ne etiā telis moriere Dianæ? Et illud. Hoc tñ infelix miserā solabere mortē: Aeneę magni dextra cadis. putabant eñ gloriosum a glorioso interfici. Insuper ad inuidiā innocētię Catonis faciendā pessimus quisq; ab eo occidi vellet, & q̄uis labēs alieno vulnere. i. ab alio illato, quis nollet esse. i. cēseri tuū scel⁹ q. d. nullus, & ita vnusquisq; vellet. Tu ages melius. i. conueniētius, solus, bellātib⁹ reliquis, otia trāquilla sine armis. sicut sydera cælestia voluūt semp icōcussa. i. fixa & firma, suo lapsu id est q̄uis labantur: aer propior. i. vicinior terræ & nō cælo succendit. i. inflāmat fulminibus: & ima. i. infimæ partes, telluris i. terræ, accipiunt. i. patiunt, vētos, & coruscos tractus flāmarum. i. coruscationes & fulgura: olympus. i. cælum & etiam vt dicunt olympus mons Thessaliæ, excedit nubes, quia nubes non eleuant vltra mediā regionē aeris. Discordia turbat. i. confundit & vexat minimas rerum. i. minimas res: summa. i. summæ res, tenēt pacē lege deū, pro deorū. i. ex ordine & puidētia diuina nō nisi paruę res turbant. nā cælum & cætera æterna intrāsmutabilia sunt scd̄m phōs. Q̄z. i. q̄tū lętæ. i. gaudentes, aut læte. i. lætāter accipient aures Cæsaris tm̄ ciuē venisse in pręlia q. d. lætissime, nā nōnūq̄ dolebit. i. ęgre feret, castra magni ducis. s. Pōpeij, diuersa. i. cōtraria suis castris, esse p̄lata a te suis castris: sed sup. ipe placet sup. sibi si bellū ciuile placet Catoni. i. ex eo videbit honestū bellū mouisse q tu i eo licet aduersę partis eris. nā in ciuili bello cui non placet licet otioso esse. Magna pars senatus, & cōsul sup. vterq; Lentulus & Marcellus, gesturus p̄lia duce priuato. i. sub Pōpeio, sollicitant sup. me vt militē sub Pōpeio, & alij pceres sollicitāt me, quib⁹ adde Catonem i. teip̄m, sub iuga Pōpeij. i. sequētē Pōpeiū: iā solus Cæsar erit liber in toto orbe: quia Pōpeius est sub cōsulib⁹ eo q priuatus est: & cōsules & oēs alij militantes sub Pōpeio sunt sub eo: ideo q; solus Cęsar liber. q si iuuet. s. me, ferre arma pro legib⁹ patriis, & tueri libertatem. i. si non aliud ppositum est q̄ vt patria libera sit: tu habes me sup. nūc neq; hostē Pompeij nec Cęsaris post bellū habes me hostē victoris si sup. patriam occupabit. Brutus sup. fatur sic. At Cato reddit illi sacras voces sup. e pectore arcano. O Brute nos fatemur bella ciuilia sup. esse summum nefas: sed virt⁹ secura, eo q resistere nequeat, sequat eò quo fata trahunt. Crimen erit superis. i. imputabit eis, fecisse, & . i. etiā me nocentem, quia inuitus bella geram.

ostendit: quippe necessitate vrgente ne consilio quidem est locus vt Fabius ait. pręterea a militia cessare est cōtra aliud honestū: quia impium est ruenti patriæ non subuenire. Primum igitur necesse esse sic facere & non posse aliter fieri ostendit: inde si aliter fecerit impium furiosumq; fore demonstrat: quoq; sit ipe in patriam animo: & vt solus pro eius salute perire cupit & libertatē tueri cū lachrymis explicans, hostes patriæ in se prouocat & cum Pompeio statuit militare: ne ille solus vicisse videatur & in suam vtilitatem victoriā vertat. Summū nefas. Captatio beniuolentiæ. sensusq; est. Scelus est maculari bello ciuili sed virtus in ea nil sibi metuens sequetur necessitatē. Culpa autē sceleris refertur in deos qui me cogunt. nam in tantis malis nequeo metu non commoueri. Crimen, culpa. Et me, etiam me inuitum.

BEROALDVS.

¶ Cęca telorum in nube. In pręlio cum omnes tela iaculentur nullius apparet speciatim virtus, cum pila ferant in quadā nube telorum. Incassum. i. in vanum & irritum. Quis nolit ab isto Ense mori? quasi dicat omnes q vulnerabūtur, qui necabunt, te authorem o Cato vulnerum & mortis esse asserēt: q̄uis alieno vulnere labantur. Fulminibus propior terrę. Possidoni⁹ philosoph⁹ nō min⁹ quadraginta stadiorū altitudinē a terra esse tradit in qua nubila ac vēti nubesq; atq; fulmina pueniant. Inde purū liquidūq; & impturbatæ lucis aerē. Sensus est quēadmodū in summis elemētis supra lunā perpetua est pax atq; cōcordia, ita tu Cato agere debes otia sine armis. Imaq; telluris. i. partes inferiores ventis fulguribusq; turbant. Nubes excedit Olympus. Vt supra dixim⁹ mōs ē Thessalię tātę altitudinis vt nubes excedat. nūc Lucanus loquēs de cęlo alludit ad hoc. Minimas rerū. s. terrā, aquā, & aerē inferiorē: q̄ sūt minimę rerū mūdi respectu. Sūma. i. ipe mūdus, cælū, sydera. Pręlata. i. anteposita. Cęsar eñ nō dolebit q tu o Cato castra Pōpeij pponas suis: verū gaudebit bellū ciuile a te nō improbari. Duce priuato. s. Pōpeio: quem q̄uis esset sine magistratu, senatus tñ & cōsules ducē sequebant. Proceresq; alij. Proceres dicunt principes ciuitatis quia eminent in ea sicut in ędificijs capita trabiū q̄ pceres nominant: vt Seruius & Varro referūt. Sub iuga Pōpeij i. vt Pōpeio pareat. Post bellum victoris habes. Optima cōclusio: qua ostendit Brut⁹ se post bella ciuilia exacta fore hostē victoris siue futurus sit Pōpeius: siue Cęsar: quia cū victoria victores faciat insolētes, quicunq; erit victor ille volet inuadere imperiū & extinguere libertatē: pro qua asserenda ait Brut⁹ ego hostis efficiar victoris. quod deinde factum est. Cæsarem enim interemit vt vrbem vindicaret in libertatem. Arcano pectore . i. secreto corde: quod ceteris animalibus in medio pectore: homini tantū infra lęuā papillā turbinato mucrone vt Plynij verbis vtar in priora eminēs. In corde mēs habitat: & prima domicilia intra se animo & sanguini prębet. vt scribit Plynius in. xj.

Sydera quis mundūq; velit spectare cadētē
Expers ipe metus? quis quū ruat ardu⁹ æther
Terra labet mixto coeuntis pondere mundi
Compressas tenuisse man⁹? gētes ne furorē
Hesperium ignotę Romanaq; signa sequent
Diductiq; fretis alio sub sydere reges?
Otia solus agam? procul hūc arcete furorem
O superi: motura Dacas vt clade Getasq;

SVLPITIVS.

¶ Sydera quis mūdūq;. Exemplum ab impossibili. Expers metus: securus. & q̄uis Cato sapientissimus stoicus sit tamen metuere se fatetur: est enim magnanimi proprium timere: quod quantum & quādo timēdū. Terror aūt ipe si supra facultatem hominis est: quisquis eo nō commouetur inter furiosos reijcitur. Labet, nutet. Coeuntis, confundentis se. Tenuisse ma. cō. non extendere man⁹ i venientem ruinam & se tueri. Gentes ne. Argumētat a minori ad maius, pro pietate. Furorem Hesperiū: bellum ciuile Romanum. Diductiq; fre. separati. Furorem: ex insania impietatem. Motura: ad commiserationem & auxilia ferenda. Securo: non id

Metus in sapiente.

Securo me Roma cadat: ceu morte parētem
Natorū orbatū longū producere funus
Ad tumulos iubet ipe dolor: iuuat ignib⁹ atris
Inseruisse manus: cōstructoq; aggere busti
Ipsum atras tenuisse faces: nō ante reuellar
Exanimem q̄ te cōplectar Roma: tuumq;
Nomē libertas & inanem psequar vmbram.
Sic eat: immites Romana piacula diui
Plena ferant: nullo fraudemus sanguine bellū.
O vtinam cælicq; deis erebicq; liberet
Hoc caput i cūctas dānatū exponere pœnas.
Deuotū hostiles Deciū pressere cateruę:
Me geminę figāt acies: me barbara telis
Rheni turba petat: cūctis ego peruius hastis
Excipiam medius totius vulnera belli.
Hic redimat sanguis populos: hac cęde luat
Quicquid Romani meruerūt pēdere mores.
Ad iuga cur faciles populi: cur sęua volentes
Regna pati pereunt? me solū inuadite ferro:
Me frustra leges & inania iura tuentem.
Hic dabit hic pacem iugulus: finemq; laborū
Gentibus Hesperiis: post me regnare volenti
Nō opus est bello. Quin publica signa ducemq;
Pompeium sequimur? nec si fortuna fauebit
Hunc quoq; totius sibi ius promittere mundi
Non bene cōpertū est: ideo me milite vincat
Nec sibi se vicisse putet. Sic fatur: & acres
Irarum mouit stimulos: iuuenisq; calorem
Excitat in nimios belli ciuilis amores.

curāte. Dicitur eīm securus qui seorsum a cura est. Ceu morte. similitudo qua ifert se Romano funeri nolle deesse. Orbatum parentē natorū, priuatum. Producere funus: comitari lōgam pompam exequiarū. Inseruisse manus ignib⁹: rogum incēdere & ignem fouere Constructo aggere: composito rogo. Busti loci in quo cadauer comburit̃ a bene & vro quasi bene, hoc est multum vsti. Atras tenuisse faces. Vergilius. & subiectam more parētum Auersi tenuere facem. Ignibus atris: nigri coloris. Relinquam, te. Exanimem, dirutam & deletam. Nomen, quod mihi dulcissimū est. Sic eat, sic pcedat res. Immites, duri & inexorabiles: & hoc ex pietate in patriā dixit. Ferant piacula: accipiant peccatorum expiationem. Plena, etiā vt ego non desim. Nullo fraudemus sanguine bellum: nullum ei subtrahamus: & nullius mortis damno afficiamus. O vtinam, exclamatio. Erebi. i. inferni obscuri. Erebos grece ἔρεβος sine aspiratione scribit̃: a nomine ἐρεβεμνος quod est obscurus. Hoc caput, meipm. Damnatum in cunctas pœnas: vt omnium pœnas mea morte persoluerem. Deuotum Decium. Decius pater bello latino cum Manlio Torquato consul dijs manibus pro publica salute p Valerium pontificem se deuouit in medio p̄lio & facto in hostes impetu victoriam suis reliquit. Decius vero filius quarto consulatu suo per M. Licinium pōtificem se quoq; pari successu deuouit. Deuotū, addictū, deputatum stygijs dijs. Geminę acies, Pōpeij & Cęsaris. Figant, vulnerant. Barbara turba Germani & Galli qui cum Cæsare militant. Peruius, penetrabilis. Excipiā, recipiā. Hic me⁹. Luatur, purget̃. Quicquid meruerunt pendere: pœnas quas pati meruerūt. Mores vitia. Ad iuga cur faciles populi. cur qui seruire volunt pugnāt & interimunt̃. Me, libertatis propugnatorē occidite. Me me, congeminatio. Tuentē iu. ina. defendentē vanum ius hoc tpe. Hic iugulus: mors mea. Est eīm iugulus locus letalis in imo collo. Quin, cur non. De huius particulæ significatione Donatū lege. Nec non bene compertū est: nō bene etiam pro explorato habem⁹: q si victor erit Pompeius volet imperiū occupare. Sibi, ad suam vtilitatem. Acres stimulos. vehemētia incitamenta ad militādum. Calorem, feruorem, cupiditatem.

Decius.

Iugulus.

BEROALDVS.

¶ Sydera quis mundumq; velit. Sensus est quemadmodum quispiā nec vellet nec posset carere metu, si mundi machina corrueret ita ego inquit Cato toto terrarum orbe ī bella ruente non possem me abiungere: sed aliorum immiscebor sceleri. Mixto coeuntis pōdere mundi: id est natura rerū elemētisq; cōfusis in priscū chaos. Furorem Hesperium. i. Italicū & Romanū tumultū. Diductiq; fretis. reges inquit externi & mari disiuncti sequentur fata Romana: qualis Deiotarus: qualis Iuba: qui Pompeij partibus adhęserūt. Alio sub sydere: id est sub alia parte cęli. nam attollente se contra medios visus ter-

¶ Sydera qs. Argumentat̃ Cato se sub tāto tumultu nō posse quietū fore. Ordo ē. Quis valet: aut vt alij legunt: qs velit spectare. i. inspicere sydera sup. cadētia & mundū. i. cælū cadētem: ipe. s. existens expers metus? quis valet tenuisse man⁹ cōpressas. i. complicatas: quum æther arduus ruat: & cum terra labet. i. cadat aut nutet, pondere. i. mole, mūdi. s. vniuersi, coeuntis. i. in chaos redeuntis, misto. i. confuso? q. d. nemo: vnde addit. ne pro an, gentes ignotæ. i. externæ, & reges. s. gentium diducti. i. diuisi ab vrbe fretis. i. mari, existentes sub alio sydere. i. climate: alij legunt deducti fretis. i. per freta: sequentur. i. permittam ne vt sequentur furorem Hesperium. i. bellum ciuile in Italia ortum & signa Romana: & ego solus agam otia? q. d. non patiar. o superi arcete procul hinc. i. a me, furorē. i. insaniā mētis vt talia patiar: vt Roma motura id est concitatura

clade.i. per cladē, Dacas & Getas populos sub septētrione positos. Iacobus Bononien̄. legit Dahas: vt post Beroaldū notaui. me existente securo, ceu.i. veluti ipse dolor iubet parē tem.i. patrē, orbatū.i. orbum effectū, morte.i. per mortē natorū.i. filiorū, producere longum funus.i. pompā funebrē lōgo ordine cū stēmatis ductā, ad tumulos.s. natorū: & iuuat parentem ipsum.i. qđ dicūt in ꝓpria persona, inseruisse.i. occupasse manus.s. suas, ignibus atris.i. funebri rogo, & iuuat ipsum tenuisse.s. inter sepeliendum faces atras.i. funebres, aggere.i. tumulo qui fit ex terra aggesta, busti.i. sepulcri i quo cineres vsti repositi erant, constructo.i. iam cōgesto. Si itaq; hoc in priuato dolore facit parens, ego o Roma.q.d. parens mea, nō reuellar.i. vi distrahar a te, ante, id est prius q̄ cōplectar te exanimē, id est q̄ videbo te & rēpu. extinctā: & q̄ o libertas sup. Romana, ego prosequar.i. porro seu ampliter sequar, tuum nomē & vmbram inanem.i. nūc nullius efficaciæ: quia de libertate Romana tantum nomē restabat. Sic eat.i. procedat res: diui.i. dei imites.i. inclementes & nō placabiles nisi iusta pœna, ferant.i. accipiant, piacula.i. purgamina, Romana.i. pro vitijs Romanis debita, plena.i. non imminuta: nec quouis exēpto: nullo .i. nō vllo, nō fraudem⁹.i. ꝑ fraudē priuem⁹ bellū vllo sanguie. q.d. ne meo q̄dē q̄q̄ summ⁹ sim pacis amator. o vtinā liberet .i. placeret (Alij legūt liceret.) deis cœli.i. supis, & erebi.i. ifernis, exponere in cunctas pœnas.i. obijcere cunctis malis a cūctis Romanis ꝑ pœna cōmissorū obeundis: hoc.i. meum caput.i. vtinā possim pro oībus mori & sic placare deos. Caterue.i. acies hostiles, pressere.i. prostrauerīt, Decium.s. patrē & filium & postea nepotē, deuotū.i. addictū morti ob salutē exercitus, & ita tm̄ ab altera parte illi malū parabatur. verū geminę acies tā Cæsaris q̄ Pōpeij: figant.i. transfigant me, & turba barbara.i. barbarorū germanorū Rheni.i. a Rheno Cæsarem secutorū, petat.i. inuadat me telis.s. suis: ego peruius.i. pertransibilis & transfodiendus cunctis hastis, excipiā existens medius vulnera totius belli. & ita non vult vt se mutuo occidant. hic.i. meus sanguis, redimat populos. Quicquid.s. pœnę, mores Romani.i. vitia Romanorū, meruerūt: luatur.i. abluatur & persoluatur, hac.i. mea cæde. Cur populi faciles ad iuga.i. ad subiugādum.i. qui nullius imperiū recusant: & cur volentes pati sæua regna pereunt.s. mutuis vulneribus? quia adhærentes Cæsari parati erant illius dominationē pati: & adhærentes Pompeio. Pompeij. inuadite o Cæsariani & Pōpeiani, ferro.i. armis, me solum.i. vnum, me inquā tuentem.i. protegentē frustra, quia nimis debilis sum, leges.s. antiquas, & iura iania.i. inefficacia & quę deinceps nō obseruabuntur. hic, hic inquā.i. meus iugulus.s. incisus, dabit pacē & finem laborū gentibus.i. nationib⁹ & progeniebus, Hesperijs.i. Italicis. Non est opus bello volenti regnare post me.i. post necem meā: quia si nece mea contentꝰ fuerit poterit eā sine bello peragere: spōte em̄ & vltro me offeram. Quin.i. cur nō o Brute: sequimur signa publica.i. senatus populiq; Romani, & Pōpeium ducem? Nec cōpertum est bene.i. nondū exploratum est nobis & omnino certū si fortuna fauebit.s. Pompeio vt victor euadat: hunc quoq;.i. etiam hunc non solum Cæsarem promittere sibi ius.i. imperiū, totius mundi: hoc est monarchiam quā Cæsar postea occupauit: & quā tunc verosimile erat occupare cōstituisse: & ideo Pōpeius vincat me milite.i. militante sub eo, nec putet se vicisse sibi.i. ad suā vtilitatē vt ipse imperet: sed ad reip. libertatē tuendā. Cato sup. fatur sic.i. vt ꝓmissum est ad ipm̄ Brutū loquit: & mouit.i. excitauit acres stimulos irarū.i. inflāmauit animū Bruti acriter ad bella gerēda sub Pōpeio cōtra Cæsarē: & excitat calorē.i. incēdiū irarū, iuuenis.s. Bruti: qui, ꝓpterea q̄ iuuenis erat facilius accendebatur: nā senes vt sanguinē frigidiorem ita vim irascibilē sedatiorē habēt: excitat dico in nimios amores belli ciuilis: quia iam procliuis erat, cū Catonē adiret: sed eius oratione vehementius accensus est. sicut Maro dicit æneidos quarto. His dictis incensum animum inflammauit amore.

rarū globo efficitur vt nobis septemtrionalis plagę sydera nunq̄ occidant: cōtra meridianę nunq̄ oriātur. Septētriones em̄ vt scribit Plynius non cernit regio Troglodytice & cōfinis Aegypt⁹: nec Italia stellā canopū: nec quā vocant Berenices crinem. Dacos Getasq; populi sunt Thracię Scythicę de quibus supra dictū est. Ceu morte parentē natorū. Sensus est quēadmodū pater dolore stimulante funera natorum ꝓsequitur vsq; ad tumulū et eum iuuat inserere manus rogis in quib⁹ sunt arsura cadauera filiorū: ita ego inquit Cato, non ante reuellar & abstrahar a bello q̄ vrbis Romę morientē libertatē vltimo cōplexu ꝓsequar. Constructoq; aggere busti.i. facta pyra & lignorū congerie rogoq; cōposito. Atras faces.i. ferales quib⁹ rogi succēdunt. Et inanē persequar vmbrā libertatis. Dicitur inanis vmbra qn̄ est nomē sine re, oppressa.s. a potentioribus rep. vel inanē vmbrā dixit alludens ad mortē. quēadmodū em̄ mortuorū vmbræ inanes & sine corpe esse dicūtur: ita & libertatis extinctę vmbra superit. O vtinā cœliq; deis erebiq;. Sensus est vtinā inquit possem me deuouere pro pœnis quas cuncti passuri sunt: quēadmodū olim Decius se deuouit. Deis erebi.i. inferis vt supra dictū est. Deuotū hostiles Deciū ꝑssere cateruæ. P. Decius & Mālius Torquatus cōsules latino bello graui & periculoso nō ꝓcul a Vesuuij montis radicibus positis castris viderunt ambo in somnis quandā effigiē vtriq; dicentem ex altera acie imperatorē ex altera exercitū moriturū & qui copias hostiū, supq; eas seipsum deuouisset: eū victoriā habiturū. orta luce cū istud somniū inter se cōmunicassent cōsules, cōuenerunt vt ille morti se deuoueret: cuius in acie cornu laborare cœpisset: & in fugā verteretur. fata Decium deposcerunt qui velato capite dijs manib⁹ se deuouit cū pōtifex religiosum carmē præfatus esset: & in cōfertissima se hostiū tela iaculatus ab hostib⁹ oppressus morte sua victoriā Romanis peperit. Idē in bello Gallico Hetruscoq; fecit Decius filius patrē imitat⁹. historia refertur a Liuio Valerio & Cicerone. Deuotū appellat morti cōsecratū. Deuoti dicūtur illi qui spiritū vitam bona ꝓsalute amici, cuius sunt amicitię dediti, impendere non recusent: hos Sontiates Galli Soldurios appellant: vt scribit Cæsar in cōmētarijs. Hostiles caterue.s. latinorū. Geminę Acies, Cęsariana & Pōpeiana. Rheni turba. Galli & Germani sequentes Cæsarē. Petat.i. feriat. petere em̄ aliqn̄ significat ferire. Horatius. Dente lupus Cornu taurus petit. Perui⁹, penetrabilis. Hic sanguis.s. meus. Ad iuga cur faciles. quare inquit Cato debent perire illi qui sunt faciles ad ferēdum imperiū & iugum: cū solum me debeant inuadere ferro: qui dominiū pati non possum: qui iura quāuis nunc inania & sine viribus defendo. Iuguli. Iuguli sunt homini tantū vt dicit Plynius & sunt duo dexter & sinister, qui loc⁹ letalis est sub collo. Inde dicitur Iugulare. Nō est opus bello. qm̄ me defuncto nullus amplius erit assertor libertatis & q̄ ꝓ ea cōtra oppssores audeat dimicare. Si fortuna fauebit. vt.s. Pōpeius sit victor. Non bene compertum est

Deuotus

ordo eſt nec non.i. valde cōpertū eſt:hunc.ſ.Pōpeiū ſibi ꝑmittere ius.i.imperium totius mundi. Sententia eſt Ciceronis dicentis Pōpeiū ſi victor fuiſſet:non ſecus facturū fuiſſe ꝗ Cæſarē: qm̄ vterqꝫ regnare volebat. Ne ſibi ſe viciſſe putet. Ideo inquit Pōpeiū ſequi deſtinaui ne ſi vicerit, putet ſe viciſſe ſibi.i.priuato cōmodo ſed libertati. Cato hanc de Cęſare & Pōpeio ſolebat ferre ſententiam:ait ſe ſi Cæſar vicerit moriturū. Si Pōpeius, exulaturum vt Seneca ſcribit in epiſtolis ad Luciliū.Iuueniſqꝫ calorem.ſ.Marci Bruti generi.

IACO. Bononi. Dahæ. ❡In ſecundo volumine eiuſdē Pharſaliæ legitur.Motura Dacas vt clade Getaſqꝫ ſecuro me Roma cadat. Vbi legitur Dacas quia ſyllaba reluctatur,emēdamus Dahas. Dahę aūt populi ſuper ſcythas Scytharūqꝫ deſerta a Pomponio collocantur.Necnon a Strabone & Plynio memorantur. De quibus ita Cornelius Tacit⁹. Proſperiſqꝫ prælijs medias nationes ſubegit:ad fluuium Gynden, qui Dahas. Arioſqꝫ diſterminat. hęc Iacobus.Q uintianus aūt contendit Dacas legendū:itaqꝫ nihil mutaui.

Interea Phœbo gelidas pellente tenebras
Pulſatę ſonuere fores:quas ſancta relicto
Hortenſi mœrens irrupit Martia buſto.
Quondam virgo toris melioris iuncta mariti
Mox vbi cōnubii pretium mercesqꝫ ſoluta eſt
Tertia iam ſoboles:alios fœcunda penates
Impletura datur: gemias ex ſanguine matris
Permiſtura domus:ſed poſtꝗ condidit vrna
Supremos cineres: miſerando concita vultu:
Effuſas laniata comas:concuſſaqꝫ pectus
Verberib⁹ crebris: cinereſqꝫ īgeſta ſepulchri
Nō aliter placitura viro:ſic mœſta profatur.
Dum ſanguis inerat:dūvis materna peregi
Iuſſa Cato:& geminos excepi fœta maritos:
Viſceribus laſſis:partuqꝫ exhauſta reuertor
Iam nulli tradenda viro.da fœdera priſci
Illibata tori:da tantum nomen inane
Connubii.liceat tumulo ſcripſiſſe Catonis
Martia:nec dubium longo quęratur in æuo,
Mutarim primas expulſa an tradita tædas.
Non me lętorum ſociam rebuſqꝫ ſecundis
Accipis: in curas venio partemqꝫ laborum.
Da mihi caſtra ſeq:cur tuta ī pace relinquar?
Et ſit ciuili propior Cornelia bello?
Hæc flexere virum voces:& tempora qꝗ
Sint aliena toris:iam fato in bella vocante:
Fœdera ſola tamen:vanaqꝫ carentia pompa
Iura placent:ſacriſqꝫ deos admittere teſtes.
Feſta coronato non pendent limine ſerta:
Infulaqꝫ in geminos diſcurrit candida poſtes.

SVLPI. ❡Interea. Sole oriente Martiam domū Catonis veniſſe impetraſſeqꝫ ab eo vt iterū reciperetur in coniugē poeta iam narrat. Interea,dū Brutus & Cato deliberant. Fores,oſtia. Martia. (Martia.) Hæc Martij Philippi filia Catoni nupſerat:ſed poſt tres liberos ab ea ſuſceptos, conceſſa eſt Q uinto Hortēſio oratori qui in cauſis orandis ſecundū poſt Ciceronē locū obtinuit.de ea ſic in faſtis dicit Oui. Clari monumenta Philippi Aſpicis:vn̄ trahit Martia caſta genus.Martia ſacrifico deductū nomē ab Anco: In qua par facies nobilitate fuit. Scā̄ caſta,integra. Mœrens,dolēs. Buſto relicto: quæ a ſepulchro paulo ante diſceſſerat. Irrupit,ingreſſa eſt. Melioris mariti. nupſerat em̄ primū Catoni qui melior ꝗ Hortenſius erat. Vbi cōnubij pretium merceſqꝫ ſoluta eſt: vbi eſt matrimonij officio ſatiſfactū & ꝓles ſuſcepta:quę eſt matrimonij præmium:nam ad eā ſuſcipiendam inuētum fuit. Tertia ſoboles. Tres em̄ filios Catoni pepererat: & cū conceſſa fuit Hortenſio grauida erat. Fœcunda,parata ad procreandū. Alios penates.Hortenſij domū. Impletura, filijs. Geminas do. Hortēſij & Catonis familias. Permiſtura,cognatiōe iunctura. Nam Catonis & Hortenſij filij germani erāt. Condidit cineres. ſepeliuit Hortenſium. Concita, cōmota. Vultu.qui lacer erat. Effuſas ſolutas. Ingeſta cire. Ingeſtos ſparſoſqꝫ cineres habens in doloris & luctus argumentum. Non aliter placitura viro:ſi em̄ culta ad Catonē veniſſet eū offendiſſet. Viro, Catoni ꝗ fuit futuruſqꝫ eſt maritus. Dū ſanguis inerat. (Oratiōis qualitas.) Cōſtat hęc oratiūcula ex exordio petitione confirmatione & confutatione. Sāguis inerat:erā iuuenis.& per Ectaſim dactylū cōficit.nā tribrachū Heroicus verſus non recipit: vt nec iambum. Dū vis materna,dū mater eē poteram. Peregi iuſ.ca. obtemperaui tibi qui me Hortēſio tradidiſti:& eſt captatio beniuolentię a perſona ſua. Fœta, pręgnans: nā cū cōceſſa Hortēſio eſt,grauida erat authore Plutarcho. Laſſis viſceribus,defeſſo & iam ſterili vtero:ſum em̄ an⁹. Exhauſta partuqꝫ reuertor:euacuata filijs: quæ amplius nō concipiā & pariā. Da fœdera priſci illibata tori:concede cōiugium pudicū & abſqꝫ venere: eſtqꝫ honeſta petitio. Tori,cōiugij. Inane nomen connubij,ſine vllo effectu & vſu titulū. Tumulo liceat ſcripſ. Catonis Martia,meo. Nec dubiū nec dubitare hoīes poſſit an mea culpa tu me expuleris & repudiaueris:an ſponte tua Hortenſio me conceſſeris. In quo longo quęratur: apud poſteros. Primas tædas: primū maritū metonymia. Nō me. nō venio inquit vt fruar delitijs tuis ſed vt ſolicitudinis & laborū ſim particeps. Lętorū,rerū feliciū. Da mihi caſtra

❡Interea Phœbo. Interea inquit dū ſic Brutus cū Catone locutus eſt ſol aut dies & cum ſole Martia quodā Catonis vxor,

nunc post mortē Hortēsij pristinū torū repetens vt ex ordine apperiet qui talis est. Interea dū ita inter se agerēt Cato & Brutus, Phœbo. i. sole, pellente tenebras. s. nocturnas. i. cū iam lucescebat, fores. s. ædiū Catonis. pulsatę. s. a Martia aut eius comitibus sonuere. i. sonū fecerunt: quas fores Martia. s. Philippi filia & nuper Catonis vxor sed Hortēsio oratori concessa, sancta. i. incorrupta, nō ꝙ virgo esset intacta ab Hortēsio: sed ꝙ a nullo pręterq̄ a maritis: quorū cōmerciū non aufert vxori sāctitatem: mœrens. i. dolens busto. i. sepulchro cinerū bene vstoꝝ, Hortēsi pro Hortēsij, relicto. s. ab ea: quia a sepulchro secundi mariti reuersa est ad priorem: irrupit. i. pepulit aut impulit: Martia inquit, quondam existens virgo. i. integra toris. i. thalamo melioris mariti. s. Catonis. Mox. i. paulopost, vbi tertia soboles. i. tertia proles existens pretiū & merces cōnubij. i. ꝓpter quā matrimoniū potissimū inter ethnicos contrahit: est soluta. i. persoluta marito: quia tris illi in sinum effuderat liberos, ipsa Martia fœcunda datur. s. Hortensio, impletura alios penates. i. aliā familiā. s. domū Hortēsij, ꝑmistura geminas domos. s. Catonis & Hortensij ex sanguine matris. i. stirpe materna: sed postq̄ condidit vrna. i. busto. i. vrna. i. vasculo vstos cineres continente, supremos cineres. s. Hortensij supremo officio & iustis compositos, ipsa concita. i. cōmota, vultu miserando. i. qui facile misericordiam mereatur, & laniata. i. habēs laniatas, comas effusas. i. solutas more suprema lugētium: & concussa. i. habens cōcussum pectus, crebris verberibus: & ingesta. i. habens ingestos in capillos aut faciem suam, cineres sepulchri. s. Hortensiani. dicit autē ingesta cineres: vt Maro. Nodoq; sinus collecta fluentis: quia habitus licet pars non sit vt pars figurate construitur. non placitura, id est talis quæ nō fuisset placitura, aliter. i. nisi mœrens & deturpata venisset, viro. s. priori vtpote Catoni, mœsta sic. i. in talē modū ꝓfat. aut mœsta ꝓfat sic vt sequit. O Cato ego peregi iussa. s. tua, q̄ me alteri marito transmisisti habendā, dum. i. q̄ diu, sanguis. s. copiosus ad prolis susceptionē, inerat sup. mihi (est autē tribrachus in secundo loco) & dum vis materna, id est qua mater fierem inerat mihi. ego fœta. i. grauida aut pręgnans, excepi geminos maritos, id est semen duorū virorum: aut pertuli venerem duorū: ego autem reuertor iam visceribus lassis. i. effœtis & defesso vtero: exhausta partu. i. pariendo frequenter: nulli tradēda viro, id est nō eo aīo vt tradar viro ad opus venereū. da. i. concede mihi fœdera illibata, id est coniugium castum & pudicum, prioris tori. i. in quo olim proli operam dedim⁹. da tantum nomen inane connubij, id est famā sine re: liceat sup. mihi scripsisse tumulo. s. meo, Martia Catonis, subaudi vxor: hic sepulta est aut quid simile: nec quęratur, id est disputetur dubium. i. vt incertum: in æuo longo. i. longe post nos venturo: an ego mutarim pro mutauerim primas tædas, id ē priores nuptias, expulsa. s. a te propter culpam: an tradita. s. Hortēsio ꝙ me illi concesseris. q. d. abole me recipiendo hanc infamiā ne ob culpam credar repudiata: tu nō accipis me sociam, id est participem (Aldus legit comitē: quod licet forte aptius dicat: quia tamen nō est verosile ab auctore positū nō posui) lætorū id est lętarum reꝝ, & in rebus secundis. i. tempore pacis. da. i. concede mihi sequi castra. s. tua: cur ego relinquor in pace tuta id est in vrbe cum tu castra petiturus sis: & cur Cornelia Scipionis qui in Aphrica perijt filia & Pōpeij vxor, sit propior bello ciuili sup. q̄ ego. Hę. i. huiusmodi voces, flexere virū. s. Catonem: & q̄q̄ tempora sint (vel diceret sunt) aliena toris. i. nuptijs contrahendis: iam fato vocante Catonē in bella: tn̄ fœdera. s. cōiugalia, sola. i. sine pōpa, & iura carentia pōpa vana placent. s. Catoni: & placuit admittere sacris. s. matrimonialibus: deos testes. i. inuocare eos vt testes datę fidei. Serta festa. i. festiua, non pendent limine coronato, quia non erat coronatum neq; etiam pendebant: & infula candida non sup. discurrit, in geminos postes vt solebant in festiuis & lætis nuptijs.

sequi. Periculoꝝ etiam comitem ad Cornelię imitationem se offert. Cornelia, hæc eius Scipionis filia fuit qui bello ciuili in Aphrica perijt. Eam Pompeius post Iuliæ mortem coniugem duxerat. Flexere virū voces: exorauere. Aliena toris, non apta nuptijs: quia vterq; erat in luctu, & quia dies nō erat festus in quo viduę solebant nubere. Fato, necessitate. Sola fœ. sola coniugij fides. Iura ca. pō. nuptiæ absq; apparatu. Sacrisq; de. ad te. deos in sancto connubio inuocare. Solebant autem hos quinq;. Iouem adultum: Iunonem adultam: Venerē, Suadelam, & Dianam. Gręci vero hymenea ad quorum fere imitationem latini etiam Thalassiū siue Thalassionem in nuptijs repetebāt: non q̄dē ꝙ is deus esset sed ominis causa. fuit enim vir præclarus optimus & facetus cui in Sabinarum raptu cū egregia specie virgo a clientibus amicisq; adduceretur: ne alij illam eriperent, Thalassio se ducere clamabant: frequenter nomine repetito. & quia res successit in rei memoriā & omen, Thalassij nomen in nuptijs celebratur. siue ꝙ Thalassionem quasillum. i. calathum appellabant quē nupta cum lanificio secum ferebat. Festa co. non eo more quo alia solent fuere hæc coniugia celebrata: nihil enim ornati: nihil tumulti: nihil tibiarum: nihil frequentiæ adhibitum est, nulli propinqui: ne filij quidem interfuerunt: sed solo Bruto medio fœdera inierunt. Serta, coronę & frondes & rami portas non oranāt. Infulaq; in ge. stolam intelligit quæ a summa porta in formam infulæ, a qua fasciæ depēdent, in postes extendebatur. Est autem Infula mitrę species. vel indicat eū morem cuius meminit Plutarchus. Spōsam eñi introducentes pellem substernebant, ipsa vero secum colū ferebat & fusum: viriq; ianuā lana coronabat ac cingebat. Per infulā instrumenta illa lanea ex infula siue mitella dependentia potes accipere. & repete illud non.

Dij q̄ inuocabāt in nuptijs Thalassi⁹

¶ Phœbo pellente tenebras, id est sole oriente qui suo fulgore tenebras nocturnas expellit. Ita Vergilius. Humentemq; aurora polo dimouerat vmbram. Hortensi mœrēs irrupit Martia busto. Cato post diuortium Attiliæ Martiam Philippi filiam duxit vxorem vt Plutarchus ait. Q. deinde Hortensius Catonis familiarissimus cupiens beniuolentiā vinculo necessitudinis colligare petijt a Catone: vt sibi filiam Portiam vxorem traderet: quæ illo tēpore erat nupta Bibulo: eiq; duos filios pepererat: hoc cum Cato diceret esse iniquū Bibulo filiā eripere & illi tradere: non erubuit. Hortensius a Catone postulare vt sibi Martiam vxorem daret adhuc puellam, & ad procreandos liberos idoneam: cum ipse Cato ꝓlem numerosam suscepisset. Cum igitur voluntatem Hortensij intuerentur Cato non denegauit: & sic Philippo Martię patre hanc permutationem comprobante sponsalia inter Martiam & Hortensium celebrata sunt ipso Catone præsente. post aliquos mox ānos Cato Martiam recepit viduam defuncto Hortēsio relictam: cui cum curam rei familiaris cōmisisset Pompeium secutus est. Auctor Plutarchus. Hanc omnem rem nūc narrat Lucanus. Melioris mariti, scilicet Catonis. Tertia iam soboles, id est

BERO.

postq̄ pepererat Catoni tris filios: quod est pretium connubij: tradita est Hortensio, vt eius similiter domum impleret liberis. Geminas. quoniam filij Catonis & Hortensij sunt fratres ex eadem matre geniti. Supremos cineres, id est reliquias Hortensij. Contusaq; pectus, id est habens pectus contusum, hoc est percussum. figura poetica vt supra. ita apud Vergiliū. Nuda genu. Vis materna. s. ad procreandam prolem. Fœta. i. fœcūda vel pręgnans: nam grauida data est Hortensio. Fœta enī dicitur plena: vt apud Vergilium. fœta armis. Item dicit fœta q̄ peperit. Idē. Fecerat & viridi fœtam mauortis in antro procubuisse lupam. Exhausta, euacuata & cōsūpta. Illibata, sine coitu. Liceat tumulo scripsisse Catonis Martia. ita distinguendū est liceat scripsisse in sepulchro tale epitaphiū Martia Catonis. s. vxor, subaudi, hic sita est. Mutarim primas expulsa. sensus est si me nō recipis nunc dicar abs te fuisse expulsa quando me tradidisti Hortensio. Primas tædas. i. primum cōnubium. Faces enī quinq; vt supra dixim⁹ ex auctoritate Plutarchi pręferebanť in nuptijs. Da mihi castra sequi. Apd̄ maiores nostros ingenti turpitudini dabatur si mulier castra sequeretur vt inquit Seruius apud Vergilium dicentem. Sequiturq; nephas Aegyptia coniunx. Vnde nunc Martia petit se duci in castra exemplo Pompeij qui Corneliam secum duxerat, quā tamen deinde reliquit in Lesbo. Tempora q̄q̄ sint aliena toris, id est matrimonio. Torus enī lectus genialis intelligitur. Aliena, propter imminentia bella. Festa coronato. Nullę adhibitę sunt voluptates: nulli ornatus: nullæ coronę in postibus Catonis pepēderunt more maioꝝ. vnde ait Iuuenalis. Necte corona Postibus & dēsos per limina necte corymbos. Serta. Cum e floribus fierent serta à ferendo Seruię appellabantur: vt scribit Plynius. Infula candida discurrit. Repete illud non, vt intelligas non discurrit. Infulæ autem sunt vittę & ornamenta linea quibus sacerdotes in sacris vtebantur: & fores sponsorum ornabantur.

SVLPI. ℂ Legitimæ fa. sup. non stant. Nouæ nuptæ ignem & aquam vetabantur attingere. Patrimiq; & matrimi pueri tres ipsas comitabanť. vnus pręferebat faces, ex spina alba, quia nochu nubebant: duo nubentem tenebant. Pręferebantur autem singulis. v. faces: siue ob quinq; deos quos inuocabant: siue q̄ nō plures quinq; vno partu edunť: siue q̄a impar numerus visus est nuptijs cōuenientior. Par enī interuallum suscipit & eius paritas aduersatur ac repugnat: impar vero scindi non potest: sed si diuidatur semper cōmune aliquid relinquit. quinarius igitur proprius nuptialis quia impar numerus mas esse dicitur: par fœmina. hæc Plutar. Docet autem diuus Aurelius ex Varrone, q̄ cum mas & fœmina coniungebātur adhibebatur deus Iugatinus: cū nupta domum ducebatur Domiducus: vt in domo esset Domitius: vt maneret cū viro addebatur dea Manturna. In cubiculum inferebantur simulachra deorum vt ope illorum sine vlla difficultate virginitas auferretur. hi erant, Virginensis dea: vt virgini zona solueretur. Subiugus deus vt viro subijceretur. dea Prema vt subacta ne se cōmoueret & comprimeretur: & dea Pertunda quæ concuteret & penetraret. Itē Venus & Priapus. Iubebatur autem noua nupta super ingentem fascinum id est membrum priapi sedere: qui erat in loco altiori quem indicat poeta inquiens. Torus a. stratum pendulum & erectum in quod ascendebatur gradibus ebore ornatis. Vestis stragulum. Discriminat, diuidit & variat lymbis & lineis aureis. Matrona. quæ nuptam suscipiens coronaret, prohiberetq; limen calcare. Turrita, turriculis insurgens & ornata. Vetuit, nuptam: legitur etiam vitat: nam exemplo quodam sponsam vitare docebat Plutarchus: pede vltra exporrecto. qđ quidē ea ratione Plutarch⁹ fieri tradit: quia qui primas mulieres rapuerunt, sic eas domibus intulerunt non ingressæ sunt. an quia eo inuitę ingredi videri volunt vbi pudicitiam sunt amissurę: an id argumento est ipsas non sponte sed coactas domo egressas fuisse. Seruius ex Varrone dicit: ideo nuptas limen nō tangere ne a sacrilegio inchoarent si deposituræ virginitatem calcēt rem Vestę, id est numini castissimo

Nuptiaꝝ ritus.

Par & impar.

Dij nuptiales.

Legitimęq; faces: gradibusq; accliuis eburnis
Stat torus: & picto vestis discriminat auro.
Turritaq; premens frōtem matrona corona
Translata vetuit contingere limina planta.
Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorē
Luthea demissos velarunt flammea vultus.
Balthe⁹ haud fluxos gēmis astrinxit amict⁹:
Colla monile decēs: humerisq; hęrētia primis
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.
Sic vt erat mœsti seruans lugubria cultus:
Quoq; modo natos hoc est amplexa maritū.
Obsita funerea celatur purpura lana.
Non soliti lusere sales: nec more Sabino
Excepit tristis conuitia festa maritus.
Pignora nulla domus: nulli coiere propinqui:
Iunguntur taciti: contentiq; auspice Bruto.
Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore
Cæsariem: duroq; admisit gaudia vultu.
Vt primum tolli feralia viderat arma
Intonsos rigidā in frontem descendere canos
Passus erat: mœstāq; genis increscere barbā.
Vni quippe vacat studiis odiisq; carenti
Humanum lugere genus: nec fœdera prisci
Sunt tentata tori: iusto quoq; robur amori
Restitit. hi mores: hæc duri immota Catonis
Secta fuit: seruare modum: finemq; tenere:

Naturamq́ʒ sequi: patrięq́ʒ impendere vitam:
Nec sibi sed toti genitum se credere mundo.

¶ Legitimeq́ʒ. Graphice describit ea defuisse quæ in lętis nuptijs adesse solebãt & nõ minus diligenter commemorat quæ omissa sunt q̃ cõmemorasset si affuissent. Ordo autem depen det a superiore. Et faces legitimæ, id est quæ legitime nubenti bus pręferri solebant, sup. non stant, aut dicamus stant, id est otiosæ sunt & non exercentur: sed melius propter sequentia repetetur non, vt sit non stant, id est non sunt paratæ: & torus accliuis. i. sursũm tendens, gradibus eburnis, id est ex ebore factis in quẽ noua nupta in lætis nuptijs ascendere solebat: nõ stat in illis nuptijs, & vestis. i. stragulum non discriminat. i. nõ interdiuidit & distinguit, sup. torum auro picto, scilicet acu opera Phrygionũ. i. tale coopmentum non ponebatur tunc su per torum: & matrona gubernare solita sponsam, pmens frõtem, scilicet sponsæ, corona turrita, id est turriculis ornata, sicut in Francia liliolis ornatur: nõ vetuit contingere limina, sci licet mariti planta translata aut tralata. i. dũ trãsferret in domũ mariti: quia mali putabatur ominis: & flãmea sup. indumẽta, luthea. i. luthei coloris, tectura. i. abscõsura leniter. i. ita tenuiter vt tamẽ cõspici posset: pudorẽ timidũ nuptę. i. ruborẽ quẽ nupta timida ex verecundia contraxit, nõ velarunt tunc, vul tus demissos, id est in terram missos præ pudore. Et baltheus id est cingulum nuptiale, haud. i. non astrinxit gemmis. i. fibu lis gemmatis, amictus fluxos, id est diffluentes: monile decẽs id est aptũ ornamẽtum colli, non cingit colla: & suppara, id est superiora indumenta linea angusta. i. astringẽtia membra, hę rentia, id est inhærentia in alijs nuptijs primis humeris. i. primis humerorum partibus quæ se primæ offerunt inspicientibus, non cingunt lacertos, nudatos: quia neq́ʒ nudati erant neq́ʒ cincti supparis. Sed ipsa existens sic vt erat seruans lugu bria. i. ad luctum pertinentia, cultus mœsti quia funebris, quo q́ʒ. i. & quo (sunt enim duę dictiones vnde prima producitur: nec est tamen a quisq́ʒ sed a quo & q́ʒ complexa non composita vox) & modo quo est amplexa natos. i. filios, quos apud Catonẽ inuenerat, complexa est maritum. s. Catonem. purpu ra. i. vestis purpurea, obsita, id est circundata, lana funerea, id est lugubri & ad funus pertinenti, celatur, id est occultatur: & non conspicitur. sales, id est faceti sermones & ridicula dicteria, soliti, scilicet adhiberi nuptijs, non lusere, id est non fecerũt prętudia aut iocos: nec, id est & non, & maritus tristis, aut quia tristis tunc erat Cato, aut quia inuitus semper cogebatur audi re conuitia, non excepit, id est non audiuit, more Sabino, id ẽ Fescennino, conuitia festa. i. festiua scõmata. Nulla pignora domus, id est nulli filij Catonis & fortassis Hortensij, coiere. i. conuenerunt ad significandum iam vnã esse familiam, & nulli propinqui coiere, quia Cato & Martia iunguntur taciti. i. tacentes, aut latentes, contenti Bruto Auspice. i. præside nuptiarum pręsertim pro viro: cum pronuba sit pro sponsa. ille. s. Cato, nec dimouit ab ore sancto. i. inuiolato & rigidæ virtutis Cæsariem rigidam. i. rigorẽ indicantem, videlicet ob longam barbam (aut capillos promissos in faciem: sed malim de barba intelligi quæ Cęsaries dicitur q́ʒ cędi posset) & admisit gau dia, id est oscula aut festiuitatem nuptialem, vultu duro. i. rigi do: quia ipse passus erat canos. s. capillos, intonsos descende re in frontẽ rigidam, & barbã mœstam. i. indicẽ mœroris, increscere genis. i. maxillis suis: quippe, quia certe, vacat. i. otiũ & opportunitas ipsi ẽ vni. i. soli, carẽti studijs, id est fauore par tis vnius, & odijs alterius. i. qui nõ fuerat simultatibus & factionibus implicitus, lugere genus humanum, id est miserã sortem generis humani quod propter duorʒ ambitionẽ tot cladi bus erat afficiendum. Nec fœdera prisci, id est pristini tori sũt tentata: id est licet consuetudinẽ longã habuerat cũ Martia: & ita pronior ad eã esse poterat: tamen non habuit rem cum ea: & robur. i. rigida constantia, restitit quoq́ʒ. i. etiam amori iusto. i.

consecratam. Solebat pręterea noua nupta lu pino adipe postes mariti vngere: ne quid ma li medicamenti inferretur: vt Ply. ait. Solebat & mariti coma hasta discriminari: solebat & nu ces spargere tanq̃ puerilibus rebus renũtiãs. Cingulũ quoq́ʒ nouę nuptę ex lana ouis herculaneo nodo ligatum vxori dissoluebat: ominis gratia, q́ʒ Herculanus. lxx. liberos reli quisset: vt auctor est Festus. Iungebantur au tem in tenebris verecundiæ præsertim causa seruandę. Auctore Plutarcho. Non timidum, non velauit se flammeo. Flammeo enim ami citur nubens ominis boni causa, q́ʒ eo assidue vtebatur Flaminica, id ẽ Flaminis vxor: cui non licebat facere diuottium. Erat autẽ Flam meum velum coloris flammæ. Luthea. Lutheus color est ruffus dilutior: vt inquit Gellius. Pudorem timidum, ruborem quem trahit ex verecũdia mista timiditate. Demissos, inclinatos & verecundos. Baltheus, zona bul lis & gẽmis ornata, qua pretiosam vestem incingunt. Monile, colli ornamentum. Suppara. Supparus vt ait Festus est vestimentũ pu ellare lineum quod subucula, id ẽ camisia dici tur. Afranius dixit: Puella nõ sum supparos si induta sum. Nonius tradit Supparum esse lintheum femorale vsq́ʒ ad talos pendens: dictũ q́ʒ subtus appareat. Poeta tamen per sup para indicat maniculas q̃ a sũmo humero ad imũ brachiũ anguste producuntur. Hęrentia humeris, quę inhęrent & apparent in humero rum summitate. Angusta, stricta. Cingũt, cir cundant. Nudatos, seminudos, quia angusta Lugubria mœsti cultus, luctum & squalorem erat enim sordidata & pullata. Quoq́ʒ modo, eadem pietate & integritate. Purpura, vestis purpurea. Obsita, circundata. Teretiꝰ. Annis pannisq́ʒ obsitus. Sales soliti, ridicula dicteria quæ dici in nuptijs solent. More Sabino, more Fescennino. Fescennini eñ versus canebãtur in nuptijs ex vrbe Fescennina allati quæ a Sabinis trahebat originem: siue ita di cti quia fascinationem putabantur arcere. Catullus in epithalamio. Itẽ concinite in modũ nec diu taceat Fescennina locutio. Cõuitia festa, maledicta festiua. Excepit, audiuit. Nul la pignora, nulli filij Catonis & Martię. Coiere, conuenerunt. Auspice. Auspex est qui prę est nuptijs celebrandis. idẽ dicit & Paranymphus. fœmina vero pronuba appellatur. Q ñ q́ʒ vero Auspex est militię dux. Ille nec horri ficã. eodẽ horrore & squalore, quo erat Cato nuptias fecit. Horrificã, horridã & venerabilẽ. Cęsariẽ, quã nutrierat. Duroq́ʒ admisit gau dia. nõ tulit præ se lætitiã. Vt primũ tẽpus. in dicat ex quo fuit in luctu Cato. Tolli arma fe ralia, geri bellum ciuile sumptis armis. Rigidam, seueram. Increscere, valde crescere. Vni quippe. Ratio qua hunc habitum sibi assumpsit. Vacat, vacuũ est, & decẽs. Studijs odijsq́ʒ carenti: qui neq́ʒ gratia, cupiditate, aut ambiti one, neq́ʒ odio mouebatur sed ipso honesto. Nec fœdera prisci. nec cum vxore rem habu it: tantaq́ʒ fuit abstinentia: vt etiã ab honesta sibi venere tẽperauerit. Robur, cõstantia & cõ tinentia. Hi mores. De vita & moribus Catonis Catilinã Sallustij lege. Secta, institutũ &

Vngere postes.
Nuces spargere.
Cingulũ nuptæ.
Flãmeũ.
Flamica.
Lutheus.
Baltheus
Supparꝰ.
Fescenni ni versus.
Auspex.
Paranymphꝰ.
Secta.

habitus animi: dicta a seco quod est sequor & teneo. grece heresis dicitur. Immota, constãs Modũ, modestiam. Tenere, intelligere & prospicere. Naturamq; sequi. qua duce vt inquit Cice. errare non possumus. Patrięq; impendere vitam. i. mori pro patria: pro qua vt Cice. ait, vir bonus nõ dubitet mortem occumbere modo sit ei profutur⁹. Nec genitũ sibi: nec natum ad suam vtilitatem.

debito & legitimo. hi. i. huiusmodi fuerunt mores & hæc fuit secta, id est institutũ vitæ, immota. i. immobilis, Catonis duri. i. rigidi & infrangibilis: vt cuius constantię scdm Ciceronẽ in officijs cõgruit potius sibi mortẽ consciscere q̃ dominũ ferrẽ. fuit dico secta, seruare modum. i. temperãtiam atq; modestiam, & tenere, scilicet animo. i. pręmeditari finem, & sequi naturam vt qua duce errare nõ possumus modo deprauata non sit: & impendere patrię. s. cõseruandę, vitam: & credere se genitum esse non sibi, supple soli, sed toti mundo, id est ad vtilitatem omnium.

BEROALDVS.

¶Gradibus accliuis eburnis stat torus. repetẽ nõ. Torus autẽ genialis gradib⁹ eburnis ascendi solebat: & sic stabat accliuis. Eburnis, ex ebore. pretiosũ autem ebur est ex dentibus Elephantorũ: sed propter penuriam ceperũt ossa quoq; secari in laminas: vt auctor est Plynius. Et picto vestis discriminat auro. semp subaudi illud nõ. Vestes autem attalicas intelligit. Aurum eñ vestibus intexere in Asia inuenit Attalus rex. vnde nomẽ Attalicis inditum est. auctor Plynius. Turrita corona. Noua nupta corona turrita in honorẽ Cybeles ornata ibat ad maritum: quod in nuptijs Martię omissum est. Translataq; vetat contingere limina. Ianuę Vestę quę dea castitatis est dicata sunt. Vnde nubentes puellę limen non tangunt. Ne numini dicatum locum calcantes piaculum cõmittant pudicitiam deposituræ: vt scribit Seruius allegans hunc versum Lucani. Plutarchus vero ait, ideo sponsas maritalis domicilij limen nõ tangere sed sublatas ilico a præsentibus intromitti: vt vim illam quam Sabinis fœminis olim intulit Romulus testificarentur. Verum hæc religio a Martia obseruata non est. Luthea Flãmea. Flammea sunt velamenta purpurea: quibus nouæ nuptæ ornabantur ad velandum pudorem. Martialis. Flammea texuntur spõsę. & Iuuenalis. Lõgos habitus & Flãmea sumit. Pręterea Flãmeum erat vestimenti genus: vt apud Festũ. Luthea. i. rubicunda. Color eñ Lutheus, rubicundus: vt scribit Seruius. Baltheus. Cingulũ quo noua nupta cingitur dicit Ciniugilũ vt ait Festus. Zonã sponsę spõsus in toro soluebat. vnde ait Catullus. Quod zonã soluit diu ligatã. Monile. Segmẽtũ intelligit qđ est ornamẽtũ gutturis: vt ait Serui⁹. Hũerisq; hærentia primis Suppara. Suppara sunt vestimẽta linea puellaria vt ait Festus. Vñ Afrani⁹. Nunquid puella sum supparo si induta sũ. Pręterea suppara dicunt minuscula vela q̃ in alto oẽs habẽt naues. vt tradit Seneca. hic accipit ꝓ velo poti⁹ q̃ ꝓ camisia quo humeros tegebãt nouę nuptę. Quoq; mõ natos. queadmodũ osculo casto & amplexu pudico excipiebat filios ita amplexa est Catonem. Funerea lana. i. veste atra qua vtimur in funere. Soliti. s. in nuptijs. Sales: ioci, vrbanitates, dicteria. Catull⁹. Nulla in tã lõgo corpe mica salis. Nec more Sabino. Fescẽnini sunt versus procaces qui in nuptijs cantabantur: carmina in sponsum iocularia continentes. dicti a Fescenninis populis Sabinorum. vñ ait Catullus. Procax & Fescennina locutio. Contentiq; auspice Bruto. hoc sumptũ ex more Romano. Apud eñ Romanos Auspices in nuptijs interponebantur: veteris cõsuetudinis vestigia vsurpantes. Auctores Cicero & Valerius. Vñ ait Tranquillus. dote inter Auspices consignata. Dicũtur autẽ Auspices ab aue spicienda. solebãt eñ auiũ spectare volatũ. Ille nec horrificã. Cato ex quo die secutus Pompeium exijt vrbe neq; capillos neq; barbã deposuisse fert. vt Plutarchus ait. quod nunc docet Lucan⁹. Canos albentes capillos. Nec fœdera. i. coit⁹. Seruare modũ. vt ait Hieronym⁹, Optimus est in oĩ re modus & laudabilis vbiq; mensura. Naturamq; sequi. Hoc a Cicerone sępissime dictũ naturã esse sequendã tanq̃ optimã viuendi ducem. Nec sibi sed toti. Placet Stoicis homines hominum causa esse generatos. & vt præclare scriptũ est a Platone, Non nobis solum nati sumus: ortus quoq; nostri partem patria vendicat, partem amici.

SVLPITIVS.

Huic epulæ vicisse famem: magniq; penates
Submouisse hyemem tecto: pretiosaq; vestis
Hirtã membra super Romani more quiritis
Induxisse togã: venerisq; huic maximus vsus
Progenies: vrbi pater est: vrbiq; maritus:
Iustitiæ cultor: rigidi seruator honesti:
In commune bonus. nullosq; Catonis in actus
Subrepsit: partẽq; tulit sibi nata voluptas.

Edendi ratio. ¶Huic epulę. Laus a temperãtia. Nam vt ad Herenniũ Cicero ait. Esse decet vt viuas, nõ viuere vt edas. Estq; vetus Socratis dictum vt Seneca ait. Ede citra crapulã: & bibe citra ebrietatẽ. Vicisse famem, pellere famem, non oblectare se. Magniq; penates. domum habebat paruam non ad luxum & delitias: sed ad vsus vitę necessarios & vt esset ab hymbrib⁹ tutus. Hirtam, asperã & pilosam. More Quiritis Romani. more illorum Sabinorum: qui Quirites facti fuere ciues Romani. Quirites eñ a Curibus Sabinorum oppido dicti sunt: qui Romuli tempore in vrbem habitatum se contulerunt. Venerisq;. hinc solum coibat vt filios procrearet. Pater vrbi. fouebat enim & pientissime tuebatur eam. Marit⁹, fidus custos & socius. Rigidi honesti, seuerę virtutis. Quippe vt ait Sallusthius, Huic seueritas dignitatẽ addiderat. & paulo post. At Catoni studium modestiæ & decoris, sed maxime seueritatis erat. In commune, erga remp. & omnis homines. Subrepsit, subintrauit. nunq̃ enim in sua vita & in actibus suis voluptates admisit. Nata sibi. nam inficere eum non potuit.

BERO. ¶Magniq; penates. Vt inquit Valerius Cato

¶Huic epulæ. Prosequitur mores Catonis. Epulæ, sup. sunt huic, scilicet Catoni, vicisse famem. i. ideo edebat vt famem pelleret: & magni penates, id est lares, seu ędes sunt huic submouisse, id est vt possit submouere hyemem, id est sæuitiam cœli, tecto, id per tectum suum: & pretiosa vestis est huic induxisse super membra sua togam hirtam, id est pilosam, more quiritis, id est prisci ciuis Romani ex Sabinis orti. & maximus vsus veneris est huic progenies, id est ideo operam dabat Veneri vt progeniem excitaret. est pater, id est fautor &

nutritius vrbi, scilicet Romæ: & maritus, id est coniunx, hoc est socius vrbi: cultor iustitiæ: seruator, id est conseruator honesti rigidi, id est seueræ virtutis in se. Bonus, id est comis & vtilis in commune, id est in rempublicam. & voluptas nata, id est innasci solita mortalibus, in nullos, id est non vllos, nõ surrepsit aut subrepsit, id est non clam irrepsit in vllos actus Catonis. & non tulit sibi partem ex actibus Catonis.

¶ Interea trępido discedens agmine Magnus
Mœnia Dardanii tenuit Campana coloni.
Hæc placuit belli sedes: hinc summa mouẽtis
Hostis in occursum sparsas extendere partes
Vmbrosis mediam qua collibus Apenninus
Erigit Italiam: nullo qua vertice tellus
Altius intumuit: propiusq; accessit olympo.
Mõs iter geminas medius se porrigit vndas
Inferni superiq; maris: collesq; coercent.
Hinc Tyrrhena vado frãgẽtes æquora Pisę:
Illinc Delmaticis obnoxia fluctibus Ancon.
Fontibus hic vastis immẽsos concipit amnes:
Fluminaq; in gemini spargit diuortia ponti.

¶ Interea &c. Redit ad narrationem belli dicens. Magnus, scilicet Pompeius discedens, scilicet Roma, interea dum Cato Martiam recepit, agmine trepido, id est festino & anxio, tenuit mœnia Campana, scilicet in Italia, coloni Dardanij, id est Capuæ vrbis a Capy Dardanio seu Troiano dictæ. Hæc sedes belli, id est vbi bellum confirmaret, placuit, scilicet Pompeio: & placuit extendere hinc, id est ab hac vrbe aut sede, partes, id est cohortes ac copias sparsas, id est diuisas & ex diuerso venientes, in occursum hostis, videlicet Cæsaris, mouentis, id est molientis, summa, id est prælia, aut summa, id est difficillima quæq;, sup. ea parte qua Apenninus (Sic idonei scribunt. sunt tamen qui a pœno apœninus scribi velint) mons ille dirimens Italiam fere mediam, erigit, id est extollit Italiam mediam, id est in medio sui, collibus vmbrosis, id est iugis syluosis, qua scilicet parte: tellus, scilicet Italica, nullo vertice intumuit altius q̃, scilicet Apennini montis, & nullo vertice accessit propius, olympo q̃ illo. Mons. progreditur ad describendum Apenninum dicens: mons, scilicet Apenninus existens medius porrigit, id est extendit se inter geminas vndas maris inferni quod & tyrrhenum dicitur: & superi quod & Adriacum: & colles coercet sup. eum. hinc. i. ex vna pte, sup. sunt Pisæ frãgẽtes equora Tyrrhena vado. Illic. i. ab altera videlicet supera parte seu maris Adriatici, Ancon vrbs illa in piceno sup. est obnoxia. i. obiecta fluctibus Delmaticis, a Delmatia venientes. scribitur autẽ a Stephano Δελματία. hic. s. mõs cõcipit. i. gignit immẽsos amnes fluctibus vastis. i. valde amplis: q; pro et, spargit. i. diuidit flumina in diuortia. i. diuerticula gemini ponti. i. maris superi & inferi.

tonis domus erat ambitioni clausa. Induxisse togam. Cato sine calceis & tunica togatus tantum in foro cum familiaribus ãbulare solebat. vt ait Plutarchus. Venerisq; huic maximus vsus progenies. Venere nõ vtebatur ad voluptatem sed ad vtilitatem: vt scilicet liberos pcrearet. pgẽies ergo ei erat vsus Veneris. SVLPI.
¶ Interea. Perterritus Pompeius falso nuntio, breui Cæsarem esse Romam venturum fugam ex vrbe arripuit Capuam: vbi cum se natu se confirmauit atq; collegit: constituens legiones quas antea acceperat a Cęsare in Apulia hybernantes contra Cæsarem mittere: qui Arretium Pisaurum Fauum & Anconã singulis cohortibus iam occupauerat. Trepido agmine, timido impetu & motu vel multitudine. Mœnia Campana. Capuam quã Capys Troianus fertur ędificasse. vt indicat Suetonius & Vergilius in. x. & Capys hinc nomẽ Campanæ ducitur vrbi. Alij Capuam dictã volunt a camporum latitudine. alij a Capi, id est falconis augurio. Extendere partes: mittere & diuidere cohortes & copias. In occursũ hostis, contra Cęsarem mouentẽ bella. Apœninus, mons qui per mediam & vniuersam Italiam in longum extenditur. Qua erigit Liguriam/ Galliam/ Hetruriam/ Vmbram/ Picenos/ Brutios/ & Marsos intelligit. Nullo vertice: nullo monte & altitudine. Intumuit propius Olympo: erexit se vicinius cœlo. Mons inter. Apœnini mira descriptio: cuius dextrã partem esse dicit ad Tyrrhenum mare meridiemq; conuersam: sinistram vero ad Hadriaticum. Inferni Tyrrheni, quod est ab inferiori Italiæ parte. Nam orbis terræ in meridiem pẽdet. Superi. Hadriatici. Hinc, a dextra. Frangentes æquo. apud quos frangitur mare Tyrrhenum in locis vadosis & non profundis. Pisę dictę, a Pisa oppido in Achaia vnde sũt oriundæ. Nestoris enim milites ab Ilio renauigantes illuc delati eas condidere. Coercent col. stringunt ipsam Italiam, quæ vt ait Mela tota angusta est & alicubi q̃ vnde cœpit angustior. Plynius eam frondi quercus comparat. Ancon, oppidum in Piceno ad Hadriacum mare Cunero promontorio oppositum dictumq; ab Ancon quod, est cubitus: est ẽm in ipso littoris flexu. Obnoxia, repercussa: & quæ fugere fluctus non potest. Delmatios. a Delmatia venientes, quæ Macedoniæ regio est contra Hadriacum mare spectans. Hic, mons. Concipit amnes: gignit fluuios. In diuortia: in diuerticula & in diuersa maria: quæ quasi diuortio, id est discordia & diuisiõe quadam sunt separata. Gemini põti, Hadriaci & Tyrrheni.
¶ Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni. BERO.
Põpeius ab vrbe discedẽs cõtulit se vna cum cõsulib⁹ Capuã: vt Cicero & Cęsar ostendũt. Est aũt Capua Cãpaniæ caput: vt ait Liuius. quondã inter tres maximas Romã Carthaginẽq; numerata: vt inquit Florus. dicit Capua: vel a cãpo, vt ait Plynius. vel quia est Cãpanię caput & Metropolis vt auctor est Strabo. vel a Capy Troiano qui Capuæ fuit conditor: vt tangit Tranquillus. propter quod Lucanus nunc appellat mœnia coloni Dardanij. i. Troiani a Dardano filio Iouis & Electrę: a quo Troiani Dardanidę nuncupãt. Hinc sũma mouẽtis. ordo est. Placuit hinc extendere partes sparsas in occursum hostis. s. Cæsaris mouẽtis summa. i. cõcitãtis oĩa & molientis imperiũ. Apenninus. Apenninus mõs Italiæ amplissimus perpetuis iugis ab Alpibus tendens ad Siculũ fretũ p totã discurrit Italiam: vt scribit Plynius. ex Apennino flumina multa partim in Adriacũ partim in Tyrrhenũ ma

Margin notes: Capua. · Apœninus. · Pisę. · Ancon. · Delmatia. · Diuortiũ

re delabunt. de quibus multa nūc Lucan⁹ loquit: data narrandi occasione. Erigit Italiam. expressit altitudinē Apennini quem dicit propius hoc est vicinius accedere Olympo.i.cœlo. Mōs.s. Apennin⁹. Inferni superiq maris. Mare superū dicit mare Adriaticū. Inferū vero Tuscū. inter hęc duo maria pcurrit Apēninus. Pisę. Pisa siue Pisę, vtroq em nūero dicit, ciuitas est Hetruriæ orta a Pelope, Pisisq Pelopōnessi vt scribit Plyni⁹. Vn̄ ait Vergili⁹. Alpheę ab origine Pisę Gens Hetrusca solo. Frāgentes ęquora Tyrrhena: quia sitę sunt in littore inter Auserem & Arnū amnes. Illinc, ex latere maris Adriaci. Ancō. Ancona Siculis cōdita ē apposita pmōtorio Cumero in ipso flectentis se orę cubito: vt testat Plyni⁹. Dicit obnoxia fluctibus Delmaticis: quia verberatur vndis venientibus a pte Delmatiæ cui e regione collocata est. Delmatia em̄ pars est Illyrici: quæ ad mare Adriaticum spectat. Hic, scilicet Apenninus.

M. ANTONIVS SABELLICVS.

¶Hæc Beroaldus. ad quę verba Sabellici, quia breuia sunt, simul addā. Iussa (inquit) mihi tam posse sequi
q̄ velle necesse est: multa quidē volūt hoīes quæ obire nō possunt. Sed multo plura sunt, q̄ quia hoīes possint
Ex prio Pharsa. velle debēt: psertim si honesta sint: quare vide ne cōuerso ordine emēdatior sit lectio: vt sit tā velle mihi q̄ posse necesse est. Nec multo post scribitur. Castraq Vogesi curuā sup ardua ripā. Referuntq oēs ripā ad Mopsā
fluuiū: qui ex Vogeso monte labit: quū nulla interim fluminis fiat mentio. Dic rogo non multo melius sit cur
Rupē. uam rupē legere? vt mons decliuus & rupib⁹ pdit⁹ intelligat. Iā qd loco nō multū diuerso legunt. Cohibebant
Cohibētia. Lingones armis: si attentius spectes id verbū sine recto casu est, quare vide ne Cohibētia sit verior lectio: vt ad
signa referatur. Nunc inter Rhenū. neq nunc legerim neq tunc: quod quidā faciunt. Sed Hunc: vt ad Cæsa
Hunc. rem referas. Nec si quis Nemęum Phœbe leonē legat, satis emendate id faciat. Nemee, vnde vox est primam
Nemeęū. corripit. Martialis. Nemee frōdosa leonē. nisi forte pēthimemeri factū defendat: tu vide an Nemeęum multo
Minasq rectius legi possit. Quē tela manusq. Sed minas fortassis melius sit: nisi ad externa auxilia id referas q̄ Pharsa
Ex scdo. licę pugnę interfuerunt. Desiluit percussus humo. Sit haud dubie ordo & sensus durus nec multū distans a
nugatione si sic scripsisset poeta quasi desiliens fuerit in cœlū abiturus: & non ad ima. Pręterea cū desilit nōdū
Dissiluit. percussus humo est. Sed cur nō potius dissiluit reponat argutulus hic, pro desiluit: vt vnus aliquis percussus
& afflictus solo exanimatus sit dissilientibus visceribus. Verg. æraq dissiliunt. Perpende vim verbi & statue
vtrū velis. Quid illud? Illic Dalmaticis, nōne & videbis libeat ne Delmaticis poti⁹ legere q̄ Dalmaticis? Appi
Delmatia anus a Delminio Delmatiā noīatam existimat. Cuius opinioni astipulatur vetus epigrāma in ipsa terra nup
refossum. vbi prima syllaba noīs cū e litera notatur. Nec illud multū quadraret poetæ: si poeta sic scripsisset vt
Erix. legitur vulgo: eodē libro. Vt maris Aegęi medias si celsus in vndas Depellatur Erix. Erix Siciliæ mons est.
secundū Aetnam omniū qui in ea insula sunt maximus: vt Polybius scribit. At Sicilia procul ab Aegæo est
Athos. Ionij maris & Cretici vastitate interiecta. Vide proinde ne Anneus Lucanus Athos & nō Erix scripserit, qui
Deferret. ad Aegęum pertinet. Est is in ora Macedoniæ: qua Aegęo alluitur. Quid q ne hoc quidem placebit: In medi
Ex tertio um differret Athon: quin vt tua est solertia reponas fortassis deferret. nec inepte arbitror. Quo te Fabriti⁹
Regi. regni non vęndidit auro. Ego nō regni. Sed regi, Pyrrho videlicet proditū a Lucano suspicor: q̄q̄ haud mul
tum a vero distet id qd hodie legitur. tu vtrū malis videas. Talis quidem aut nō multum diuersa videri possit
particulę inflexio ī eo qd supra est. Nullasq feres sine sanguine sacro Sparsas raptor opes: vt sit ordo nullas fe
Nisi. res opes sine sacro sanguine: qd si recipias non erit quo sparsas referri possit: multo proinde verior sit lectio si
vbi sine est nisi reponatur: quadret em̄ haud dubie multo melius ordo si dicas non feres opes nisi sacro sangui
ne.i. tribunitio sparsas. Vides credo qualia hęc sint: tu qd sequi velis tecū statue. admonere est hoc: nō legē fe
re. Potes etiam ni graue est & illud pensitare: quando ita receptum est vt quoniam dictio carminis vnius inolu
Mistura. it eodem libro. Legitur enim. Ora tot immensæ comites missura ruinæ: an mistura æquior sit lectio: em̄uero
qui venerant non erant missura sed mistura comites immensæ ruinæ. Potest & illud venire in dubium scripse
rit ne poeta loco non multum diuerso: Conserta cadauera puppes: an conferta potius: & si vtrunq stare potest
Conferta laudabis fortasse magis cōferta. Multo audaci⁹ possis in hoc qd sequit tuū imponere iudiciū: vt vbi cōtiguo
Desedit. pene loco legere est Descēdit in vndas: desedit malis esse. Sed tā hoc q̄ qd sequitur videbis: probes ne magis
Ex q̄rto. abductū quoties: an quod recepta nunc habet lectio adductū? Et mox in quarto Abducto sine libentius au
Abducto dies quis nescit q̄ adducto. Parua quies miseris. cognosce quæ sequantur totūq locum altius rimare: place
Ex qnto bit haud dubie magis: parta q̄ parua. & infra magis fortasse pbes vētis pereuntib⁹.i. remittētibus q̄ patiētib⁹.
Parta. Pompeiana canat nostri modo militis vmbra. Vide ne noti sit magis probabile. nam cur nostri si ad Ericto
Pereuntibus. referatur? Iā & in septimo vbi illud est per varias fortuna notas: nisi casus & tēpestates intelligantur: verior
lectio videri possit natura. attende quæ sequuntur: & boni consule. Velis præterea libro eodem non mixta ple
Ex lib. vi be vt vulgo legitur tenere: an cōmixta potius. videbis postea: si quod cæteri teneas: sentire videaris tantum no
Ex li. vii. biles concidisse: quod fieri non potuit. Et totum mutare diem. dic rogo putas ne ab vllo fando auditum aut
Ex li. viij lectum aliquando: muto vestem pro eo quod est moueo aut excutio: muto vrbem pro cōcito & commoueo?
neges credo. qd si sic est cur non motare plus placeat: quod a moueo est? nisi forte malis accipere mutationem
pro exilio: vt dicat Pompeius se in aliam mundi plagam iturum vbi exul esse velit: quod omnino diuersum
sit ab eo de quo agitur. Par quæstio incidit ex eo quod eodem libro scribitur. At magni quum terga sonent: q̄
apte dicantur pectora sonare ferro, vides credo. Cur proinde non libeat suspicari librariorum incuria esse fa
Fouent. ctum sonent: pro eo quod poeta fouent scripserit: vt sit dum magni pectora fouent ferrum & non ferro, per
mansisse in eo decus oris. Nec illud multo magis placeat: vt ingenue dicam: quod ab Icario littore Cypri le
Idalio. gitur: quum Icarium mare nihil ad Cyprum pertineat: suspicabar a poeta Idalio fuisse scriptum: non Icario:
Promissa sed tu de his maturius statues. Tale est propemodum illud. Auroræ præmissa dies: sed aurora diei præmitti
tur: non dies auroræ. quare verior lectio videri possit promissa non pmissa: vt ab aurora intelligatur dies pro
mitti illius splendore. Legas præterea si totum locum spectes eodem loco inuersa tellure sedent non inuisa. &
si plane apparet: quid sibi velint huius lectionis assertores. Sed hi parum diligenter pendunt totum locum.
Ex lib. ix sic enim ille loquitur: si nondum ossa sedent subruta fluctu inuersa tellure.i. euersa. Qua niger astriferis
connectitur axibus aer. Vix sanæ mentis aliquis credat poetam astrorum scientiæ peritissimum astrorum

axes quum de planetis haud dubie loquatur dicere maluisse, q̄ apsides, quę sint extremę partes, & velut circū ferentiæ orbium: quibus planetæ vehuntur. vide igitur ne astriferis apsibus scripserit poeta ꝓ apsidibus: vt strilibus, pro strigilibus. De Apsidibus planetarum, vide Plinium. Quid q; proximo loco libentius legerim internos, q̄ ęternos: sed vtrūq; tibi integrū relinquo. Inqt ille alius, post te fata seq̄r: vide ne parū vere sic legatsitq; popularior lectio, quia verior, post tua fata sequar: vt te dicat qsquis fuit ille quē poeta facit loquentem nullum sequar ducem post tuam mortem: o Pompei te solum secutus in bella. Et hoc demum perspice, an attulit pro abstulit recte reponi possit vbi illud est. Qua pelago nomen nephelias abstulit helle. Audio qd abstulit sibi velit: sed verius videtur attulit: vt sit Helle suo appulsu morte obita nomen attulit pelago. sed hęc vt sępe testatus sum parenęsis est.

Apsibus.
Attulit.

In leuum cecidere latus: veloxq; Metaurus
Crustumiumq; rapax: & iūctus Sapis Isauro.
Senaq;: & Adriacas q verberat Aufid⁹ vndas:
Quoq; magis nullū tellus se soluit in amnem
Eridanus fractas deuoluit in ęquora syluas:
Hesperiamq; exhaurit aqs. hūc fabula primum
Populea fluuium ripas vmbrasse corona.
Cūq; diem pronum transuerso limite ducens
Succēdit Phaeton flagrantibus æthera loris:
Gurgitibus raptis penitus tellure perusta
Hūc habuisse pares Phœbęis ignibus vndas.
Non minor hic Nilo: si nō per plana iacentis
Aegypti Libycas Nilus stagnaret arenas.
Nec minor hic Istro: nisi q dū p̄meat orbem
Ister casuros in quęlibet ęquora fontes
Accipit: & Scythicas exit non solus in vndas.
Dexteriora petens montis decliuia Tybrim
Vnda facit: Rutubamq; cauū: delabitur inde
Vulturnusq; celer: nocturnęq; editor auræ
Sarnus: & vmbrosę Lyris per regna Maricæ
Vestinis impulsus aquis: radensq; Salerni
Culta Siler: nullasq; vado qui Macra moratus
Alnos vicinę percurrit in ęquora Lunę.
Longior educto qua surgit in aera dorso
Gallica rura videt: deuexasq; aspicit Alpes.
Tūc Vmbris Marsisq; ferax: domitusq; sabello
Vomere: piniferis amplexus rupibus omnes
Indigenas Latii populos: non deserit ante
Hesperiam: q cum Scylleis clauditur vndis:
Extenditq; suas in templa Lacinia rupes
Longior Italia: donec confinia pontus
Solueret incūbēs: terrasq; repelleret æquor.

SVLPI.

¶ Metaurus. Vmbrię fluuius. Crustumium, haud longe ab Arimino. Rapax, velox. Sapis, Cisalpinę Galliæ fluuius Senogalliā vrbem subterlabens, iuxta quem & Isaurus est. Senna, Gallię flumen. Aufidus, Apulię amnis ex Hirpinis oriens montibus, Canusium p̄terfluit. Verberat, quia violentus exit. Quoq; magis. Padus etiam quo nullus est maior in terris cecidit in læuum latus. Eridanus, fluuius qui & Pad⁹, ab Eridano rege, siue Phaetonte, qui dicebatur Eridanus dictus est. Deuoluit syl. eius violentiam indicat: nam cum aggeres riparum egreditur, Cum stabulis armenta trahit: vt ait Maro. Exhaurit Hesperiam. Quicquid enim aquarum est in Italia secum videtur arripere. nā multa in eum influunt flumina. Fabula. fama sup. est, videlicet hūc fluuium primū in ripis suis habuisse populos arbores. Allusitq; ad Phaetontiadas Phaetontis sorores, quę cum lugerent fratrē a Ioue p̄cipitatū in arbores versę fuerūt. Phaeton enim Phœbi ex Climene filius impetrato a patre curru solari, cum eum regere ignoraret, & mundū fluminib⁹ desiccatis solo Pado relicto cōbureret, a Ioue fulminat⁹ ē. Diē pronū, solē p̄cipitē. Trāsuerso limite, non recta via euntem. Flagrantibus loris, habenis & curru ardentibus. Succendit, cōbussit. Raptis, desiccatis. Pares vndas ignibus, quia tāto æstui resistere potuerūt. Nilo, Aegypti fluuio. Stagnaret: inūdaret, & in formā stagni redderet. Libycas, quas secum ex Libya trahit. Extenditur enim Nilus per Aegypti planiciē in maris similitudinem: non tamē q; habeat plus aquarū, q̄ ipse Padus. Iacētis, accusandi casus est. Istro. Ister qui & Danubi⁹ dicitur ex iugis Arnobę Germaniæ mōtis oritur, sexaginta fluminibus augetur, & mergitur in Euxinum sex ostijs, siue septem: vt alij tradunt. Permeat, circuit. Fontes, flumina. Quælibet, circa q̄ vagatur. In vndas Scythicas: in mare ponticum. Dexteriora petens. Aquæ q̄ ab Apēnini dextra cadūt, hæc conficiunt flumina. Tybrim, qui Tusciā ab Vmbris, Sabinis, & Latinis disterminās i Tyrrhenū exit. Rutubā, ex Apēnino in Tybrim fluentē. non desunt, q dicunt ꝓmontorio Monœco in finibus Ligurū esse propinquum. Cauū, ꝓpter riparū altitudinē. Vulturn⁹, q in Samnio oriēs p Cāpaniā saxa rapiēs labit̄, & Capuā alluit. Sarn⁹, Cāpanię fluui⁹ ad oppidū Samnū, q qcqd in eo cadit cū mora durat in saxū, & ꝓpe Stabiā mare Tyrrhenū ingredit̄. Nocturnęq; editor aurę, obscuri aeris emissor. Est eñ ea natura: vt & ipsæ paludes q̄s in planicie facit supra Pōpeianū nebulas gignāt. Lyris, nō lōge a Sora nascēs, & fibrenū accipiēs & terū, fregellas p̄terit, Miturnasq; diuidit, & effluit i Tyrrhenū. Imp̄ssis aqs

Metaurus.
Crustumiū
Sapis.
Senna.
Aufidus.
Eridanus.
Phaeton.
Nilus.
Ister.
Tybris.
Rutuba.
Vultunus.
Sarnus.

At postq̄ gemino tellus elisa profundo est:
Extremi colles siculo cessere Peloro.

Vestini. vestinis: in quem influūt flumina Vestinorū. Sunt autem Vestini Marsis Campanis Samnitibusq; contermini, & ad Sinuessam vsq; Falernum exporriguntur: vt docet Liuius libro decimo. Alteri in saltu Vestino Phalernum contingente agrum. Sunt & alij Picētibus, & Marsis cōiuncti. Maricę. Marica nympha Latini mater in Minturnensium littore tēplū celeberrimū habuit: a qua & oppidū nomen accepit. Horatius. Et innantem Maricę littoribus tenuisse Lyrim. Vmbrosę, syluosę Siler, Lucaniæ fluuius Salernum pręterit. dicitur & Silarus. Silius lib. viij. Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt Duriciē lapidum mersis inolescere ramis. Culta, arua. Macra. hic per Ligurum montes iuxta Lunam effluit in Tyrrhenum: & est innauigabilis: quia vadosus, & præceps. Moratus Alnos nullas, nullam retinens nauim. Luna vero est Hetruriæ oppidum nobilissimum, portu celeberrimo, & metallis abūdans. Lōgior ea, qua magis longus erigitur. Dorso, longa summitate. Gallica rura videt, despicit Galliam transalpinam. Alpes deuexas, montes inclinatos, & pendulos. Vmbris. Vmbria dicta q̄ hymbribus superfuerit: cōtermina est Hetrurię, & Piceno: hancq; Rauennam vsq; protendi consentiunt omnes. Marsi, populi montani Sabinos, Vmbros, Hernicos attingentes. Ferax, abundans. Domitus, aratus. Sabellos. Sabelli populi sunt, qui & Samnites dicūtur authore Strabone, & Plinio. Rupibus piniferis, monte ferente pinus. Indigenas, natiuos ab eo. Indigenę enī sunt, qui eo in loco geniti sunt, & non venerunt aliunde. igitur p indigenas habitatores antiquos accipimus. Non deserit, non prius terminatur, q̄ puenerit in siculū mare ad Rhegium vbi Italia in duo cornua scissa ē: respicitq; altero siculum pelag⁹, altero Ionicum. Templa Lacinia. Iuno Lacinia in Calabria colebatur in tēplo ditissimo atq; sanctissimo, quod ei constituit Hercules Lacinio latrone illic occiso. Lacinium etiam promontorium est, ibidem prope Petiliam, & Crotonam. Pontus, mare Ionium, & siculū. Solueret vō. dissolueret vicinitatem. Tellus, Italia cōiuncta Siciliæ. Elisa, exclusa, siue submersa. nam vt in tertio inquit. Quo mare tellurē subitis aut obruit vndis, Aut scidit. Et Strabo ait in terræ motu auulsam fuisse. Gemino profundo, Tyrrheno, & Adriatico. Extremi col. vltima pars Apennini. Cessere, in sortem venere: quoniam annexi sunt Peloro Siciliæ ꝓmontorio, qui denominatus est a Peloro nauis Annibalis gubernatore illic sepulto. Verg. lib. iiij. de hoc loco sic ait. Venit medio vi pontus, & vndis Hesperium siculo latus abscidit aruaq;, & vrbes Littore diductas angusto īterluit ęstu.

Marica. Siler. Macra. Luna. Vmbria. Marsi. Sabelli. Indigenæ. Iuno Lacinia. Lacinium.

BEROALDVS.

¶ In læuum cecidere latus. i. in mare Adriacū quod ex latere est sinistro Apennini. Metaur⁹ fluui⁹ est in ora Vmbrię. author Plini⁹. Crustumium fluuius est in ora octauę regionis Italię. Iunctus Sapis. Sapis fluuius est prope Rubiconem, qui iungit̄ Isauro fluuio Senaq;, fluui⁹ est ꝑpe Senegalliam. Aufi-

¶ In læuum cecidere. Docet flumina ex Apenino sparsa esse in diuortia. Nam Metaurus fluuius vmbrię, velox. i. rapidus, & Crustumium etiam flumē, rapax. i. rapidum, & Sapis, fluuius Italię (pro quo quidam Isapis perperam legunt: vt post Beroaldum videbitur.) iunctus Isauro. s. fluuio in Cisalpina Italis Gallia, nobis autem transalpina, & Sena Galliæ vrbs, aut Italiæ fluuius, & Aufidus Apuliæ fluuius, qui verberat. i. violenter influit, vndas Adriacas. i. maris superi, cecidere in læuum latus. i. sinistram costā Apennini. Quoq;. i., & quo, & Eridanus qui alio nomine dicitur Padus, quo nullum. i. nō vllum tellus. i. terra, non soluit. i. diffundit, aquas suas in vllum amnē scilicet alium magis, q̄ in ipsum Padum, deuoluit. i. deorsum voluit in æquora. i. maria: vt mare supeꝝ: syluas fractas, id est vi auulsas. vnde Maro in Geor. Fluuiorum rex Eridanus, cāposq; per omēs Cum stabulis armenta tulit. & exhaurit. i. euacuat, Hesperiam. i. Italiam, aquis. Fabula. i. fama, aut vulgatus rumor est, hunc fluuium, scilicet Eridanum, vmbrasse. i. vmbra texisse, ripas. s. suas corona populea. i. populis in morē coronæ positis. Vnde Ouidius. Populiferq; Padus &c. primum: quia apud eum primum natę finguntur populi. Et fabula est cum. i. quando Phaeton filius Solis & Climenes, ducens. i. dirigens, diem. i. solē, pronū. i. inclinatum, in terras, limite transuerso. i. ex transuerso relicto Zodiaco ingredientē, succēdit. i. combussit æthera. i. aerem superiorē, loris. s. equorum Solis, flagrantibus. i. ardētibus: & hoc gurgitibus. i. aq̄s, quæ erant super terram, raptis. i. desiccatis, aut potius conuersis in naturam ignis, per transmutationem: & tellure. i. terra perusta penitus. i. omnino: fabula inquā est hunc. s. fluuiū Italiæ Eridanum nomine, habuisse vndas pares. i. pari virtute ꝑditas, ignibus Phœbęis. i. solaribus. hic. s. Eridanus: non minor sup. est Nilo fluuio Aegypti, si Nilus non stagnaret. i. in morē stagnorum inundaret, & coadunaret arenas libycas. i. cōtractas ex Libya, iacentis. i. dispersas, per planam. i. planiciē Aegypti. Nec hic. s. fluui⁹ Eridan⁹, aut Padus, est minor Istro. i. Danubio, nisi q̄ Ister dum permeat orbem. i. magnam ptē orbis, accipit fontes. i. riuos, & fluuios casuros in quælibet æquora, circa quæ vagatur: & nisi q̄ Ister exit in vndas Scythicas. i. maris Scythici qđ & ponticū est, non solus. i. auctus multis alijs fluminibus: & hæc in læuum latus cadunt. Sed vnda petens decliuia. i. diuortia prona dexteriora. i. magis in dexterum latus tendentia, montis scilicet Apennini, facit Tybrim, scilicet notum fluuium, & Rutubam alium fluuium, cauum. i. profundi a luei dum plenus non est. inde. i. ex eodem mōte delabitur, & Vulturnus fluuius e Samnio ad Capuam affluēs, celer. i. rapidus: & Sarnus editor. i. emissor, auræ nocturnæ, id est obscuri, & nebulosi aeris, & Lyris fluuius nō longe a Sora, impulsus aquis Vestinis. i. e regionibus Vestinorum populorum Italicorum collectis, percurrit per regna Maricæ, scilicet oppidi a Marica dea denominati, vmbrosæ, quia syluosæ: & Siler fluuius, radēns. i. allidens, culta scilicet arua, Salerni. s. soli, aut oppidi: & Macra, scilicet fluuius, qui nullas alnos moratus. i. nullam sustinens nauim, aut scapham, vado. s. suo, quia pedibus sępe pertransibilis est, percurrit in æquora Lunæ. s. oppidi, & portus in confinio Hetruriæ, & Liguriæ. Apenninus dico existēs longior ea parte, qua surgit in aera. i. erigitur, dorso educto. i. ex tenso, videt rura Gallica, id ē extenditur vsq; ad Galliam Italicam, & aspicit Alpes deuexas, id est inclinatos montes humiliores illic, q̄ ipse sit. Tunc. i. deinde, ipse ferax Vmbris, & Marsis. i. ad vtilitatem illorum: aut ideo ferax: quia domitus Vmbris, & Marsis, & domitus vomere sabello, id est Sabellorum aratro, amplexus rupibus piniferis. i. ferentibus pinus, oēs populos indigenas Latij. i. in Latio ortos, & inde

oriundos:non deserit Hesperiam,id est Italiam, ante.i. prius q̄ clauditur,id est finitur cum vndis,scylleis,id est siculi maris in quo Scylla est:& extēdit rupes suas,in.i. vsq; ad templa Lacinia,quæ sunt in Calabria Iunoni dedicata, existens longior Italia:quia in Siciliā vsq; ptēsus:donec pontus.i.mare incumbens.i.discindens,solueret.i. segregaret confinia.s. Italiæ,& Sicilię, tunc continentis.vnde Vergi.æneí.iij. Venit medio vi pontus,& vndis Hesperium siculo latꝰ abscidit.& ęquor repelleret.i.absorberet,& disrūperet terras.at.i.sed,postq̄ tellꝰ.i.terra.s. Italica,elisa est.i.absorpta,aut abrosa gemino profundo.s.mari supero,& infero:extremi colles Apēnini,cessere Peloro.s.promōtorio,siculo.i.qđ est in Sicilia.& sic costam longo subduximus Apennino:vt a Persio citatur.

dus fluuius est Apulię:de quo Horatius. Lōge sonantem natus ad Aufidum. Labitur prope Cannas nobiles Romana clade:vt refert Liuius. Adriacas vndas.Mare Adriacū dicit̄ ab Adria colonia Hetruscorū:vt Liuius & Strabo tradunt. Eridanꝰ. Padus,q alio nomine Eridanꝰ nominat̄,e Vesulo mōte,pfluēs nulli amniū claritate inferior est:vt scribit Piniꝰ.triginta flumina in mare Adriaticū defert.a Vergilio dicitur fluuiorum rex Eridanꝰ. Vnde ait Lucanꝰ ꝙ tellus se magis soluit.i.aperit,in nullum fluuium. Hesperiā q; exhaurit aq̄s.ideo dicitur exhaurire.i. euacuare Italiam:quoniam triginta flumina defert in mare. Hunc fabula. Phaetontiades solis filiæ,cum flerent fratrem Phaetontem a Ioue fulmine extinctum,& in Padum collapsum,conuersæ dicuntur in arbores,quæ populi dicuntur. fabula nota apud Ouidium in secundo Metamorphoseos. Succendit Phaeton.quia cum currum paternum male regeret mundus flagrabat incendio. Flagrantibus loris,id est habenis equorum ardentibus.posuit partem pro toto. Hunc habuisse pares. Sensus est:cum tellus,& omnia flumina combusta fuissent incendio Phaetontis:solus Padꝰ habuit aquas pares ignibus phœbæis:quia non exaruerunt:quemadmodum aquæ aliorum fluuiorum. tamen Ouidius dixit:& Padum,& omnes fuisse exiccatos. Nilus stagnaret.Nilus quotannis certis diebus auctu magno per totam spaciatur Aegyptum, quā fœcundissimam reddit.iustum incremētum est cubitorum sexdecim. causas dicemus in decimo,ex auctoritate magnorum virorum. Ister. Ister alio noīe dictus Danubius alluit Illyricum,& sexaginta amnibus receptis in pontum Scythicum vastis sex fluminibus euoluitur: vt supra diximus ex authoritate Plinij,& Taciti. Non solus. quia accipit sexaginta flumina,quæ secū defert. Dexteriora petens,id est ex latere quod vergit ad mare Hetruscum. Vnda facit Tybrim. Tybris enim de quo supra,e media longitudine Apennini profluit. Rutubamq; cauum. Rutuba fluuius est Liguriæ prope oppidum Albium:vt scribit Plinius. Vulturnusq; celer. Vulturnum oppidum est cum amne Vulturno. Sarnus,fluuius est Campaniæ,alluens agrum Nucerinum:vt ait Plinius. Lyris per regna Maricæ. Lyris fluuius est diuidens Minturnas,Glanicus appellatus.excurrit autem vt refert Strabo in Lucū sacratum deę Maricæ:cuius meminit Augustinus.vnde ait Horatius. Et innantem Maricæ littoribus tenuisse Lyrim.Marica dea est ipsorum Minturnensium:vt Porphirio,& Seruius testantur. Vestinis impulsus aquis. Vestini populi sunt,per quorum agrum labitur Lyris.author Strabo. Radensq; Salerni culta Siler. Siler qui alio nomine dicitur Silarus,fluuius est a quo regio Italiæ tertia,& Lucanus Brutiusq; ager incipit:vt scribit Pliniꝰ. Salernum vero oppidum est in agro Picentino.& per agrū Salernum labitur Siler:vt scribit Strabo. Nullasq; vado qui Macra moratus.Macra fluuius est finis Liguriæ,& Hetruriæ:vt Plinius,& Strabo meminerunt.labitur inter Lunam,& Pisas in mare Tyrrhenum. Luna autem ciuitas est Hetruriæ prima,portu nobilis. Longior,scilicet Apenninus. Gallica rura videt,scilicet Galliam Cisalpinam. Deuexas alpes.quia Apennini altitudo ipsas alpes superare videt̄:adeo ꝙ alpes sint ei deuexę,id est deorsum inclinatæ. Tunc Vmbris Marsisq; ferax. Vmbrorum gens antiquissima Italiæ existimat̄:vt quos Vmbrios a Gręcis putent dictos,ꝙ hymbribus superfuerint.authores Plinius,& Solinus. Marsi vero populi sunt dicti a Marso Circes filio: vt scribit Gellius. Sabello vomere. Sabelli populi sunt Italiæ dicti a Sabinis conditoribus diminutiuo vocabulo:vt refert Strabo. Vergilius. Pubemq; Sabellam. Indigenas Latij populos. Latium habitatum est a pluribus populis colonis sæpe mutatis.tenuere alij alijs tēporibus:Aborigines:Pelasgi:Arcades:Rutuli:vt tradit Plinius. Indigenæ dicuntur inde geniti,qui non venerunt extrinsecus. Scylleis vndis. Scylla vt supra dictum,est saxum in freto Siculo. Apenninus autem tendit ad fretum siculum. In templa Lacinia. Italia duo cornua emittit:Leucopetram dextra,Lacinium sinistra. In promontorio fuit tēplum Iunoni dicatum:vnde Iuno Lacinia dicit̄ a Valerio. Donec confinia pōtus.olim Sicilia fuit pars Italiæ:sed impetus maris eā auulsit:vt inquit Iustinus,& cecinit Claudianus.Gemino profundo,id est supero,& infero mari. Extremi colles,scilicet Apennini. Siculo cessere Peloro. Pelorum Sicilię est promontorium vergens in Italiam:vt ait Plinius.sic nominatus a Peloro gubernatore nauis Annibalis:vt refert Mela.ait nunc Lucanus Pelorum eē extremam partem montis Apennini,qui auulsus sit cum Sicilia. Pelorum.

¶Sapis Isauro. Controuersum fuerit:sit legendum Sapis hoc in textu an Isapis:cum Strabonis codices euarient:græci inquā nō latini. Hermolaus Barbarus vir eruditissimus,& idem maximus Plinianæ lectionis assertor:dum quintum caput tertij naturalis historiæ libri castigat, hæc Strabonis verba sic legit. φασουέρτια δὲ καὶ σῆνα πρὸς τῷ σάπι ποταμῷ καὶ ρουβῖκωμι ἢ δη σουάπτουσι τῷ ἀρμίνῳ. Ideoq; in decimo quinto capite eiusdem libri Sapis vt prius scriptum erat,reliquit:genuinū fortasse ratꝰ authoris textum. At cum Paulus Aemylius famigerabilis Regum Franc.historię scriptor,sui Strabonis ad id videndi copiā nobis humanissime fecisset:in eo non πρὸσ τῷ σάπι nec καὶ σῆρα legimꝰ:sed πρὸσ τῷ ἴσαπι & καὶ καισῆνα:vt sit Isapis flu.& Cęsene vrbs:de qua Pli. Iunior in epist.meminit. Notauerūt & nōnulli apud Lucanū Isapis legendū:nullo fortasse authore fręti,præter Strabonem latinum:sed quibus nihil temere credidissem:propter ea ꝙ sine iudicio plurima,studio corrigendi,corrumpūt. Sit ne vero sic legendum,decernant alij. hoc notauerim:non quicq̄ castigandi gratia:sed magis monendi. Gyrardus Vercellanꝰ.

Cęsar in arma furēs nullas nisi sanguine fuso
Gaudet habere vias:nō ꝙ terat hoste vacātes

¶Cęsar in arma fu. Qua vi,& impetu Cęsar irrueret narrās poeta, metū ciuitatū explicat & vt Pompeiana præsidia sunt ex diuersis locis eiecta. Furens:furenti similis,& sæui- SVLPIT.

ens. Vias, aditum. Q non. ordo est non gaudet q. Terat, vastet. Vacantes hoste, in quibus præsidia Pompeiana nõ erant. Vacuos, sine hoste. Non perdat ipsum iter, non vastet agros quacunq itinerat. Conserta, connexa vt vno nondum finito inciperet aliud. Patẽtes, amice apertas. Nec tam patiente co. ar. pre. nec tam q transeat per agros oppidorum permissu: mallet enim illos vastare. Populetur, destruat. Pudet. ardebat enim omĩa violenter potius agere. Ciuem, amicum Romanum. Tunc vt. Vrbes inquit breui defecturæ ad Cæsarem sese muniebant. vt in hostem. Ancipites, incertæ cui faueant, & instabiles. Cessuræ, defecturæ, desituræ. Primo terrore: prio metu. Denso aggere, spissis munimentis se præparant, & muniunt. Abrupto, eminenti, erecto. Saxorumq orbes: rotunda saxa, quæ tormentis emitterent. Super, desuper, & loco eminentiori. Petant eminus: feriant a longe. Tela: sagittas, hastas, saxa, & quicquid longius iaci potest. Aptant, componũt. Pronior, inclinatior. Popul⁹, populi: synecdoche. Pugnatq minaci cum terrore fides, nam fidus quidem erat: sed metuebat Cæsarem: rixabantur ergo metus, & fides. Vt cum mare. Hauster Põpeio, mare populo, Eurus Cæsari comparatur: cursusq maris fidei populorũ. Possidet, perflat. Horrisonis, cum horrore sonantibus. Rursus, cõtra. Tellus, Strõgile in qua regnauit Aeolus, & in qua est ventorum antrum. Laxata, aperta. Pulsu tridẽtis, iactu sceptri: quo Aeolus ventos emittit. Vergi. Conuersa cuspide montem impulit in latus. Vtitur autem Aeolus tridente sicut Neptunus. Fluctib⁹, in mare. Nouo, Euro. Tenuere, secuta sunt. Nubiferoq polus. q̃uis Eurus pulso noto aerem possideat: tamen mare secundum notum se mouet, & tenorem pristinum seruat. Polus, aer nũc. Vendicat, acquirit, & retinet. Terror, metus Cæsaris. Dubiam, nutantem, & ancipitem. Gẽs Hetrusca. Cęsar ab Arimino. M. Antonium cum quinq cohortibus vt misit Arretium, Libo Scribonius qui pręerat Hetrurię in fugam se dedit. Nudata, spoliata militibus, & præsidio. Ius sui, potestatem de se.

Thermus. Pulso Thermo. Cæsar sic habet in commentarijs. Interea certior factus Tigniũ Thermũ prætorem cohortibus quinq tenere, oppidũ munire, omniumq Tigniorum eẽ optimam erga se voluntatem: Curionem cum trib⁹ cohortib⁹ q̃s Pisauri, & Arimini habebat mittit: cuius aduẽtu cognito diffisus municipij voluntate Thermus cohortes ex vrbe ꝑducit, & ꝑfugit: milites in itinere ab eo discedũt, ac domum reuertũtur: Curio omniũ summa voluntate Tignium recipit.

BERO. ¶ Q fregisse iuuat. Cæsar magis gaudebat q sibi vrbium portæ clauderẽtur tanq̃ hosti q̃ q paterẽt, tanq̃ amico. Varioq fauore ancipites. i. dubię, an ad Pompeium inclinarẽt an ad Cęsarem. Saxorumq orbes. Vegetius in libro quarto præcipit: vt saxa rotunda de fluuijs colligant: q͞a ꝑ soliditate grauiora sunt, & aptiora mittẽtib⁹. Emin⁹, a longe. Tela: quẽadmodũ hastilia missilia & sagittę.

Hesperię fines: vacuosq irrumpat in agros:
Atq ipsum non perdat iter: consertaq bellis
Bella gerat. non tam portas intrare patentes
Q fregisse iuuat: nec tam patiente colono
Arua premi: q̃ si ferro populetur & igni.
Concessa pudet ire via: ciuemq videri.
Tunc vrbes Latii dubię: varioq fauore
Ancipites: q̃q primo terrore ruentis
Cessurę belli: denso tamen aggere firmant
Mœnia: & abrupto circũdant vndiq vallo:
Saxorumq orbes & quę super eminus hostẽ
Tela petant altis murorum turribus aptant.
Pronior in Magnũ populus: pugnatq minaci
Cũ terrore fides: vt cũ mare possidet Hauster
Flatib⁹ horrisonis: hũc ęquora tota sequunt.
Si rursus tellus pulsu laxata tridentis
Aeolii tumidis immittat fluctibus Eurum:
Quis icta nouo ventum tenuere priorem
Aequora: nubiferoq polus concesserit Euro:
Vẽdicat vnda notũ. facilis sed vertere mẽtes
Terror erat: dubiamq fidem fortuna ferebat.
Gens Hetrusca fuga trepidi nudata Libonis:
Iusq sui pulso iam prodidit Vmbria Thermo.

¶ Cæsar in arma furens. Post digressionem qua Apẽninum, & flumina inde manãtia descripsit, prosequitur expeditiones Cæsaris dicens. Cæsar furens in arma. i. furiose affectãs bella, & stragem, nullas. i. non vllas, non gaudet habere vllas vias. i. transitus vllos, nisi sanguine fuso. i. nisi per vim. Non gaudet q terat. i. conculcet, fines. i. limites, Hesperię. i. Italiæ, vacãtes. i. vacuos hoste. s. ipsius Cæsaris, & q irrumpat. i. eo animo intret quo si sint obstantes, in agros vacuos: & non gaudet q nõ perdat. i. vastet, & destruat ipsum iter. i. quicquid in itinere habeat obuiam: & non gaudet q non gerat bella conserta. i. accumulata bellis: quia voluisset habere bella super bella: quia non tam. i. tantum, iuuat. i. delectat ipsum, intrare portas patentes. i. vltro apertas, q̃. i. q̃tum iuuet fregisse portas: nec tam iuuat arua premi. i. opprimi a se, & suis, colono patiente. i. tolerante. i. dum coloni omnia tolerarent, nec cõtradicerẽt, q̃. i. q̃tũ sup. iuuet si ip̃e populet̃. i. destruat, & spoliet arua ferro. i. gladio, & igni. Pudet sup. ipsum ire. i. ꝑgredi via cõcessa. i. vltro oblata, & videri ciuẽ. i. nõ haberi ꝑ hoste: sed recipi quo mõ amic⁹ reciperet̃. Tũc, post q̃ sic sęuo, & hostili aĩo grassat̃ Cęsar, vrbes Latij. i. Italię, dubię. i. incertę q͞d nã facerẽt, & ãcipites. i. dubię, vario fauore: q͞a aliæ alijs fauebãt: bñ aũt dicit ãcipites, q̃si vtriq capita. i. ãĩas ad fauẽdũ hñtes: q̃q̃ cessurę prio terrore belli ruẽtis. i. ꝑcipitãter initi (hũc versũ Ald⁹ addẽdũ docuit): tñ. i. q̃uis cessurę, tñ firmãt mœnia. s. sua, dẽso aggere. i. munimẽto ĩ morẽ aggeris extructo, aut in sĩlitudinẽ abruptę rupis cõposito: &

aptant orbes saxorum.i.saxa orbicularia,& rotunda, & aptāt ea tela, quae petant.i.adeant, emin⁹.i.a longe, quasi emissa manibus, super.i.desuper, hostem.s. volentem vrbē capere: aptāt dico.i.applicāt,& imponūt, altis turribus murorum. Populus.s. ciuitatū, pronior.i.inclinatior,& benignior sup.erat, in.i.erga Magnū.s.Pōpeiū,& fides.i.fidelitas,& fida ꝓmissio data reip. Romanae ab ipsis municipiis, pugnat.i.contendit, cum terrore minaci.s.a Cęsare orto, hoc est dubitabant an fidem seruent reip. Romanę sequēdo Pompeium: qui publica signa tenebat an cedant timori Cęsaris: vt animosioris, aut potioris arma sequendo. Sic dico pugnat: vt.i.queadmodū, quum.i. quando hauster.i. ventus ille humidus (vnde & notus dicitur) possidet mare, flatibus horrisonis.i.cum horrore sonantibus: tunc sup. tota ęquora sequuntur hunc.s.haustrum ita saeuientem. Si tellus rursus.i.ecōtrario, laxa.i.aperta, pulsu.i. ab ictu, tridētis.i. sceptri Aeolii quo vētos regit: vt Neptun⁹ tridēte suo ęquora immittat fluctib⁹.s. maris, tumidis.i. inflatis pri⁹ per haustrū, Eurū.i.alium ventum violentum: q̄uis ęquora.i.maria, icta.i. concussa, nouo.i.recenti vento.s.Euro, tenuere pro tenuerint, vētum priorem, scilicet Haustrum, seu notum, qui in humido plus potest: & q̄uis polus.i.aer, vt sicut cęlum pro aere, ita & polus pro eodem ponatur, cōcesserint, scilicet dominium, aut locum, Euro nubifero: tamen sup. vnda vendicat.i.sibi proprium seruat notum.i.haustrum vētum humidum. hoc est sic populus natura propēsus ad Pompeium tenuit partes Pompeii: licet timore Caesaris altissima occupantis, illi altiora concesserint: vt maria haustrum per naturam sibi conueniētem retinēt licet Eurus superueniens aerem occupet. sed terror, scilicet de Caesare, erat facilis, id est paratus, vertere, hoc est aduertendas mentes, scilicet hominum: & fortuna ferebat fidem dubiā, hoc est nutantem: quia gēs Hetrusca nudata supple est, hoc est spoliata, praesidio, fuga id est per fugam, Libonis scilicet Scribonii trepidi: & Vmbria perdidit ius sui, id est de se, hoc est libertatem: iam Thermo praefecto suo pulso, scilicet per timorem.

Pronior in Magnum. Populorum fides,& amor magis erat propensa erga Pōpeiū: sed metu Caesaris reprimebantur: quemadmodum mare vexatum ab haustro vento meridiano illi cedit,& q̄uis Eurus ex altero latere incumbat tamen aequora priorem ventum sequuntur. Pulsu tridentis Aeolii. Aeolus rex dicitur vētorum: quoniam ventorum rationem prim⁹ inuenit: vt inquit Plinius. Praeterea ex fumo Strongilę, quę est vna ex Aeoliis, quinam venti essent flaturi in triduū praedicebat: vnde existimatum est vētos Aeolo parere: vt Solinus, & Strabo tradunt. Aeolus ergo quādo emittere vult ventos, cuspide sui sceptri, hoc est tridentis laxat, & aperit claustra,& carcerem quibus vētos frenat: vt cecinit Vergilius. Eurum, ventum orientalem. Quis icta. ista dictio q̄uis iūgitur participio icta. ita apud Vergilium. Vt q̄uis auido. Notum.i. Haustrum. dicitur enim not⁹ ab humore: vt refert Gellius. Gēs Hetrusca. Hetruria regio est Italiae: alio nomine dicta Tyrrhenia a Tyrrhēo Lydio: vt ait Strabo. Aliter Tuscia a sacrifico ritu: vt docet Plinius. Hetruriam autē fugato Scribonio Libone Picenum quoq; & Vmbriam primo impetu Cęsar occupauit. Trepidi Libonis. Hic est ille Scribonius Libo Pompeian⁹ per quem Caesar cum Pompeio de pace tentauit: vt ipse scribit in primo Commētario bellorum ciuilium. Pulso Thermo. Thermus prętor Tignium oppidum Vmbriae cum cohortib⁹ quinq; tenebat. Caesar Curionem misit: cuius aduentu cognito Thermus ex vrbe profugit. Curio omnium summa voluntate Tigniū recipit. Caesaris audito conuersus nomine Sylla. Faustus Sylla.L. Syllae dictatoris filius Mauritaniam prouinciam obtinuit. Verum cum a Philippo tribuno plebis impediretur: & Caesar aduentare diceretur: a Pompeio conuersus est ad Caesarem. vnde a Lucano dicitur Sylla filius non gerere bella ciuilia felicitate paterna, qui Marianas partes funditus profligauit.

Nec gerit auspiciis ciuilia bella paternis
Caesaris audito conuersus nomine Sylla.
Varus vt admotae pulsarunt Auximon alae:
Per diuersa ruens neglecto moenia tergo:
Qua syluae: qua saxa fugit: depellitur arce
Lentulus Asculea: victor cedentibus instat:
Diuertitq; acies: solusq; ex agmine tanto
Dux fugit: & nullas ducentia signa cohortes.
Tu quoq; cōmissę nudatam deseris arcem
Scipio Luceriae: q̄q̄ fortissima pubes
His sedeat castris: iam pridem Caesaris armis
Parthorum seducta metu: qua Gallica damna
Suppleuit Magnus: dūq; ipse ad bella vocaret:
Donauit socero Romani sanguinis vsum.
At te Corfini validis circundata muris

¶ Sylla. Faustus Sylla, Syllae felicis filius, audita Caesaris fama statim fugam arripuit. Auspiciis paternis: qui fugare,& vincere sortitus est. Varrus. Actius Varrus, Auximon oppidum cohortibus introductis tenebat, delectoq; toto piceno circummissis senatoribus habebat. Aduentu Cęsaris cognito, decuriones Auximi ad Actium Varum conueniunt: docent sui iudicii rem non esse: neq; se, neq; reliquos municipes pati posse. C. Caesarem imperatorem bene de rep. meritum tātis rebus gestis oppido moenibusq; prohiberi: proinde habeat rationē posteritatis,& periculi sui. Quorum oratiōe permotus. M. Varrus praesidium quod introduxerat ex oppido educit,& profugit. hunc ex primo ordine pauci Cęsaris consecuti milites cōsistere coegerunt, cōmissoq; praelio deseritur a suis Varrus: nonnulla pars militum discedit: reliq ad Caesarem perueniunt. Alae admotae, cohortes propinquae. Pulsarunt Auximon, pedib⁹ calcarūt agrū Auximi oppidi. Neglecto tergo, nō habito respectu sequētiū. Lentul⁹. Lentulus Spinther decē cohortibus tenebat Asculū oppidū in piceno: q Caesaris aduētu cognito, ꝓfugit, cohortesq; secū adducere coact⁹ a magna militū parte deseritur. Dicim⁹ aūt Asculū,& Esculū. Victor, Cęsar. Instat ce

SVLPI. Sylla Faustus. Actius Varrus.

Lentulus Spinther.

dentibus: persequitur fugientes. Diuertitq; acies, abducit illius cohortes. Dux: Lētulus. Et signa, hoc est signiferi. Tu quoq;. Scipio quoq; Pompeij socer prǽfectꝰ Lucetię oppido in Venetia ꝓpe Adriam fugam arripuit, q̃q̃ haberet secum milites, & cohortes eiꝰ primę legionis, quã Cęsar Pompeio restituerat: vt in bellum Parthicũ mitteretur. Pompeius enim rogatu Cæsaris qui maiorẽ Galliæ motum expectabat, duas ei legiões misit: primã q; confectã ex delectu ꝓuinciæ, tanq̃ ex suo nũero dedit. inde ex senatusconsulto cõstitutũ est: vt ad bellũ parthicũ: legio vna a Cnæ. Põpeio, altera a Cæsare mitteretur. Ita hę ambę a Cęsare sunt abductę. Cẽseo aũt Lucetiæ legẽdũ: tũ q̃a añ captũ Corphinũ nihil i Apulia metuere potuisset: & postq̃ Cæsar Domitiũ cepit cõstet Põpeiũ iuisse Luceriã, & inde Canusiũ, & Brũdusiũ petiuisse: vt Cęsar in cõmẽtarijs tradit. Cõmissæ, traditę tibi, & cui tu ꝑeras. Nudatã, spoliatã ꝓsidio. Pubes, iuuentus. Seducta, subtracta. Armis, potẽtię exercitibꝰ. Metu Parthoꝝ, ob bellũ Parthicum. Dãna Galli. q̃m Tituriꝰ Sabinꝰ, &. L. Cotta cũ magna militum ꝑte fuerãt a Gallis occisi. Suppleuit, reparauit, & in supplemẽtũ dedit Dũ, quousq;. Vsum Romani sãguinis, vsũ illius patrię legionis, q̃ in ꝓlio vulneraret̃. Socero, Cæsari. At te cor. L. Domitiꝰ Aenobarbi filius successor imperij Cęsaris a senatu destinatꝰ cũ Corfini ꝑesset cũ. xx. cohortibꝰ: tredecimq; alias ad eũ Iubilius adduxisset, quũ primũ Cęsarẽ venire vidit, cohortes q̃nq; ad põtẽ fluminis excidẽdũ ꝑmisit: q̃bꝰ repulsis a Cęsarianis, & cum alijs intra oppidum coactis Cæsar castra ad muros posuit: dũq; munitiones ad obsidionẽ expugnationẽq; expediret, & Domitius a Põpeio ad quẽ scripserat certior factus, ne rẽ in summũ discrimẽ adduceret: & si posset cũ oĩbus copijs inde facesseret: fugã clãdestinã appararet: a suis est cõprehensus, & Cæsari cũ oppido traditꝰ. Eũ vero cũ oĩbꝰ pecunijs rebusq; suis quocũq; libuisset Cæsar abire concessit. Corfini. Corfinum oppidũ pelignoꝝ septẽ miliũ passuũ Sidmone distat. Classica, tubas, & cõcẽtũ earũ. Tyro oppositus. hi erãt milites illi quos Põpeiꝰ locauerat in foro ne quis tumultus populi cõcitaret̃ dũ ageret̃ causa Milonis: nõ q̃dem q̃ essent cõtra Milonẽ positi, sed in cõspectum ipsius. inq̃t. n. Cicero. Q̃ꝫ q̃ ꝓsidijs salutaribꝰ & necessarijs septi sumus: tñ ne nõ timere sine aliquo timore possumus: q̃ si opposita Miloni putarẽ, cederẽ tẽpori iudices. Polluto, reo & cæde maculato. Nubẽ, puluerẽ quã cohortes excitabãt. Ardẽtes, splẽdẽtes. Fluminis .i. Aterni q̃ ab Adria ꝑ Marsos labitur: transitq; iuxta Corfinũ ad tertiũ fere miliariũ. Et tu mõtanis. apostrophe ad fluuium: vt insurgat, pontẽq; aquarũ impetu auferat. Exi totus, egredere cũ omĩ aq̃rũ copia. Alnos, trabes ex Alno arbore ex q̃bꝰ põs cõstabat. Discussa cõpage, dissolutis iũcturis. Hęreat hoc limite: firmet̃, & remoret̃ hoc termino. Terat otia, amittat tꝑs. Cohibete, o cohortes retinete. Ducẽ ꝑcipitẽ, Cęsarẽ festinãtẽ. Stãs, detẽtus. Deuoluit agmen: emittit quinq; cohor-

Scipio.

Lucetia.

L. Domitius.

Corfinum.

Tecta tenẽt pugnax Domiti: tua classica fuat
Oppositus quondam polluto tyro Miloni.
Vt ꝓcul immensam campo cõsurgere nubem
Ardentesq; acies percussis sole corusco
Conspexit telis: Socii decurrite (dixit)
Fluminis ad ripas: vndęq; immergite põtem.
Et tu montanis totus nunc fontibus exi:
Atq; oẽs trahe gurges aq̃s: vt spumeus alnos
Discussa compage feras: hoc limite bellum
Hęreat: hac hostis lentus terat otia ripa.
Pręcipitem cohibete ducem: victoria nobis
Hic primũ stans Cęsar erit. nec plura locutus
Deuoluit rapidũ nequicq̃ mœnibus agmen.

¶ Nec gerit &c. Prosequit̃ reliquoꝝ fugã, & primo Fausti Syllę: q̃ felicis Syllæ filiꝰ erat: dictꝰ ob p̃ris felicitatẽ, q̃uis reuera infelicissimꝰ eẽt, Faustꝰ. vñ dicit. Nec Sylla. s. Faustꝰ Syllę filiꝰ, cõuersus. s. ad fugã, noĩe Cæsaris audito, gerit bella ciuilia, auspicijs paternis. i. felicitate paterna: q̃a pater solitꝰ erat fugare hostes, quos ille fugit. Varus. s. Actius, vt. i. postq̃ alę admotæ. i. cohortes Cęsaris appropinquãtes, pulsarũt Auximõ oppidũ in quo erat. Declinat̃ aũt Auximon Auximi, aut Auximũ: sicut Iliũ, & Ilion, Ilij. ruens. i. ꝑcipitãter aufugiẽs ꝑ deserta mœnia, tergo neglecto. i. tantũ ꝓspiciens an e se: fugit ea ꝑte, qua sup. erãt, syluæ, & qua saxa sup. erãt. Lẽtulus. s. Spinther, depellitur arce. i. ab arce Esculea, aut Asculea. i. ab Esculo oppido q̃d & Asculũ dicit̃. Cæsar victor instat cedentibus. i. ꝑsequitur, & ꝑmit fugientes, & diuertit acies. s. Lentuli: & dux. s. Lentulus, fuit solus: q̃a derelictus ab omĩbus: ex tanto agmine. i. postq̃ tãtũ habuerat agmen, & signa. i. signiferi fugiũt ducẽtia. i. ducẽtes nullas cohortes: q̃a oẽs defecerãt a Lẽtulo. Tu quoq; o Scipio deseris arcẽ. i. munitionẽ summã, Lucetiæ. s. vrbis in Venetia (alij Luceriæ legũt a q̃bus dissentit Sulpitiꝰ.) cõmissæ tibi a Põpeio socero tuo, nudatã. i. derelictã a ꝓsidio: q̃q̃ (diceret Valla q̃uis) pubes. i. multitudo pubescẽtiũ, fortissima sedeat. i. ꝓsidio sit his castris, subducta. i. subtracta iã pridẽ. i. iã a plusculo tempore, armis Cæsaris. i. a potentia Cæsaris, metu. i. propter metũ Parthorũ. cũ. n. Parthicũ bellũ timerẽt priusq̃ ciuile bellũ motũ fuerat, a Cæsare huiusmodi iuuenes subtraxerãt. P. C. q̃a magnus. s. Põpeiꝰ suppleuit. i. suffecit, dãna. s. exercitus, Gallica. i. a Gallis illata. i. quã pubẽ miserat Põpeiꝰ Cæsari tũ amico ad supplẽdas legiones bello iminutas: & Põpeius donauit socero. i. Cæsari, vsum. i. vtilitatẽ sanguinis Romani. i. cõcessit socero: vt vteret̃ militibus illis, vsq; ad sanguinis effusionem in hostes ipsos, dũ. i. donec, ipse vocaret eos ad bella. & ita tacite dãnat ducũ sup̃biam, q̃ taliter vilifaciunt sanguinem suorum. At o Domiti. s. Luci q̃ Aenobarbi filiꝰ erat, pugnax. i. bellicose, tecta Corfini. s. oppidi, circundata validis muris tenent. i. cõseruant te, sed tyro. i. nouus miles, & exercitus oppositus, quõdã. i. olim, Miloni polluto. i. reo homicidij, occiderat. n. Clodiũ seruat classica tua. i. militaria indicia, tubã & cõcẽtũ eiꝰ. vt. i. postq̃ Domitius cõspexit, immẽsam nubem scilicet ex puluere excitato per aduentantem Cæsaris exercitũ consurgere. i. sustolli, campo. s. puluerulento, & cõspexit acies Cęsaris, ardẽtes. i. radiãtes, telis eoꝝ ꝑcussis. i. eo q̃ tela ꝑcutiebãtur, sole corusco: dixit o socij, decurrite. i. deorsum currite: ad ripas fluminis. s. Aterni, & immergitę vndę. i. aquæ, põtem

hoc est deijcite eum,& tu o gurges.s. Aterne,exi.i.inunda riuc totus,fontibus.i.riuis montanis, atq; trahe tecum oẽs aquas vt tu spumeus,hoc est spumosus feras, scilicet tecum omnes aquas,& alnos,id est stipites pontis, compage, scilicet pontis soluta:bellum hęreat,id est supensum maneat hoc limite:& hostis.s. Cęsar lentus per vim qui natura celer est,terat otia, id est otiosa tempora hac ripa:cohibete, hoc est arcete ducem pręcipitem. Cæsar stans,id est remoratus,hic erit nobis primũ, hoc est primo loco victoria.nec locutus plura deuoluit neq̃cq̃,hoc est frustra demittit ad flumen,agmen rapidum, mœnibus, id est e muris.

tes.Nequicq̃,frustra:nihil eñ ꝑfecerũt:quoniam Cæsar vt primũ animaduertit:suos eqtes in Domitianos emisit, repulsisq; illis oppidum obsedit.

¶ Auspicijs paternis.i.ductu,& felicitate paterna. Apud antiquos eñ publice priuatimq; nihil gerebaꝫ, nisi auspicio prius sumpto: vt Cicero in diuinatiõe,& Valerius ostẽdũt. BERO.

Varus. Actius Varus Auximon oppidum in piceno cũ cohortibus tenebat aduẽtu Cæsaris cognito,& voluntate oppidanorũ ꝑspecta ex vrbe ꝑfugit:cõmissoq; cũ Cæsarianis ꝑlio deseriꝫ a suis Var⁹:nõnulli milites discedũt:reliq ad Cæsarẽ pueniũt.autnor est Cęsar in cõmẽtarijs. Alę.i.turmæ eqtũ:vt supra. Admotæ:appropiquatę. Depelliꝫ arce Lẽtulus Asculea. Lẽtulus Spinter Asculũ oppidum in piceno tenebat decem cohortibus:q Cæsaris aduẽtu cognito ꝑfugit ex oppido cohortesq; secũ adducere conatus a magna pte militũ deseriꝫ:vt scribit Cęsar. Solus dux.s.Lẽtul⁹,sine exercitu. Ex agmine tanto.s.decẽ cohortibus. Ducẽtia signa.i.signa fugiũt cũ Lẽtulo,quę nullas ducebãt cohortes. Scipio Nucerię. Scipio socer Põpeij Nuceriã,quę ciuitas est,vt ait Plinius,in sexta regione Italię tenebat sibi a Pompeio cõmissam:verum & ipse ꝑfugit ex oppido. Iam pridem Cæsaris armis Parthorũ seducta metu. fit senatusconsultum:vt ad bellum Parthicum legio vna a Pompeio:altera a Cęsare mittatur: tũc Cn. Pompeius legionem quã Cæsari cõmendauerat in bello Gallico repetijt:Cæsar tamẽ cũ de aduersariorum voluntate se expoliari,nemini dubium esset,Pompeio legionem remisit: vt scribit Hircius:& suo nomine alteram legionem misit. Nunc Scipio legione illa tenebat Nursiam,quã Pompeio remiserat Cęsar,iniecta belli Parthici religione. Qua Gallica dãna suppleuit Magnus. Pompeius illa legione suppleuit detrimenta,quę acceperat Cęsar in bello Gallico maxime Cotta,& Sabino legatis per fraudem circũuẽtis. Socero.s. Cæsari qui tũc eius erat socer ante obitum Iulię. Pugnax Domiti. Domitius Aenobarbus Corfiniũ cohortibus circiter viginti tenebat,qui cognito Cæsaris aduentu cohortes quinq; ꝑmisit ad pontem fluminis interrumpendum: qui erat ab oppido milia passuum circiter tria:ibi ꝑlio cõmisso Domitiani pulsi in oppidum se recipiunt:Cæsar iuxta murum Corfinij castra posuit. Domitius desperatis rebus consilium fugę capere cõstituit:qua re cognita milites Domitium circũsistunt,& custodiunt:qui paulo post cum alijs cõpluribus Cæsari dedit⁹ est. historia narratur a Cęsare,& Plutarcho.quã Lucanus hoc loco refert. Domiti,est vocatiuus casus. Tua classica seruat Classica sunt cornua:vt supra demonstratum est:& ipse sonitus tubarum. Polluto tyro Miloni.i.illi milites erant sub imperio Domitij quos olim Pompeius disposuit in foro:quum Milo reus factus est de cęde. P.Clodij. de qua re abunde dictum est in primo. Immensam nubem.s.pulueris:dixit.s.Domitius. Alnos discussa compage feras.i.vt pontem interrumpas dissoluta connexione. Alnus autem arbor est,quæ contra erũpẽtium amnium impetum ripas quodã quasi muro & sæpe munit:vt scribit Plinius. Lentus terat otia.quoniam si pons fuisset interruptus,fuisset coactus Cæsar consistere,nec vltra progredi potuisset. Pręcipitẽ ducẽ scilicet Cęsarem vtentem pręcipitantia,& celeritate incredibili. Nequicq̃.i.frustra. Rapidum,velox.

Nã prior e campis vt cõspicit amne soluto:
Rumpi Cęsar iter:calida prolatus ab ira:
Non satis est muris latebras quęsisse pauori:
Obstruitis campos: fluuiisq; arcere paratis
Ignaui:non si tumido me gurgite Ganges
Sũmoueat:stabit iam flumine Cęsar in vllo
Post Rubiconis aquas.eqtũ ꝑperate cateruę:
Ite simul pedites ruiturum ascendite pontem.
Hęc vbi dicta:leuis totas accepit habenas
In campũ sonipes: crebroq; simillima nymbo
Trans ripam validi torserunt tela lacerti.
Ingreditur pulsa fluuium statione vacantem
Cęsar:& ad tutas hostis compellitur arces.
Et iam moturas ingentia pondera turres
Erigit:& mediis subrepsit vinea muris.
Ecce nefas belli:reseratis agmina portis

¶ Prior. vt erat in agmine. Soluto amne:si pons deijceretur:nam ligatus dicitur fluuius qui pontẽ supra se habet. Non satis est. insultatio in timidos hostes. Quæsisse latebras, abscondisse vos intra muros,& nõ audere in cãpo aperto cõcurrere. Obstruitis, clauditis impeditis ruina pontis. Ganges, Indię fluuius qui decẽ & nouẽ alios suscipit. Eũ Cyr⁹ in quadringẽtos,& sexaginta alueos diuidens pene in riuum attenuauit. Is Alexãdrũ ne Indos magis ꝑsequereꝫ ꝓhibuit:audiuerant.n. Macedones duo & triginta stadia latũ esse, ꝓfundũ vero cẽtũ. Submoueat:ꝓhibeat. Stabit:firmabit se. Ruiturũ,quẽ diruere parant. Accepit totas habenas,celeriter cucurrit. Leuis sonipes,equus celer.i.eqtatus ipse. Nymbo,grãdini:& multitudinẽ militum indicat. Vacantem,vacuum. Statione pulsa,reiectis Domitianis. Ad tuas arces:intra Corfinium. Moturas pondera:vnde saxa e tormentis mitterentur. Erigit,Cæsar. Vinea,machina quædã lata pedibus octo,alta septẽ,lõga xv.duplici tabulato cratibusq; cõtexitur,& latera vimine muniuntur,ne intra eã stantes milites lędantur. Eã lib.iiij. scribit Vegetius. & noster poeta tertio. Tunc adoperta procedit vinea terra. Sub cuius pluteis,& tecta frõte latẽtes,Moliri nũc ima parant. Subrepsit paulatim peruenit. Nefas ingens: qa ducem

SVLPI.

Ganges.

Vinea.

Captiuum traxere ducem: ciuisq; superbi
Constitit ante pedes: vultu tamẽ alta minaci
Nobilitas recta ferrum ceruice poposcit.
Scit Cęsar pœnãq; peti veniamq; timeri:
Viue licet nolis & nostro munere (dixit)
Cerne diem: victis iam spes bona ꝑtibus esto:
Exemplumq; mei: vel si libet arma retenta:
Et nihil hac venia si viceris ipse paciscor.
Fatur: & astrictis laxari vincula palmis
Imperat, heu quanto melius vel cęde peracta
Parcere Romano potuit fortuna pudori.
Pœnarum extremum cui sit ꝙ castra secutus
Sit patriæ Magnũq; ducem: totũq; senatum:
Ignosci. premit ille graues interritus iras:
Et secum. Romam ne petes: pacisq; recessus
Degener: in medios belli non ire furores
Iamdudũ moriture paras? rue cert⁹: & oĩes
Lucis rũpe moras: & Cæsaris effuge munus.

prodiderunt cohortes ipsi. Agmina. Domitij milites. Reseratis portis: facta deditione. Ducẽ, Domitiũ. Ciuis, Cæsaris. Alta nobilitas. Laudat eum poeta: vt Neroni principi q ab hoc duxit gen⁹ assentetur. Alta, antiqua, egregia. Minaci: minarum pleno, & interrito. Poposcit ferrum. non deprecatus est mortẽ, sed petijt. Recta ceruice: nulla capitis inclinatione, & supplicis signo. Pœnãq; peti: mortẽ a Domitio optari, & metui vita donari. Licet nolis, inuitus. Munere, beneficio. Cerne diẽ. fruere luce, & vita. Bona spes: ꝙ eis etiã sim ignoturus. Partibus victis, aduersarijs meis vincendis: vt Submersasq; obrue puppes. Exemplumq; mei: signum meæ benignitatis atq; clementiæ: cuius exemplum in te conspiciant. Retenta ar. resume, & iterum in me pugna. Et nihil hac venia: nolo mihi qcq̃ debeas pro hoc bñficio si me viceris. Venia. re
Venia: missione pœnę sine bñficio. Terẽt. Da veniã pater. Heu quãto. cõmiseratio a rei indignitate. Vel cæ. per. etiam occiso Domitio. Parcere Ro. pu. abstinere, & nõ efficere Romanos tanto dedecore. Turpe eñ erat ꝙ veniam ab hoste inuiti cogerent accipere. Cui sit extre. pœnarũ: cui sit maxima, & grauissima pœna Ignosci: ꝙ ignoscatur, & non sumatur de eo suppliciũ: ꝙ fuerit Pompe. & senatũ secutus Premit iras: dissimulat irã Domitius: dimissus velut contẽptus. Romam ne petes? q. d. cogeris in otio viuere? Recessus pa. loca semota a bellis. Degener: vilis, & abiecte, si id egeris. Iãdudũ paulo post. Vita. n. nr̃a incerta est, & omnino breuis. vel iãdudũ moriture. i. qui paulo ante mori debueras. Paras non ire stimulis se cõcitat. Lucis rumpe mo. noli amplius vita fungi beneficio Cæsaris. Contulit aũt se Domiti⁹ ad Pompeium: a quo Massiliã postea missus cũ obsessam cõfirmasset statim discessit. Inde in acie Pharsalica perijt.

BEROALDVS.

¶ Muris. s. Corfinij. Differẽtia est inter parietes, & muros. Parietes eñ sunt priuatarum domuũ. Muri vero sunt mœnia publica. Nõ si tumido me gurgite Ganges. Ganges fluuius est Indiæ maximus, e scythicis montibus profluens. influunt in eum. xix. amnes. vt scribit Plinius. Post Rubiconis aquas. i. postq̃ semel trãsiui terminos prouinciæ meę nullius fluminis impetus amplius me remorabitur. Sonipes. i. equus. Vergili⁹. Stat sonipes & fręna ferox spumãtia mandit. Crebroq; simillima nymbo. i. pluuiæ: quãdo eñ tela crebra mittunt̃, vident̃ eẽ simillima nymbo dẽso, & pluuiæ. Validi lacerti. in lacertis
Lacerti. cõsistunt vires. hinc caro dicitur lacertosa, & Hercules lacertosus a Vergilio nominat̃. Incipiunt lacerti a vertebra cubiti, & porriguntur vsq; ad vertebrã man⁹. Vnde ait Ouidi⁹. Brachiaq;, & nudos media pl⁹ parte lacertos. Pulsa statione. i. pulsis Domitianis militib⁹ qui erãt in statione, id est custodia põtis collocati. Turres moturas. Cęsar castra magnis operibus munire: oppidum vallo castellisq; circunueuire instituit. Vnde Turres erexit. quas ambulatorias appellat Vegetius: quoniam mouentur, & ad muros hostium ducũ-

¶ Nã prior &c. Ostẽdit quare neqcq̃ deuoluit agmẽ dicẽs. Nã Cæsar prior. s. vt erat in agmine: vt. i. postq̃, cõspicit e campis iter rumpi. i. interrumpi, & impediri a Domitianis cohortibus amne soluto. s. a ponte quo prius erat cõiũctus & ligat⁹: hoc est si amnis solueret̃ interrupto põte: ipse ꝑlatus. i. multũ mot⁹ ab ira calida. i. ꝓpter irã feruẽtẽ: ait sup. O ignaui. i. inutiles ad bellũ nõ est sup. vobis satis q̃sisse pauori vestro latebras. s. in oppidis, & castris: quia nõ audetis cõgredi: qa vos insup obstruitis cãpos. i. impeditis trãsitũ subtrahẽdis põtibus: & paratis arcere, sup. me a vobis, fluuijs scilicet itermedijs: quasi dicat frustra id conamini: quia si Ganges Indiæ fluuius decem & nouẽ alios fluuios suscipiens, me submoueat. i. subtrahat a vobis gurgite suo tumido. i. inundanti: putatis ne sup. ꝙ Cęsar (pulchre de se in tertia loquitur persona) stabit. i. immorabitur in vllo flumine. s. ꝑtranseundo: post aquas Rubiconis. i. postq̃ trãsiuit Rubiconẽ maxime vndantẽ? vt in primo libro visum est q. d. id frustra speretis. inde cõuersus ad suos dicit. O cateruæ equitum ꝓperate, & vos pedites ite simul, & ascendite pontem ruiturum. i. qui ruet nisi ꝓperabitis. Vbi. i. postq̃, hęc dicta sup. sunt a Cæsare, sonipes. s. cuiuslibet equitis. i. equus currere solitus sonantibus pedibus, leuis. i. velox, accepit. s. ab equitib⁹, totas habenas. i. liberum excursum in cãpũ: & lacerti eorũ validi, torserũt trãs ripam in hostes tela simillima nymbo crebro. i. grandini frequẽti. Et ita Cæsar ingreditur fluuium vacantẽ. i. non occupatum, statione pulsa. i. pulsis qui pro eius transitu impediendo steterant: & hostis compellitur. i. cogitur se recipere, ad arces tutas. i. in quibus tutus esset. Et Cęsar iam erigit turres ante oppida, moturas. i. vnde moturi erant, ingentia põdera, scilicet saxorum: ad diruẽda mœnia vrbium: & vinea. i. protectura contra iactum ab ijs qui intus stãt, facta in morem vitium contextarum desuper, surrepsit. i. paulatim appropinquauit muris medijs. Ecce. q. d. præter opinionem, nefas. i. detestabile facinus, belli. i. quod in bello factum est (aut dic ducẽ belli) agmina. i. milites Domitij, portis reseratis. i. aptis hosti,

traxere ducē.s.Domitium,captiuū m:& cōstitit ante pedes ciuis supbi.s.Cæsaris ex victoria supbientis:tamen nobilitas alta.i.summa ipsius Domitij qui de genere Neronis erat:poposcit vultu minaci.i.constanti ac si minaretur,ferrum.i.securim aut gladiū ceruice.s.sua,recta.i. erecta: malens occidi q̄ capi. Cęsar scit pœnam peti a Domitio & veniam timeri.i.non sperari:& ideo dicit Domiti viue licet nolis,& cerne diē.i.lucem cęli,quem non audes aspicere,nostro munere.i.beneficio & clementia.esto.i.volo vt tu sis bona spes.i.occasio bene sperandi,partibus victis.i.vbi victę erunt:& sis exemplum.i. monumentum,mei.i.pietatis meę:vt per te pietatem meam cognoscant:vel si libet retēta.i.resume,& recipe arma,& ego nihil paciscor.i.ex pacto a te stipulor aut expeto,hac venia.i.propter hanc veniam si viceris sup.me.i.si mauis abire pugnatur⁹ iterum & si forte me viceris nolo vt p̄ hac venia mihi parcas. fatur.s.Cæsar,& imperat vincula.i.manicas,laxari.i.remitti aut solui,palmis astrictis.i.quibus palmę fuerunt astrictę.Heu,cōmiserantis poetæ vox,quanto melius.i.pulchrius,& honesti⁹ poterat fortuna parcere pudori Romano,vel.i.etiam cæde p̄acta.q.d.plurimo:cui.s.Domitio,fit.i.reputatur extremum.i.pessimum & maximum genus pœnarum,ignosci.i. q̄ sibi ignotum sentit q̄ sit secutus castra patrię & magnum.s.Pompeium ducem:& totum senatū.q.d.illi grauissime doluit:q̄ p̄re honesta & iusta vt pro scelere videbatur veniam assecutus. Ille.i.Domitius, premit.s.in pectore graues iras.i. summam indignationem,& secum sup.ait.O degener.i.a maioribus tuis degeneratur es si id feceris:petes ne Romam & recessus pacis.i.semota a bellis loca:quia qui Romę manserant videbantur pacis amatores & neutrius partes fouere:& tu moriture iādudum.i.qui iamdudum debes mori, aut iamdudum propediē dixit:paras nō ire in medios furores belli:q.d.ideo bellum fugies vt non moriaris cum scis alioqui propediem moriturus: rue certus.s.mortis,& rumpe omnes moras lucis.i.vitę:& effuge munus Cæsaris.i.fac ne sis obnoxius Cæsari per vitam tibi concessam.

Nescius interea capti ducis arma parabat
Magnus:vt immisso firmaret robore partes.
Iamq̄ secuturo iussurus classica phœbo:
Tentandasq̄ ratus moturi militis iras:
Alloquitur tacitas veneranda voce cohortes.
O scelerum vltores melioraq̄ signa secuti:
O vere Romana manus:quibus arma senat⁹
Non priuata dedit:votis deposcite pugnam.
Ardet Hesperii sæuis populatibus agri:
Gallica per gelidas rabies effunditur alpes:
Iam tetigit sanguis pollutos Cæsaris enses.
Dii melius:belli tulimus q̄ damna priores:
Cœperit inde nefas:iam iam me p̄side Roma
Supplicium pœnaq̄ petat:neq̄ eñ ista vocari
Prælia iusta decet patriæ sed vindicis iram.
Nec magis hoc bellū est: q̄ quū Catilina pauit
Arsuras in tecta faces:sociusq̄ furoris
Lentulus:exertiq̄ manus vesana Cethegi.

cuntur rotis mechanica arte subditis. Subrepsit vinea. Vineę machinę sunt bellorū quę e lignis colligantur:latę pedibus octo:altę pedibus septem:longę pedib⁹ sexdecim:vt scribit Vegetius.huius tectū munitiōe duplici tabulatoq̄ contexitur cratibusq̄ latera quoq̄ vimineas sepiuntur ne saxorum telorumq̄ impetu penetrentur. Vineę cum plures factę fuerint iunguntur in ordinē: sub quibus milites tuti ad subruēda murorū penetrāt fundamēta. Vinearū crebra mētio apud Cęsarem & Liuiū. Reseratis.i.patefactis. Captiuū duxere ducē.hoc ex historia.nā milites cognito Domitij de fuga consilio,eum productū ī publicū circūsistunt,& custodiūt: legatosq̄ ex suo numero ad Cęsarem mittūt sese paratos esse portas aperire: quæq̄ imperauerit facere:& Domitium viuum in eius potestatem tradere Tunc Cæsar vt ipse scribit ad se p̄duci iussit omnes senatores, qui erāt Corfinij, senatorū q̄ liberos:tribunos militum equitesq̄ Romanos:& sic cum aliis plurimis perduct⁹ est Domitius:qui impetrata a Cęsare venia iterum se contulit ad Pompeium vt tradit Plutarchus Ciuisq̄ supbi.s.Cæsaris. Victis iam spes bona partibus esto.volo inquit Cæsar vt aduersarij sperēt a me clementiā cū viderint te incolumem a me dimissum fuisse. Arma retenta.hoc fecit Domitius.Arma enim retinuit & rursus contra Cæsarem ausus est dimicare. Astrictis palmis quoniam milites manib⁹ reuinctis adduxerant eum ad Cæsarem. Pœnarum extremum. Sēsus est maxima est pœna parcere ciui q̄ bene fecerit & reip. ptes sit secutus:parcēdum enim his est:qui peccarūt. Vnde ille vehementer dolet qui impetrat veniam tanq̄ reus scelerum:cum benefacta eius pro malefactis reputantur. Interritus.i.intrepidus,sine timore. Et secum.s.loquitur. Lucis rumpe moras. tu impetrasti vitam a Cæsare.verum tu rue in pugnam & rūpe moras lucis,hoc est vitæ:& sic effugies munus Cæsaris.

¶ Nescius interea.Cum Pompeius ex Cāpania in Apuliam se cōtulisset,& suas vellet copias Domitianis coniungere:eas ad concionem vocauit:qua illi nihilo magis excitati vehementer se timere Cæsarem ostenderūt. Ducis capti,Domitij. Arma parabat:cogebat exercitum. Vt immis.fir.ro.par.vt se Domitio coniungendo fortior fieret. Iussurus classica:concentum tubarum in expeditionem & iter. Ratus,putans. Tentandas iras,irritandos animos. Moturi,iter arrepturi. O scelerū hæc oratio in genere deliberatiuo gen⁹ demōstratiuum habet admistum. Suadet enim Pōpeius ab honesto & facili fortiter esse pugnandum in Cęsarem parricidam:quem pluribus vituperat:inde seipsum laudat.primum igit̄ captat beniuolētiam a rebus aduersariorum quas dicendo scelerum deprimit.tum ab auditoribus q̄ sapienter & fortiter fecerint cum arma in vltionē patriæ sumpserint:& sint parati pugnare. Meliora:a rebus suis quas commendat auditorem conciliat. Vere Romana.i.fortis,seruitutis impatiēs,libertatisq̄ & patriæ studiosa:hæc enim sunt propria Roma- SVLPIT.

norum. Manus, multitudo. Non priuata: vt sunt Cęsaris. Votis deposcite pugnas: alacri sitis in hostes aīmo. & hucusq; exordium est. Ardent Hesperij. Narratio qua explicat factorum atrocitatem. Populatibus, populationibus & prædis. Gallica rabies. inuidiose dicit Cæsarem acerrimos in patriam hostes immittere. Effunditur, spargitur, immittitur. Iā tetigit. Iam imbutum est sanguie bellum: vt ait Maro. Iam cœptæ fieri cædes. Pollutos, crudeles, maculatos. Dij melius: causam quæ erat honesta factam honestissimam docet: q̄ ille prior lacesserit. itaq; ab vltione quę honesti pars est argumentatur. Nam de male meritis de patria est sumendum supplicium. Dij melius sup. egerunt. q. d. gratia est eis habenda. Inde, a Cæsare. Me præside, me duce. Petat suppli. vlciscatur sceleratos. Neq; enim. Antipophora: non potest bellum vocari, qđ est sine hoste. Vindicis, vlciscentis se de latronib⁹. Nec magis. similitudo siue exemplum quo crimē auget. Catilia. L. Catilina ex Corneliorum familia cum Lētulo, Cethego, Statilio & Gabinio de patria, & Cicerone consule opprimendo coniurauit. Exerti, habentis humerum & brachiū dextrū nudatum & inermē: sic enim solebat hęc familia in aciē ire. Silius de Cethego alio loquens li. viij. sic ait. Ipse humero exertus gentili more parentū Difficili gaudebat equo. O rabies. acris cum exclamatione accusatio q̄ ductus cupiditate Cæsar contra pietatis officium faciat: nam p̄seruanda augendaq; patria non pro euertenda laborare deberet. Camillis, Camilli similibus. Furius enim Camillus vrbe a Gallis capta dum capitolium obsideretur, absens dictator creatus Gallos ad internecionem occidit: Romanosq; propter incensam patriam Veios migrare constituentes retinuit. Miscere, ęquiparare. Metellis. In Metellis tres fuere præclari: Macedonicus, Numidicus, & Pius, qui Numidici fili⁹ cum pętor esset Popediū Marsorum ducem bello sociali oppressit. Cōsul Herculeios fratres superauit & Sertorium ex Hispania expulit. Ad Cinnas, Cinnę similes. Cornelius Cinna consul Marium exulem ex Aphrica reuocauit, & vna cum eo gessit ciuile bellum. Sternere. locus a facili cū exemplis. Catulo, ip so auctore. Lepidus enim cōsul rerum nouarum cupidus acta Syllæ rescindere, proscriptosq; reuocare conatus, cōcitata vrbe in Hetruria profectus est, & mox exercitum vrbi admouit. At Luctatius Catulus collega eius & Gn. Pom. Syllani qui Ianiculum & Miluium pontem insederāt, primo statim impetu eū repulerunt. Ille vero in Hetruriā, post in Sardiniā abijt: ibiq; morbo, & penuria perijt. Carbo. Sylla deuicta Italia dictator factus Pompeium sibi affinitate deuinctum in Perpennam & Carbonem qui Siciliam occupauerant misit: is Perpenna fugato, Siciliam recepit, Carbonēq; damnauit & securi percuti iussit. Sertorius. hic a Sylla p̄scriptus omnem Hispaniam & Mithridatem contra Romanos sollicitauit: eoq; duce Lusitania, & Celtiberia bella agitabat. Metell⁹ & Gn. Pompeius aduersus eum missi ancipiti

Catilina.

Exerti.

Cethegi.

Camillus.

Metelli.

[Ci]nna.

Lepidus.

Carbo.

Sertorius.

O rabies miseranda ducis: cum fata Camillis
Te Cęsar magnisq; velint miscere Metellis:
Ad Cinnas Mariosq; venis: sternere profecto
Vt Catulo iacuit Lepidus: nostrasq; secures
Passus Sicanio tegitur qui Carbo sepulcro.
Quiq; feros mouit Sertorius exul Iberos.
Quā q̄ si qua fides iis te quoq; iungere Cæsar
Inuideo: nostrasq; manus q̄ Roma furēti
Opposuit: Parthorum vtinam post p̄lia sospes
Et Scythicis Crassus victor remeasset ab oris:
Vt simili causa caderes: q̄ Sparthacus hostis.

Nescius interea &c. Docet quid interea parauit Pompeius & quam orationem ad suos habuerit dicens. Magnus. s. Pompeius, nescius ducis capti. i. nescius Domitium esse captum & a suis Cæsari traditum, parabat. i. disponebat aut cōgregabat interea arma. i. armatos: vt firmaret partes. s. Domitianas, robore. i. firmo exercitu immisso vel immixto cū exercitu Domitij: & ipse iussurus iamq; i. statim phœbo. i. sole, hoc est die, secuturo. i. postridie ei⁹ diei, classica. i. signum migrādi ad Domitium: & ratus iras militis moturi. s. manus ad prælia tentandas sup. esse alloquitur cohortes tacitas. i. tacentes, voce veneranda. i. honorifica aut venerabunda. O sup. socij aut milites vltores scelerū & secuti meliora. i. iustiora signa. i. vexilla militaria: & o manus. i. multitudo valentium manu, vere Romana, quia a Romanis moribus nō degeneratis: quibus senatus dedit arma non priuata qualia Cæsar suis dedit: sed publica: deposcite. i. valde poscite, votis, i. desyderijs, pugnam. quia agri Hesperij. i. Italici, ardent. i. feruide vexantur, populatibus. i. de populationibus & deprędationibus sæuis. Rabies Gallica. i. rabiosa manus Gallorum antiquorum Romani nomis hostium, effundit. i. abunde immittitur in nos: per Alpes gelidas, quia niuosas. Sanguis. s. Romanus tetigit iam enses Cęsaris pollutos. i. contaminatos scelere, hoc est iniuria a Cęsare incœpta est. dij melius sup. egerūt nobiscum, q̄. i. quia nos tulimus priores damna belli. i. q̄ clade affecti iustam habem⁹ vlciscendi causam. nephas cœperit. i. incœperit, inde. i. a Cæsare: non a nobis. & est cœperit concessiui modi. Iamiam (ad effectū pertinet. q. d. maxime iam) Roma petat sup. de te supplicium & pœnas me præside. quod ante noluissem. pœnas dico, Enim pro quia, neq;. i. non decet ista vocari prēlia iusta, sed irā. i. vltionem ex ira ortam, patriæ vindicis. i. vindicantis & vlciscētis iniuriam sibi illatam. Nec hoc est magis bellum. s. iustū dicendum, q̄ sup. fuit dicendum cum Catilina parauit faces arsuras in tecta. s. vrbis. Sic Aldus legit. Sunt tamen qui ausuras legunt: aut arsuras vi tecta &c. & Lētulus socius furoris. i. coniurationis insaniæ, & manus vesana Cethegi exerti. i. habentis partem humeri exertam & vestibus nudatam. O rabies ducis. s. Cæsaris, miseranda: q̄ talis vir cupiditate regnādi ad tantam rabiem peruenerit. O Cæsar cum fata velint te miscere. i. ānumerare, Camillis & magnis Metellis. i. optimis quibusq; & clarissimis imperatoribus: quia te strenuum & fortunatum fecerunt: tu venis. i. declinas, ad Cinnas & Marios. i. tyrannos. Hoc est tyrannorum similis tuo vitio efficeris: vt post Beroaldum declarauit Bononieñ. pro fecto. i. reuera tu sternere. i. tu prosterneris in terram: vt Lepid⁹ iacuit sup. prostratus Catulo. s. authore. Et vt Carbo. sup. iacuit qui passus nostras secures. i. nostro iussu illi icussas, tegitur sepulcro Sicano (aut

vt passim legitur Sicanio.sicut enei.iij. Sicanio pretenta sinu &c.Malim tamen vtrobiq legere Sicano:quia non videt me dia posse corripi) Sicano itaq vel Sicanio.i. Siciliensi.Q uiq .i.& qui,& Sertorius exul iacuit qui mouit.s.aduersum impe rium Romanum,Iberos.i.Hispanos,feros.i.feroces. Cęsq o Cæsar si qua fides sup.est mihi.i.si mihi quicq fidei habes, & credis,ego inuideo.i.moleste & dolenter video,aut cogor,iun gere te quoq.i.etiam te:quem tanti semper feci:ijs.s. perditis hominibus:& q Roma opposuit tibi furenti manus.i. copi as & vires nostras.i.inuitus te inter perditos computo,& con tra te bella gero. vtinam Crassus remeasset sospes & victor ab oris Scythicis.i.Parthicis:post prælia Parthorum vt caderes non sub me,sed sub Crasso simili causa,qua Sparthacus ho stis sup.cecidit.de quo late iam dixit Sulpitius,& Io.Baptista Pius:in posterioribus annotationibus capite.lij.

bello multis cum cladibus diu pugnando nō prius bellum conficere potuerunt,q Sertori suorum scelere & insidijs est extinctus. Inde victo deditoq Perpenna Hispaniam in Ro manam fidem receperunt. Iberos,Hispanos ab Ibero fluuio dictos. Si qua fides: si qd mi hi credēdum. & vtitur argumento a facili & a maiori ad minus per contemptum.Inuideo, odio habeo & doleo. Iungere, comparare, & annumerare.Manus,arma: ipsi enim fuerat demandatū bellum. Fureti, furioso & impio in patriam. Parthorū.Inuidiose ipsum Spar thaco comparat:& dignum Crasso vltore di cit. Scythicis,Parthicis.Parthi enim e Scy thia venientes Assyriam occupauere,eamq Parthiam appellarūt.Sparthacus. Hic de sti pendiario Thrace miles,de milite desertor,inde latro,postea gladiator euasit: effractoq ergastulo Lētuli Ca puę cum.xxx.eiusdem fortunę viris seruos ad vexilla vocauit:factoq exercitu Ceruesium mōtem in Cāpa nia occupauit:vbi cum a Clodio Glabro obsideretur eius castra diripuit & Campaniam populat raptis ptō rum fascibus appellatus est imperator. Inde Lentuli exercitum in Apennino dissipauit:apd Mutinam Cassij castra deleuit. Tandem cum de vrbe inuadenda deliberaret,a Licinio Crasso pulsus fugatusq cum Brutium angulum occupasset: nec in Siciliam præ nauium penuria traijcere potuisset :cum suis omnib fortissime di micans quasi imperator occisus est. Simili causa, latrocinio.

Iberi.

Sparthac.

¶ Capti ducis.s.Domitij. Magnus,Pompeius. Mixto robore.i. vt copias suas copijs Domitij coniunge ret. Iussurus classica.i.die sequenti paraturus profectionem,& daturus militibus signum classici,prius allo qui eos constituit. Ratus.i.iudicans & existimans. O scelerum vltores.quoniam parati estis vlcisci scelera Iulij Cæsaris qui arma mouet contra patriam. Meliora signa.s.mea & reipublicę. Sæuis populatibus.i. in cursionibus vexationibusq quas Cæsar exercet in agris Hesperijs.i.Italicis. Cœperit inde nefas. Dij bene fecerunt q Cæsar primus cœpit exercere scelera & edere clades contra patriam,quia nunc non videbimur re petere ab eo supplicium quod meritus est. Prælia iusta decet.Nullum bellum esse iustū scribit Cicero nisi qd aut rebus repetitis geratur aut denuntiatum ante sit & indictum.bella ergo quę geruntur a ciuibus in patriam latrocinia magis dicēda sunt. Q ualis fuit coniuratio Catilinę:qui gente Sergia natus dominandi cupiditate ductus coniurauit cum multis ad occupandum imperium. Verum omnis eius conatus,seditio,& acerba con spiratio per Ciceronem discussa & patefacta: quemadmodum Sallustius, Appianus, Plutarch,& Cicero tra diderunt. Lentul qui tunc Romę erat prætor & Cethegus alijq patricij complures, quos Catilina sui furoris ministros habebat & satellites, in carcere tāq parricidę strāgulati sunt. Arsuras in tecta faces. Catilina ab vr be discedens Lentulo atq Cethego alijsq coniuratis mandauit vt Ciceroni insidias strueret:duodecim vrbis opportuna loca incēderent. Exerti Cethegi.i.nudati. Tangit morem gētilē Cethegorum,qui humero exer to.i.nudato prodibant in publicum. quod expressit Silius Italicus hoc versu. Ille humero exertus gētili more parentum Difficili gaudebat equo. Horatius Cethegos cinctutos appellat a genere vestis. Ducis.s.Cęsaris Camillis. Camillus vt supra diximus fuit seruator patrię:& secundus Romæ conditor nuncupatus est vt re fert Liuius. Magnis Metellis. Metellorum gēs Romæ fuit clarissima:quā illustrarūt qplurimi:sed in primis L.Metell pōtifex q prim elephātos prio Punico bello duxit in triūpho: vt refert Plin.& e nepos q Macedo nic a deuicta Macedōia cognominat ē:vnicū humanę felicitatis exēplū:q a quatuor filijs illat est rogo, vno ptore, trib cōsularib, duob triūphalib, vno cēsorio. Metell quoq Numidic,& Metell Pius alijq cōplures in rep. pstantissimi fuerūt: de quib apud Valerium, Plinium,& Plutarchum, atq Ciceronem fit crebra mētio Cicero in primis iactat Metellum Numidicum. Ad Cinnas Mariosq venis. Cum Cæsar potuisset numera ri inter Camillos & Metellos:maluit esse similis coniuratorum, videlicet Cinnę,& Marij quorum partes fouit Cæsar,& Cinnę dictatoris filiam Corneliam duxit vxorem: vt Plutarchus,& Tranquillus scribunt. Cinna cū Octauio collega in consulatu dimicans profugit ex vrbe,quam mox adiuncto Mario inuasit. vt supra demō strauimus. Vt Catulo iacuit Lepidus.i. quemadmodum Lepidus fuit a Catulo stratus & profligatus. Lepi do,& Catulo consulibus ciuile bellum emersit. Lepidus enim acta Syllę rescindere tentans iudicat est hostis patriæ vt inquit Eusebius. Et cum arma exercitumq vrbi admouisset:a Catulo,& Pōpeio ducibus Syllanis repulsus in Sardiniam profugit:vt refert Florus. ibiq morbo & mœrore interijt vt ait Plutarch. Carbo se pulcro. Carbo ter functus consulatu profligatis a Sylla Marianis partibus in quibus ipse erat,in Siciliam p fugit. Pompeius extemplo a Sylla in Siciliam missus Carbonem viuum cepit: eumq pro tribunali damna tum interfici iussit vt inquit Plutarchus.& teste Valerio caput ei abscissum est aluum purganti. Sertori exul Sertorius Marianarum ptium dux clarissim exul & profugus malis suis maria terrasq pmiscuit: vt ait Flo rus. Hispanos & maxime Lusitanos concitauit:ducesq a Romanis & Sylla ad eum opprimendum missos profligauit. Cottam enim nauali pręlio superauit. Phidiam pretorem profligauit. Toraniū a Metello missum cum toto deleuit exercitu. Ipsum quoq Metellum virum ętatis suę prestantissimum in tantā cōpulit necessita tem vt Cn. Pompeius ex vrbe cōfestim mitteretur,qui Sertorij ferociam reprimeret:vt docet Plutarch. Tā dem Sertorius in conuiuio per domesticos fuit interemptus. Vnde Pompeius Sertorium domuisse dict est non profligasse.& ita ait Plinius. Q uemadmodum ergo dicit Pompeius a me prostrati sunt Carbo & Sertori us:ita tu quoq o Cęsar sternere,id est profligaberis viribus meis. Feros Iberos.i. Hispanos ab Ibero fluuio dictos. Et Scythicis Crassus. vtinam inquit Crassus deuictis Parthis redijsset victor: vt te quoq tanq alte rum Sparthacum oppremeret. Scythicis oris.i. Parthicis. Parthi enim a Scythis oriundi dicunt: & lingua

BERO.

Carbo.

Scythica exules nũcupãtur. vt scribit Iustinus. Simili causa, tanq̃ Cęsar sit gladiator vt Sparthac⁹. Sparthac⁹ hostis. Familia gladiatorum ex ludo Lẽtuli quem habebat Capuę profugit. horum gladiatorum qui erant numero triginta vt scribit vel duo & octoginta vt refert Plutarchus ductor primus erat Sparthacus ex Thracia oriundus. Cõcursu igitur ad Sparthacum facto decem amplius milium cõfecit exercitum. & primo castra Clodij imperatoris Romani ceperunt. Vatinium secundum aduersus Sparthacũ imperatorẽ missum vicerunt, fugaruntq;. Affluentibus in diem copijs per mediam vadentes Italiam incendijs, & populationib⁹ cuncta vastarunt. Sparthacus itaq; Gellium & Lentulũ consules profligauit castraq; cũ impedimentis omnibus cepit. Tandem a Marco Crasso pulsus, fugatusq; in extrema Italiæ refugit vbi tãdem dimicare coactus viriliter iniuit certamen: omnibusq; qui secũ aderant, partim cęsis, partim in fugam versis ipse solus Sparthacus relictus fortissime pugnãs quasi imperator occisus est. vt Florus & Plutarchus narrant. Addit Appian⁹ Sparthaci cadauer nusq̃ fuisse inuentum.

IACOB. BONO. ¶ Illud etiam, O rabies miseranda ducis &c. putamus sic exponendum: hicq; sit sensus: si Cęsar æquo animo exilium tolerasses: fata te Camillo Metelloq; ducibus clarissimis, necnon patriæ ciuibus amantissimis conferre parabant, quorum vterq; exilium patienter tulisse memoratur. At tu impius in patriam desæuiens Cinnæ Marioq; sanguinarijs latronibus maluisti comparari. quo fit: vt honestissimo tantæ laudis pręconio, quod iã tibi pręsto erat: teipsum fraudaueris.

Te quoq; si superi titulis accedere nostris
Iusserunt: valet in torquẽdo dextera pilo:
Feruidus hæc iterum circa pręcordia sanguis
Incaluit: disces non esse ad bella fugaces
Qui pacem potuere pati. Licet ille solutũ
Defectumq; vocet: ne vos mea terreat ętas.
Dux sit in his castris senior: dum miles in illis.
Quo potuit ciuem populus perducere liber
Ascendi: supraq; nihil nisi regna reliqui.
Non priuata cupit Romana quisquis in vrbe
Pompeium transire parat. hinc consul vterq;
Hinc acies statura ducũ est. Cæsar ne senat⁹
Victor erit? nõ tam cæco trahis omnia cursu
Teq; nihil fortuna pudet. multis ne rebellis
Gallia iam lustris: ætasq; impensa labori
Dant animos? Rheni gelidis q; fugit abvndis
Oceanumq; vocans incerti stagna profundi
Territa quæsitis ostendit terga Britannis?
An vanæ tumuere minę: q; fama furoris
Expulit armatam patriis e sedibus vrbem?
Heu demens nõ te fugiũt: me cũcta sequunt
Qui cum signa tuli toto fulgentia ponto.
Ante bis exactum q̃ Cynthia conderet orbẽ
Omne fretum metuens pelagi pyrata reliq̃t:
Angustaq; domum terrarũ in sede poposcit.
Idem per Scythici profugum diuortia ponti
Indomitum regem: Romanaq; fata morantẽ
Ad mortem: Sylla felicior: ire coegi.

SVLPI. ¶ Te quo. A viribus & a constantia se commendat. Feruidus sanguis. In sanguine calẽti sũt vires: si frixerit debiles reddimur & pusillanimes & tardi. Verg. Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. Qui pacem potuere pati. qui sciũt in pace viuere. Solutum, dissolutum viribus. Defectum, debilitatum: & in quo defecerunt vires. Ne nos. commendando se a rei militaris peritia, & clam Cæsarẽ carpit. Senior, qui peritior est & grauior. Miles. q. d. iuuenis & imperit⁹ rei militaris, & præceps ad omnia. Quo potuit. loc⁹ est a modestia. Quo, ad quascũq; dignitates. Nisi regna, nisi patriæ occupationem, & tyrannidẽ. Non priuata. non vult ciuis esse sed tyrãnus qui vult me superare. Hinc consul. ab auctoritate & tuto & facili cum irrisione argumentatur. Vterq;. Lẽtulus, & Marcellus. Hinc. a partibus nostris. Statura, nõ fugitura. Ducum, senatorum, & procerum. Non trahis omnia tam cæco cur. nõ es adeo temeraria & cæca. Nam vt Cicero in Lælio ait. Nõ enim solum ipsa fortuna cæca est: sed eos etiam plerunq; efficit cęcos quos complexa est. Teq; nihil pudet: vt certe pudet, nam nunq̃ hoc efficies. Multis ne. gesta eius a mora extenuat & contemnit præ suis. Multis. inuidiose dixit: duo enim fuere. Rebellis. quam pacare nõ potuit: & quin rebellaret efficere. Aetas, decenniũ. Dant animos: addũt audaciã Cæsari. Rheni gelidis. Insimulatio est cũ Ironia. Cęsar post oppugnatos Germanos & non amplius decem et octo dies trãs Rhenum consumptos satis & ad laudem, & vtilitatem fecisse arbitratus se in Galliam recepit & pontem quem fecerat rescidit: & ideo Pompeius eum fugisse dicit: & æstuaria maris Gallici appellasse oceanum. Stagna, ęstuaria. Incerti profũdi: dubij maris. Britãnis. Britannia insula est in oceano adeo a terra remota: vt alius quidã orbis existimetur. Ad eam Cæsar audita ipsi⁹ fama ex Gallia traiecit exercitum: & post eã iterum atq; iterum victã illico imperatis obsidibus in Galliam se recepit. Quæsitis. quia non plane norant nautæ: vbi iaceret Britannia: vel ideo quia cum iterum in Britanniam ad solis occasum Cæsar naues soluisset: leui Aphrico prouectus media circiter nocte vẽto intermisso cursum nõ tenuit: & longius delatus æstu orta luce sub sinistra Britanniam relictam conspexit. tum rursus æstus cõmu-

Britannia.

¶ Te quoq₃ &c. Prosequitur apostrophen qua Cæsarem minaciter alloquens suorū animos excitare molitur dicēs. Si superiusserunt. i. si fata voluerunt, & constituerunt, te quoq₃. i. etiā te p̄ter tot alios, accedere. i. addi nostris titulis. i. laudib⁹ & victorijs, dextera sup. nr̄a valet. s. adhuc, i torquēdo pilo. i. vt torqueam in te pilū. Sanguis feruidus & ita aīmos ac vires excitans, incaluit iterū, sicut tēpore pręterito, circa hęc. i. mea, pręcordia. i. mēbranas in quibus sunt affectiones. Tu disces eos qui potuere pati pacē. i. qui pacis sunt amatores: nō esse fugaces ad bella. s. gerenda: si cogantur. Licet ille. s. Cęsar (& iā redit locutio ad milites) vocet sup. me, solutū. i. habentē mēbra soluta & eneruia, & defectū. i. ætate confectū & lapsantē: tn̄ sup. o milites ne vos terreat mea ætas. s. grandior: senior sit dux in his. i. nostris castris: vt prudēter exercitum regat & instituat: factus longo vsu expertior: dum. i. dummō miles. s. senior. q. d. multo fractus iam membra labore, sit in illis sup. castris: quia dux senex præstat consilio: miles senior labascit viribus: & talem optat Cæsari vt vero simile est habuisse, vtpote qui decennium in Gallia militauerat. & ita non intelligam vt sup. iuuenis: sed repetam senior. Ego ascendi sup. eo. i. ad quascunq₃ dignitates, quo. i. ad quas, populus liber potuit perducere ciuē. s. suum: & reliqui supra, sup. me, nihil nisi regna. i. non potuissem altius ascendere nisi rex factus fuissem: & ita popul⁹ libertatem amisisset. quisquis. i. quicunq₃ cupit transire. i. transcendere Pompeiū. i. me, in vrbe Romana: non petit priuata. i. priuatos honores: sed publica, quia regnū. Vterq₃ consul est sup. staturus hinc. i. a parte nostra, hoc est nobiscum est pugnaturus: & acies ducum. s. legitimorū est statura hinc. i. a parte nostra. nisi velimus dicere ducum. s. priuatorum vt Cæsaris & ei⁹ complicum, statura est hinc. i. ex altera parte. ne. i. vtrū Cæsar sup. erit victor, an sup. senatus? q. d. vero simile est q̄ senatus: quia o fortuna tu non trahis omnia tam cæco cursu: vt Cęsar senatum vincat: & te non pudet tam nihil. i. nullius rei, vt sup. id committas. ne. i. nū Gallia rebellis. i. quæ māsit rebellis & indomita, iam multis lustris. id inuidiose: quia tantum duobus. & ætas. s. militū: vnde prius optauit vt senior sit in castris Cæsaris miles: impensa labori, quia decennium absumpserat: dāt animos, sup. ipsis? q. d. id stulte fieri: & q̄ fugit. i. pręceps abijt ab vndis gelidis Rheni. i. a Germania Transrhenana rediens in Galliam: & q̄ ipse vocans stagna incerti profundi. i. æstuaria Gallici maris, oceanum. i. magnum mare, hoc est iactās se superasse magnum mare eo q̄ in Britanniam traiecerat, ostendit terga territa. s. sua & suorū, Britānis quæsitis. i. a se petitis & lacessitis, & cito derelictis: quasi cum illis nō ausus fuerit cōgredi. an minæ vanæ tumuere. i. inflatę sunt in animo Cęsaris q̄ fama furoris. s. Cæsaris aduentantis, expulit vrbem. i. ciuitatem armatam. q. d. non inermem: nam si inermis aufugisset signum esset timoris: nunc cum armata sit potius censetur cōtra hostem exisse: e sedibus patrijs. i. patrię suæ? Heu demens Cæsar, cuncta non fugiunt te. i. præ timore tui: sed sequuntur me. s. ducem in te proficiscētem: qui. s. ego dux cum tuli signa fulgentia toto ponto. i. mari, anteq̄ Cynthia. i. luna cōderet. i. abscōderet in coitu cum sole, bis orbem. s. suum, exactum. i. transcursum. i. anteq̄ duo essent transacti menses sic dominatus sum in mari: q̄ pyrata. i. latro marinus, metuens. s. me, reliquit omne fretum. i. omnem feruorem, pelagi. i. maris, & poposcit. i. quæsiuit sibi domum. i. habitationem in angusta sede terrarum. aut q̄ terra respectu maris angusta est: aut q̄ etiā in terra iam tenuit angustum locum. Ego idem existens felicior Sylla, qui tamen sibi felicis cognomentum indidit, coegi regem Pōti. s. Mithridatem, indomitum. i. qui cum toties bellą gesta erant, profugum per diuortia. i. semitas trāsuersas pōti. i. maris Scythici, & morantem. i. tenētem in mora, fata Romana. i. felicitatem fatalem Romanorum. Nā vt primo ęnei. docet Iuppiter, fatale erat Romanos fore rerum domios &c.

tationem secutus remis contendit. An vanę. cauillatio est. an ideo superbis q̄ ciues profugerunt? terras inquit nam me secuti sunt. Furoris, belli. Vrbē, metonymia. Armatā. emphasin habet ad terrorem. Heu demens. dissolutio falsæ opinionis. Qui cum signa tuli. a præclarorum gestorum celeritate se cōmendat: suasq₃ laudes & gesta perstringit. Fulgētia, gloriosa. Toto ponto. Alludit ad Cilicas qui cum maria vndiq₃ inuasissent: prouidentia diligētiaq₃ Pompeij intra quadragesimū diem certamie vix parato in deditionem cū plausu venerūt. hos deinde Pompeius locis maritimis remouit fecitq₃ mediterraneæ colonos. Ante bis. anteq̄ luna bis verteretur & cursum perficeret. Pelagi, tranquilli maris. Pirata, prędo marinus, Cilix. In angusta sede. prę sertim ad vrbem Soliorum quæ est in Cilicia: & Pōpeiopolis est appellata vt Plutarchus, & Plinius tradūt. Profugum per diuortia: fugientem per semitas transuersas & diuerticula. Verg. in. ix. Obijciunt equites sese ad diuortia nota. Regem, Mithridatē de quo triūphauit Sylla & postea Lucullus. Inde vero a Pompeio attritus cum in seditionē venisset cum Pharnace filio, mortem sibi cōsciuit. Fata: felicitatem & victorias. Felicior. ideo se feliciorem appellat quia bellum confecit.

Pompeiopolis.

Diuortia.

BEROALDVS.

¶ Titulis nostris. i. laudibus & trophæis. Licet ille solutum defectumq₃ vocet. hoc refert ad Cæsarem qui in sua oratione quę est in primo dixit de Pōpeio Veniat dux longa pace solut⁹. Dux senior. quia in duce seniore maior est rerum peritia. Dum miles in illis, id est dum milites seniores sint in castris Cæsaris quorum vires in pugna exiguntur. Populus perducere liber Ascēdi. omnes inquit magistratus in vrbe Roma adeptus sum: qui dari possunt i libertate. Regnū reliqui: quod affectat Cæsar. Pompeiū trāsire. quia qui vult me honoribus superare ille non cupit priuata sed regnum: quod solum ego non attigi: quia non vsurpatur in ciuitate libera. Hinc. s. ex parte nostra. Non te nihil fortūa pudet. non adeo inquit fortuna est cęca & sine pudore vt sit permissura senatum & partes reipu. a Cæsare profligari. Multis lustris. inuidiose dixit & in contemptū Cæsaris, pro duob⁹. Rheni gelidis q̄ fugit ab vndis. Cęsar transiuit quidem in Germaniam sed cito redijt duodeuiginti tantūmodo dies illic commorat⁹ Vnde ait Pompeius Cæsarem veritum ferociam Germanorum refugisse. Ostendit terga Britannis. Cęsar bis in Britanniam traiecit sicut ipse refert in Commentarijs: prim⁹ occiduum oceanum patefaciēs vt ait Plutarchus: & Britānis obsides imperauit. Nūc Pōpeius minuens res gestas Cæsaris ait illū terga dedisse Britannis cum non prius redierit in continentē q̄ victis illis obsides imperatos adduci iussisset ad continentē vt ipse testatur Vrbem armatam. i. ciues armatos. Cum signa tuli toto fulgentia pōto. Commemorat sua præclara facinora Pompeius & eā extollit. In primo commentario dictum est quemadmodum Pompeius piratas Cilices omnia maria infestantes summa felicitate simul & celeritate mira de-

bellauit. diebus enim quadraginta vt Plutarchus scribit mare Tyrrhenum, Libycum, Sardoum, Cyrneum atq; Siculum lustrauit: totũq; piraticum bellum omnibus eorum latrociniis dissipatis trium circiter mẽsium spacio confecit. Nunc Pompeius dicit omnes piratas ex mari a se esse sublatos intra bimestre tempus anteq̃ Cynthia .i. luna bis conderet orbem .i. plenilunium faceret. Singulis enim mensibus. xxviij. dierum spacio luna peragit ambitum Zodiaci vt Macrobius, & Gellius tradunt. in coitu solis biduo remoratur vt auctor est Plinius. Plenilunium ergo & interlunium singulis mensibus existit. Domum poposcit. nonnullos ex piratis Pompeius collocauit in vrbe Sol orũ. multis Dimen colendã dedit. Alij deserta quędam oppidula Cilicię incoluerunt: vt tradit Plutarchus. Idem .s. ego Pompeius. Per Scythici profugum diuortia ponti. Mithridates rex Põti, de quo in primo Cõmẽtario satis multa, felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Põpeij subactus prælio nocturno fugam egit per Colchidem & a filio Pharnace obsessus semet interemit gladio cum venena non proficerent. gloriatur ergo Pompeius q; Mithridatem in fugam compulerit & ad mortem voluntariam ire coegerit: felicior ipso Sylla: qui etsi subegit Mithridatem tamen non compulit ad mortem. Scythici Ponti. Pontus Euxinus est vastum mare in Scythia. Arcus Scythici forma iũgitur Męoticę paludi in confinio Europę & Asię. vt narrat Plinius. Gentium ponticarum vt ait Florus rex fuit Mithridates. Fata morantem .i. felicitatem Romanorum retardantem.

Pars mundi mihi nulla vacat: sed tota tenet
Terra meis quocunq; iacet sub sole trophęis:
Hinc me victorem gelidas ad Phasidos vndas
Arctos habet: calida medi⁹ mihi cognit⁹ axis
Aegypto: atq; vmbras nusq̃ flectente Syene.
Occasus mea iura timet: Tethimq; fugacem
Qui ferit Hesperius post oĩa flumina Betis.
Me domitus cognouit Arabs: me marte fero
Eniochi: notiq; erepto vellere Colchi. (ces
Cappadoces mea signa timẽt: & dedita sacris
Incerti Iudæa dei: mollesq; Sophenæ.
Armenios Cilicasq; feros Taurosq; subegi.
Quod socero bellũ præter ciuile reliqui?
Verba ducis nullo partes clamore sequunt
Nec matura petunt promissę classica pugnę.
Sensit & ipse metũ Magnus: placuitq; referri
Signa: nec in tantę discrimina mittere pugnę
Iam victum fama non visi Cæsaris agmen.
Pulsus vt armentis primo certamine taurus
Syluarum secreta petit: vacuosq; per agros
Exul in aduersis explorat cornua truncis:
Nec redit in past⁹: nisi quum ceruicẽ recepta
Excussi placuere tori: mox reddita victor
Quoslibet in saltus comitãtib⁹ agmina tauris
Inuito pastore trahit: sic viribus impar
Tradidit Hesperiã: ꝑfugusq; ꝑ Appula rura
Brundusii tutas cõscendit Magnus in arces.

SVLPIT. Vacat mihi. Vacua ẽ gloria mea. Sub quocunq; sole, sub quacunq; regione quam sol aspicit. Trophæis, victorijs. Arctos, septentrio. Phasidos. (Phasis.) Phasis Colchorum fluui⁹ vltra ostia Tanais in pontum effluit. Medius axis, Meridies. Calida. est enim sub cãcro iuxta torridam zonam. Syene. (Syene.) Macrobi⁹ hũc locum aperiens inquit. Ciuitas Syene quę ꝓuincia Thebaidos post superiorum montiũ deserta principium est, sub ipso æstiuo tropico constituta est: & eo die quo sol certam partem ingreditur cancri hora diei sexta, quoniam sol tunc super ipsum inuenitur verticem ciuitatis, nulla illic potest i terris de quolibet corpore vmbra iactari. Sed nec stilus Hemisphęrij monstrantis horas quam gnonoma vocant, tunc de se potest vmbram creare. & hoc est qđ Lucanus dicere voluit: nec tamen plene vt habetur absoluit. dicẽdo enim Atq; vmbras nũq̃ flectẽte Syene, rem quidem attigit, sed turbauit verum. non enim nunq̃ flectit: sed vno tempore. Sic ille: qui iniuste Lucanum arguit: qui inquit nusq̃, hoc est nec añ nec post, nec ad dextram, nec ad sinistrã, non nunq̃ vt ille legit. Betim, (Betis.) fluuium qui ex Taraconensi demissus mediam Hispaniam perfluit. mox mari propinquus lacum efficit magnum: ex quo duobus alueis lõge priore maioribus exiens labitur in oceanum. Ferit, cũ impetu ingreditur. Tethim fugacẽ, oceanũ velocem & qui fluit & refluit. Post omnia. est enim vltimus omnium. Arabs, (Arabes.) populi in Asia inter Iudæam & Aegyptũ. Eniochi, (Eniochi.) gẽs fera iuxta Pontum a Lacedæmonijs oriũdi. Colchi. (Colchi.) iactabundi more nũc Colchos, mox Cilices repetit. Colchos regio in Asia iuxta Pontum apud quam erat vellus aureum: qđ Iason cũ Argonautis eripuit. Cappadoces. (Cappadocia.) Cappadocia regio est in Asia minori Armenię contermina sed diuisa euphrate. Iudæa, (Iudea.) regio Palęstinę est. Plini⁹. Supra Idumeã inquit & Samariam Iudæa longe lateq; funditur. Incerti dei, ignoti & nomen non habẽtis & de quo videtur posse dubitari. Sic & Iuue. Nil præter nubes & cæli numen adorant. Q̃q̃ re vera optime de eo vetustissimi sesere Iudæi. Sophenę: (Sophenæ.) oppidum in Armenia iuxta Masium montem a parte septẽtrionali. Molles. vel ob cœli clementiam, vel quia Asiatici omnes molles lasciuiq; sunt. Armenios. (Armenia.) Armenia duplex in Asia est inter Taurum & Caucasum: altera maior: altera vero minor &

Pars mundi &c. Prosequitur victorias suas Pompeius: vt ex illis futuræ victoriæ spem concipiant milites sui. vnde di

cit.Nulla pars mundi vacat,id est vacua est & derelicta est,mihi,id est a me,hoc est in qua non sunt triumphi mei: sed tota terra sub quocunq; sole,id est sub quacunq; parte cœli aut climate iacet,tenetur,id est deuincitur meis trophæis,id est insignibꝰ victoriæ. Arctos.i.vrsa septẽtrionalis,hoc est septẽtrio ipse,habet me victorẽ hic.i.ex vna pte, vtpote septẽtrionali: ad gelidas vndas Phasidos fluuij Colchorũ. axis medius.i. Meridies aut plaga Meridiõalis,est mihi cognitꝰ sup.in Aegypto calida,atq; sup.in Syene regiõe flectẽte nusq̃.i. ex nulla pte,(nõ tñ nũq̃ leges) vmbras: qppe q̃s nullũ corpꝰ facit dũ sol est in certo pũcto cãcri & hora diei sexta. Occasus.i.occidens timet mea iura.i.leges a me impositas,& Betis fluuius Hesperius.i.Hispanicus,qui ferit.i.impetu suo dũ influit,pcutit,Tethym.i.oceanũ,fugacẽ.i. velocẽ & refluũ:post oĩa flumina:qa fluuiorũ vltimꝰ est. Arabs q est in Asia inter Iudæã & Aegyptũ domitus.s.a me:& Eniochi populi iuxta põtũ & a Lacedęmõijs orti,& illorũ more bellicosi. vñ addit,feroces marte.i.in bello,cognouerũt sup.me,& Colchi populi in Asia iuxta pontũ, noti.i.cogniti: vellere.s.aureo: erepto ab Iasone: cognouerũt me:& Cappadoces timẽt mea signa,& Iudæa dedita sacris dei incerti.i.incogniti & nomẽ incognitũ hñtis:qđ Tetragrãmaton sciebãt:sed qđ eẽt ignorabãt:& Sophenæ.i.populi earum molles.i.effœminati,sup.timẽt mea signa: ego subegi Armenios,Cilicas feros,qa pyratę sunt,& Tauros.i.tauri mõtis incolas & accolas etiã feros. Q đ bellũ reliq.s.trãsigẽdũ: socero.s. nup meo Cæsari: pter ciuile:q.d.nullũ. hactenꝰ Põpeiꝰ vñ poeta. Partes.s. vocatę.i.legiões Põpeianę,nullo.i.nõ vllo nõ sequũt.i.psequũtur & cõprobãt, verba ducis.s.Põpeij, vllo clamore.i.assensu. Nec petũt classica.i.signa ineũdi p̃lij,matura.i.cita & pperata:pugnæ pmissę.s.a duce q victoriã spõdebat. Et.i.et ã ipse magnus.s.Põpeius,sensit.i.pcepit,metũ.s. suorũ vel suũ:qa & ipse timuit:& ita placuit signa referri & nõ pgredi in Cęsarẽ:nec placuit mittere agmẽ.i.exercitũ suũ iã victũ.s.aio,fama Cęsaris,nõ.i.nõdũ visi: sed tm̃ auditi,in discrimia.i.picl'a tãtę pugnę. Pulsus vt &c. vt.i.quẽadmodũ, taurꝰ pulsus armẽtis.i.e magno grege.s.fortiore aut pitorie tauro: & hoc primo certamine,petit secreta syluarũ:& ipe exul.i. expulsus armento,explorat.i.tẽtat & experit:cornua.s.sua:i trũcis aduersis.i.occurrẽtibꝰ:p agros vacuos.s.armẽto:vbi non videt:nec redit in pastus cũ armẽto,nisi cũ ceruice.i.fortitudie ceruicis recepta.i.repata,tori.i.pulpę pilosę excussę.i.extãtes aut tersæ excusso puluere,placuere ipsi tauro:mox.i. paulo post:ipse victor.s.secũdo certamine,trahit.i.ire cõpellit agmina reddita.s.sibi a tauro prius victore & nũc victo,i quoslibet. i.quoscũq; vult salt:& hoc tauris.s.reliquis comitãtibꝰ:etiam pastore inuito. sic Magnꝰ.s.Põpeius impar viribꝰ.s. Cęsaris, tradidit.i.dereliqt ipsi Hesperiã.i.Italiã,& ipse pfugus.i.a patria profugiẽs,p rura Appula.i. Apulię,consedit.i.immigrauit & se recepit in tutas arces Brũdusij.s.oppidi Italiæ.

inferior dr̃. Cilices. Cilicia regio iuxta Taurũ,& Syriæ pxima: dicta a Ciline Agenoris filio. Cilices duplices eẽ Strabo docet li. xij. Tauros,popl'os Tauri mõtis q ab ĩdico mari surgit: deinde inter Aegyptũ & Pãphylicũ pelagus obiectꝰ septẽtrioni dextro latere,læuo Mediterraneę plagę occurrit: deniq; se ryphęis iugis annectit: sed p gẽtiũ varietate diuersa noia accipit. apđ Indos Hiamos: apud Parthos Pręniphates dr̃: ĩn Taurꝰ. At vbi in excellentissimã sublimitatẽ cõsurgit Caucasus. Q đ bellũ reliq. ac si dicat nullũ vñ possit gloriã reportare: nã hoc qđ gerit est latrocinium sũmi dedecoris. Verba ducis. facto dicendi fine: cũ nõ clamarẽt p̃ Cæsaris formidine milites: Pompeius a cõstituto itiere signa reuocauit & se Brũdusiũ cõtulit. Classica matura: festinũ concentũ tubaꝝ quo iter denũtiarẽt: supra eñ dixit: iãq; secuturo iussurꝰ classica phœbo. Sensit & ipse. aduertit se quoq; timere. Discrimia, picula. Signa, aquilas. Agmen: exercitũ suũ. Pulsus, victꝰ,& eiectꝰ a fortiori ex armentis. Explorat, tẽtat,& expitur. Aduersis, occurrẽtibꝰ. In pastus, in pascua. Recepta ceruice: resũptis viribꝰ ceruicis. Tori. pulpę musculi & dẽsitas q̃dã carnis in collo & cruribꝰ,& etiã in brachijs hoim, in qbꝰ dicũtur ineẽ vires. Ver. Luxuriatq; toris aĩosum pectꝰ. Saltꝰ, pascua. Agmia reddita: armẽta q̃ recepit: nã victorẽ sequũt. Appl'a, Apulia regio Italię Hadriaco mari pxima inter Dauniã & Calabriã. Brũdusij. Brũdusiũ Mesapiorũ ligua vt Strabo docet sonat ceruí caput Est aũt Calabrię oppidũ. Vrbs est. Brũdusiũ Cretẽses, q e Gnoso cũ Theseo discesserũt habitauisse memoriæ pditũ est: postea alios e Sicilia cum Iapyge digressos: nã vtroq; mõ fama est: cũ vna pmanere nollẽt i Bœotia discessisse. Idem est author.

Cilicia. Taurus. Tori. Apulia. Brundusiũ

¶ Tota tenet terra. Ideo dicit totũ orbẽ terrarum suis tropheis & monumẽtis esse refertũ: qm̃ tres triũphos de tribꝰ orbis ptibus reportauit: primũ ex Aphrica subacta deuicto Domitio: secũdũ ex Europa domito Sertorio. Tertium ex Asia pfligato Mithridate: omnibusq; Asiaticis fere regionibus in potestatẽ redactis. vt Plutarchꝰ,& Pliniꝰ meminerũt: & nunc recẽset ipse Põpeius. Gelidas ad Phasidos vndas. Phasis fluuius est Colchorũ põti clarissimus. orit in Moschis vt dicit Pliniꝰ

BERO.

habet oppidũ celeberrimũ nomine Phasim. Pompeius aũt Magnus in suo tertio triũpho ex Asia, Põto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Syria, Cilicia, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, Insula Creta, Basternis, & super hæc de regibus Mithridate ac Tygrane triumphauit vt docet Plinius in septimo. hæc nũc a Põpeio in suam laudẽ memorant. Medius axis. i. polus & partes Meridianę ad quas vergit Aegyptus. Vmbras nusq̃ flectente Syene. Syene oppidum est supra Alexandriam Aegypti quinq; milibꝰ stadiorum in qua Solstitij die medio nullã vmbram iaci tradunt: puteũq; eius experimenti gratia factum totum illuminari. ex quo apparet solem illi loco supra verticem esse vt Plinius & Strabo tradunt & Macrobius: qui hunc Lucani versũ adduxit in testimonium. Syene ergo nusq̃.i.in nullas partes mittit vmbras die solstitij. Macrobiꝰ enim legit nunq̃ & dicit Lucanũ turbasse veritatẽ. non enim nunq̃ fletit sed solstitij die nulla illic potest in terris de quolibet corpore vmbra iactari. Hesperius Betis.i.Hispanus. est enim Betis fluuius Hispaniæ a quo Betica prouincia cognominatur vt ait Plinius.& vt refert Strabo, Prisci Betim Tartessũ nominarunt Betis post omnia flumina ingreditur Tethym.i.oceanũ occiduum duobus ostijs. Domitus Arabs. Arabi gentiũ nullis post ferenda inter duo maria rubrum persicũq; procurrit. Multa de Arabia apud Pliniũ, Strabonem,& Ptolemæum: qui triplicem fecit Arabiam: sed illa cognominata eudemon.i.felix, est ditissima. Arabes murati degunt. Feroces Eniochi. Eniochorũ gẽs fera est in Colcho orta ab aurigis Castoris & Pollucis vt scribit Pliniꝰ. Vnde Eniochi vt par est, ex ijs sunt nominati, teste Strabone. Colchi. Colchica regio est põti clarissima propter vellus aureum: quod tamen Iason cum Argonautis abduxit fauente Medæa vt cecinit Ouidius. Cappado-

ces. Cappadocia regio est prætēta Armeniæ, & Phrygiæ dicta ab amne Cappadoce vt scribit Plinius. Iudæa Iudæa regio est Arabiæ & Aegypto proxima in qua Hierosolyma fuere clarissima vrbium oriētis vt auctor est Plinius. dicitur dedita sacris incerti dei quia nullum apud eos est simulacrum numinis sed mente deum colunt. Moses enim vt Scribit Strabo Aegyptios, Græcosq; damnabat, qui deos hominum pecorumq; imaginibus adorarēt: cum nulla effigie verus deus possit effingi. multa de hac re apud Tacitum, & Eusebium. Incertus ergo dicitur a Lucano deus Iudæorū quoniam nullo exprimitur simulacro. Mollesq; Sophœnæ. Sophœne regio Syriæ mollissima cuius meminit Tacitus. Armenios. Duplex est Armenia maior & minor vt ostendit Plinius dicta a socio Iasonis Armenio vt refert Strabo. Cilicas. Cilicia proxima est Syriæ. hāc olim Lentulus, & Cicero gubernarunt. Taurus, scilicet populos incolentes montem Taurum, qui ab eois veniēs littoribus mediam distrahit Asiam. Imaus, Paropanisus, Coatres, Nyphates, Taurus dictus, numerosis præterea nominibus insignis vt auctor est Plinius. Sensit metum. s. suorum militum. Pulsus vt armentis. queadmodum Taurus ab alio Tauro superatus quærit latebras non rediturus ad certamen nisi viribus recuperatis ita Pompeius fugit impetum Cæsaris & se contulit Brundusium nō pugnaturus nisi exercitu magno comparato. Explorat cornua, an sint dura & valida Ceruice recepta, id est robore pristino ceruicis recuperato. Excussi tori. Tori dicuntur carnes solidæ & musculosæ. Vnde ait Columella parandos esse boues ceruice longa & torosa. Per Appula rura. i. per Apuliam regionē Italiæ.

Vrbs est Dictæis olim possessa colonis
Quos pfugos Creta vexere p æquora puppes
Cecropiæ victū mētitis Thesea velis.
Hanc latus angustum iam se cogentis in arcū
Hesperiæ tenuē producit in æquora linguā:
Hadriacas flexis claudit quæ cornibus vndas.
Nec tñ hoc arctis immissum faucibus æquor.
Portus erat si non violentos insula coros
Exciperet saxis: lapsasq; refunderet vndas.
Hinc illinc montes scopulosæ rupis aperto
Opposuit natura mari: flatusq; remouit:
Vt tremulo starent contentæ fune carinæ.
Hinc late patet omne fretū: seu vela ferantur
In portus Corcyra tuos: seu læua petatur
Illyris: Ionias vergens ve Epidānus in vndas.
Hæc fuga nautarū: quum totas Hadria vires
Mouit: & in nubes abiere Ceraunia quumq;
Spumoso Calaber perfūditur æquore Sason.
Ergo vbi nulla fides rebus post terga relictis:
Nec licet ad duros Martē conuertere Iberos:
Quū me diæ iaceant immēsis tractibus alpes:
Tū sobole ex tanta natum cui firmior ætas
Affatur. Mundi iubeo tentare recessus.
Euphratem Nilumq; moue: quo nominis vsq;
Nostri fama venit: quas est vulgata p vrbes
Post me Roma ducē: sparsos per rura colonos
Redde mari Cilicas: Pharios hic cōcute reges
Tygranēq; meū: nec Pharnacis arma relinq̄s
Admoneo: neu tu populos vtraq; vagantes

SVLPI. ¶ Dictæis, Cretensibus. Dictæ enim in Creta mōs est qui & dictæus dicitur vt Strabo tradit Cecropiæ: Athenienses. Theseus cū in Cretam ad Minotaurū forte delectus vel sponte se contulit. nota est fabula apud Plutarchū, & Diodorum. Eam in principio æneidos Verg. pstrixit. Mētitis victum Thesea. iusserat Aegeus discedenti filio vt si vinceret Minotaurum, vela q̄ nigra erāt mutaret in alba: sin minus, in nigra referrentur. Sed illis oblitis mutare: cum Aegeus nigra vela redeuntium cōspexisset se præcipitauit in mare: quod postea Aegeum est appellatū. Mētitis: falsum de Theseo indicantibus. Hāc linguam: terram tenuem exporrectam in linguæ formā. Cogentis in arcum: constringentis se in flexum in cui⁹ vno extremo Calabria: in medio Tarentus: in altero magna græcia & Brutij sunt Nec nos lateat portum quē poeta describit, Vergilius in primo æne. videtur effinxisse his versibus. Est in secessu longo loc⁹ insula portum Efficit &c. Quēq; & Hispaniæ Carthaginis portus huic similis est. Claudit, complectitur. Cornibus rupibus exporrectis in formam cornuum ceruinorum quib⁹ simillimæ sunt: & vrbs ipsa caput imitatur. Nec tamen. flexus hic montium portum non faciebat nisi esset opposita insula. Coros: ventos ab occasu solstitiali flantes. Refunderet, remitteret fluctus quibus feritur. Lapsas, discurrentes. Flatus, ventos. Contentæ fune carinæ: quæ non indigerent anchoris & tutæ essent Late patet, aperta est in omnem partem nauigatio. Corcyra, q̄ insula est i Ionio Phœacū patria Alcynoi regnū, olim Scherea dicta

Corcyra.

Illyris, Europæ regio q̄ terminat Italia, Germania, Macedonia, Thracia, Epiro, & mari Adriatico. Epidānos: oppidū in Epiro qd propter inauspicatū nomē vt Pli. inquit Romani Dyrrhachiū appellauere. Quum totas Hadria vires: quādo in Hadriaco tempestas exoritur. Huc, in portū Brundusij. Ceraunia. montes Epiri a crebris fulminibus dicti: κέραυνος enim fulmen interpretatur. Abiere in nubes: pleni sunt nubibus & non videntur. Sason: insula contra Calabriam quæ vt Strabo ait, ipsius interualli quod inter Epirum & Brundusium interiacet media sita est: propterea q rectū nauigando tenere cursum nequeūt: a Sasona ad Hydrūtē læuorsum iter faciunt. Reb⁹ relictis, Italiæ. Nec licet. nō eñ

Illyris.

Epidānos.

Ceraunia.

Sason.

Armenia: pontiq; feras per littora gentes.
Rhipheasq; manus: & quas tenet equore denso
Pigra palus Scythici patiés Mœotica plaustri.

¶ Vrbs est Dictæis. Quia precipua res quę restat in hoc libro recitanda Brundusij agebatur: ideo latius describit ipsum dicens. Vrbs est. scilicet Brundusium, possessa olim colonis dictęis. i. Cretensibus: quos colonos, profugos, id est procul fugientes a Creta, puppes Cecropiæ, id est Athenien. vexere p æquora, velis mentitis Thesea victum a Minotauro, id est nigris aut similibus illis quibus Aegeus putauit a Minotauro victū & occisum. Latus Hesperiæ, id est Italiæ, cogentis, id est constringentis iam se in arcum, id est flexum angustum, producit, id est portendit in æquora, hanc, scilicet vrbem dictam existentem linguam tenuem, id est terram oblongā linguæ similē: de qua Iacobus Bononien. vt post Beroaldum videbimus. quæ claudit, id est complectitur vndas Adriacas, id est maris Adriatici, cornibus, id est rupibus exporrectis, flexis, id est curuatis: nec tamen hoc æquor immissum faucibus arctis, scilicet conclusis inter duo latera, erat, id est fuisset portus si insula, scilicet opposita, non exciperet saxis, scilicet suis coros, scilicet ventos qui & cauri dicuntur, violētos: hoc est propter ventorum violētiam non fuisset ibi portus: nisi insula saxosa illos frāgeret, & refunderet, id est remitteret vndas lapsas .s. per ipsa saxa. Natura opposuit hinc & illinc, id est ab vtraq; parte, mari aperto, id est quod fuisset apertum, montes rupis scopulosæ, id est habentes rupem scopulis plenam, & remouit flatus, scilicet ventorum: vt carinæ; id est naues, starēt, id est stare possent, contentę fune tremulo, id est fragili. Omne fretum patet hinc. i. ex hoc portu Brundusino, late: seu o Corcyra insula in Ionio, vela ferantur in tuos portus, seu Illyris, id est Illyrica regio Europæ, leua, id est sinistra iacens, petatur: ve pro vel Epidanus quod & Dyrrhachium dicitur, vergens in vndas Ionias sup. petatur. Aldus, Calepin⁹, & plures legūt Epidaurus: quod oppidum, quia in Peloponneso a Plynio & Strabone ponitur, non videtur loco congruere. Fuga nautarum sup. est hinc, id est ab his vndis. sunt qui legant huc, id est in hunc portum tutum: quum Adria, id est mare Adrianū mouit totas vires, scilicet tempestuosarum vndarum, & quū Ceraunia, id est mōtes Epiri fulminosi abiere in nubes, id est cooperta sunt nubibus, aut seminaria fulminis emiserunt cōmixta nubib⁹. Quūq;, id est & quum Sason Calaber, id est insula contra Calabriam, perfunditur equore spumoso. hacten⁹ de Brundusio. Ergo vbi nulla fides, id est fiducia est rebus. s. Italiæ relictis post terga: nec licet conuertere Martem, id est bellum, ad Iberos, id est Hispanos duros: hoc est cum non liceat aufugere ad Hispanos: cum Alpes iaceant medię sup. cū tractibus immēsis: tū. i. tūc Pōpei⁹ affatur natū. i. filiū. s. Cn. Pōpeiū cui. s. fuit firmior ętas ex tāta sobole. i. q̄ reliq̄ soboli. Ego iubeo. i. pcipio tibi tētare recessus. i. angulos mūdi. moue. s. in plia, Eufratē. i. Armeniā, & Nilum. i. Aegyptū: quo. i. ad quæ loca vsq; venit fama mei nois: p quas vrbes est Roma vulgata. i. diuulgata p⁹ me ducē. moue colonos sparsos p rura: rede mari cilicas. id est piratas. concute. i. cōcita hinc reges Pharios & Tygranē regē Armeniæ, meū. s. amicū: & admoneo ne relinquas arma Pharnacis filij Mithridatis, neu hoc est neue tu relinquas populos vagātes vtraq; Armenia, & gētes feras p littora Pōti: & man⁹. hoc est copias rhipheas: & quas Mœotica palus patiēs. i. toleratiua plaustri Scythici, hoc ē sub Boote iacēs, pigra, ab effectu, tenet æquore denso.

PRopulit vt claſſem. Pōpeius nauigans a Brunduſio nunq̄ flexit oculos ab Italia quoad eam potuit ſpectare, deinde in ſomnum reſolutus vidit in ſomnis imaginem Iulię prioris coniugis filię Cęſaris. Dum littora nunq̄ ad viſus. quia nunq̄ ampli⁹ redibit in Italiam. Cernit vaneſcere montes. dum recedit montes Italiæ vaneſcere videbanť, q a paulatim ei⁹ oculis ſubtrahebantur. Membra ducis.ſ. Pōpeij cuius membra languore in ſomnum reſoluebantur. Per hiātes Iulia terras.i.ab inferis videbatur Iulia attollere caput per hiātes.i.patentes terras. Sedib⁹ Elyſijs. Elyſiū eſt vbi piorum animę habitāt poſt corporis animæq; diſcretionem:vt dicit Seruius. & ſcd̄m poetas Elyſij campi in medio ſunt inferorū ſuis felicitatib⁹ pleni. Vergilius. Sed amœna piorū Concilia Elyſiumq; colo. Secundū philoſophos Elyſiū eſt Inſulæ Fortunatæ q̄ vt dicit Plynius ſunt numero ſex in mari Athlātico copia pomorū & auium oīs generis abūdātes. de quibus inquit Horatius. Petam⁹ arua diuites & inſulas. Reddit vbi cererem tellus inarata quotānis, & imputata floret vſq; vinea. Plutarchus dixit duas eſſe tātūmodo Inſulas fortunatas vbi aer ſit temperatus purus & ſyncærus. Solū vero abſq; humano labore fructū producit, dulcem copioſiſſimūq;. Secundū theologos aūt Elyſij cāpi ſunt circa lunarem circulū vbi aer purior. Lucan⁹ loquitur nūc ſcd̄m poetas. Ad ſtygias tenebras. Styx pal⁹ eſt inferorum: Dij cuius iurare timēt: & fallere numē: vt ait Vergili⁹. Sēſus eſt. Ego prius eram inquit Iulia in campis Elyſijs:ſed poſtq̄ bella ciuilia orta ſūt inter te o Pompei & Cæſarē patrem meū, rapior ad ſtygias tenebras vbi torquenť animæ noxiorum, quia ego videor fuiſſe cauſa iſtorum malorum. qm̄ vt dicere ſolebat Cato ex hac Cæſaris & Pompeij affinitate & amicitia ortę ſunt diſſentiones ciuiles. Maneſq; nocētes.i. vmbras ſceleratorum. Manes aūt apd̄ Priſcos tanq̄ dei colebātur: vt Plynius & Cicero tradunt. Eumenidas.i. furias. Vergilius Ferreiq; Eumenidū Thalami. Acherontis

Elyſij Cāpi

adusti portitor. Acheron fluui⁹ est inferni vt Vergili⁹ & Plato memorant. Acherontis portitor ē Charon, de quo Vergili⁹. Portitor has horrēd⁹ aquas & flumina seruat terribili squalore Charō. hic cymba parua subuectat vmbras defunctorum. Ait nunc Iulia Charontem pręparare multas naues ad trāsuehēdas vmbras, qm̄ in bello ciuili innumerabiles perierunt. Tartara. Tartarus vt scribunt Plato & Varro fluuius est inferorū, vbi puniunt̄ nocētes. Laxant̄, aperiunt̄. Cunctæ sorores tot inquit moriunt̄: ꝙ ipę parcę nō possunt frangere tot stamia. Sorores ei Clotho Lachesis & Atropos rumpendo stamina vitā mortalium finiunt, L. lassant, defatigant. Parcas. per contrarium parcę dicuntur ꝙ nulli parcant: vt ait Seruius.

Parcæ

i. inflammato. Est aūt parasceue futurę orationis. Nā cū inflāmato animo omnia dictura sit⁹ bene visa est ꝓdire e sepulchro accenso. Et sup. inquit ad Pompeium. Ego expulsa. i. violenter eiecta ꝓpter mala forsan q̄ ob ei⁹ mortem futura erant, sedibus Elysijs. i. hortis quietis beatorū: & cāpo piorū: trahor post bellū ciuile, qđ p meā mortē ortum est: ad tenebras Stygias. i. tristitiæ infernalis, & ad Manes. i. inferos nocētes. i. infestos ijs qui apud eos sunt. Ipa. i. ego, vidi manes tenētes Eumenides i. furias infernales. q̄ dictæ sunt scđm Augustinū Dathū non per antiphrasim, sed ex vero noīe. Nam dicunt̄ bene .i. multū furentes. cū .i. quādo Eumenides quaterent. i. incuterent, vestris armis. i. furori belli ciuilis, lāpadas. i. incēdia & incremēta irarum. Portitor. s. Charon qui portitor & porthmeus dicitur eo ꝙ trāsuehit scđm poetas aīas hinc ad īferos & illinc ad nos & exigit ab eis scđm Iuuenalem pretium trāsuectionis. vnde de misero dicit, Nec habet quē porrigat ore trientē. Portitor ergo Acherontis, fluuij infernalis adusti, quia prope Phlegethōta est, præparat innumeras puppes ad transuehendas animas eorum qui in bello occidēdi erant: tartara lassant̄. i. fatigantur in multas pœnas: quia omnes inferi intēti sunt futuris prędis: vix cunctę sorores. i. parcæ abrumpentes fila vitalia morituris in bello, vix sufficiunt operi, dextra properante. i. accelerante. stamina lassant parcas rumpentes ea.

SVLPITIVS.

Coniuge me. Corneliā in odium eius adducit diuersum vtriusq; fatum commemorans. Toris, cum vxore. Nā duxisti Corneliam quæ est suis maritis perniciosa. fuerat autem. P. Crassi filij vxor, qui cum patre & toto exercitu bello Parthico cecidit apud Carras. Pellex. Pellex vt Flacc⁹ ait ea est q̄ cū eo cui vxor est corp⁹ miscet: diciq; pellex vxoris non viri. Massuri⁹ eam dicit quę pro vxore est cum non sit, & sic hoc loco accipitur: respectu eīn amoris & pietatis suę ī Magnum Iulia Corneliā pellicem dicit ꝙ mariti amorē ab ipa ad se auertit. Busto tepido, me mortua recenter, & adhuc tepido loco ī quo sum combusta: improbatq; Pom. festinātiam ad nuptias nouas non seruato luctus legitimo tempore mensium decē. Hęreat, licet tecū assidue sit tamen non poteris mei noctu te vexantis cura dormire. Et nullum vestro. & nō sit vobis spacium incūbendi quieto amori. cum Cæ. die, ego noctu te vexem. Obliuia ripę Lethææ. Animæ iā purgatę Letheū fluuium potare dicunt̄ vt pręterita obliuiscantur. Vergi. Letheos latices & lōga obliuia potant. Est aūt Lethe in inferno flu. est & eiusdē noīs ī Aphrica apđ extrema Syrtiū. Per meas vmbras. q̄tū ē in vmbris & aīa mea, semper eris Cę. affinitate deuict⁹. Abscidis. i. necessitudinem nostram frustra conaris bello extinguere, quia omnino breui te possidebo. Faciet meum. his verbis ei mortem denunciat. Per amplexus. nam visa erat mutuo maritū amplecti. Dei. quicquid enim portenta & Iulia prædixere, deorū permissu est actum. Manes, vel anima Iuliæ, vel melius pœnas: vt Quisq; suos patimur Manes. & supra dixit ī multas laxantur tartara pœnas. Certa cū mēte malorum, cum certo proposito agēdi belli ciuilis. Visus, pro visū posuit. Visum eīn dicitur quū inter vigiliam & adulteram quietem dum adhuc vigilare nos credim⁹ aspicere videmur formas irruētes: vt Epialthē hoc est incubum. Visus est vis oculorū: visio vero quum id quis videt qđ eodem modo quo apparuerat euenit. Aut nihil est sensus. Dy-

Pellex.

Lethe.

Manes.

Visum.

Visus.
Visio.

Coniuge me lętos duxisti Magne triūphos:
Fortuna est mutua toris: semperq; potentes
Detrahere in cladem fato damnata maritos,
En nupsit tepido pellex Cornelia busto.
Hęreat illa tuis per bella per ęquora signis:
Dum non securos liceat mihi rūpere somnos:
Et nullum vestro vacuum sit tempus amori.
Sed teneat Cęsarq; dies: & Iulia noctes.
Me non lethe ę coniunx obliuia ripæ
Immemorem fecere tui: regesq; silentum
Permisere sequi: veniam te bella gerente
In medias acies: nūq̄ tibi Magne per vmbras
Perq; meos manes generum non esse licebit.
Abscindis frustra ferro tua pignora: bellum
Te faciet ciuile meum. Sic fata refugit
Vmbra per amplexus trepidi dilapsa mariti.
Ille: dei q̄uis cladem manesq; minentur:
Maior in arma ruit certa tum mēte malorum.
Et quid (ait) vani terremur imagine visus?
Aut nihil est sensus animis a morte relictum:
Aut mors ipa nihil. Titan iam ꝓnus in vndas
Ibat: & igniferi tantū demerserat orbis:
Quantū deesse solet lunæ: seu plena futura ē:
Seu iam plena fuit. tunc obtulit hospita tell⁹:
Puppibus accessus facilis: legere rudentes

Et poſito remis petierunt littora malo.
Cęſar vt emiſſas venti rapuere carinas:
Abſconditq; fretum claſſes: & littora ſolus
Dux ſtetit Heſperio: non illum gloria pulſi
Lætificat Magni: queritur q; tuta per ęquor
Terga ferāt hoſtes: nec enim iam ſufficit vlla
Præcipiti fortuna viro: nec vincere tanti:
Vt bellum differret erat. tum pectore curas
Expulit armorum: paciq; intentus agebat.
Quoq; modo vanos populi conciret amores
Gnarus & irarum cauſas & ſumma fauoris
Annona momenta trahi: namq; aſſerit vrbes
Sola fames: emiturq; met9 cū ſegne potentes
Vulgus alunt. neſcit plebes ieiuna timere.

❡ Coniuge me. Proſequit̃ Iulia minas ſuas per inſomnia viſa ac dicēs. O magne. ſ. Pōpei, tu duxiſti me cōiuge. i. donec tibi erā cōiūx: triūphos lętos. i. feſtiuos: aut tu lætus. Fortuna ē mutata ſup. tibi, toris. i. cū coniuge infauſta quā in torū accepiſti: & Cornelia vxor tua noua, dānata fato. i. fataliter addicta, detrahere ſemp in cladē. i. pniciē, maritos potētes: vt Craſſum apud Parthos. en. q. d. quod nunq̃ verita erā: nupſit pellex ſup. mihi, buſto. ſ. meo adhuc tepido. i. priuſq̃ cineres mei frixerant. Illa. ſ. pellex execrabilis, hęreat tuis ſignis per bella ſ. terrarū: & per ęquora: dū. i. dūmodo liceat mihi, rumpere. i. infeſtare ſomnos ſup. tuos, non ſecuros. q. d. dū p ſomnum tibi apparēs moleſta fuero: & dum nullū tps ſit vacuū. i. cōceſſum vr̃o amori. i. quo amori indulgeatis: ſed & Cæſar teneat. ſ. occupatos vobis dies: & Iulia teneat, honeſtius q̃ ſi dicat, ego teneam, noctes. ſ. ſollicitatas. O coniunx. ſ. Magne, obliuia ripę letheæ. i. q̃uis in ripam vlteriorē traducta p Letheū fluuiū debuerā oīm oblita haberi: tñ non fecere. i. fecerūt me immemorem tui: & reges ſilētiū. i. dij inferorū rectores, pmiſere ſequi. ſ. te. i. vt te ſequar. Ego veniam te gerente bella. i. dum bella geres, in acies medias: o Magne nunq̃ licebat. i. dabit̃ tibi nō eſſe generū. ſ. Cæſaris patris mei: p. i. propter vmbras meas: & p. i. propter manes meos, quia ſemp adero: & ita nō erit ſolutum matrimonium. Tu fruſtra abſcindis. i. interrumpis ferro. i. vi armorum tua pignora. i. ius affinitatis contractæ cū pr̃e meo: quia bellū ciuile faciet te meū. i. reddet te mihi: nā occideris & ita apud inferos meus eris. ſicut Dido dicitur in ſexto Sicheo iterū cōiuncta. Vmbra. ſ. Iulię, fata ſic, refugit dilapſa. i. elabēs per amplexus. i. p brachia parantis amplecti eā, mariti trepidi ſ. præ anxietate viſi. Ille. ſ. Maritus reuerſus ad ſe, q̃uis dei. ſ. inferi, quorū permiſſu Iulia venerat, minentur cladem. i. exitium: tamē ruit in arma. i. bella, maior. i. animoſior: & hoc mēte exiſtēte tū certa malorū. i. deſperās de ſalute. qa vt dicit Maro Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutē. Et ait. ſ. ſecum: quid. i. ad quid aut̃ in quo, terremur imagīe. i. apparētia, viſus pro viſi, vani. i. mendacis aut inanis. Aut eñ nihil ſenſus eſt relictū animis morte. i. poſt mortē: ita q; animi quoq; intereant: & ita ſi nihil ſentiunt poſt mortem, nihil eſt timendum poſt mortē: aut ſi mors non delet ſenſus: mors ip̃a nihil eſt: & ita nō formidāda. Titan. i. ſol, ibat iam pronus in vndas. i. tendebat ad occaſum: & demerſerat. i. ſub terrā dimiſerat: tantū. i. tantā partē orbis. i. globi igniferi, quātū ſolet deeſſe lunæ, ſeu quādo ſup. lema eſt quo cōficit̃ mortē nō eſſe metuendā Aut inquit animæ poſt mortē non ſentiunt & cū corpore pereūt: vt vult Epicurus. Aut ſentiunt & viuunt: vt aſſerūt Dryidæ. Si vero ſentiunt: nil mali eſt in morte: ſi non ſentiunt, mors ip̃a vitæ nil officit. Titan iā pron9. cœperat ſol occidere cum Pompei9 Dyrrhachiū appulit. Orbis, rotūdi ſui corporis. Hoſpita tellus: Dyrrhachiū ſuſcipiens in hoſpitiū. Legere rudentes: collegere funes & arborē iclinauere: & collectis velis remigādo portū ingreſſi ſūt. Cęſar vt. Cæſar etſi ad ſpem cōficiēdi negotij Pō. ſeq pbabat, priuſq̃ vllis tranſmarinis auxilijs ſe cōfirmaret: tamē morā metuebat q; naues eſſent a Picenis & Gallia expectandę. itaq; ne victus Pō. exercitus & duæ Hiſpaniæ confirmarentur: & ne Gallia & Italia abſent e ſe tentarent̃ Pom. inſequēdi ratiōe omiſſa, in Hiſpaniā pficiſci cōſtituit. Emiſſas, portu egreſſas. Fretū abſcōdit claſſes: ob diſtantiā, vel ob maris altitudinē naues non videbant̃. Eſt eñ curuū mare: terra ip̃a rotunda altius. Queritur, dolet non perſequi Pompeiū. Vlla fortuna, vlla felicitas, cui nō acquieſcebat. Pręcipiti, impatienti moræ. Nec vincere tanti. nec tāti exiſtimabat victoriā vt vellet bellū protrahere. malebat eñ cū periculo ſtatim cōficere. Paciq; intentus. depoſitis curis bellicis, aīm ciuilibus & pacis officijs applicauit: p̄ſertim quō poſſet populorū ſibi gratiam cōciliare. Agebat: mēte voluebat. Conciret, alliceret. Vanos, inſtabiles. Gnar9. ſcius populos ex rei frumētarię copia conciliari: ex pœnuria a fide deficere. Momenta, motus & impetus. Trahi. cōtrahi & conciliari. Annona. Annonā nō mo- Annona.
do appellamus fructus oēs quos terra pducit ad vſum vitę neceſſarios: ſed annuū quarūcunq; rerū q̃ in noſtro vſu ſunt, prouentū. Aſſerit: liberas facit & in ſe confirmat. Emit̃ metus. metuūt ne forte deſit eis id quo indigent: & qđ dare principes cœperunt qui cerere dando illos metuere docent. Neſcit plebes. quum enim eſurit, a fide deficit & inſurgit in principes.

BEROALDVS.

❡ Toris. i. matrimonio Corneliæ. Damnata. i. quæ Cornelia maritos facit infelices. nā Publius Craſſus eius prior marit9 fuit a Parthis trucidatus: nūc Pompeius eſt infelix, & ſupabitur. Tepido buſto. i. vix ſepulto priore marito. Pellex. Pellices dicunt̃ concubinę & proprie q̃rem cū eo habent cui vxor eſt vt ſcribit Iuriſconſultus de Verborū ſignificatione. Nō ſecuros. i. ſollicitos ſomnos tuos interrumpā. Cęſarq; dies. i. pater meus te diſtineat interdiu: ego vero noctu nō ſinā te eſſe quietum. Obliuia lethe ripę. Letheus fluuius eſt inferorū: cuius aquā animę potare dicunt̃ vt obliuionē patiant̃: vt incipiāt in corpora velle reuerti, vt Vergili9 cecinit in ſexto Dicit Iulia ſe q̃uis guſtauerit letheas vndas, tamen non eſſe oblitā mariti Pompeij. Regeſq; ſilentum. i. Pluto & Proſerpina, reges ſilentum hoc eſt inferorū. Ita Vergilius. Vmbræq; ſilentes. Nunq̃ non. i. ſemper licebit te eſſe generum Cęſaris per manes meos: quia

vmbra mea singulis noctibus tecū erit,&ve niet in pugnam. Bellū te faciet ciuile meum i.tu morieris in hoc bello ciuili & sic efficieris meus: qm̄ vmbra tua veniet ad inferos. Vani visus.i.somnio. Somnijs em̄ vt dicit Hieronymus asserunt philosophi non esse credē dū. Aut nihil est. Sensus est aut inquit mors extinguit animā vna cū corpore,& sic nihil post mortem est sensus.quod autē non sentit, vt ait Epicurus,nihil ad nos.aut mors est diuisio animæ & corporis: & sic mors est nihil quia post mortē vita fruimur meliore.du plici argumento ostendit mortem esse contē nendā. Titan.i.sol,de quo supra. Pronus in vndas.i.tendens ad occasum. Sol em̄ a poetis dicitur oriri ex oceano,& occidere ī oceanū.Hospita tellus.i.Epirus, q̄ regio hospitiū præbuit aduentanti Pompeio. Quantū deesse solet lunę. Sensus est tm̄ sol sui orbis igniferi merserat in vndas,quantū.s. rotūditatis est futura plena & nondū est,seu qm̄ iā fuit plena & non amplius est:tūc.s.in occasu solis,tellus hospita.s.ipius Dyrrhachij obtulit puppibus Pompeij accessus faciles: & Pōpeius ac Pompeiani,legere.i.collegerūt rudentes.i.funes velorum & antennarū:& malo.i.velo posito.i.deposito,petierunt littora remis i.freti remigio. Cæsar vt.i.postq̄ venti rapuere carinas emissas.i.vidit Pōpeiū ventis & remis aufugere :& fretū in medio altius abscondit classes Pompeij:& ipe dux stetit solus fugiēte hoste,in littore Hesperio.i.Italico:queritur ꝙ hostes ferant per æquor terga tuta.i.ꝙ tuti aufugiant.neq; em̄ vlla fortuna sufficit iam viro p̄cipiti.i.Cæsari. Nec vincere erat.i. existimabatur ab eo tanti: vt deferret.i.vellet differre bellū. Tunc expulit pectore curas armorū:& intentus paci agebat.i.viuebat. Et ipe gnarus.i.scius,quo modo conciret.i.conciliaret, vanos.i. instabiles amores.i. fauores populi: & gnarus causas irarum & summa momenta.i.motus,fauoris.i.popularis,trahi suple ab Annona.i.victu annuo.Nam sola fames,asserit.i. liberas facit vrbes.i.ciuitates:& vulgus emitur.i.seruire cogit cū potentes alunt vulgus segne.quia plebs ieiuna,hoc est famelica,nescit timere.

& orbis solet deesse lunę siue crescat siue minuat.postq̄ em̄ fuit luna plena paulatim diminuit:& efficit dimidiata:vbi deinde fuit nulla,incipit ęquis portionibus augeri.Legere rudentes.i.funes quib⁹ vela nauiū expā duntur appropinquātes littori collegerūt.Posito malo.i.deposito & remotis velis,vsi sunt officio remorum. Littora.Littus vt Cicero & iurisconsulti diffiniunt est quatenus hybernus fluctus marinus maximus extendit. Absconditq; fretum classes.i.postq̄ non amplius apparebāt Pōpeianæ naues.Mare em̄ altius est & sublimius terra vt physici tradūt.vñ ait Vergilius.Conscendi nauib⁹ ęquor. Querit, dolet. Vlla fortuna.i.felicitas Præcipiti viro.i.Cæsari.Nec vincere tanti. Sēsus est,Cæsar adeo erat præceps in oīa vt vincere noluisset nisi q̄ primū foret victor:nec tanti.s.pretij existimasset victoriā vt vellet bellū differre & protrahere. Tūc,postq̄ Pōpeius reliquerat Italiam. Vanos populi cōciret amores.i.fauorem popularem demereret.populi autē amores vani sunt,instabiles,& mobiles.Nihil in populo certū est vt scribit Cicero. Cōciret.i. attraheret & conuocaret Gnarus & irarū causas & summa fauoris Annona momenta trahi. Sensus est,sciebat Cæsar amorem populi Annona.i.fertilitate & largitione frumenti & commeatuum comparari:& similiter irā & odiū populare Annonę penuria cōcitari. Vnde instituit vrbē Romā implere cōmeatib⁹. Annona aūt dicit commeatus & fruges Similiter apud Varronē & Trāquillū legit annona macelli pro carnib⁹ & piscibus. Asserit vrbes sola fames. Vulgus esuriens & famelicū asserit.i. vindicatur in libertatē. Emiturq; metus:potentes timent & colunt a plebeis si Annonā suppeditēt & fruges. Vnde Gracci ferentes legē agrariā inierūt beniuolentiā popularem. Plebes. Antiqui declinabant hęc plebes plebei in quarta declinatione. Vñ apud Liuiū; sępenumero plebes inuenit in nominatiuo .nūc dicitur plebs plebis in tertia declinatione vt tradit Priscianus.

SVLPITIVS.

¶ Curio Sicanias. Cęsar Curionem Proprętorem cum tribus legionibus in Siciliā(quæ est fertilissima)frumentandi gratia misit. At Cato q illic naues reficiebat,& nouas imperabat,& delectus habebat,cognito Curionis aduentu,proiectū se a Pōpeio & proditū cōquerens,ꝙ omnibus rebus imparatissimus nō necessariū bellū suscepisset,ex ꝓuincia ꝓfugit. Qua mare.eā partē q̄ est cōtra Rhegiū indicat.locus hic circa finē secundi apert⁹ est Obruit,terręmotu. Scidit,impetu vndarum Medias terras,Italiæ & Siciliæ partē. Vis,impetus. Laborant, laborare videntur, quasi metuentes.Montes, Apenninus & Pelorus. Bellaq;. Sardinia Insula est ī mari tyrrheno a Sardo Herculis filio dicta q e Libya veniens Insulā occupauit. Est autē fertilis sed pene pestilens abundatq; præsertim frumento vt Sicilia:q̄ vt Cicero & Strabo aiunt appellata est horreū Ro. In Sardiniā igit Valerium legatum cū vna legione misit Cæsar.sub cuius aduentu Caralitani Cottam qui eam obtinebat,statim eiecerunt:& iō dicit bella sparsa.Nec plus,nec vnde plus frumenti in Italiam & Romam aduehitur. Messibus longinquis:frugibus externis.Horrea, tecta in quibus fruges cōdunt. Vbere vix glebę. Aphrica vix superat has Insulas fertilitate quū nō

Curio Sicanias transcendere iussus in vrbes
Qua mare tellurem subitis aut obruit vndis
Aut scidit:& medias fecit sibi littora terras.
Vis illic ingens pelagi:semperq; laborāt
Aequora: ne rupti repetant confinia montes:
Bellaq; Sardoas etiam spargunt in oras.
Vtraq; frugiferis est Insula nobilis aruis:
Nec plus Hesperiam longinquis messib⁹ vllę
Nec Romana magis complerūt horrea terrę
Vbere vix glebę superat cessantibus haustris
Quum medium nubes Borea cogēte sub axē
Effusis magnum Libye tulit hymbrib⁹ annū.
Hęc vbi sunt prouisa duci:tūc agmina victor
Non armata trahens:sed pacis habētia vultū
Tecta petit patrię. Pro si remeasset in vrbem:
Gallorum tantum populis arctoq; subacta:

Quam seriem rerum longa premittere pōpa:
Quas potuit belli facies: vt vincula Rheno
Oceanoq; daret: celsos vt Gallia currus
Nobilis: & flauis sequeretur mista Britannis
Perdidit o qualem vincendo plura triumphū.
Non illum lætis vadentem cœtibus vrbes:
Sed tacitæ videre metu: nec constitit vsq;
Obuia turba duci. gaudet tamen esse timori
Tam magno populis: & se nō mallet amari.

¶ Curio Sicanias &c. Prosequit̃ ꝑfectionē Curionis Causidi ci (q ad Cęsarē defecerat) in Sicilia dicēs. Curio iussus sup. est a Cæsare, trāscēdere. i. trāsfretare in vrbes Sicanias. i. Siculas (legerē sicanas qa videt̃ media ꝑducēda) qua. s. pte, mare aut obruit. i. inuoluit vndis subitis tellurem, aut scidit. i. diuisit terras medias. i. trāseundo p mediū terrarꝫ: & fecit sibi littora. s. ex terris vtrinq; relictis. Vis. i. vigor & potestas pelagi est illic ingēs. i. valde magna: & æquora laborāt. i. sunt in periculo, semper ne mōtes rapti repetant cōfinia. i. cadāt in mare: & obstruāt iterū viā illā mediā. Et bella. i. bellatores spargunt̃ etiā in oras sardoas. i. Sardiniæ Insulę in mari Tyrrheno. Vtraq; Insula & Sicilia & Sardinia est nobilis aruis frugiferis. i. copia frumēti. Vñ Ceres Siciliæ regina dicit̃ frumenti inuētrix, qđ illic etiam spōte nascit̃. Nec vllæ terræ cōplerūt plus, q̃ illę duę Insulę, Hesperiā. i. Italiā messibus lōginquis. i. lōge quæsitis & externis. nec magis cōplerunt horrea Romana q̃ dictæ Insulæ. Libye i. Aphrica, vix supat. i. vincit has insulas, vbere. i. fœcunditate & vbertate ac copia glebæ. i. terrę optimę: quū. i. qñ haustris cessantib⁹ q Aphricę ꝑpter calorē infesti sunt: & Borea cogēte nubes sub mediū Axē. i. in Libyē plagā meridionalē tulit magnū annū. i. magnū ꝓuētum anni, hymbrib⁹ effusis. s. in terrā Libycā, pinguē quidē sed siticulosam. hoc est vix tunc Libya fertilior est qñ plurimas affert fruges, hoc ē dū Hauster cessat: & Boreas pluuiā illi affert: q̃ Sicilia & Sardinia. Vbi i. postq̃ hęc sunt ꝓuisa duci. i. a duce Cæsare, tunc ipe victor. i. voti cōpos, trahēs agmina nō armata sed habētia. i. prę se ferētia, vultū. i. speciē ac voluntatē pacis, petit tecta patrię: hoc est ingredit̃ vrbem. Pro, execrantis & exprobātis vox, si Cæsar remeasset in vrbē. s. Romā cū triūpho, populis Gallorū tm̄. i. dūtaxat sup. subactis: & arcto. i. septētrionali plaga subacta: quam i. qualē seriē rerū potuit p̄mittere, cū tot vicisset & tāta captiua haberet: & quas facies. i. spēs. belli potuit p̄mittere, lōga pōpa. i. p lōgā pōpā: vt daret Rheno. i. accolis rheni: hoc est Germanis: & Oceano. i. Accolis Oceani Britannis vincula. i. catenas quib⁹ victi significent̃. & vt Gallia nobilis. s. virtute bellica: & mista. immista. Britannis. i. anglicis, flauis. i. flaui coloris: seq̃ret̃ currus celsos hoc ē triumphales. O qualē triūphū perdidit Cęsar: vincēdo plura. s. q̃ pro iusto triūpho par erat: qa etiā ciues: de quib⁹ triūphare nō poterat. Et ita cēset Cæsarē bello ciuili nō auxisse sed imminuisse gloriā suā. Nā tali triūpho quē per ciuile bellū amisit nihil illi prēclarius potuisset contingere. Vrbes. i. ciuitates (Sępe aūt cōtinēs pro cōtento p metonymiā ponit, nā vrbs significat oppidum, hoc est ædes & muros: ciuitas aūt ciuiū multitudinē) nō videre. i. nō viderūt illū. s. Cęsarē vadentē sup. cū cœtib⁹. s. populorū, lętis: vt fit in triūpho: sed ipe tacitę. i. tacētes viderūt ipm sup. cū metu. Pōt em̄ addi particula cū, qa nō significat̃ instrumentū sed cōcomitantia quædam, nō em̄ viderūt metu sed oculis vt instrumēto, sed cū metu. i. cōcomitāte metu, quia simul metuerūt. nec turba obuia s. venerationis gratia, cōstitit. i. māsit stans, expectans aduētū

flantib⁹ haustris irrigatur ab Aquilone. Haustri em̄ qui in Aphrica serenitatē faciūt in septētrionem pluuias afferunt. Aquilones cōtra: illuc em̄ nubes impellunt & coadunant. Sub meū axem: meridiem versus. & ordo ē libye vix superat. Vbere glebę: abūdātia ter rę. Gleba est terra cū viridi herba auulsa. Annum magnum: magnā messem. Vergilius. Gleba.

Magnaq; cum magno veniet tritura calore.

Hęc vbi sunt prouisa duci. his Cęsar milites in proxima municipia deduxit. Ipe ad vrbē cū non magna manu ꝓficiscit̃. Pro. Cæsaris impietatem & impudentiā arguit: ꝙ suo furore ductus pręclarum triumphum amiserit Remeasset: redijsset. Arcto subacta: victa Germania & reliquis septētrionalibus. Quā seriē, quē ordinē & apparatum. Quas facies: quas pręliorum imagines potuisset in sui triumphi pompa ostentare: vt fieri solet. Daret dedisset. Vincula rheno: quia pōtem in eo cōstruxerat. Oceano, qm̄ primus Romanorū in Britanniā nauigauerat: eāq; tributariā fecerat. Celsas. vt solebant triumphantes imagines rerū gestarū ante currū ducere: postea captiuorū ordo subsequebat̃. Flauis, ꝑpter crines dixit. Vincēdo plura: dū voluit etiam Pompeiū & Italiā supare. Non illū lætis. ciuitates ad quas præteribat non ei gratulabātur sed metuebant. Cœtibus, societatibus. Non mallet amari, q̃q̃ ad opes parandas & tuendas, nihil est accōmodatius q̃ amari: & nihil alienius q̃ metui.

PHIL. BEROALDVS.

¶ Curio sicanias transcedere Cæsar misit in Siciliā Curionē Proprætorē Romanū cum tribus legionib⁹. Ad hūc Curionē Ciceronis extant epistolę: de cuius morte dicet̃ in quarto. Sicania dicit̃ Sicilia a Sicanis populis: q vt dicit Solin⁹ venerunt ex Hispania. Qua mare tellurē. olim vt supra etiam dixim⁹ Sicilia fuit annexa Italiæ, verū impetu vndarꝫ est auulsa: vt Plynius & Iustinus tradunt: vel vt hic ait Lucanus est obruta. Laborāt ęquora. poetice dicitur: qm̄ i freto siculo est Sylla & Charybdis videt̃ mare laborare ne iterꝫ Sicilia iungatur Italiæ: & montes. s. Pelorus & Apēninus connectant̃. Bellaq; Sardoas. Cęsar vt ipe scribit in cōmentarijs misit in Sardiniā cū legiōe vna Valeriū legatū. Oras Sardoas. i. Sardiniā. est autē Sardinia Insula ꝓpe Corsicā in cōspectu Italię: quā timeus Sādalioti appellat ab effigie soleæ. A Sardinia dicit̃ mare Sardoū vt ait Ply. Vtraq; frugiferis ē isula nobil' aruis. Sicilia & Sardinia frumēti fertilissimę fuerūt adeo vt ppl'i Romāi penuriā sępissime subleuauerit. Vñ apđ Liuium legit̃ ꝙ frumēti decimę a Siculis Sardis bis in anno exactę sunt aliquando: & Cicero frumētaria p̄sidia appellat. & teste Strabone Sicilia horreū Romanorū dicebat̃. Vñ merito nūc ait Lucan⁹ nullas terras pl⁹ cōpleuisse Italiā & granaria Romana frumento q̃ fecerūt Sicilia & Sardinia. Vbere vix glebę. Sensus est vix Africa fertilitate supat Siciliam & Sardiniā qñ Boreas ventus septētrionalis cogit nubes sub meridiē: vt pluuia fecundet

Africā. In Africa ei Libyphœnices vocanť qui Bizantiū incolūt. ita appellať regio fertilitatis eximię cū centesimo frugū incremento agricolis fœnꝰ reddēte terra: vt Plyniꝰ & Solinus referunt. Vbere glebæ. i. fertilitate agri. Ita Vergilius. Potēs armis atqꝫ vbere glebæ Libye. i. Aphrica. ntūs est caius. Tulit magnū annū. i. magnā fœcūditatē. Victor. s. Cęsar vbi ꝓuidit re frumentariā. Petit tecta patrię. s. Romę. Pro exclamātis est. Arcto subacta. i. Gallis Germanisqꝫ vergētibꝰ ad Arcton. i. septentriones. Longa ꝑmittere pōpa. Solebāt triūphantes añ se mittere ea oīa q̄ ceperāt in bello: & simulachra oppidoꝝ deuictoꝝ similiter ducebāt lōgo ordine. qualis fuit triumphus Pauli Aemylij & Titi Quintij q triduū triūpharūt. nūc ait Lucanꝰ Cæsarē potuisse ꝑmittere ordinē rerū plurimarū si deuictis Gallis remeasset in vrbē cū triūpho. Pōpa eñ est ordo spectaculorū, funerū, triūphorū. Vt vincula Rheno. In triūphis imagines fluminū ducebanť. Vñ ab Augusto vt ait Proptius ductꝰ est nilus. potuit ergo Cæsar ducere Rheni & Oceani imagines vinculis astrictas: quia Rhenū facto ponte primꝰ trāsiuerat & Oceanū Britānicū nauigauerat. Celsos currus. s. triūphales. Gallia, vel imago Galliæ subactę, vel ipi Galli. Flauis Britannis: vel coloris flaui vel quia vt Cęsar & Plynius tradūt oēs Britanni glasto se inficiūt q̄ est hęrba similis plātagini. Vincēdo plura. i. gerendo ciuile bellū & ꝓfligando Ciues Romanos, ꝑdidit triumphū memorabile. Lętis cœtibꝰ. i. cateruis & freqntia. Et se nō mallet amari. Magis volebat timeri Cęsar q̄ amari iuxta vocē illā Tyrānicā: q̄ multos leto dedit: vt dicit Seneca. Oderint dū metuāt. cuiꝰ meminerūt Cicero & Trāquillꝰ. cius. Iō aūt nō constitit obuia: quia neqꝫ obuiā iuerat: neqꝫ cōstiterat. Vñ sępe apud hunc poetā negatio agit in duo sequentia. obuia inquā duci. s. Cęsari: tñ dux, videlicet Cæsar videns nullū exeuntē sibi obuiā cū sciret id fieri ꝓpter metum, gaudet esse populis tā magno timori, vt nō ausint obuiā exire: & non aut & nec mallet se amari q̄ sic timeri. vñ magis Tyrannum q̄ principē agebat, qđ late Cicero prędicat, & poeta non dissimulanter.

Iāqꝫ & præcipites supauerat Anxuris arces
Et qua Pontinas via diuidit huda paludes:
Qua sublīe nemꝰ: scythicę qua regna Dianę:
Quaqꝫ iter est latiis ad summā fascibꝰ Albam,
Excelsa de rupe procul iam conspicit vrbem
Arctoi toto non visam tempore belli.
Miratusqꝫ suę sic fatur mœnia Romę.
Te ne deum sedes non vllo Marte coacti
Deseruere viri? pro qua pugnabitur vrbe?
Dii melius: q̄ nō latias æous in oras
Nūc furor incubuit: nec iūctꝰ Sarmata velox
Pannonio: Dacisqꝫ Getes admistus habenti
Tam pauidū tibi Roma ducē fortuna pepcit:
Qꝫ bellum ciuile fuit. Sic fatur: & vrbem
Attonitā terrore subit: nāqꝫ ignibus atris
Creditur vt captę rapturus mœnia Romę
Sparsurusqꝫ deos. fuit hęc mensura timoris:
Velle putant quęcūqꝫ potest: non omnia festa
Non fictas læto voces simulare tumultu:
Vix odisse vacat. Phœbea palatia complet
Turba patrū: nullo cogendi iure senatus
E latebris educta suis: non consule sacrę
Fulserunt sedes: non proxima lege potestas
Prętor adest: vacuęqꝫ loco cessere curules.
Omnia Cęsar erat: priuatę curia vocis
Testis adest: sedere patres censere parati:

SVLPI. ¶ Anxuris arces. Agrū Taracinensem. Anxur Volscorū oppidū qđ Trachina ab asperitate: Taracinaqꝫ postea dictum est. Anxur aūt appellatū quia illic puer Iuppiter colebatur: q qm̄ nunq barbā deposuisset, anxur. i. sine nouacula dicebať. Pręcipites arces, altas Pōtinas paludes. hę nō lōge a Setia sūt. Martialis. Pēdula pontinos qua spectat Setia cāpos. Eū locū vigintiquatuor vrbium fuisse Mutianū ter cōsulem tradidisse Plynius ait. Via Appia, q̄ vt Strabo ait strata ē e Roma vsqꝫ Brūdusiū. Huda. sparsa humore: est eñ palustris. Sublime nemus. Dianæ seu Virbij nemꝰ in mōtibꝰ latijs est cis Velitras, & Albā. Regna Dianę scythicę. Horestes post Thoātē Tauricę regē occisū Dianę scythicę simulachrū raptū prope Ariciā vna cum Iphigenia collocauit, mutato tñ ritu sacroꝝ. Lucus Atheniensiū Templū ædificiū Tauricę nominať: pro quo obtinendo singulis annis sacerdotes inter se dimicabant. Qui eñ victimę mactator primus extiterat sacerdos instituebať, fugitiuus quidā vir gladium tenēs & insultus semꝑ circūspectans ad vitandū strenue paratus. Templum aūt sylua circundat: cui lacus adiacet montano circundatū supercilio. Is aūt q obtinebat rex appellabať. Authores sunt Strabo & Tranquillus in Claudio, q inquit regi Nemorēsi. & ī tertio Fastorū Ouidius. Regna tenent fortes pedibꝰ manibusqꝫ fugaces. Et perit exēplo post modo quisqꝫ suo. Quaqꝫ iter est latijs ad summā fasci. Albā. Solebāt cōsules ī latinis ferijs. i. in festo Iouis latialis in mōtem Albanū sacrificatū sese conferre. Fascibus, consulibus. Sūmam, in alto colle sitā. Toto tpe, ꝑ decenniū & vltra. Arctoi, Gallici. Te ne. a cōmiseratione in patriam capta beniuolentia aduersariū in cōtemptū adducit. Sedes deū. Sic & Ouidius. Roma deum sedes. Et alibi. Dignꝰ Roma locus quo deꝰ omnis eat. Non vllo Marte coacti deseruere viri. nulla cōpulsi pugna. Pro qua pugnabitur? certe pro nulla: & arguit Pompeium vt patriæ desertorem pro qua vir bonus non dubitet mortē oppetere. Dij melius sup. ꝓuidere. habēda ē eis grā q̄ Parthi oriētales te nō vexāt. Sarmata. Sarmatæ

Anxur.
Taracina.
Pontina palus.
Via Appia.
Diana scythica.

Si regnum: si templa sibi: iugulumq; senatus
Exiliumq; petat. meliusq; plura iubere
Erubuit: q̃ Roma pati. Tamen exit in iram

¶ Iãq; & pcipites &c. Prosequit̃ pperationẽ Cęsaris in vrbem Ordo est. Et Cęsar supauerat .i. trãscẽderat iã præcipites arces Anxuris oppidi Volscorũ, pcipites p ipe pceps, hoc est quas præceps supauerat, sicut celeres auras Maro vocat quas celer Mercurius trãsuolaret. & supauerat eã partẽ qua via huda .i. aquosa diuidit Paludes pontinas iuxta Setiã vrbẽ: & qua subli me nem⁹ .s. vrbij: & q̃ regna Dianę scythicę .i. tauricę sup. s ũt. & qua iter est fascib⁹ latijs .i. consulib⁹ Romanis ad latinas cele brãdas eũtib⁹: ad Albã .s. vrbẽ, summã .i. i colle celso sitã (vbi pprio vrbis dat̃ ppositio) & iã vbi trãscẽderat supradicta, a pspicit: aut qa sequit̃ pcul, legat̃ cũ Aldo conspicit pcul vrbẽ .s. Romã de rupe excelsa in qua stabat, vrbẽ dico nõ visam a Cęsare toto tpe belli arctoi .i. gesti in septẽtrione cõtra Gallos, Britãnos, & Germanos: & mirat⁹ mœnia Romæ suæ .s. patrię aut quã inuasurus erat, fatur sic. Hoc mõ melius legit̃: q̃ mirat̃ fatus: quia prius mirabat̃ q̃ fabat̃. miratus ergo fatur: nõ fat⁹ mirat̃. Ne .i. nõne o sedes deũ .i. deorũ, viri non coacti vllo marte deseruere tc. pro qua pugnabit̃ vrbe? q. d. p nulla si talis patria deserit̃. Dij melius sup. egerũt cũ vrbe: q̃ furor æous .i. orietalis exercit⁹ in auxiliũ Põpeij veniẽs, nõ incubuit .i. impetũ fecit in oras latias, nec sarmata velox .s. popul⁹ in Scythia, iunctus (aut iũcto) Pãnonio .i. Hũgaro: & Getes q & Geta dicit̃, admixtus dacis: nõ sup. incubuerũt in oras latias. o Roma, fortuna pepcit tibi habenti tã pauidũ ducẽ: videlicet Põpeiũ: q̃ .i. quia bellũ ciuile fuit: & nõ externũ. Cęsar fat̃ sic. & subit .i. ingredit̃ vrbẽ, hoc est ciuitatẽ Romanã, attonitã terrore .s. eius aduẽt⁹. Nã credit̃ rapturus mœnia Romæ, vt .i. veluti captæ .s. a se: & sparsurus deos .i. tẽpla & simulacra deorũ. Hęc fuit mensura timoris: q̃ putãt sup. Cęsarẽ velle quęcũq; aut quodcunq; põt. i. eaten⁹ timuerũt quaten⁹ sciebãt Cæsarẽ posse. Nõ vacat .i. nõ ẽ spatiũ aũt opportũitas sic Attonitis, simulare omina .s. aduẽtus Cæ. festa .i. festiua & læta: & simulare tumultu lęto voces fictas .i. applaudẽtes ingredienti: vix vacat odisse .i. ostendere signa odij. Turba .i. multitudo turbata, patrũ .i. senatorũ, complet palatia Phœbea .i. postea Phœbo consecrata, educta suis latebris .i. vbi latebãt, nullo iure .i. nulla authoritate iusta, cogẽdi .i. cõgregãdi senatus. Sedes sacrę .i. sacrorũ magistratuũ, nõ fulserũt .i. nõ ornatę fuerũt, cõsule .s. in eis sedẽte, qa neuter aderat: & Prętor appositorie proxima potestas lege .i. p legem, nõ adest: & Curules sup. sellę, vacuę ædilib⁹ .i. ædiles ipi cessere loco. Cęsar erat oia .i. ois potestas. Curia testis non author vocis priuatę .i. Cęsaris priuati adest. Patres sedere ad audiẽdũ Cæsarẽ, parati cẽsere .i. approbare si Cęsar petat sibi regnũ: si templa si iugulũ .i. necẽ senatus: & si exiliũ senatus. Melius sup. actum est q̃ Cæsar erubuit plura iubere q̃ Roma pati.

q & Sauromatæ dicuntur in Scythia sunt. Pãnonio. Pãnonij Europę ppli sũt iter Noricos Danubiũ & Dalmaticos. Daci, ppli ad Thraciã. Ducẽ, Põpeiũ intelligit. Pepcit: nolit tibi nocere, q̃ maluit hoc esse ciuile bellũ q̃ externũ. Subit, igredit̃. Raptur⁹ mœnia direpturus domos. Deos, tẽpla & simulachra. Fuit hęc mẽsura. tñ timebãt Romani, quãtũ videbãt Cęsarẽ posse: & qa oĩa in eos poterat: oĩa sibi ab eo metuebãt. Omina festa, festiuas felicitatis pcatiões, salutatiões & gratulatiões. Nõ simulare. nõ mõ id ex aio non faciebãt, sed ne fingere q dẽ poterãt. Vix vacat odisse. adeo trepidi erãt vt vix mẽtẽ colligerẽt ad habẽdũ odio Cęsarẽ: p metu eñ obliuiscebant̃. Potes etiã interptari vix statim vt Noni⁹ docet, vt sit sensus: ne simulate quidẽ gratulabant̃: sed stati oderãt. Phœbea palatia: tẽplũ in capitolio in quo Senat⁹ habebat̃, qd postea August⁹ Phœbo cõsecrauit. Turba patrũ, cõuẽt⁹ senatorũ. Coacto eñ senatu Cęsar cũ cõmemorasset inimicorũ iniurias & suã patiẽtiã senatusq; insolentiã in tribunos postulauit vt rẽp. susciperent: & vna secũ administrarẽt. Sin timore defugerẽt, ill' se oneri nõ futuq; & p se rẽp. administraturũ. Legatos ad Põpeiũ mittẽdos de compositiõe. Nã vt operib⁹ sic iustitia & ęquitate velle ipm superare dicebat. Sed q mitterent̃ nõ reperiebãtur. Põpeius eñ discedens ab vrbe in senatu dixerat eodẽ se habituq; loco q Romę remãsissent & q in castris Cæsaris fuissent. Nullo iure: Cęsar eñ q priuat⁹ erat, nullũ ius conuocãdi senatũ habebat: erat eñ id cõsulũ & ptorũ. Educta la. euocata domib⁹ i quib⁹ latebãt Nõ ful. nõ ornatę erãt. Prętor pxima pote. q scdm locũ post cõsules obtiet: quoq; etiã collega dicit̃: vt tradit Gelli⁹. & Fest⁹ ait Pretorẽ tũc Romę creari cœptũ cũ cõsules belli causa euocarent̃. Curules, sellæ eorũ qui gesserãt maiores magistrat⁹: q qm honoris grã in curiã curru vehi solebãt in quo sella esset supra quã sederent, ipi quoq; Curules appellabant̃ author est Gellius. Cessere loco, remotę sunt Oia Cæsar erat. solus Cęsar aderat loco oĩm magistratuũ. Curia testis. Senatores cõuenerant nõ vt aliquid constituerent sed vt essent testes eorũ q̃ Cæsar iuberet. Priuatę: Cæsaris qui sine magistratu erat. Cẽsere, decernere & cõstituere. Si regnũ, si velit rex effici. Tẽpla vt pro deo coleret, siue tẽplorũ direptionem Iugulum, cedem senatorum. Exilium, pscriptionẽ. Melius, sup. fuit. Erubuit. Verecundia ductus Cęsar nihil superbũ aut crudele impare est ausus: sed magna spe & pollicitationibus turbatũ populũ leniuit. Q̃ Roma pati: sup. erubuisset.

Sarmata. Pannonij. Daci. Vix. Curules.

PHI. BEROALDVS.

¶ Anxuris arces. Anxur ciuitas est Cãpaniæ proxima Circeis vt ait Strabo: alio nomine dicitur Tarracina vt Plynius & Liuius referunt. Anxur autem lingua Volscorũ dicitur quoniam ibi colebatur Iuppiter imberbis qui Anxyros nuncupatur quasi sine nouacula quia barbam nunq̃ rasisset vt interpretatur Seruius. Arces præcipites appellat Lucanus: quoniã vt inquit Horatius impositum est saxis Anxur. Pontinas paludes Post Circeios palus est Pontina: quẽ locum .xxiiij. vrbium fuisse Mutianus prodidit: deinde est flumẽ Vfens iuxta quod Tarracina vt ait Plynius: penes autem Tarracinam Romã iter facienti fossa ad Appiam viam occurrit quam & palustres & fluuiatiles implẽt aquæ vt ait Strabo. Via huda. intelligitur Appia quæ transit p Paludem Pontinam. describit iter quo Cæsar rediit in vrbem a Brundusio. Q ua sublime nemus Arthemisium intelligit Lucum Dianę sacratum prope Ariciam vt scribit Strabo. Scythicæ qua regna Dianę. Diana Aricina dicitur Scythica & Taurica: quoniam e Scythia Orestes eius simulacrum asportatum Aricię consecrauit. In hoc Dianę nemore & templo mos quidam Barbaricus obseruatur. Sacerdos instituit̃ quidam seruus fugitiuus gladium tenens, insidias circumspectans & ad tutandum se semper paratus vt ait Strabo. Hic

sacerdos dicitur rex Nemorensis: vt apud Tranquillum, quoniam videtur obtinere quoddam regnum. Vnde ait Lucanus nunc regna Dianę. de hac re elegantissime inquit Ouidius his versibus. Regna tenent fortes manibus pedibusq; fugaces. Et perit exemplo postmodo quisq; suo. Latijs fascibus. Vt supradictum est Consules ibant in Albanum quotannis ad peragendas Latinas ferias. Summam Albam, in albano monte positam vt scribit Liuius. Arctoi belli. i. Gallici. Cæsar autem non viderat Romam per totum temp⁹ belli Gallici. Deum sedes: id est Roma domicilium deorum. Non vllo marte: id est nullo prælio. Aeous furor. id est dij melius fecerunt q non Parthi & hostes externi inuaserunt vrbem sed ego ciuis dicit Cæsar. Aeous furor intelligitur Parthorum, qui sunt orientales. Sarmata velox. Sarmatæ populi sunt Scythiæ alio nomine dicti Sauromatæ vt ait Plynius. Pannonio. Pannonia regio est iuncta Illyrico. Tam pauidum ducem scilicet Pompeium. Vt captę, id est tanq̃ captę more hostili. Sparsurusq; deos: id est timebatur Cęsar tanq̃ esset direpturus tẽpla & simulachra deorum more hostili. Velle putant quodcunq; potest: id est existimabãt Cęsarem velle exercere ea omnia quæ tunc poterat vt scilicet quemadmodum potuisset omnia ferro flammaq; depopulari: ita facere velit. Non omina festa. i. non vacat simulare lætitiam & omina id est auguria festa. Vix odisse. Quia quo minus aliquem esse regem odio habeamus nemo potest vetare. Phœbæa palatia cõplet. i. senatus habitus est in palatio vbi Augustus ædem erexit Apollini. i. Phœbo vt author est Tranquillus. Ab Horatio dicitur Apollo Palatinus. Non proxima lege potestas. i. nec consules nec pretores sederunt in sellis curulibus. Pretor autem est proxima potestas post consules: & ijsdem creatur auspicijs: vt refert Gellius. Vacuæ, sine magistratibus. Curules. Sellæ curules dicuntur quoniã in curribus vt ait Gellius erãt collocatæ, vel quia pedes curules habebant vt sentit Plutarchus. Curules consulum erant eburneæ vt apud Ouidium in fastis. Curia, senatores: locum posuit continentem pro contentis. Priuatę vocis, sine authoritate. Si templa sibi iugulumq; senatus. Patres erant parati censere: id est constituere, etiam si Cęsar petijsset vt sibi tanq̃ deo tẽpla erigerentur quemadmodum deinde victor sibi consecrari voluit: vt scribit Trãquillus. vel si peteret vt totus senatus iugularetur: aut in exilium mitteretur.

SVLPITIVS.

Viribus an possent obsistere iura per vnum
Libertas experta virum: pugnaxq; Metellus
Vt videt ingenti Saturnia templa reuelli
Mole: rapit gressus: & Cęsaris agmina rũpẽs
Ante fores nondum reseratę constitit ædis.
Vsqueadeo solus ferrum mortemq; timere
Auri nescit amor: pereunt discrimine nullo
Amissæ leges: sed pars vilissima rerum
Certamen mouistis opes: prohibensq; rapina
Victorem clara testatur voce Tribunus.
Non nisi per nostrũ vobis percussa patebunt
Tẽpla latus: nullasq; feres nisi sanguine sacro
Sparsas raptor opes: certe violata potestas
Inuenit ista deos: Crassumq; in bella secutæ
Sæua Tribunitiæ vouerunt funera diræ.
Detege iã ferrũ: neq; enĩ tibi turba verẽda est
Spectatrix scelerum: deserta stamus in vrbe.
Non feret e nostro sceleratus pręmia miles.
Sunt quos prosternas populi: q̃ mœnia dones
Pacis ad exhaustę spolium non cogit egestas.
Bellum Cæsar habes. His magnã victor in irã
Vocib⁹ accensus: vanã spem mortis honestæ
Concipis: haud (inquit) iugulo se polluet isto
Nostra Metelle manus: dignũ te Cæsaris ira

Metellus. Tamen exit. L. Metellus Tribunus plæ. ab inimicis Cæsaris incitatus vt quæcunq; agere instituerit, impediret: sese ærariũ frangenti opposuit. Sed eo deterrito Cæsar claustra perfregit: & thesauros a nemine ad illam diem tactos militibus rapere concessit. hos enim olim execratione proposita publice cõditos fuisse memorant vt nisi Celtico insurgente bello a nullo promerentur. Verum Cæsar Celtas a se deuictos asserens vrbẽ ab execratione liberam reddidisse ait. Appianus est author. Experta per vnum: tentans per Metellum. An iura, an authoritas tribunitia posset reprimere violẽtiam Cæsaris. Exit in irã: palam irata est. Pugnax. Syllanis temporibus cum Celtiberiæ præesset Metellus: collegamq; Pompeium suscepisset: euasit excitatior & pugnacior vt Plutarchus tradit. Saturnia templa: ærarium. Hoc templum a Tullo Hostilio cum tertio triumphasset fundatum in capitolio fuisse Macrobius tradit. Id ideo Romani voluerunt esse Aerarium, q tempore quo incoluit Saturnus Italiam nullum furtũ commissum est: siue quia is de⁹ agriculturam docuit: ex cuius perceptis fructib⁹ cumulatur pecunia: aut quia sub illo nihil erat cuiusq̃ priuatum. Macrobius & Plutarchus authores. Reuelli: vi impelli. Mole, apparatu: vel propter æreas portas. Rapit gressus: accelerat. Agmia Cesaris rump. cateruas militum. Aedis, ærarij. Vsqueadeo solus fer. impudẽtiæ homines arguit q pro libertate minus pugnẽt q̃ pro pecunia. Vsqueadeo: vel i tantũ: vel certe. vt apud Iuuenalem. Vsqueadeo nihil est q nostra infantia cœlum. Hausit Auentini. Pereunt discrimine nullo amissæ leges: non defenduntur leges, alicuius periculo sed pro diuitijs certatur. Testatur dãna. detestatur, Aphæresis ẽ. Clara voce: quæ ab omnibus audiretur. Tribunus, Metellus. Non nisi per nostrum vo. Conuitiosa & terrore plena oratio. Per nostrum latus: nisi me prius confosso & interempto. Feres, aufe-

Aearium.

Nullus honor faciet: te vindice tuta relicta est
Libertas: non vsq; adeo permiscuit imis
Longus summa dies: vt non: si voce Metelli
Seruentur leges: malint a Cęsare tolli.
Dixerat: & nondũ foribus cedente tribuno
Acrior ira subit: sęuos circunspicit enses:
Oblitus simulare togam. tũ Cotta Metellum
Compulit audaci nimium desistere cœpto.

¶ Tamẽ exit in irã. Recitat quõ Lucius Metellꝰ Tribunus plebis sese Cęsari infringẽti ęrariũ opposuerit dicẽs. Tñ. i. tamet si patres sederũt parati cẽsere qcq̃d petat Cesar: tñ libertas expta. i. tẽtatis, & faciẽs piculũ p vnũ virũ. s. Metellũ, an iura possent. i. valerẽt, obsistere viribꝰ. s. Cæsaris, exit in irã. i. irata est, & irã suã nõ celat. Et Metellus. s. tribunus ple. pugnax. i. animatus ad pugnam, vt videt tẽpla Saturni in q̃bus erat ærariũ, & vt dicũt fiscus, ac thesaurus publicꝰ, reuelli. i. apiri, ingẽti mole. i. violẽtia Cæsaris, rapit gressus. i. celeriter gradiť, & rumpens agmina Cæsaris: vt pueniret ad ipsum Cęsarẽ: cõstitit ante fores. i. valuas, & vestibulũ ædis. i. tẽpli Saturnini, nondũ aptæ. Vsq; adeo. i. in tãtũ, solus amor auri nescit timere ferrũ, & mortẽ. leges amissę pereũt nullo discrimine. i. sine difficultate, & piculo: q̃a nemo ꝓ eis seruãdis restitit: sed o opes appositorie ps. i. q̃ estis pars vilissima rerũ, quia aurũ, & argẽtũ sunt e luto idurato, vos mouistis. s. Cæsari, certamẽ (& pulchre dicit ꝙ opes mouerint certamẽ: non Metellus) & tribunus ꝓhibẽs. i. arcens tribunitio edicto, victorẽ. s. Cęsarẽ, sup. a rapina. s. ærarij, testatur clara voce. i. ꝓtestať dicẽs, tẽpla pcussa nõ patebũt vobis o milites Cęsariani, nisi p nostrũ latus. i. nisi me prius pcusseritis & occideritis: quia dum viuã vobis resistam: & o raptor. s. Cæsar qui raptor esse vis, tu nullas opes feres. i. auferes: nisi sparsas (sic Sabellicus, & Aldus legunt) sanguine sacro: quia tribunitio: aut quia in loco sacro, & ꝓ re sacra. Certe ista. s. tribunitia potestas violata, inuenit deos. s. vltores, & est inuenit p̃sentis tẽporis significãs gñaliter om̃e tẽpus, & dirę. i. execratiões tribunitiæ. i. ab Atteio tribuno in Crassum ꝓlatę, secutę. i. psecutę Crassum in bellũ. s. Parthicũ, vouerũt. i. deputauerũt, & votis illi addixerũt, sęua p̃lia: vt in quibꝰ erat moriturꝰ: aut vt alij legũt funera: vt sit dirę tribunitię vouerũt funera sęua. Sane vt Beroaldꝰ alibi adnotauit: dirę: de quibꝰ Verg. Dicunť geminæ pestes cognomine dirę. Hę vna cũ furijs vno eodẽq; ptu ex intẽpesta nocte ꝓgenitę. Diras grãmatici autumãt dici ꝙ nõ nisi añ iratũ Iouẽ videnť. Preterea Diras dici voluerũt imp̃catiões quasdã horrẽdas q̃bꝰ deos, qui sint, inauditos, & formidãdos inuocabãt. Quibꝰ qcũq; deuotus dãnatusq; fuisset, eũ maxio infortunio affici necesse erat. Quãobrẽ nõ temere in quẽq̃, nec leui de cã dirarũ vti obnũtiatiõe cõsueuerant. Atteius Tribunus plebis Crassum ad expeditionẽ pthicã ꝓpantẽ hisce diraꝝ imp̃cationibꝰ deuotauit. authores Lucanꝰ, Appianꝰ, Plutarchus. hęc illi. O Cęsar detege. i. eripe e vagina iã ferrũ. i. gladiũ, aut mucronẽ. Neq;. n. turba spectatrix sceleꝝ est tibi verẽda. i. nõ debes omittere cędẽ meã pp multitudinẽ spectãtiũ: q̃a nos stamus in vrbe deserta. s. a ciuibꝰ honestis, & in qua nõ est libertas: sed tyrãnis: miles sceleratus. i. scelere se inquinaturus, non feret p̃mia, q̃ illi pollicitꝰes, e nostro. i. e Romano fisco. Sũt. i. extant adhuc populi, quos ꝓsternas, & sunt mœnia q̃ dones. i. donate possis tuis si ceperis: q̃a o Cęsar, egestas. i. indigẽtia pecunię nõ cogit spoliũ. i. nõ ipellit te ad spoliũ pacis exhaustę. i. nostri q ꝙ sumus amatores pacis, sumꝰ exhausti. i. nõ ad hoc more tyranni adhuc compulsus es: vt cum desint tibi externi, aut hostes, spolies tuos: quia o Cęsar tu habes bellum. i. adhuc sunt qui resistant. vnde ei tacite minatur. Cæsar victor (inquit res. Sanguine nostro. legitur & sacro: q̃m tribunitia potestas est sacrosancta. Certe violata ptãs inuenit ista deos. Tribuni q̃n violanť habẽt deos vltores. Idq; Crassi exẽplo cõfirmat quẽ in bellũ Parthicũ egrediẽtẽ Atteius tribunꝰ plc. primũ voce cohibuit ꝙ in hoies nihil mali meritos, & Po. Ro. cõfœderatos irrueret. Inde torrẽ ignitũ ianuæ añposuit, obuiãtiq; Crasso delibatis ante sacris diras execratiões imisit: sęua q̃dã numina, & imania inuocãs. Has q̃dẽ execrationes Romani cõdi solitas, & antiquas, ꝓfitenť talẽ quoq; habere potestatẽ: vt nemini fas sit q in eas inciderit effugere. Pessime ꝓpterea opari his vtẽtẽ si nõ a cõueniẽtibꝰ ijs, aut a inĩstis excitenť. Appianꝰ est author. Dirę tribunitię, execratiões tribunoꝝ. meminit huiꝰ rei Plutarchꝰ, & Cicero in diuinatiõe his verbis. M. Crasso q̃d acciderit videmꝰ dirarũ obnũtiatione neglecta. Vouerũt, deputauerũt. nã exeũtẽ ducẽ dijs hostibꝰ Metellus deuouerat: vt ait Florꝰ. Detege ferrũ. apte in me enses stringe, nec i vulgi cõspectu te pudeat. Deserta, ciuibꝰ honestis q te improbẽt. E nr̃o, de cõmuni. Pręmia, q̃ ip̃i pollicitꝰes. Sunt quos ꝓsternas. potes aliũde sumere q̃d militibꝰ eroges. Pacis ad exhaustę spoliũ. i. ad diripiẽdũ nos q sumꝰ in pace, & paupes, cũ liceat tibi diripere hostes: vel nõ es ita paup inq̃t: vt cogaris ita nũc p̃dari ęrariũ: vt olim in pace fecisti. Trãq̃llꝰ cũ scripsit Cęsarẽ in primo cõsulatu tria milia põdo auri furatũ fuisse Capitolio, & tantũdẽ inaurati æris reposuisse. Exhaustæ, direptę, spoliatę. Vnã spẽ. frustra speras cũ gl̃ia mori p defẽso ęrario: s; certe morte tua nõ maculabor: & q̃ q̃ tribunꝰes nõ existimabo te dignũ ferro. & sæuitia mea. Te vindice, Ironia. Tu vis eẽ inq̃t assertor, & vltor libertatis nõdũ in tãtã reꝝ cõfusionẽ puenimꝰ: vt si leges possint a te seruari nolint potiꝰ a me deleri. Lõgꝰ dies, vetustas Immiscuit pfudit, & pturbauit. Subit, iuasit. Circũspi. ens. inuit armatis: vt vi repellerẽt. Simu. to. pacificũ se oñdere, & ẽ Metonymia Cotta, collega Metelli. Ni. au. q̃a frustra manifesto piculo sese exponebat. Desi. cessare.

Crassus.

Execrationes.

¶ Viribus an possent. Libertas experta est p Metellũ an iura, & leges possent obsistere viribus Cęsaris: nãq; Cæsari pecunias ex ærario sumere volenti se opposuit Metellus tribunꝰ plebis. cui leges afferẽti, non idem est inquit Cæsar armoꝝ ac legũ tempus: vt refert Plutarchus. Et cum Metellus in ꝓposito pseueraret: ei mortem Cęsar cõminatus est: tũc plane deterritus destitit ab incœpto. hanc historiam nũc refert Lucanus. Saturnia templa. i. ærarium quod apud Romanos fuit in ęde Saturni: vt Festꝰ & Macrobius tradũt. ratio est quia sub Saturno nihil erat cuiusq; priuatũ: & ideo apd̃ Saturnũ locabať populi pecunia cõmunis: sub quo fuissent cũctis vniuersa cõmunia. Primꝰ fuit Publicola qui Saturni ędem ęrarium esse constituit: vt scribit Plutarchus. Vsqueadeo solus. ob aurũ Metellꝰ obiecit se morti: quod non fecisset ob libertatẽ. Certamẽ mouistis opes. iuxta illd̃ Vergilianũ. Quid nõ mortalia pectora cogis Auri sacra fames. Victorem, Cæsarẽ. Tribunꝰ

BERO.

.s.Metellus. Templa Saturni, hoc est ærarium. Sanguine sacro.i. tribunitio. Sũt.n. tribuni sacrosancti: vt Liuius & Cicero scribũt. Potestas ista.s.tribunitia. Deos.s.vltores. Crassumq; in bella secutę Tribunitię dirę. Cũ Crassus in expeditionem cõtra Parthos ꝓfectur⁹ vrbẽ egredi vellet: Atteius tribunus plebis ꝓfectionẽ impedire conat⁹ est: ꝙ.s.Crassus contra Parthos bellũ pararet, q amicitia Romanis iũcti forẽt. Itaq; Atteius voce primo retinere Crassum nisus est: mox viatorẽ ad eũ cõprehẽdendũ misit. Id cũ alij tribuni ꝓhibuissent: Atteius cratẽ accensam constituit in ea via ꝑ quã trãsiturus erat Crassus: ibiq; horrendas execratiões obnũtians deos, quosdã inauditos ante, & formidãdos noĩe cõpellauit. has imꝓcationes Romani diras appellant: vt auctor est Plutarchus: q̃ habent hanc vim: vt q illis fuerit obnoxius dare grauissimas pœnas cogatur. quẽadmodũ Crassus paulopost a Parthis fuit interemptus. Diræ ergo tribunitiæ.i. illa carmina execratoria: quibus Crassum deuonit Atteius tribunus. Detege iã ferrũ.i. denuda ensem. Spectatrix scelerum. qa oẽs spectant hęc scelera: & nemo vlciscit̃. E nostro.s.ærario, & censu Romano. Miles.s.tuus Cęsarianus. Vanã spẽ mortis honestę.q.d. Cæsar speras mori manibus Cæsaris, q̃ mors tibi esset gloriosa: sed tua spes est vana. Polluet.manus mea contaminaret̃, si te necaret indignũ, qui perces manib⁹ Cæsaris. Nullus honor.i. magistratus: q̃uis sis tribunus tñ ob hoc nõ eris dignus ira mea. Te vindice.i. assertore, & defensore. Lõgus dies.i.tẽpus, & ꝓprie dicit̃ fœminino genere. Tibullus. Lõga dies homini docuit parere leones. Imis.i. infimis. Maluit a Cęsare tolli. Leges malũt euerti a Cęsare q̃ seruari a Metello. Forib⁹.s.ęrarij. Sæuos enses.i. respexit ad milites armatos. minat⁹.n. mortẽ Metello Cęsar dixit nescis adolescẽtule ꝙ lõge mihi difficilius est dicere q̃ facere: vt refert Plutarchus. Simulare togã.& pacem, & officiũ togati ciuis oblitus.

poeta) accensus his vocibus in magnam iram: inquit o Metelle, tu concipis.s. in animo tuo, vanam.i. inanẽ spem honestæ mortis.i. vt a me occisus videaris pro rep. mortu⁹. Nr̃a manus haud.i. nõ polluet se isto.i. tuo tam vili iugulo.i. gutture. Nullus honor.i. magistratus, faciet te dignum ira Cęsaris.i. mea q sum Cæsar. Libertas est relicta tuta te vindice.i. vindicante. & est Ironia. Quia longus dies.i. longum tempus non permiscuit.i. non cõfudit, vsqueadeo.i. tantum, summa imis.i. infimis: vt si leges seruentur.i. seruari debeant, voce Metelli, non malint tolli.i. deleri a Cæsare homine nobili, q̃ conseruari a tã pudendo. Dixerat, videlicet Cæsar: & tribuno nondum cedente foribus, id est cum nõdum vellet abire, ira acrior subit, scilicet animũ Cęsaris, & circunspicit.i. circũspiciendo inquirit sæuos enses, oblitus simulare togam.i. congressum pacificum qui fit in toga. Tum Cotta hoc videns, compellit Metellum desistere cœpto audaci nimium.

SVLPITIVS.

❡Libertas. sensus ẽ. Libertas pp̃li seruiẽtis amittit̃ illi⁹ libertate cui seruit̃. Nã cũ primũ qs se pat liberare, opprimit̃ a dño cui licẽt oia nã nil aliđ est libertas, nisi potestas viuẽdi vt velis. Quẽ regna coercent, q seruit tyranno. Vmbrã, imaginẽ, & sĩr̃itudinẽ. Si qcqd iubeare velis, si iussis parueris. Tot reb⁹. a cõsuetudĩe, & a maiori tacite sic argumẽtat̃. Si tpibus Syllanis, & Marianis tã multa indigna ꝑtulim⁹, & mõ Gallię, & Parthia inuitis oĩbus fuere in qnquẽniũ distributę, & leges opp̃ssę sunt, possum⁹ & hãc direptionẽ pati. Venia ẽ. hac vna ratiõe posteri nobis ignoscẽt: qa negare nil possum⁹, & cogimur necessitati parere. Auertat mala semina, auferat thesauros causas bellorũ. Aurũ eñ, & argẽtũ malorũ oim pricipia sunt: vt sensit Licurg⁹. vel iõ semina appellat qm̃ existimat⁹ est Cęsar ꝑ dę gratia mouisse bellũ ciuile: cũ q̃ suis pollicit⁹ fuerat ꝑsoluere aliunde nõ posset. Dãna mouẽt pp̃los, populi iqt q liberi sunt iure dolẽt qm̃ ęrariũ eoꝝ diripit̃: nos aũt dolere nõ decet qa illoꝝ pauptas q seruiũt nõ sibi ẽ molesta, & ꝑiculosa: s; dño. Egestas, Egeni, Metonymia. Abducto, rep̃sso. Rupes Tarpe. sonat .i. resonat mõs Capitolin⁹ ob fores ęreas igẽtes ita structas: vt cũ magno sonitu apirent̃, Eruit̃, exportat̃. Cõdit⁹, seruat⁹. Mult; ab annis, a scdo bello punico. Cẽsus, aurũ, & argẽtũ, & oĩs facultas reipub. Pli. lib. xxxiij. inquit. Auri in ærario populi Romani fuere. Sex. Iulio. L. Aurelio cõsulib⁹ septem annis añ bellũ punicũ tertiũ. dccxxvj. Argenti nonagita duo milia: & extra numerũ. ccclxxv. milia. Itẽ Sex. Iulio. L. Martio cõsulib⁹, hoc est belli socialis initio, octingenta. xlv. Auri pondo. Cæsar primo introitu vrbis in ciuili bello suo ex ærario protulit laterũ aureoꝝ

Aurũ Aerarij.

Libertas inquit populi quẽ regna coercent
Libertate perit: cuius seruaueris vmbram
Si quicquid iubeare velis: tot rebus iniquis
Paruimus victi: venia est hęc sola pudoris
Degenerisq; metus: nil iam potuisse negari.
Ocyus auertat diri mala semina belli.
Dãna mouẽt populos si quos sua iura tuẽtur:
Nõ sibi: sed dño grauis est q̃ seruit egestas.
Protinus abducto patuerũt tẽpla Metello.
Tũc rupes Tarpeia sonat: magnoq; reclusas
Testatur stridore fores: tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani census populi: quem Punica bella:
Quẽ dederat Perses: quẽ victi pręda Philippi:
Qđ tibi Roma fuga Pyrrhus trepidãte reliqt
Quo te Fabritius regi non vendidit auro.
Quicquid parcorum mores seruastis auorũ
Quod dites Asię populi misere tributum:
Victoriq; dedit Minoia Creta Metello:
Qđ Cato longinqua vexit sup̃ ęquora Cypro.
Tunc orientis opes captorũq; vltima regum:
Quę Põpeianis prælata est Gaza triumphis:

Egeritur: tristi spoliantur templa rapina.
Pauperiorq; fuit tunc primum Cęsare Roma.
Interea totum Magni fortuna per orbem
Secum casuras in prælia mouerat vrbes.

¶ Libertas iqt. Recitat verba Cottę ad Metellũ, & q̃ Cęsar Romæ egerit: ꝓsecutur⁹ qd Põpeius interea molitus sit. Vnde ordo est. Cotta sup. inqt ad Metellũ, libertas populi quem regna coercent .i. habẽtis regẽ, aut Tyrannũ, perit libertas .i. p libertatem regis, aut tyranni: qa nõ põt fieri vt duo sint liberi rex, & populus, nisi vbi populo est eadẽ, q̃ & regi, ac libera voluntas: qd in regno dei cõtingit: at hic nõ voto viuit̃ vno: ideoq; si qd regi placet, populo displicet: aut rex conseq̃t votũ, & facit populum seruum, aut popul⁹ regi obsistit, & ita ver⁹ rex nõ est. vñ dicit populi quẽ regna coercent, cui⁹ .s. libertatis, tu seruaueris vmbrã .i. similitudinẽ quãdã nõ tñ rẽ ipsam, si velis qcq̃d iubeare .i. si nihil aliud volueris, q̃ ille q tibi iubere põt. Verũ sic si nõ iust⁹ fuerit, q tibi iusserit, aut simulate, aut stulte idẽ volueris: qd in regno dei nõ fit, vbi nihil impat̃, qd nõ debeat velle deo subditus etiã si nõ impet̃. Quia igit̃ q̃squis facit qd vult liber est: si vis inq̃t habere quãpiã speciẽ libertatis, hoc velis qd Cęsar iusserit: alioqui nõ feceris qd volueris. Hæc sola est venia .i. ratio ignoscẽdi, pudoris, & metus degeneris .i. quẽ habet pudor noster, & metus degener: qa degeneres aĩos timor arguit: nil potuisse negari .s. a nobis iam Cęsari: vt sup. auertat ocyus .i. celerius, semina .i. seminaria, diri .i. execrabilis belli .i. vt consecutus oĩa q̃ velit bello finẽ ĩponat. Dãna .i. detrimẽta rerũ, mouẽt .s. ad irã populos si quos sua .i. ꝓpria iura tuent̃ .i. si q sunt ꝓprij iuris irasci possunt, vbi sua auferri vident: sed egestas q̃ seruit .i. serui, nõ est grauis sibi: qa seru⁹ m̃lta lucraret̃, nihil tñ haberet: sed ẽ grauis .i. molesta, dño cui⁹ sũt q̃cũq; seruoꝝ eẽ possint extra peculiũ. Et p ea verba abduct⁹ erat Metell⁹. vñ addit. Tẽpla .s. Saturni, patuerũt .s. Cæsari, ꝑtin⁹ .i. ilico, Metello abducto .i. postq̃ Metellus erat p Cottã abductus. Tũc .i. deinde, rupes Tarpeia .i. arx Capitolina in rupe sita, sonat .i. sonitũ facit Cæsare oĩa aperiente, & testat̃ .i. significat magno stridore .i. p magnũ stridorẽ, fores .i. valuas tẽpli, eẽ reclusas .i. reseratas. Tunc census Romani populi cõditus .i. repositus, & abscõdit⁹ eruit̃ imo tẽplo intact⁹ .i. q fuerat intact⁹, ab ãnis multis .i. post multos ãnos: quẽ .s. cẽsum, punica bella dederãt primũ cũ Carthago ẽ tributaria facta: deĩn cũ deleta: & quẽ Perses rex Macedonũ in triũphũ duct⁹ dederat, & quẽ dederat ꝑda Philippi victi .i. q rapta erat de Philippo patre Persę victo, a .P. Sulpitio, & a T. Quintio Flaminio: & illud aurũ eruit̃ tũc qd o Roma Pyrrhus rex Epirotarũ reliq̃t tibi .s. tarẽti, fuga Trepidãte .i. dũ trepidus illinc aufugeret: & illud aurũ quo auro, Fabriti⁹ nõ vẽdidit te regi .s. Pyrrho, & qcq̃d auri vos o mores auoꝝ .i. maioꝝ nostroꝝ, parcoꝝ .i. frugaliũ, seruastis Romę (qa ĩgẽs vectigal ẽ ꝑsimonia) repete eruit̃ ab imo tẽplo. Et illud tributum qd dites .i. diuites Asiæ misere, & illd qd Creta Minoia .i. clarificata p Minoa filiũ Iouis, & regẽ suũ iustissimũ, dedit Metello .s. Macedonico, victori .s. Cretę. Et illd aurũ qd Cato vexit sup ęquora dum ferret Romã: sup. a Cypro lõginqua .s. a Roma: & tũc opes orientis .i. ex oriente aduectæ, & vltima Gaza .i. vltimus thesaurus regũ captoꝝ, q̃ Gaza est ꝑlata .i. pluris habita triumphis Põpeianis: qa auaritia cæci plus laudauerunt Põpeiũ ꝙ aurũ referret, q̃ ꝙ tã ꝓclaras victorias. Gaza dico oĩs illa egeritur .i. effertur a Cæsarianis. Et Roma spoliata thesauro suo fuit tunc primum pauperior Cæsare .i. minus auri relictum erat in tota Roma, q̃ Cæsar ex ærario abstulerat. Interea dum Cæsar hæc Romæ ageret, fortuna magni .i. ipse magnus defortunat⁹, & ad auxilia suppliciter petenda coactus, mouerat ad prælia per totum orbem, vrbes .i. ciuitates casuras secum .i. q̃ cum eo casuræ erant, licet id ignoraret.

xxvj. milia, & in numero pondo trecẽta. nec fuit alijs temporibus resp. locupletior. Quẽ punica bella. qui illatus fuerat in ærarium ex tributis Carthaginensium, & Aphrorum, & ex præda deletæ Carthaginis. Perses, Philippi fili⁹ apd Samothracas a .L. Aemylio Pau- Perses.
li filio capt⁹ est, & in triumpho ductus. De ei⁹ præda, hęc Plinius. Intulit & Aemylius Paulus Perseo rege Macedonico deuicto, prædã põdo trium milium, a quo tempore populus Romanus tributum pendere desijt. Philippi Philippus.
victi. hunc patrem Persę primum. P. Sulpitius cõsul: inde. T. Quintius Flaminius Attalo, & Rhodijs auxiliantib⁹ superauit. Pyr- Pyrrhus.
rh⁹. hic cum in Tarentinorum venisset auxilium, magnaq; iustitia cum Romanis dimicuisset, victus a Curio, & Fabritio Tarẽtum profugit: inde in Siciliam: vnde cum Locrorum Proserpinam expilasset, in Græciam redijt: dũq; Argos oppugnaret, ictu tegulę ꝑijt. reliquit autem in fuga multũ diuitiarũ prẽsertim Tarenti. Quo te Fabritius. Is cum ad Pyrrhum legatus iuisset, regia dona, & pollicitationes quibus de proditione tentabatur neglexit. Illud ergo aurum quod Fabriti⁹ nõ accepit, Pyrrhus fugiens reliquit. Quicquid auri, ex parsimonia, & frugalitate veterũ congestũ est. Quod dites Asiæ. hoc propter Antiochum Syriæ regem ditissimum dixit: qui a Scipione Asiatico fratre Aphricani est victus: & propter Attali hæreditatem, & populos quos tributarios Pompeius etiam fecit. De bello Asiatico lege .L. Florum. Creta, in- Creta.
sula in Aegeo dicta a Crete Curetum rege in qua Minos regnauit. Metello. Q. Metellum Q. Metell⁹.
Macedonicum accipim⁹ qui Philippũ supauit, & Achæos bis ꝓlio fudit, & a victa Creta Creticus dictus est. Cypro. Cyprus insula in Cyprus.
Carpathio mari, quam ditissimam cum Ptolemęus Cypri⁹ possideret, viuusq; a po. Ro. fisco esset addictus: aduentante Porcio Catone se venenauit. Cato opes eius lyburnis Cato.
per Tyberinum hostium inuexit: quæ res latius ærarium populi Romani, q̃ vllus triumphus impleuit: vt ait Florus. Vexit super æquora. nam vt ait Plutarchus veritus longitudinem nauigationis vasa multa præparauit, singula duorum talentorum, & quinquaginta Drachmarum capacia: lõgum funem singulis alligauit, & in funis capite suber bonę magnitudinis erat: vt ꝑipsum si naufragi- Gaza.
um fieret vbi esset argẽtũ cerneret̃. Gaza, sermo Persic⁹ ẽ diuitiasq; significat. Vltra, ex remotissimis regibus. Pręlata est triũphis, q̃ ꝓcessit curr⁹ Põpeij, q̃lis fuit Tygranis, Mithridatis Aristoboli, & reliquoꝝ. Tristi, tristãti cives. Pauperior, min⁹ diues: abusio cõpatiui Interea. Populos qui ad fauẽdum Põpeio tã ab ei⁹ filio, q̃ a cõsulibus sunt excitati poeta cõmemorat, eo seruato ordine: vt primũ Europeios, iñ Asiaticos, postea Aphros cõnumeret. Fortuna magni, Põpei⁹ a fortuna vexatus. Vrbes casuras, populos perituros.
¶ Libertas inqt populi. Sẽsus est. qñ q̃spiam tyrannica impotentia inuasit ciuitatem li- BERO.
beram: illa libertatis vmbra nomenq; quod adhuc durat statim perit: si vera libertate

vti voluerit. queadmodum Metellus volens vti libertate vera iram Cæsaris prouocauit, qui se tyrannum patefecit. Degenerisq́ metus, scilicet ignaui, & indecori. Ocyus. i. statim & celeriter. Auertat, scilicet Cesar rapiat, & auferat pecunias, quæ sunt semina belli. Ouidius. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Damna mouent. Populi liberi qui suis legibus vtuntur, dolent quando afficiuntur damno: nunc cum Cæsar sit dominus, si ęrarium erit exhaustum, hæc egestas illi erit molesta, & non nobis. Templa, scilicet Saturni, hoc est ærarium. Rupes Tarpeia. Capitolium dicitur arx, & rupes Tarpeia a virgine Tarpeia quæ Sabinis Romuli temporibus prodidit arcem, quā ipsi interemerunt: vt Plutarchus, & Liuius docet. ibi erat templum Saturni: quod resonare cœpit dum effringuntur fores a fabris: quos nusq̄ apparentibus clauibus acciuerat Cæsar: vt ait Plutarchus. Census, opes. Quem punica bella. Cæsar primo introitu vrbis in ciuili bello suo ex ærario protulit laterum aureorum. xxvj. milia, & in numero pondo. ccc. vt author est Plinius. nec fuit alijs tēporibus respub. locupletior. Vnde nunc merito dicit Lucanus Cæsarem eruisse ex ærario omnia tributa, quæ superioribus seculis ex varijs regionibus accepta fuerant, & in ærarium condita. Punica bella. Fuerunt tria quę Romani contra Carthaginenses gesserunt: primum durauit circiter. xxiiij. annos, quo victi Carthaginēses apud Egates insulas a Luctatio Catulo duo milia talenta argentea pependerunt: vt ait Polybius. Secundo victi a Scipione Aphricano mulctati sunt: vt decem milia talentum argenti, descripta pensionibus ęquis in annos. l. soluerent: vt author est Liuius. Tertium punicum bellum confecit Scipio Aemylianus funditus deleta Carthagine: vt refert Florus. Quem dederat Perses. Philippus rex Macedonum cum opē Annibali contra Romanos tulisset, Romanos vt sibi inferrent bellum concitauit: tandē a Tito Flaminio apud Cynocephalas in Thessalia victus est. Flaminius de Philippo triumphum meruit: triduū triumphauit: eo triūpho transtulit aurum, argentumq́ factum, & infectum, atq́ signatum. infecti argenti fuit, vt verbis Liuij vtar, decem & octo milia pondo, & ducenta septuaginta facti. Signati argenti octoginta quatuor milia fuere. auri pōdo tria milia septingenta. xiiij. & Philippei nummi aurei viginti quatuor milia quingenti. Philippi deinde filius Perses secundum Macedonicum bellum conflauit, qui & ipse superatus captusq́ fuit a Paulo Aemylio: vt Plutarchus, & Florus tradunt. Triduum similiter Paulus triumphauit: qui transtulit numismata argentea vasis trecentis quinquaginta: vas erat quodlibet trium talentorum: quatuor viri singula vasa portabant: aurea vero numismata vasis octoginta tribus plurimaq́ ornamēta, & vasa. & vt ait Plinius. intulit & Aemylius Paulus Perseo rege Macedonico deuicto pręдam pondo trium milium. a quo tempore populus Roman⁹ tributum pendere desijt. nunc de vtroq́ loquitur Lucanus. Fuga Pyrrhus trepidante. Pyrrhus Epirotarum rex de quo dictum est in primo apud Asculum fuit superatus a Curio: & iterum ab eodem in Lucania iusta victoria profligatus in Græciam fugit: vt Plutarchus, & Florus tradunt. Curius de Pyrrho triumphauit: vt ait Apuleius. Fabritius regi. Fabritius missus legatus ad Pyrrhū pro redimendis captiuis est: vt scribit Plutarchus: quem Pyrrhus auro corrumpere tentauit: sed frustra: nullam enim accipere voluit pecuniā. vnde ait Martialis. Aurum Fabritius te tribuente volet. Asiæ populi misere tributum. Scipio deuicto Antiocho rege Asiatico cognomen Asiatici reportauit, & triumphum: quo aureas coronas. cc. xxiiij. tulit. Argenti pondo. cxxxvij. milia. nūmos aureos Philippeos. cxl. milia: vt refert Liui⁹. & Antiochus. xv. milibus talentum Euboicorum mulctatus est ꝓ impensis in bellum factis. Mālius quoq́ Volso deuictis Gallogræcis populis Asiæ, intulit in triumphum instrumenta luxuriæ peregrinę. Argenti pondo. ccxx. milia centum tria: Philippeorum aureorum nūmorum. xvj. milia: vt scribit Liuius. Minoia Creta Metello. Creta insula est in medio pōto: vt ait Verg. Dicit̄ Minoia a Minoe rege q̄ i Creta regnauit: vt Diodor⁹, & Strabo tradūt. Cretā Metell⁹ igni ferroq́ populat⁹, cognomē Cretici reportauit: vt ait Flor⁹. Qd̄, subaudi semp eruit̄. Cato lōginq̄ Cypro. Cyprum insulam Veneri sacram Ptolemeus regebat: cuius diuitiæ cū essent ingētes populus Romanus P. Clodio regis viui, & socij confiscationem mandauit: vt dicit Florus. Missus est Cato Vticēsis in Cyprum qui tantas opes inuexit in ærarium romanum: vt nullo triumpho maiores diuitię illatę fuerint: cum enim argentum per forum portaretur mirati sunt Romani tantam magnitudinē: vt ait Plutarch⁹. Prælata est gaza .i. opes. Gaza dictiōe Persica significat Thesauros: vt ait Serui⁹, & Mela. Triūphis Pōpeianis: qn̄. s. de Mithridate, & Tygrane, alijsq́ regib⁹ triūphauit. ¶ Addant̄ his recētiores Beroaldi Annotatiōes q̄ tales sunt.

EX ANNOTA. ¶ In illo quoq́ Lucani poetę versu. Tresq́ petunt veram credi Salamina carinæ. Existimo subesse sensum occultiorem eruditioremq́, q̄ a grammaticis enarretur, qui talis est. Olim inter Athenienses, & Megarenses de ꝓprietate Salaminis insulę, vsq́ ad interitum armis dimicatum est: tādem post multas vltro citroq́ illatas clades, & acceptas Lacedæmonij iudices disceptatores electi fuerunt, qui rem controuersiosam, hoc est Salamina adiudicarent Atheniensibus. quo quidem in iudicio Megarios ab Atheniensibus victos fuisse Homeri versu traditum est. qui significat Aiacē Salaminium naues suas Atheniensibus iunxisse. Quē versum Solon ex industria, tanq̄ subdititium inseruisse fertur Homerico Poemati: vt ipsius poetæ testimonio comprobaret insulam Salamina Atheniēsium a primordio fuisse. Versus Homeri hi sunt. Bis senis Salamine Aiax cum nauibus ibat Cecropidum quo castra loco posuere Phalanges. Hæc a Plutarcho, Strabone, & Diogene Laertio, traduntur. Meminit huius quoq́ exempli Quintilianus in. v. docens auctoritatem poetarū non esse repudiandam. Igitur Lucanus volens historiam hāc magis signare, q̄ scribere dixit. Tres naues Salaminiorum remansisse in Pyreo portu Atheniensium, quæ docent Salamina credendam esse veram, & non ambiguam, hoc est esse, & antiquitus fuisse sub ditione imperioq́ Atheniensium, nō autem Megariorū. Qui nō cutē poetę, sed sanguinē quoq́ ipsum ac medullā (sicuti dici solet) introspicere voluerit: is ꝑfecto cognoscet hāc nostrā interꝑtatiōnē poeticę ad amussim cōuenire sentētiæ. ¶ Hęc Beroald⁹. Iacob⁹ aūt Bononiēsis sic.

IACOB⁹ BONO. ¶ Tresq́ petāt verā credi Salamina Carinæ. Hunc locū erudite me Hercule, & eleganter annotationib⁹ suis enarrat Beroaldus noster vir alioqui eruditissimus. Attamē, q̄a vt ait Seneca, Inuenta inuenturis nō obstant: vide an etiam hoc pensitari possit: Poetam econtrario ad illud Horatianum allusisse: Ambiguam tellure noua Salamina futuram: paliterq́ ad Themistoclis victoriam omnium pene sub sole clarissimā. Quippe quę perfecisse videtur: vt Salamis iam non ambigua, sed nimis vera apparuerit Xerxis naufragio. In quam nostram sententiam mox & infra dicturus est poeta: vt Salaminiacum meminit mare.

Proxima vicino vires dat Grecia bello:
Phocaicas Amphiſa manꝰ:ſcopłoſaq; Cyrrha:
Parnaſusq; iugo miſit deſertus vtroq;.
Bœoti coiere duces quos impiger ambit
Fatidica Cephiſos aqua:Cadmeaq; Dirce:
Piſęæq; manus:populiſq; per æquora mittens
Sicaniis Alpheus aquas:tunc Męnala liquit
Arcas:& Herculeā miles Trachinius Oetam.
Theſproti Dryopeſq; ruunt quercuſq; ſilētes
Chaonio veteres liquerunt vertice Sellę.
Exhauſit totas q̄uis delectus Athenas.
Exiguę Phœbea tenent naualia puppes.
Treſq; petunt veram credi Salamina carinæ.
Iam dilecta Ioui centenis venit in arma
Creta vetꝰ pplis:Gnoſaſq; agitare pharetras
Docta:nec Aeois peior Gortina ſagittis.
Tūc q Dardaniā tenet Oriton:& vagus altis
Diſperſus ſyluis Athamas:& nomine priſco
Enchelię verſi teſtantes funera Cadmi.
Colchis & Adriacas ſpumās Abſyrtos in vndas
Et Penei qui rura colūt:quorūq; labore
Theſſalus Aemoniā vomer ꝓſcindit Hiolcō
Inde laceſſitum primo mare quū rudis Argo
Miſcuit ignotas temerato littore gentes.

¶Proxia &c. Proſeqt̄ apparatū & exercitū bellicū quē Pōpeꝰ cōtra Cęſarē inſtruxerat, dicēs. Gręcia ꝓxima bello vicino, qa vicia Dyrrhachio quo Pōpeiꝰ aufugerat, dat vires vicino bello.i.auxilia Pōpeio. Amphiſa oppidū in Phocide, miſit manꝰ Phocaicas.i.mł̄titudines armatas a Phocide, & Cyrrha, altera in Phocide oppidū, ſcopuloſa.i.ruposa miſit manꝰ, & Parnaſus deſertꝰ.ſ.a colonis, vtroq; iogo.i. vertice, aut cacumie ſuo, miſit manꝰ, & ducēs Bœotiæ c,iere.i.cōuenerūt i pliū, quos duces Cephiſos flu. ipiger.i.celer aut rapidꝰ, ābit.i.circūfluit, a q̄ fatidica: quia Delphos circūdāte vbi clariſſima olim oracula, & Dirce fons Cadmea.i.in agro Thebano a Cadmo poſſeſſo a quo & Thebę erant conditę, & manus Piſeę in Elide regione ſup.coierunt, & Alpheus fluuius Elidis, mittens populis Sicaniis.i.ſiculis, aquas per ęquora: quia vt dicit Maro. Alpheū fama eſt huc Elidis amnē Occultas egiſſe vias ſubter mare &c. hoc eſt accola Alphei coijt, & Arcas liquit Mænala, montem Arcadiæ, & miles Trachinus ex Trachino oppidulo liquit Oetam Herculeam.i. montem illum in quo Herculis erat rogus. Theſproti, & Dryopes populi in Epiro, ruūt, ſcilicet in arma, Sellæ veteres.i. Sellam veteris oppidi ciues, liquerūt ſup. in vertice Chaonio.i. Dodoneo, ſeu Epirotico, quęrcus.ſ. Dodoneas, ſilētes.i.nō amplius ꝑ colūbas, vt ſolebāt, reſpōſa dā

¶Proxima, vicina Dyrrhachio vbi Pōpeius erat. Amphiſa, oppidum eſt in Phocide: vt Plinius docet. Phocis vero regiuncula iuxta Parnaſum. Ouidius in primo Met. Separat Aonios Attęis Phocis ab aruis Terra ferax. Manꝰ, multitudines. Cyrrha, oppidū in Phocide ad ipſum pelagus ſitum ſub rupē Cyrphim: ideoq; ait ſcopuloſa.i. ſaxoſa. Vtroq; iugo. habet enim duo cacumina Parnaſus. Ouidius. Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus. Bœoti, Thebani. Bœotia dicta a boue, quā indomitā Cadmꝰ aduenīens immolauit. Eſt autem vicina Atticæ: quidam & ſub Attica comprehēdunt. Cephiſos, amnis in Phocide perfluēs Delphos ortus in Lilea vrbe quōdam. Fatidica: qa Delphis eſt Apollinis oraculum. Dirce, fons ad Thebas in quem Dirce Lyci vxor conuerſa eſt. Cadmea, Thebana. Thebas enim condidit Cadmus. Piſeęq; manus. Piſa in Achaia oppidum ad quod eſt amnis Alpheus: qui Elidis fluuius in Siciliam exit. Vergilius. Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe vias ſubter mare qui nūc Ore Arethuſa tuo ſiculis confunditur vndis. Arcas. Arcadiæ populi, qui & in Attica eſt, & pręſertim mediterraneam tenet. Mænala, montes Arcadiæ. Trachinus. Trachin Bœotię ciuitas Tetheæ nomine ſimilis Phocēſi, exigua ſane: eius ciues Trachinij vocantur. Strabo ait. Oetam Herculeam. montem inter Theſſaliam, & Macedoniā: rogo ſepulcroq; Herculis clarū. Theſproti, in Epiro populi ſunt. Dryopes, etiam in Epiro: vt Plinius docet. Sunt & qui dicant iuxta Parnaſum eſſe. Sellæ, Metonymia, oppidum in Epiro. Quærcus ſilentes, Dodoneas quęrcus intelligit in quas duæ columbæ deſcendere ſolitæ dabāt reſponſa petētibus. ibi Dodonei Iouis templum illuſtre oraculo. Silentes, ideo dicit quia columbarum altera Delphos, altera vero in Aphricam ad Ammonem ſe contulit, & hic amplius reſponſa non dabant. Vertice Chaonio monte, Epiri. Chaones Epirotę dicti ſunt a Chaone fratre Heleni. Verg. Chaoniāq; oēm Troiano a Chaone dixit. Delectꝰ electio militū, & iterū repete, q̄uis delectꝰ. Exhauſit, vacuauit, vł qa q̄plurimi i bella ſe cōtulerūt, vel qa tūc populoſa non erat. Athenas, oppidū in Attica. Tenēt naualia, remanſerunt in Pyreo portu vbi Athenienſium naualia ſunt Phœbo dicata a Minerua, q̄ Marti Ariopagū ēt dedicauit, & arces ſibi retinuit. Petūt credi, volūt exiſtimari: ſunt ēm̄ inſtar vrbiū magnę. Verā Salamina, verū oppidū. Salamis q̄ & Salamin dicitur inſula eſt, & oppidū in Euboico mari cōtra Athenas: in qua Thelamō aiacis Teucriq; pater regnauit. Alia in Cypro cōdita a Teucro q amiſſo fratre noluit ad patrē reuerti. Hor. Nil deſpādū teucro duce, & auſpice Teucro. Certus.n. ꝓmiſit Apollo ambiguā tellure noua Salamina futurā. Creta, iſula in Aegęo dicta a Creta nympha Heſpidis filia. hęc Aeria, Curetis, & Macaron a cœli tēperie dicta eſt. De ea Vergilius centum vrbes habitant magnas vberrima regna. Dilecta Ioui. illic. n. natꝰ eſt Iuppiter: il

SVLPI. Amphiſa. Cyrrha. Bœotia. Cephiſus. Dirce. Piſa. Arcas. Mænala. Trachin. Oeta. Theſproti. Dryopes. Sellæ. Dodona. Chaones. Salamis. Creta.

lic regnauit: illic eiꝰ sepulchrū ostendebatur Gnosis, oppidū in Creta qđ & Gnosum dicitur. Agitare pharetras, sagittare. Gortina oppidum in Creta. Aeois, parthicis: norunt enim melius, q̄ Parthi sagittas emittere. Oriton. Oritos opidum in Epiro, vel inter Macedoniam, & Epirum ferens terebinthum cō ditumq; a Colchis. Dardaniam, possessam a Dardanis: idq; ꝓpter Helenū dicit, vtq; eā Dardanij Illyrici tenuere. Athamas, oppidū est in Thessalia: vt Plinius ait. Sed Athamātis est fluuius q ligna suo tactu incendit. Ouidius in. xv. Admotis Athamantis aquis accendere lignum Narrat: minimos quum luna recessit in orbes. Encheliæ, oppidum in Illyrico apud quod Cadmus cum cōiuge versi sunt in serpentes. Prisco nomine, Encheliem serpētes dicūtur. Colchis, siue regionem iuxta pōtum intellige, siue oppidum in Illyrico, qđ Ochinium dicitur: olim Colchinum dicebatur a Colchis conditum. Plinius author est. Absyrtos, fluuius Colchidis dictus ab Absyrto Medeę fratre illic discerpto, vel is a fluuio Absyrtus est appellatus. Cice. eñ de natura deorum sic ait. Quid de fratre Absyrto Medeę q apud Pacuuium Aegyaleus scribit? exit autem in mare Adriacū. Penei, Peneus Thessaliæ fluuius qui Orconē accipit, sed non recipit. nam olei modo supernatātē vehit, & abijcit: oritur autē iuxta Gomphos. Aemꝰ mōs in Thracia, siue inter Thraciā, & Thessaliam. Hiolcon, oppidū in Thessalia qđ Thracenses Aemonij cōdiderūt. Inde, ab Hiolco: nam vt Strabo ait, Hinc Pelias Iasonem, ac Argo nauem foras emisit, & inde egressi sunt primi nautæ. Lacessitum, vexatum remis. Rudis: impolita, vel ignara nauigandi. Miscuit gentes: iunxit commercia distantium, & ignotarum gentium, quæ mari sunt separatæ. Temerato, occupato, & violato.

Gnosus. Gortina. Oritos. Athamas. Athamantis. Encheliæ. Colchis. Absyrtos. Peneus. Hiolcos.

tes, delectus. i. electio militū (q̄uis delectus). i. licet non fuerat tumultus: sed per delectū expeditio: tamen exhausit. i. euacuauit militibꝰ, totas Athenas: puppes exiguę tenēt naualia Phœbęa. i. apollinca, hoc est paucę naues manserunt in Pyreo portu Phœbo sacro. Et tres carinę. i. naues, petunt sup. se credi. i. existimari, verā Salamina. i. instar Salaminos insulæ, aut vrbis, cū illi æquales viderentur. Vidēdę sunt adnotationes post Beroaldi Commentarios. Creta vetꝰ. i. nobilis insula in ægæo dilecta Ioui, quia patria eius, venit iam in arma centenis populis: quia centū vrbes habitāt magnas, vberrima regna: & Gnosis. s. vrbs Cretę, docta agitare pharetras. i. sagittas apud se natas. Alij legunt Gnosas, pro Gnosias: vt sit Creta vetus, & docta &c. Gnosum græce Cnoson dicit: & Gortina alia vrbs Cretę non peior. i. imperitior sagittis Aeois. i. orientalibus, hoc est parthicis, id est gens tam docta sagittādi, q̄ Parthi, sup. venit. Tunc is scilicet populus qui tenet Oricon vrbē Epiri, Dardaniā, a Dardanio Heleno olim possessam: sup. venit. & Athamas vrbs, aut populus Thessaliæ vagus, & dispersus altis syluis, sup. venit, & Encheliæ vrbs ab Enchelis. i. serpentibus dicta in Illyrico, testantes prisco. i. antiquo noīe, funera Cadmi sup. & coniugis versi, scilicet in serpētes, aut dracones, sup. venerunt: & Colchis, id est regio illa in ponto, aut vrbs eius sup. venit, & Absyrtos fluuius Colchidis spumans. i. spumando currēs in vndas Adriacas. i. maris Adriaci. i. accola eius sup. venit. Et ij qui colunt rura Penei fluuij Thessaliæ, & ij quorum labore. i. opera, vomer Thessalus. i. aratrum Thessalicum, proscindit, id est primum sulcat, & arat, Hiolcum Aemoniam. i. agrum Hiolci oppidi in Thessalia sup. venit. mare est lacessitū, id est iniuria affectum primo. i. primo loco, aut tempore, inde. i. ab illo oppido: quum. i. quando, Argo nauis prima oblonga, rudis. i. impolite facta, & ignara nauigandi, miscuit gentes ignotas, id ē traiecit Argonautas in insulas vbi ignoti erant, & hoc littore, scilicet maris violato, id est transgresso contra præscriptum naturæ.

BEROALDVS.

❡ Phocaicas Amphisa manꝰ. Catalogꝰ est, & enumeratio eoꝝ q in auxiliū Pōpeij venerūt. Amphisa ciuitas est Phocidis, q̄ regio inter Atticā, Bœotiāq; sita est: vt ait Ply. & Ouidi. Scopulosaq; Cyra. In Phocide cāpi sunt Cyrei: oppidū Cyra: vt refert Plinius. Scopulosa dicit: qa sub Cyrphi rupe iacet: vt ait Strabo. Parnasus mōs est in Phocide duobꝰ verticibꝰ insignis: vt ait Ouidi. Bœotij. Bœotia regio est ꝓxima Atticę, & Euboę clarissima Thebis: vt ait Plinius. Fatidica Cephisus a q̄. Cephisus fluuiꝰ est Elilea vrbe Phocensi ortꝰ in terrā Bœotiam progreditur: vt ait Strabo. eius aqua dicitur fatidica: quoniam pręfluit Delphos vbi clarissimū fuit oraculum Apollinis: vt ait Plinius. Cadmeaq; Dirce. Dirce fons est in Bœotia. author Pliniꝰ. Cadmea dicitur a Cadmo qui incoluit Bœotiam, q arcē Cadmeā Thebis fecit: vt scribit Strabo. Pisę. Pisa ciuitas est Elidis præfluente amne Alpheo qui per meatus subterraneos dicitur venire in Siciliam, & permisceri Arethusę. vnde ait Vergilius. Sic tibi cū fluctus subterlabere sicanos. Menala, montes Arcadiæ: vt ait Plinius. Miles Trachinus. Trachin ciuitas est Thessalię a Lacedæmonijs condita: vt ait Strabo prope Oetam montē, quā herculeam appellat: quoniam Hercules ibi se combussit. In Oeta sunt Thermę calidæ Herculi cōsecratę. vt docet Strabo. Thesproti Dryopes. vtriq; populi sunt Epiri: vt ait Plinius. Quercusq; silētes. In Epiro oraculum fuit Iouis illustre in quo quęrcus fuit vocalis: vt ait Probus. vñ ait Vergiliꝰ. Atq; habitę grais oracula quęrcꝰ. quem locum exponens Seruius dixit: in Dodoneo nemore arbores dantes responsa fuisse dicuntur. Sellę, populi Epiri, vt ait Plinius. præterea Sellos appellat Strabo Barbaros habitantes iuxta tēplum Iouis. Chaonio vertice. i. Tomaro monte, cui subiectum est oraculum. vt ait Strabo. Chaonium dicit propter Chaones primos in Epiro: vt ait Plinius. Troiano a Chaone dictos: vt inquit Maro. Exhausit totas Athenas. in Attica regione sunt Athenæ omnium bonarum artium inuentrices. vt author est Cicero. nec teste Plinio, Indigę vlliꝰ ꝓconij āplius. Naualia phœbea. Athenis fuit armamētariū mille nauiū capax: vt ait Plinius. Phœbea dicuntur qm̄ Phœbo sunt cōsecrata, qui olim suasit Atheniēsibus: vt se muris ligneis, hoc est nauibus tutarētur. Verā Salamina. Salamis insula est in confinio Attici, & Megarici soli: vt ait Strabo. ex qua venientes tres naues petunt credi Salamina veram: qa est alia Salamis in Cypro, & qa in bello Troiano dicuntur tres naues ex Salamine venisse. Iam dilecta Ioui. Creta insula est in medio ponto: vt ait Vergilius. Dilecta Ioui dicitur: quoniam illic dicitur esse nutritꝰ: vt ait Seruius. Centenis populis. Creta dicta est Hecatonpolis: vt dicit Strabo: a cētum ciuitatibus: quarum plurimarum Plinius, & Ptolemæus nomina recensent. Gnosas pharetras. Gnosos oppidum est Cretæ. aliter dicitur Ceratus: vt ait Strabo. Cretenses optimi fuerunt sagittarij, qui vsus bellatores suos præcipitauit: vt inquit Plinius. Gortina ciuitas est Cretæ olim muro circundata potentatu florens: vt ait Strabo: quæ non est peior. Sagit-

tis æois.i.q̄ non cedit orientis populis peritia sagittarum. Calamis enim orientis populi bella conficiunt. autor Plinius. Dardaniam Oricon. Oricon ciuitas est in Macedonia prouincia, siue in Epiro a Colchis conditum: vt ait Plinius. Dardania dicitur quoniam Dardani populi Mœsyę ea loca accolūt. Athamas. Athamanes populi sunt Aetoliæ: vt tradit Plinius. Strabo vero Athamanes gentes Epiroticas nuncupat. Enchelię populi sunt Illyrici: vt ait Plinius. Apud Enchelias Cadmus, & vxor Hermione in serpentes mutati esse dicuntur a poetis: quod etiam tāgit Strabo. nomine ergo suo quod significat anguē testantur Encheliæ funera Cadmi. Colchis. Colchinum intelligit oppidum Illyrici a Colchis conditum: vt ait Plinius. Absyrtos. In eodem illyrico insula est Absyrtū teste Plinio: immo insulæ sunt plures absyrtides circa quas Medea fratrem Absyrtum necasse traditur: vt ait Strabo. Penei. Peneus fluuius est Thessaliæ claritate ante cunctos: vt inquit Plinius. Aemoniam Hiolcon. Hiolcos ciuitas est Thessaliæ patria Iasonis iam pridem diruta dicit Strabo. Aemoniā.i. Thessalam. ex hoc loco, & Pagasis Pelias Iasonē, ac nauē Argo foras emisit.

Primaq; cū ventis pelagiq; furentibus vndis
Composuit mortale genus: fatisq; per illam
Accessit mors vna ratē. tūc linquitur Aemus
Thracius: & populū Pholoe mētita biformē.
Deseritur Strimon tepido committere Nilo
Bistonias consuetus aues: & barbara Cone
Sarmaticas vbi ꝑdit aquas: sparsamq; ꝓfundo
Multifidi Peucen vnum caput alluit Istri.
Mysiaq;: & gelido tellus perfusa Caico
Idalis: & nimium glebis exilis Arisbe.
Quiq; colūt Pytanen: & q̄ tua munera Pallas
Lugent damnatæ Phœbo victore Celenę.
Qua celer & rectis descendēs Marsya ripis
Errantē Męandron adit: mistusq; refertur.
Passaq; ab auriferis tellus exire metallis
Pactolon: qua culta secat non vilior Hermus.
Iliacę quoq; signa manus perituraq; castra
Ominibus petiere suis: nec fabula Troię
Continuit: Phrygiiq; ferens se Cęsar Iuli.
Accedunt Syrię populi: desertus Orontes
Et felix (sic fama) Ninos: ventosa Damascus:
Gazaq;: & arbusto palmarū diues Idume.
Et Tyros instabilis: ꝑtiosaq; murice Sidon.
Has ad bella rates non flexo limite ponti
Certior haud vllis duxit Cynosura carinis.

¶ Priaq; cū vētis. Proseq̄t q̄d occœpat dicere de Argo naue: deide reliquos q̄ in bella venerāt: dicēs. Et Argo cōposuit.i.cōciliauit prima.s.oim rerū, genus mortale.i.hoies, cum vētis, & vndis pelagi furētibus.i.fecit, vt se homines nauigationi con crederēt, & ita vna mors.i.vna species mortis accessit.i.addita est, fatis.i.fatali morti, per illam ratem. Aemus mons Thracius linquitur tunc ab incolis, & accolis suis, & Pholoe vrbs lapitharum, & Centaurorꝫ patria, mentita populū biformē.i.Hippocētauros: supne pubetenꝰ hoies, & inferne equos: & Strmō fluuius Thraciæ, cōsuetus cōmittere Nilo tepido.i.dū tepet, &

SVLPITIVS.

¶ Composuit, cōciliauit, & cōcors fecit. Nā ausi sunt homines media naui fluctibꝰ, & vētis se credere. Vna mors, vnum genus mortis. Accessit, addita est. Fatis, multis alijs generibus mortis. Per illam, illa media. Aemꝰ, mons in Thracia. Pholoe, Arcadiæ mons, & oppidum Lapitharum Cētaurorumq; patria. Mentita. nam cum Cētauri visi fuissent super equos crediti sunt biformes, hoc est semihomines, & semieq̄, appellatiq; sunt Hippocentauri. Strimon, fluuius in Thracia ex æmo descendens Macedoniam a Thracia separat. Committere, credere, & commendare Nam grues in hieme ex Strimone descendunt, & Nilum qui non est adeo frigidus petunt: in æstu vero cōtra faciunt. Aues Bistonias, grues a Bistonio lacu in Thracia. Cone barbara. Cone insula est ad ostium Istri circūfusa mari. Ister eīn sex habet ostia tertiū eius Gallostoma nominatur: iuxta insulam Sarmaticam: vt Plinius docet. Perdit, disperdit & confundit cum mari. Sarmaticas.i. Istri quam insulam præterijt. Peucen. primū ostium Istri Peuce appellat: vbi est & insula Peuce ampla satis. Multifidi, sex enim vastis fluminibus in pontum euoluitur. Mœsiaq;. hactenus Europeos, nunc Asiaticos numerat. Mysia prouincia est adiacens hellesponto cōterminamq; habet Aeoliam in qua est ciuitas Mœsia. Caico. Caicus Mysiæ fluuius est veniens a Teutrania vltra Pergamū. Est autē Teutrania pars Aeolidis, & Troadis. Tellus Idalis. oppidum est in Troade: q̄d Pliniꝰ Idalem vocat. Arisbe, oppidum in Rhetheis littoribus. Exilis glebis, sterilis, & infœcūda. Pytanen, oppidum in Troade. Celenæ, oppidum in Phrygia. de quo Statius. Quis nō certamina Phœbi Nosset, & illustres satyro pendente Celenas. Damnatæ. quia Marsya illic decoriatꝰ est. Lugēt tua munera Pallas, deflent tibias a te esse inuentas. Pallas.n. inuenta tibia cum buccis tumidis ex aqua se conspexisset abiecit, quas cum Marsya satyrus Celeneus reperisset, tractareq; didicisset Phœbum prouocare ad musicum certamen est ausus: a quo cum victus esset, Cæsa recesserunt a cute mēbra sua: vt in. vj. Fastoꝝ canit Ouid. inde vero in sui nois fluuiū versus est: q Męādrū ingredit̄: & cū eo mistꝰ circuit. Fuit aūt vt meminit Apuleiꝰ, Hiagnis Phrygij tibicinis filius vultu ferino trux hispidus multibarbus spinis & hilis obsitus iactabundus, atq; ridiculus. Ereptis ripis. nō.n. habet ripas Marsya, sed impetu suo nulla aluei fert̄ cōcauitate. Męādrū, flu. Ionię, q orit̄ in mōte

Aemus. Pholoe. Hippocentauri. Strimon. Bistoniæ Grues. Cone. Istri ostia. Gallostoma. Peuce. Mœsia. Mysia. Caicus. Idalis. Arisbe. Pytane. Celenæ. Marsya. Meander.

Aulocrene. Estq; ita sinuosis flexibus: vt sæpe credatur reuerti. Apameniam perua gat mox Eumeneticam: ac deinde Hircatellicos campos. postremo Cariã: & ad decimũ a Mileto stadiũ lenis in mare illabitur. Mist⁹, Marsyæ. Referť, retrofertur. Tellus, Lydia. Pactolon.
Pactolus. Pactolus Lydiæ fluuius, arenis aureis Smyrnã irrigat. oritur in Tmolo monte: vbi sunt Auri metalla, hoc est venæ.
Hermus. Hermus, Lydiæ quoq; fluuius arenas aureas trahens. Secat culta, fluit per cultos agros. Iliacæ manus.
Ilium. Ilium oppidũ in Troade est quod misit Põ. auxilia: nec abstinuit q; Cę. eẽ ferebatur ex sanguine Iuleo troiano. Signa, Põ. Ominibus suis, malis augurijs: qa vinci soliti sunt. Fabula, rumor: q; Cæsar esset ex stirpe ænee. Cõtinuit, abstinere fecit. Syriæ.
Syria. Syria in Asia regio Euphrate Arabico, sinu nostro, & ægyptio mari Armeniaq;, & Cappadocia terminatur.
Orontes. Orontes, Syriæ flu. ex Libano monte oriens, diuidit Antiochiam.
Ninos. Ninos, ciuitas in Syria, a Nino rege Assyriorũ condita. Felix, diues, & beata, vt fertur.
Damascus. Damascus, oppidum in decapoli Syria irriguũ amne Chrisorrhoa.
Gaza. Gaza, oppidũ in Syria Idumea conditum a Cambyse.
Idume. Idume oppidum in Idumea Syriæ pte: apđ qđ est maxĩa palmarũ copia.
Tyros. Tyros, in Phœnicia est, quõdã insula prealto mari septingẽtis passib⁹ diuisa: inde Alexãdri oppugnãtis opibus cõtinens facta: vt Plinius Straboq; tradũt. Eam Agenor prisci Beli filius cõdidit. Instabilis, vel qa terræmotu vexata, vt Strabo docet, vel intestabilẽ appellat ꝓpter crebras seditiones, & principũ mutationes. Illic em̃ serui occisis dñis regnauerũt.
Sidon. Sidõ, oppidũ in Phœnicia, artifex vitri, purpura nobilis, Thebarũq; Bœotiarũ parens. Murice, Purpura.

strimon ipse alget, aues bistonias. i. thracias grues. Et Cone insula barbara. i. barbarorum patria, sup. deserit illic, vbi perdit .i. amittit aquas Sarmaticas. i. eo nomine dicẽdas: quia maris in qđ influũt accipiũt nomen, & vbi alluit Peucen sparsam ꝓfundo. i. mari: Peucen dico existentem vnum caput. i. ostium Istri multifidi. i. in multa, quia sex ostia diuisi, & Mœsia vrbs in Mysia deseritur. Aldus tñ legit Mysiaq;, & apud Stephanũ μυσία scribit: & tellus. s. Mysię, perfusa Caico flu. gelido. i. frigido, & Idalis oppidũ in Troade, & Arisbe oppidũ in Rheteis littorib⁹, nimiũ exilis. i. tenuis, & ꝑca, glebis. i. terra opima, quã nõ habet sup. deserit. Et illi q colũt Pitanẽ oppidũ ĩ Troade, & Celenæ, q̃ o Pallas lugent tua munera. i. tibias a te inuentas, & abiectas, dãnatę. s. a Marsya rege suo, Phœbo victore, ea parte qua Marsya flu. a Marsya rege dictus: descẽdens celer. i. præceps: & ripis rectis contra naturam fluuiorum: vnde celer: Meãdron flu. errantem. i. fluxuosum, & sinuosum, & mille q̃rentem exitus, & refertur. s. a Mæandro, mixtus. s. cum eo, & tellus. s. Lydia, passa. i. patiens Pactolon fluuiũ exire ab metallis auriferis. i. ab arenis aureis: qua parte Hermus etiam Lydiæ flu. secat. i. interfluit, culta. s. arua, non vilior. s. q̃ Pactolus. hi dico omnes, & quoq;. i. etiam manus Iliacę. i. Phrygię copię, petiere suis ominib⁹. i. auspicijs ma lis quibus semel perierãt, signa & castra peritura. s. Põpeij: nec fabula. i. rumor, & fama Troiæ quæ vt est apud Maronem deducit Iulium ab Iulo, vnde dicit Iulius a magno demissum nomen Iulo, & Cæsar ferens. i. asserens se sup. esse Iuli Phrygij. i. de sanguine eius, continuit sup. eas. populi Syriæ accedunt. i. adduntur superioribus, & Orontes flu. Syrię desert⁹ sup. est, & Ninos vrbs Assyriorum a Nino cõdita, felix. i. diues, & beata, sic fama sup. est, & Damasc⁹ vrbs Syrię ventosa, aut iactabũda, aut ventis exposita, & Gaza etiam vrbs in Syria: supple deserta est: & Idume diues arbusto, hoc est consitis arboribus palmarum, & Tyros in phœnicia instabilis: quia prius insula nunc continens, aut instabilem populum gignens: & Sidon vrbs Phœniciæ pretiosa. i. quæ est in ꝓtio, murice. i. ꝓpter purpuram: sup. desertę sunt: qa Cynosura stella haud certior, vllis carinis, q̃ illoꝝ, duxit has. i. horum rates ad bella. i. ad Pompeium, limite ponti non flexo.

Murex. Murex. n. piscis est cuius sanguine tingiť. Has ad bella rates. hę recto cursu venere Dyrrhachiũ duce Cynosura stella.
Cynosura. Ordo ẽ. Cynosura haud certior vllis carinis duxit has rates ad bella. Certior haud vllis: qa nullę aliæ rates ipsam obseruãt. Nõ flexo limite, recta nauigatiõe. Cynosura vna fuit ex Nymphis, q̃ Iouẽ nutriuit, & in stellã versa ꝓpter silitudinẽ quã cũ Arcto habet minor arctos est appellata, dictaq; q̃si canis vra. i. cauda. De ea Mãlius inqt. Angusto Cynosura breuis torqueť in orbe: Tã spacio, q̃ luce minor: sed iudice vincit Maiorẽ Tyrio. & Germanicus. Phœnices Cynosura regit. & Cic. Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.
BERO. ¶ Primaq; Arg. a poetis diciť fuisse prima nauis. quod minime verum est cum antea fuerit vsus ratiũ, & paruarum nauicularum: vt ait Diodorus. Longa vero naue Iasonem primum nauigasse, refert Plinius. Mors vna. s. naufragij. Cuius mõs Thracię excelsissimus: vt refert Plinius a rege Emo noĩatus: vt inquit Probus. Pholoe mons est Arcadiæ, a Pholo Centauro dictus ibi sepulto: vt author est Diodorus. Populũ biformẽ. i. Cẽtauros q existimati sunt biformes: quoniã primi eqtare cœperũt: vt docet Probus. Strymon fluui⁹ est Thracię a quo Vergilius Grues dixit Strymonias, quę hyberno tempore ex Thracia trãseũt in Aegyptũ ad aquas Nili tepidiores. Bistonias aues. i. grues a gente Bistonũ, & stagno in Thracia: vt ait Plini⁹. Barbara Cone. Insula est Sarmatarũ vbi Peuce vnum ex sex ostijs Istri alluiť. Peuce est insula, & ostiũ Istri: vt meminit Plinius.
Mysia. Istri multifidi: quoniam Ister siue Danubius de quo supra diximus euoluitur in pontum vastis sex fluminibus. Mœsia ꝓuincia est iũcta Pãnonię: vt ait Plinius. Verum in bonis codicibus legitur Mysia: est autem Mysia ꝓuincia Hellesponti: vt refert Macrobius: alio nomine dicta Aeolis: vt inquit Plini⁹.
Caicus. Caicus autem fluuius est ex Mysia veniens perfundẽs tellurẽ Idalim ab Ida monte Troadis dictam. Arisbe ciuitas est Troadis: vt ait Strabo: de qua nunc intelligit Lucanus. est & Arisba in insula Lesbo. Pytanen. Pytane ciuitas est Mysię: vt inquit Plinius: patria Archesilai philosophi: vt refert Pomponius Mela. Damnatæ Celenę. Celenę vrbs caput quõdam Phrygiæ fuit: vt scribit Liuius. Migratum est inde haud ꝓcul veteribus Celenis: nouęq; vrbi Apamee nomẽ est īditũ ab Apamea sorore Seleuci regis. Et Marsyas amnis, haud ꝓcul a Męandri fontibus oriens in Mæandrum cadit. fama teneť Celenis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse, & victum excoriatum esse, vnde dicuntur lugere munera palladis. i. tibias a Pallade inuẽtas victo Marsya.
Meander. Errantem Męandron. Męander fluuius per Phrygiam currit Lydiam Cariaq; disterminãs crebris ita sinuosis flexibus: vt sæpe credatur reuerti ad fontẽ. authores Plinius, & strabo. Pactolon. Pactolus fluuius est Lydię, ex Tmolo monte profluens: vt inquit Plinius. Dicitur habere arenas aureas: vnde & Chrysorrhoa nuncupatur: vnde nunc ait Lucanus eum exire ab auriferis Metallis, id est venis. Non vilior Hermus. Hermus fluuius est Lydiæ auraceas trahens arenas: vnde dicitur non vilior esse Pactolo. Iliacæ ma-

nus,id eſt,etiam Troiani petierũt caſtra Põpeij ſuis ominibus,id eſt augurijs,&prodigijs: monſtrarunt eñ Pompeiũ pfligatũ iri & perditurũ queãdmodũ ipſi a gręcis fuerũt euerſi. Iliũ ciuitas eſt Troadis a rege Ilo nũcupatũ vt ait Diodor⁹. Nec fabula troię.i.nõ deſtiterũt ſeq Põpeiũ & relinquere Cęſarẽ,q̃uis gẽs Iulia auctorẽ ſui nois & originis iactet Iuliũ Aſcaniũ filiũ Aeneę vt ait Liui⁹. Vñ Ver. Iuli⁹a magno demiſſum nomẽ Iulo. Phrygij.i.Troiani. Syrię ppli. Syria añ dicta Aſſyria, regio eſt Aſiatica quõdã terrarũ maxĩa vt inqt Plinius. Orontes fluuius eſt Syrię natus inter Libanum & Antilibanum. Auctor Plinius. Felix Ninos. Ninos ciuitas eſt quæ a Hieronymo,& Euſebio dicitur Niniue cõdita a Nino rege, vt inquit Diodorus. Damaſcus ciuitas eſt Syrię. vnde pruna Damaſcena in Damaſco mõte nata dicuntur, vt ait Plinius. Gaza,oppidum Syrię a theſauris Cambyſę regis ſortita nomen vt docet Põponius Mela. Idume. Idumea regio eſt Syrię fertilis palmis. Vnde dixit Vergilius. Primus Idumeas referam tibi Mantua palmas. Idume ciuitas eſt Phoenicis vt ait Seruius. Et Tyros. Tyros eſt in Phoenicia quondã inſula pręalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa,nunc vt ait Plinius Alexandri oppugnantis operibus continens eſt. Multa de Tyro apud Curtium. nũc a Lucano dicitur inſtabilis quia modo fuit inſula modo cõtinens. Sidon. Sidon in ora eſt Phoenicię Boeotiarum Thebarum parens,conchylio & purpura nobilis. Vnde dicitur pretioſa murice. eſt enim Murex e genere Conchyliorum: cuius ſanguine tingũtur veſtes vt ait Plinius. & apud Martialem. Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas Induis. Cynoſura. Duę ſunt arctos.i. vrſę in ſeptemtriõe quarum altera dicitur Elice,altera Cynoſura,quam in nauigando Phoenices & Sidonij ſequuntur. Vnde ait Germanicus. Phoenicas Cynoſura regit. & Ouidius. Cynoſura petatur Sidonijs. Cynoſura ergo duxit naues Phoenicum ad bella quę nullis alijs nauibus eſt tam certa.

Sidon.

Arcti.

Phoenices primi:famę ſi creditur:auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.
Nõdum flumineas Mẽphis cõtexere biblos
Nouerat: & ſaxis tantum volucreſq; feræq;:
Sculptaq; ſeruabãt magicas animalia liguas.
Deſeritur Tauriq; nemus: Perſæaq; Tarſos:
Coryciumq; patens exeſis rupibus antrum:
Mallos:& extremæ reſonant naualibus Egę.
Itq; Cilix iuſta iam non pyrata carina.
Mouit & ęoos bellorum fama receſſus.
Qua colitur Gãges qui toto ſolus in orbe
Oſtia naſcenti contraria ſoluere Phoebo
Audet:& aduerſum fluct⁹ impellit in Eurum.
Hic vbi Pellęus poſt Tethyos ęquora ductor
Conſtitit:& magno vinci ſe faſſus ab orbe eſt.
Quaq; ferens rapidũ diuiſo gurgite fontem
Vaſtis Indus aquis mixtũ nõ ſentit Hydaſpẽ.
Quiq; bibũt tenera dulces ab arũdine ſuccos:
Et qui tingentes croceo medicamine crinem
Fluxa coloratis aſtringũt carbaſa gemmis.
Quiq; ſuas ſtruxere pyras:viuiq; calentes
Conſcendere rogos. Pro quãta eſt gloria gẽti
Inieciſſe manum fatis:vitaq; repletos
Quod ſupereſt donaſſe deis. Venere feroces
Cappadoces:duri popul⁹ nũc cultor Amani:
Armeniuſq; tenens voluentem ſaxa Niphatẽ.
Aethera tangentes ſyluas liquere Coatrę.

SVLPIT.

¶Phoenices. Phoenicia ps Syrię,Iudęę contermina: fertilis quidem ad centuplum foenus. Famæ ſi creditur. Vt eſt apud Tacitum Aegyptij primi per figuras animalium ſenſum mentis effingebaut,ab his Phoenices & maxime Cadmus Gręcię intulerũt. Literarũ inuentores fuere. Rhadamanthus Aſſyriarũ Anubis,& Memnon, Aegyptiarum Hercules Aegyptius Phrygiarum. Græcarũ vero Phoenices,quarũ auxit numerũ Palamedes & inde Symonides. Latinarũ, alij Beroſum & Tricodemũ,alij Carmentem Arcadicam dicunt. Signaſſe figuris:comprehendiſſe figuris. Manſuram,duraturam. Mẽphis, vrbs in Aegypto. Biblos,iũcos,& papyrum. Herodotus libro.v. ait Phoenices priſca conſuetudine Biblos appellare pelles q aliquando penuria Biblorum, id eſt ſcyrporum, pellibus caprinis ouiniſq; vtebantur. Flumineos Niloticos. in lacunis enim Nili ſtagnãtis naſcuntur iunci ex quorum tenuiſſimis fiſſuris chartę contexũtur:& vela,& veſtes,& ſtragula: vt Pli.in.xiij. docet. Olim non erat vſus chartarũ ſed palmarum folijs primo ſcriptitarunt:inde quarũdam arborum libris: poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus: mox & priuata lintheis confici coepta aut cæris. pugillarium enim vſum fuiſſe ante Troiana tempora ſcribit Homerus. Tãtum quantum literas non norant. Sculpta animalia,animalium figuræ quæ pro literis erant. Magicas linguas,ſermonem ſapientum, & ſacerdotũ qui Magi dicuntur. Tauri nemus Taurus mons Cilicius dictus,ab æois veniens littoribus Chelidonio pmontorio diſterminatur: Aſiamq; in duas diuidit partes. Tarſos,oppidum in Cilicia a Perſeo Danaes filio conditum Plinio teſte. hanc Cidnus flu. mediam ſecat. Coryciũ. Corycos oppidum & portus,& ſpecus eiuſdem nominis in Cilicia ſunt. is ſpecus celebris fama. dicitur etiã antrũ Corycium. Mallos. oppidum ad portas Cilicas. Egę,oppidum liberum in Cilicia Naualibus: ſtrepitu & tumultu,qui fit ad naualia. Non pyrata: non prædo marinus: vt olim,ſed iuſtus pugnator. Gãges. Indię fluuius de quo ſupra. Soluere oſtia: hoc eſt exire in oceanum orientalem & contra eurum. Hic

Phoenices.

Literarum inuẽtores.

Memphis. Biblus.

Magi.

Tarſos.

Corycium.

Mallos.

vbi. Gangem dicit ad quē vsq; peruenit Alexander, vel Hippanim indicat qui post Indū postremus est. Nam vt inquit Strabo li. xv. ea mente Alexander orientales patres omisit primo q; prohiberetur Hippanim trāsire: inde q; campestris regio eēt exusta. Pelleus dux ductor, dux Alexander.

Pella. Pella oppidum in Macedōia exiguum, in quo natus est Alexāder Iuue. Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis. Post ęquora te. post mare oceanum ad quod constiterat prius.

frater fratrē, in alienis castris militātes. Finis adest rerū. finiunť bella ciuilia si non traditis arma. Illis, scilicet militibus externis quibus fas est hoc est licitum dimicare. externis eñ militibus gerenda sunt bella, non ciuibus cō tra ciues. Credere, id est committere.

SVLPITIVS.

¶ Sit locus. Perstat in eo vt Cæsar dissuade at se hostē nō esse. Exceptus, liber & exēptus a bello. Fatū, felicitas. Cōsulat vrbi, ꝓuide dat Romæ. Fœdera si placeāt, si eritis fœd⁹ & pacē inter vos inituri. Sit, supsit hic locus. Veniatis, venire possitis. Vel cū tanta. ab honestiori & vtiliori argumentatio. Discrimina pericula. Martis Iberi: ne vet⁹ Pōpeij exercitus q in Hispania est Galliā occupet. Deflectis, declinas ad nos cū illuc acceleres. Rapidū, acceleratū. Nō pondera. attenuant rē suā vt digni negligi videanť: nō eñ sunt hi in q̄bus siue foueāt siue repugnēt, belli pōd⁹ cōsistat presertim cū in armis sint infelices. Momenta, impulsiones & efficacię. Manus exul multitudo ꝓfuga ab āntiqua in Grecia patria Horatius. Nulla sit hac potior snīa Phoceorū. Velut ꝓfugit execrata ciuitas. Agros atq̧ lares patrios habitādaq̧ fana Apris reliquit & rapacib⁹ lupis. Exustis, a Xerxe & ab ipis in nouas sedes migrare constituētibus. Exiguis mœnibus: paruo oppido. Estq̧ ordo & post translatas acies Phocidos exustæ: nos quos sola fides illustrat sum⁹ tuti in mœnib⁹ &c. Sola fides: semp ei fide clari fuere. Liui⁹ in secūdo bello punico. Nec hospitale quicq̄ pacatū ve satis prius auditū q̄ Massiliā venerūt. Claudere muros. a difficili argumētatio ad Cæsarem terrendū. Haustus raptos, potū subtractū. Auersis fontibus, amotis fluminib⁹ & ipo Rhodano. Larga ceres, copia panis. Tunc horrida cerni. parati sumus videri macilenti. Cōtingi, infici & morderi a nobis cruentatis dentibus vel opprimi tabe vlceribus & scabiei morsu vt famelicis solet accidere. Saguntū. Valerius libro. vj. hæc ait. Saguntini victricibus Annibalis armis intra mœnia sua compulsi cū vim punicā vlteri⁹ nequirēt arcere collatis in forū quæ vnicuiq̧ erāt charissima: atq̧ vndiq̧ circundatis accēsisq̧ ignis nutrimentis ne a societate desisterent publico & cōi rogo seipos supiecerunt. Est aūt Saguntū oppidū in Hispania a Zacynthijs conditū: diciturq̧ & hæc Saguntos vel Saguntus. Sillius. Conclamant vtrinq̧ acies ceu tota saguntos igne micet. Trahentes, sugentes. Sicca, nihil lactis habentia ob inediam. Fata, mortem. Miscebunt vulnera, seipsos interiment. Coacti, compulsi a te. Hoc. q mutuo se occidant q̄ contra Romanos pugnēt. Graia. Massilieñ. oriunda a Grecia. Ducis, Cæsaris. Prodita, manifestata: nā vultum colorēq̧ mutauit: & truces oculi eua sere. Vana mouet. Cæsar conuersus ad milites Massiliam se deleturū denuntiat: hilariq̧ eos animo esse iubet: & confidentiam Massiliensium arguit: simulatosq̧ dolos improbat. Ideo enim inermē suscipere volebāt: vt ipsum caperent: quare de his sumpturum se pœnas minatur. Fiducia, confidentia & im-

Massilieñ. origo.

Saguntū.

Saguntos.

ciues, cui non languebit id est torpebit & segnis erit dextra scilicet ad feriendum, parente id est patre aut auo conspecto scilicet in acie aduersa? quasi dicat nullus est tam durus vt patrem feriat, & tamen in ciuili bello contra patrem armantur nati: & cui fratres diuersi id est stantes in aduerso agmine, non prohibebūt spargere tela? quasi dicat nulli: & ita omni. Finis rerum id est belli ciuilis, adest si non committis illis arma, quibus fas est supple suscipere arma: hoc est externis: quia conciues propter consanguinitatem & affinitatem non diu gerent inter se bella. Hæc summa id est vltima voluntas precandi est nobis id est q̄tum ad nos attinet, hoc tātum precamur, vt relinquas procul vrbe scilicet nostra, aquilas terribiles id est bellicas: & signa infesta id est vim inferentia: & velis credere id est fiducialiter committere sine apparatu bellico, muris nostris te, videlicet vt amicū sine exercitu: & vt sinas id est permittas bellū excludi muris nostris: Cæsare videlicet te, admisso per pacificū ingressum.

Sit locus exceptus sceleri Magnoq̧ tibiq̧
Tutus: vt inuictę si fatum consulat vrbi:
Fœdera si placeant: sit quo veniatis inermes.
Vel cum tanta vocēt discrimina martis Iberi
Quid rapidum deflectis iter: nō pōdera rerū:
Non momenta sumus: nunq̄ felicibus armis
Vsa manus patrię primis e sedibus exul:
Et post translatas exustæ Phocidos arces
Mœnibus exiguis alieno in littore tuti:
Illustrat quos sola fides. si claudere muros
Obsidione paras: & vi perfringere portas:
Excepisse faces tectis & tela parati:
Vndarum raptos auersis fontibus haustus
Quærere: & effossam sitiētes lambere terrā.
Et desit si larga ceres: tunc horrida cerni
Fœdaq̧ contingi maculato corpora morsu.
Nec pauet hic populus pro libertate subire
Obsessum Pœno gessit q̄d Marte Saguntū.
Pectoribus rapti matrū frustraq̧ trahentes
Vbera sicca fame medios mittentur in ignes:
Vxor & a charo poscet sibi fata marito:
Vulnera miscebunt fratres: bellumq̧ coacti
Hoc potius ciuile gerent. Sic Graia iuuentus
Finierat. cum turbato iam prodita vultu
Ira ducis: tandem testata est voce dolorem.
Vana mouet Graios nostri fiducia cursus:
Quis Hesperium mundi ꝓperemus ad axē
Massiliam delere vacat: gaudete cohortes:

Obuia prębentur fatorum munere bella.
Ventus vt amittit vires: nisi robore densæ
Occurrant syluę spatio diffusus inani:
Vtq; perit magnus nullis obstantibus ignis:
Sic hostes mihi deesse nocet: dānūq; putam⁹
Armorum: nisi qui vinci potuere rebellent.

ASCENSIVS.

¶ Sit locus exceptus. Prudēter & pie orant Massilien. haberi immunes in bello ciuili, simul vt innocentiam suam & fidem erga Romanos conseruent: & vt tam Cæsari q̄ Pompeio si alter infeliciter pugnauerit hospitio tuto patere possent. vnde dicunt. Sit scilicet per te. i. permitte vt videlicet vrbs nostra sit locus exceptus id est demptus, sceleri id est scelesto bello, existēs tutus & Magno & tibi. audacter pręponunt Magnum: vt qui reip. magis fauent. vt si fatum. i. felicitas aut prouidētia diuina, consulat. i. prospiciat & opem ferat, vrbi scilicet Romæ inuictæ scilicet prius: & si fœdera placeant scilicet vobis inter vos ferienda id est si forte concordes tādem fueritis, aut si fœdera nostra cum Roma inita, placent. i. approbent̄ vobis: post ea q̄ Roma erit deorum prouidētia defensa, sit. i. restet supple locus, quo vos veniatis inermes. i. depositis armis. Vel cū tanta discrimina id est pericula, martis. i. belli, Iberi. i. Hispani, in fauorem Pompeij moti, vocent sup. te ad resistēdum, quid deflectis. s. ad nos, iter rapidum. i. rapide faciendum aut quod rapide facere incœperas? Nos non sum⁹ pondera rerum: & nos nō sumus momenta. i. ꝓpter quos res immutentur si forte fuerimus capti. Nos inquiunt existentes aut qui sum⁹, manus. i. multitudo hominum nunq̄ visa armis felicibus. i. feliciter in bello tractatis: & exul. s. manus, e primis sedibus patrię. i. a prima patria nostra quæ erat in Phocide partim violento partim voluntario exilio expulsi: & nos tuti. i. defensi exiguis. i. modicis mœnibus in littore alieno. i. alienę regionis videlicet puincię Gallicanæ quæ ꝓpter Massilien. adhuc Prouincia vocatur post arces Phocidos exustæ. i. post vrbem nostram exustā partim a Xerxe partim a nobis translatas. s. in Galliam, nō re sed nomine: quia pro arcibus illis construxerunt nouas in Gallia: & gentē omnem cultioribus institutis decorauerunt vt Iustinus late recitat. Quos sola fides. i. fidelitas in fœdere cōseruādo & in hospitalitate illustrat. i. illustres facit. Si tu petas claudere muros. s. nostros obsidione. i. circūdare nos vallo: & si paras perfringere portas nostras vi, nos sumus parati excepisse pro excipere aut exceptum ire tectis nostris, faces id est incēdia, & tela, quibus diruantur. id est pro fide seruanda extrema pati: & sumus parati quærere haustus vndarum id est aquarū raptos scilicet a te id est aquas ablatas, & hoc fontibus auersis scilicet a nobis vt flumina & fontes alio dirigant riuos aquarum suarum q̄ ad nos: & sumus parati lambere sitientes id est præ siti, terram effossam ad nouas aquas inueniēdas. Et si larga ceres id est copia frumenti aut panis desit nobis, tunc sumus parati, corpora supple nostra cerni id est vt cernātur, torrida id est cruda & rigida & existentia fœda cōtingi morsu maculato, id est prius proprios artus morsdic⁹ violare q̄ fidem semel datam. Nec hic id est noster populus, pauet id est formidat subire id est pati pro libertate, id quod Sagūtum id est populus Saguntinus in Hispania, gessit id est tulit, marte Pœno id est sub punico bello ab Annibale obsessus: quia ad extrema coacti se & sua combusserūt. Infantes supple nostri, rapti per nos, sup. a pectorib⁹ matrū: & trahentes. i. sugentes frustra hubera sicca fame. i. ꝓpter inediā matrū aut nutricū aliarū: mittentur. s. a nobis in medios ignes: & vxor poscet. i. requiret sibi fata id est necem, a marito charo id est licet charo. Fratres mi- proba spes. Cursus, accelerati itineris. Graios, Massiliēses. Ad axem hesperium, ad Hispaniam regionem occidentalem. Vacat, vacuum tempus est. Gaudete, quia cum gloria ipsam diripietis. Munere fatorum, deorū benignitate: & est tacitæ laudis expressio: ostēdit enim eos pugnandi cupidos esse. Ventus. similitudo qua se vēto & igni, pacem spacio inani, hostes arboribus & materię comparat Robore. speciem pro genere posuit. Inani, libero arborib⁹. Nullis, nulla manu. Nocet, desides euadimus. Armorum, exercit⁹ & potētiæ nostræ. Qui potuere vinci quos vincere possumus.

PHI. BEROALDVS.

¶ Sit loc⁹, scilicet Massilia. Exceptus sceleri: qui non immiscuerit se bellis ciuilibus. Vt scribit Cæsar dixerunt Massiliensium legati: neutrum neq; Cæsarem, neq; Pompeium contra alterum iuuare velle: aut vrbe aut portub⁹ recipere. Magno, scilicet Pompeio. Fœdera si placeant: si volueritis componere fœdus sit Massilia in quam vrbem sine suspitione venire possitis: cum omnia alia loca sint vobis suspecta. Discrimina Martis Iberi. id est cum destinaueris ire ad bellum gerēdum i Hispania q̄re o Cęsar deflectis ad nos? Nūq̄ felicibus armis visa manus. Phocenses eiecti patrijs sedib⁹ a Cyro rege persarum cōdiderūt Massiliā alij dicūt Xerxe inuadēte Gręciā eos reliquisse natale solum quod hic sentire videtur Lucanus dicens post translatas arces exustæ Phocidos quā scilicet Xerxes exussit. Apd̄ Solinum, Gellium, Iustinum, & Strabonē multa sunt de conditorib⁹ Massiliæ. Alieno in littore, scilicet Galliæ Narbonensis. Sola fides. Massiliēses vt ait Strabo Romani populi amicitia floruerūt: quā syncerissime custodierunt. merito ergo fides illustrat eos. Sic claudere muros. Sēsus est o Cęsar si paras nos obsidere & ꝑ vi expugnare, sum⁹ parati tolerare omnes labores & infortunia. Et tela parati, subaudi sumus. Vndarū haust⁹ quęrere, supple parati sum⁹. Et desit si larga ceres. i. copia frumenti & commeatuum. Ceres enim dea est frugum: quæ prima frumenta inuenit & molere & cōficere in Attica Italia & Sicilia. vt author est Plyni⁹. Tūc horrida cerni attingere. subaudi sumus parati attingere morsu. i. comesse ea q̄ sunt horrida & fœda ad cernendum atq; tāgendū: quēadmodum mures, coria, & sterc⁹. Obsessum Pœno gessit quod marte Saguntum. Sagūtum siue Saguntus, vtroq; enim genere dicitur, ciuitas est Hispanię q̄ vltra Iberū fuit sita lōge opulētissima vt scribit Liuius a Zacynthijs cōdita, fidei erga Romanos monumētum. nam ab Annibale obsessi Sagūtini fame, machinis, ferro oppressi semet & sua cōburere, q̄ Annibali dedere maluerūt. vt scribunt Liuius & Florus. Primores enim aurū atq; argentum omne ex publico priuatoq; in forum collatum i ignē ad id raptim factū conijcientes, eodem semetipsos precipitauerūt. Bellumq; coacti. hoc potius ciuile gerēt qm̄. s. fratres interiment fratres, filij parētes, mariti vxores: & sic nostrū erit bellum ciuile

dũ fugimus bellũ ciuile vestrũ o Cæsar. Sic
Graia iuuent⁹.i.legati Massiliẽsium,q a Grę
cis(vt supra dictũ)oriũdi sũt. Nostri fidutia
cursus. quia ego dicor ꝓperare in Hispaniã.
In axẽ Hesperiũ,in Hispaniã,q̃(vt supra mõ
strauimus)dicit̃ Hesperia. Vnde ait Horati⁹.
Qui nunc Hesperia sospes ab vltima. Vacat
i.mihi otiũ ẽ. Vẽtus vt amittit vires. Sẽsus ẽ.
ita ego vires meas ꝑdo sine hoste, quẽadmo
dũ vẽtus vires suas & impetũ amittit qñ flat
per loca inania & sine obstaculo:& ignis exti
guit̃ sine fomite nulla re obstante.

SVLPITIVS.

¶Sed si solus. Ironia. Degener, vilis & hu=
milis. Dimissis, depositis. Tecta patẽt, aperi
untur portæ, admittẽt me. Excludere, expel
lere. Inclusisse, in carcere cõtinere: deestq; sed
etiã. Cõtagia, corruptionẽ, nolũt eñ bello ci
uili se maculare. Fugant. expellunt. Dabitis
pœnas. nũc ad legatos se vertit. Meo æuo.
meis tẽporib⁹. Q̃ꝫ duce me bellũ. q̃ meis par
tibus inhęrere quod qui non facient tuti non
erũt. Sic postq̃. Quibus iniurijs permot⁹ Cę
sar legiões tres Massiliam adducit: turres vi=
neasq; ad oppugnationem vrbis agere: na=
ues longas Arelatæ numero duodecim face
re i. istituit. Quibus effectis armatisq; dieb⁹.
xxx. a qua die materia cęsa ẽ adductiiq; Mas
siliam, his Decimum Brutũ pręfecit. C. Tre=
bonium legatum ad oppugnationem Mas=
siliam reliquit. Ad vrbem haud trepidã: ad
Massiliam nil metuentem quia se ad bellum
parauerat. Vallata corona, circundata ordi=
ne armatorum custodum. Mœnia clausa: vr
bem clausis portis. Haud procul. Locus ca=
strorum describitur: & vt vallis inter castra &
vrbem repleta est aggere & obsessa Massilia
Massilia. explicatur. Massilia vt in secundo bellorum
ciuilium scribit Cæsar ex tribus fere partib⁹
oppidi mari abluitur: reliqua quarta est quæ
aditũ habet a terra. Huius quoq; spatij pars
ea quæ ad arcem pertinet loci natura & valle
altissima munita longam & difficilem habet
oppugnationem. Trebonius igitur vimini=
bus & materia comportata aggerem in alti=
tudinem pedũ octoginta extruxit. Tumu=
lus, collis. Explicat campum, habet paruam
in summo planitiem. Diffuso ve. dilatato ca
cumine. Patiens cingi: quę posset circunda=
ri. Munimie, vallo. Proxima, vicina huic ru
pi. Consurgit: erigitur & munita est. Sedent
iacent: & vallis latitudinem montisq; distan=
tiam indicat. Statura, quę staret & erigeretur
vel constatura. Committere, cõiungere. Di=
uersos, vrbis & castrorum. Aggere, conge=
rie terræ & fascib⁹ viminũ. Prius. placuit. Vt
clauderet vrbẽ: vt occluderet omnem aditũ
per terram hinc & illinc: nam aggerem & fos
sam duxit a castris ad maria. Pabula: pascua
Brachia, aggeres. Cespitibus, glebis ter=
ræ cum hęrba. Cruda, dura. Tollẽtia pinnas
erigentia turriculas & propugnacula in simi
litudinem pinnarum muri. Iã satis. non par=
uam laudem inquit assecuti sunt Massilien=
ses ꝙ soli ausi sunt resistere Cæsari. Memo=
randum, memorari dignum. Cursum belli
impetum Cæsaris. Cũctis raptis: cæteris vr=

scebunt vulnera.i.se mutuo occident potius q̃ se tibi dedãt:&
ipsi coacti vltima necessitate, gerent potius hoc bellum ciuile
quod per pietatem gerent q̃ quod per impietatem vis nos ge=
rere. Iuuentus Graia.i. Massilieñ. e græcis orta & ad Cæsarem
missa, finierat sup. orationem sic, cum ira ducis scilicet Cæsa=
ris, iam prodita id est manifestata, vultu turbato, testata id est
professa est tandem dolorem. Nam Cæsar conuersus ad suos
dixit. Vana.i. fallax & stulta fidutia .i. confidẽtia nostri cursus
i. properationis nostræ contra Hispanos, mouet.i. afficit spe,
Graios.s. Massilieñ. Q̃uis nos ꝓperemus (quasi dicat quod
tamen non facimus) ad axem Hesperium.i. ad Hispaniam: ta
men vacat.i. otium nobis est, delere scilicet prius Massiliam.
O cohortes gaudete: bella prębẽtur vobis obuia.i. se vltro of=
ferentia: munere.i. dono fatorum. Nam vt.i. quemadmodum
ventus amittit vires, diffusus inani spatio.s. vasti aeris nisi syl
uæ densæ occurrant.i. obstent, robore.s. suo aut robore specie
illa arborum: vt sit species pro genere. Sunt qui legant robo=
ra & ita syluæ sit genitiui casus &c. & vt magn⁹ ignis perit: nul
lis scilicet rebus, vt saxis aut ferro aut terra, obstantibus, ne in
aerem diffundatur, sic nocet mihi hostes deesse.i. ꝙ hostes de
sunt: & nos putamus damnum.i. detrimẽtum armorum id est
exercitus & potẽtiæ, nisi illi rebellent qui potuere vinci.i. quos
vicissemus si se non dedidissent.

Sed si solus eam dimissis degener armis
Tunc mihi tecta patent: iã non excludere tm̃:
Inclusisse volunt: at enim contagia belli
Dira fugant: dabitis pœnas pro pace petita:
Et nihil esse meo discetis tutius æuo:
Q̃ꝫ duce me bellum. Sic postq̃ fat⁹ ad vrbem
Haud trepidã cõuertit iter. tũc mœnia clausa
Conspicit: & densa iuuenum vallata corona.
Haud ꝓcul a muris tumulus surgentis in altũ
Telluris paruum diffuso vertice campum
Explicat. hęc patiens longo munimine cingi
Visa duci rupes: tutisq; aptissima castris.
Proxima pars vrbis celsam consurgit in arcẽ
Par tumulo: mediisq; sedent cõuallibus arua.
Tunc res immenso placuit statura labore
Aggere diuersos vasto committere colles.
Sed prius vt totam qua terra cingitur vrbem
Clauderet: a summis ꝑduxit ad ęquora castris
Longum Cæsar opus: fontesq; & pabula cãpi
Amplexus fossa densas tollentia pinnas
Cespitibus crudaq; extruxit brachia terra.
Iã satis hoc Graiæ memorandũ cõtigit vrbi
Aeternum decus: ꝙ non impulsa: nec ipso
Strata metu tenuit flagrãtis in omnia belli

Præcipitem cursum: raptis a Cæsare cunctis
Vincitur vna mora. Quãtũ est ꝙ fata tenent?
Qꝫ ꝙ virum toti properans imponere mũdo
Hos perdit fortuna dies? Tunc omnia late
Procũbunt nemora: & spoliant̃ robore syluę.
Vt cum terra leuis mediã virgultaqꝫ molem
Suspendant: structa laterũ compage ligatam
Arctet humũ pressus ne cedat turribꝰ agger.

ASCENSIVS.

¶ Sed si solus &c. Prosequitur orationem suam Cæsar dicẽs Sed si ego eam solus scilicet in oppidum Massilieñ. vt ipi bene vellent, existens degener id est abiecto & imprudẽti ac ignauo animo committens me fidei Græcorum, abiectis armis: quod ne militem quidem decet: tum tecta patent pro pateant, mihi. iã. i. in hoc dicto, non tantũ voluit excludere sup. me: sed sup. etiam, voluit inclusisse id est ꝙ incluserint me & captũ teneant. At id est sed certe si dijs placet (est enim Ironia) ipsi fugant id est deuitant dira contagia belli id est nolint per bellum ciuile contaminari, sed bene vellent me inclusisse & aduersario meo tradidisse. deinde conuersus ad legatos dicit. vos dabitis pœnas pro pace petita id est quia pacem petitis, cũ ego bellum quæram: & discetis experientia ipsa, nihil esse tutius meo æuo id est durante vita mea, q̃ bellum me duce. i. eos tutos esse qui mecum bella gerunt & nõ qui neutram partem recipientes pacem poscunt. Postq̃ Cęsar fatus est sic, ipe cõuertit iter ad vrbem scilicet Massiliam, haud trepidã quia animosam: & tũc postq̃ appropinquauerat conspicit mœnia clausa scilicet sibi & vallata. i. circunsepta, densa corona iuuenum scilicet stantium pro defensione. Tumulus. i. collis, telluris. i. terræ, surgentis in altũ, haud. i. non procul a muris, explicat. i. dilatat, campum paruum. i. planitiem modicam, vertice. s. suo diffuso. i. dilatato. hæc rupes. s. tumuli, visa est id est apparuit Duci. s. Cæsari, patiens. i. apta, cingi id est vt cingatur, longo munimine. i. vallo, & aptissima castris tutis. i. vt i ea sint castra tuta. Proxima pars vrbis. s. Massilieñ. conscendit in arcem celsam. i. sita est in edito loco, existens par. i. æque alta, tumulo. s. dictæ rupis: & ita poterant ex ea directe in vrbem mitti tela: & arua sedent. i. iacent in medijs conuallibus. Sed iacere dicunt terræ ex omni parte planę, stare vndiqꝫ erectę: & sedere in medio situ positę. Tunc postq̃ sic prospecta est rupes illa, res statura. i. mansura aut constatura, immenso labore, placuit. s. Cæsari: vtpote committere. i. coniungere colles diuersos. i. illum & in quo vrbs partim sita erat: aggere vasto. i. valde ãplo: sed Cæsar vt clauderet prius totam vrbem terra qua cingitur. i. vt circũuallaret eam, perduxit a summis. i. extremis castris suis, sup. vsqꝫ ad æquora, opus. i. vallum, lõgum: & ipe amplexus fossa, fontes vnde aquam haberent: & pabula campi. i. pascua pro pabulo pecoris excludendo, extruxit cespitibꝰ, ꝙ pro. i. terra cruda. i. cum hęrbis euulsa, brachia. i. extrema cornua valli, tollentia. i. erigentia, densas. i. crebras pinnas. Iam. i. etiam si nõ plura, hoc satis memorandum & æternum decus contigit vrbi Graiæ videlicet Massilieñ. ꝙ non impulsa scilicet ad deditionem, nec strata ipso metu, sine oppugnatione: qa postea se dedidit: tenuit cursum pręcipitem. i. propositum tendẽs, in oĩa. s. mala, belli flagrantis. i. ardentis. & cunctis scilicet vrbibus Italiæ, & Galliæ raptis a Cęsare. i. postq̃ omnes rapuerat: vna id est sola vincitur non metu vt alię, sed mora id est longa & pertinaci obsidione. Quantum est? quasi dicat maximum: ꝙ fata tenentur: scilicet in mora: & ꝙ fortuna ꝓperãs id est festinans, imponere id est quod dicunt intrudere vt Tyrannũ &

bibus statim occupatis. Vna, sola. Mora, longa oppugnatione. Quãtum, magnum profecto. Tenentur, retinentur successus Cæsaris. Properans imponere mundo: festinans pręficere Cæsarem. Perdit, incassum conterit. Nemora, cõsitæ arbores amœnitatis causa. Robore, arboribus vt earum trabibus & materia hinc & illinc aggeris latera firmarẽt: media autem replebat ex fascibus virgultorum & terra. Virgulta. vimina, rami arborũ, & frutices. Molem, congeriem rerũ. Suspendant, suspensæ attollãt. Agger, tota ipa machina. Pressus, oneratus. Arctet humum, cõprimat terram: sed trabes pondus sustineãt. Ligatam, inclusam. Compage, coniunctione. Ne cedat, ne dissoluatur ob turres. Nemora.

PHIL. BEROALDVS.

¶ Sed si solus eam. Respondet ad illud qđ dixerant Massilienses. Excludiqꝫ sinas admisso Cæsare bellum. Inclusisse volunt, scilicet si igredior sine exercitu. Tutiꝰ, id est securius. Ad vrbem, scilicet Massiliam. Vallata id est circũdata & munita pręsidio militũ stantium in corona. Haud procul a muris tumulus. Massilia vt scribit Cæsar fere ex tribꝰ oppidi partibus mari alluitur: reliqua quarta est quę aditum habet a terra. Huius quoqꝫ spatij pars ea quæ ad arcem spectat difficilẽ habet oppugnationem. Cæsar proficiscens in Hispaniam Caium Trebonium legatũ ad oppugnationem Massiliæ reliquit qui aggerem vineas turresqꝫ ad oppidum agere instituit. Paruum diffuso vertice campum explicat. Tumulus habebat in cacumie paruã planitiem. Hęc rupes, id est collis. Munimine. i. vallo sepire. Par tumulo. Arx Massiliæ erat in colle collocata: q non erat inferior illo quẽ vallo cinxerat Cæsar. Medijsqꝫ sedent cõuallibus. Cõuallis dicitur locꝰ inter montes sitꝰ Statura id est constatura. Aggere committere, id est coniungere aggere qui ex materia & luto conficit̃: vt inqt Vegetius. Diuersos colles, scilicet illum in quo ipse castrametatꝰ fuerat, & illũ in quo arx Massiliæ sita erat. Qua terra cingitur. quia vt diximꝰ Massilia ex tribus partibus mari alluit̃: reliqua quarta pars est quæ aditum habet a terra. Brachia tollentia densas pinnas. Pinnæ sunt murorũ & castrorum eminẽtiæ atqꝫ propugnacula: vt inquit Varro. & Trebonius legatus Cęsaris extruxit aggerem in altitudinem pedum octoginta vt author est ipe Cęsar. Cespitibus. Cespes est terra cum hærba euulsa vt ait Festus Graiæ vrbi. i. Massiliæ, quam Phocẽses Gręci condiderunt. Flagrantis. i. ardentis belli. Differentia est inter flagrare per l. & fragrare per r. Illud eñ significat ardere. fragrare est spirare odorem. Vnde ait Martialis. Hoc fragrant pueri basia mane mei. Raptisqꝫ a Cæsare cunctis. i. cum omnes aliæ ciuitates primo impetu se Cæsari dedidissent sola Massilia victa est longa mora & obsidione. Hos perdidit fortuna dies. Fortuna q̃ ꝓperabat imponere: virũ. s. Cęsarem: dñm totius mundi: perdidit aliquos dies retardata a Massiliẽsibus. Tunc oĩa late ꝓcũbũt nemora. Verba sunt Cæsaris in hanc sñiam. Ad opa ꝓficien

da Caius Trebonius magnam iumẽtorum atq; hominum multitudinem ex omni ꝓuincia vocat: vimia materiamq; comportari iubet: quibus comparatis reb⁹ aggerem in altitudinem pedum octoginta extruit. Robore syluæ. Robur arbor est glandifera vt scribit Plynius. Vt cum terra leuis. descriptio est ipsius aggeris: q ex lignis & terra consolidat. Ligatam arcte humum: id est stringat & contineat ne agger dilabat. Pressus ne cedat turribus agger. In aggere turres & machinamẽta conficiebantur ad tela mittẽda contra murum & oppidanos.

dominum, toti mundo, virum scilicet Cæsarem, perdidit hos dies quibus in expugnationem Massiliæ immoratus est prius Cæsar, deinde exercit⁹ eius. Tunc scilicet facta obsidione, omnia nemora id est arbores vicinæ, procumbunt id est decidũt late: & syluæ spoliantur. i. viduantur robore aut truncis arborum aut viribus suis aut specie illa arborum de genere quærcuum. Vt. i. ideo spoliãtur arboribus syluæ: vt cum terra leuis hoc est quæ facile dissipetur, & virgulta. i. vimina leuia, suspẽdant mediam molem hoc est suspensum in aere habeãt vallũ. ipse arctet id est vinciat humum ligatum, compage laterũ structa: scilicet ex robore: & hoc ne agger pressus turribus quas super ipm reptiles facturus erat, cedat scilicet ponderi.

Lucus erat longo nunq̄ violatus ab æuo
Obscurum cingens connexis aera ramis:
Et gelidas alte submotis solibus vmbras.
Hunc non ruricolæ Panes: nemorũq; potẽtes
Syluani: nymphæq; tenent: sed barbara ritu
Sacra deum: structæ diris altaribus aræ:
Omnis & humanis lustrata cruoribus arbos.
Si qua fidem meruit superos mirata vetustas:
Illis & volucres metunt insistere ramis:
Et lustris recubare feræ. nec ventus in illas
Incubuit syluas: excussaq; nubibus atris
Fulgura. non vllis frondem præbentib⁹ auris
Arborib⁹ suus horror inest. tũ plurima nigris
Fontib⁹ vnda cadit: simulacraq; mœsta deorũ
Arte carent: cæsisq; extant informia truncis.
Ipse situs putriq; facit iam robore pallor
Attonitos: non vulgatis sacrata figuris
Numina sic metuunt: tantũ terroribus addit
Quos timeant nõ nosse deos. iã fama ferebat
Sæpe cauas motu terræ mugire cauernas:
Et procumbentes iterum consurgere taxos:
Et non ardentis fulgere incendia syluæ.
Roboraq; amplexos circũfluxisse dracones.
Non illum cultu populi propiore frequentãt:
Sed cessere deis, medio cũ Phœb⁹ in axe est:
Aut cælum nox atra tenet: pauet ipse sacerdos
Accessus: dominumq; timet deprendere luci.
Hãc iubet immisso syluam ꝓcũbere ferro:
Nam vicina operi belloq; intacta priore
Inter nudatos stabat densissima montes.

SVLPITIVS.

¶ Lucus erat longo &c. Sacri venerandiq; Luci quem Cæsar excidit descriptio. Violatus, cæsus. Cingens, complectens. Obscurum, tenebrosum. Solibus, radijs solaribus illuc penetrantibus. Panes, dij rustici, Fauni siue Saturni filij. Syluani, dij syluarum. Nymphæ, Dryades & Hamadryades. Barbara, effera & inhumana. Ritu, consuetudine, quia homines illic mactabãtur. Aræ cũ altaribus. Aræ tam superum deorum q̄ inferum sunt. Altaria superum tantum. Diris efferis. Lustrata, expiata. Lustris, cubilibus & antris suis. Incubuit, flauit. Excussa nubibus. quæ ex nubium collisione nascuntur ex Epicuri Anaxagoræq; sententia. Non vllis. virent inquit illic arbores: q̄q̄ sunt, non tanq̄ sub dio sed sub tecto: nec auras alentes aspiciant. Horror suus, propria viriditas. Non vllis auris: nulla aeris luce. Tum plurima. plurimi illic riui sed nigri sunt. Cadit, emanat e fontibus. Mœsta, squalida, mœroremq; inducentia. Carent arte: nullo sunt artificio fabricata. Extant informia: eminent indolata & turpia. Truncis, in stipitibus arborum. Situs, squalor & lanugo qui proprie ex humore aut nulla tractatione & cultu oboritur. Putri, corrupto. Facit attonitos, terret aspicientes. Non vulgatis figuris. non enim ea forma deos illos effigiant: quo reliqui alios. Non nosse: ex ipsa figura. Iam fama ferebat. miracula quæ in ipso Luco solebant accidere, memorat. Cauernas, antra. Mugire, resonare: translatio a bub⁹ qui proprie mugire dicuntur. Procumbentes, siue vetustate siue prodigiose. Taxos, arbores quarum succus est venenosus: hinc toxica quasi taxica dicta esse Plynius docet. Et nõ ardentis. videbatur comburi cum illic nullũ esset incendium. Roboraq;. videbantur ab ingentibus draconibus arbores esse complexæ. Propiore cultu. non enim Lucum ingrediebant: nec propius accedebant metu deorum. Cessere, dedere locum abstinendo tam die q̄ noctu. In medio axe, in media cæli regione hoc est in die: intelligitq; mediũ quicquid cæli est inter orientem & occidentem. Pauet ipse sacerdos accessus: timet adire. Ipse Emphasis, quasi dicat qui deis amicus est. Deprendere, inuenire numen ipsum. Iubet, Cæsar. Procumbere, excindi. Ferro immisso, securib⁹ infixis. Operi, ad op⁹. Bello priori. bello Gallico qđ annis superiorib⁹ gesserat

Panes. Syluani.

Aræ. Altaria.

Situs.

Taxus. Toxicum.

Sed fortes tremuere manus: motiq; verenda
Maiestate loci: si robora sacra ferirent:
In sua credebant redituras membra secures.

¶Lucus erat. Tangit priscam Gallorum in venerandis lucis superstitionem: & Cæsaris in eis contemnendis audaciam dicēs Lucus.i.sylua incædua (dicta q in ea lux aliqua & religio inesse putabatur: vnde vt diligēter adnotauit Augustinus Dath9 nunq̄ sine numinis aut sanctitatis adiectione ab idoneis profertur.) erat scilicet iuxta Massiliam, nunq̄.i.non vnq̄, nō violatus vnq̄ ab æuo.i.tempore vitæ hominum longo.i.diuturno, cingens aera obscurum, quia vmbrosum, ramis cōnexis i.densis cacuminibus complicatisq; ramalibus: & cingēs vmbras gelidas.i.frigidas, quia solibus submotis.i.arctis, alte.i.profunde. Panes.i.dij rustici, Fauni aut Saturni filij: ruricolæ id est ruri versari soliti, & Syluani.i.dij syluarum: vñ addit, potentes nemorum.i.pręsidentes nemoribus: & nymphę.s. arborum vt Dryades & Hamadryades, non tenent.i.nō possident, hunc scilicet Lucum, sed barbara.i.effera & barbarorum more instituta, sacra deum.i.deorum ignotorum & immaniū: quibus humano sanguine sacrificabatur: ritu id est pro more gentis, supple tenent hunc Lucum. aræ scilicet inferorum, structę id est constructæ, altaribus.s. superorum diris.i. immanibus & immitibus & quos putauerunt diros. hoc est tam inferorum q̄ superorum aræ immanitatem admittebant. nā & omnis arbos.i.arbor illius Luci, lustrata id expurificata & expiata est, cruoribus humanis. pluraliter dicit præter morem vt multitudinem notet. Siqua id est aliqua vetustas mirata superos.i. q̄ religione aut superstitione diu obseruauit deos, meruit fidem id est vt sibi credatur.i.si credibile est quod veteri persuasione afferunt: &.i.simul volucres metuunt insistere illis ramis: & ferę metuunt recubare illis lustris.i.cubilibus obscuris: nec ventus incubuit.i.ingruit, in illas syluas scilicet tā sacras: & fulgura excussa atris nubibus non incubuere in illas syluas, & suus i.proprius horror.i.religiosus timor, inest arboribus non præbentibus vllis auris.i.etiam lenibus ventis, frondem.s. suam agitandam. Tum.i.insuper, plurima vnda cadit fontibus nigris, quia vmbrosis & caliginosis: & simulacra.i.effigies deorum mœsta.i.nullam lętitiam prę se ferentia, carent arte: id est artificio: eo q sine arte facta sunt: q; pro quia, extant.i.eminent informia.i.rudia & sine forma, truncis cæsis.i.amputatis & non politis nec sculptis. Ipse sit9 id est mucor & lanugo tenuis quæ nascitur in solo immūdo & deserto, & pallor scilicet loci ex lanugine & mucore albicante facit rubore putri.i.putrefacto vetustate & situ: attonitos.i.horrore concussos quicunq; aspexerint. & supple ipi Galli metuunt sic numina sacrata.i. cōsecrata figuris non vulgatis, id est insolitis. Tantum.i.tantam vim addit terroribus non nosse deos quos metuant. aut sic. nō nosse deos quos metuant addit tantum scilicet pondus terrorib9 id est eo plus terrentur a dijs suis quo eos minus noscunt: quia ignota creduntur maiora veris. Fama ferebat, id est nūtiabat & dicebat, iam scilicet a multo tempore, cauernas hoc est speluncas cauas, mugire sæpe supple cum motu terræ: & fama ferebat taxos, arbores illas nociuas, procumbentes id est in terram inclinatas aut vetustate aut nutu deorum, consurgere iterum: & incendia syluæ non ardentis, id est non combustæ, fulgere, sicut de rubo Moysi veritas habet: vnde propter talem lucem potuit & Lucus antiquitus dici: & ferebat dracones amplexos robora id est truncos arborum aut quærnas arbores, circūfulsisse.i. per circulū splēduisse: aut vt Aldus legit circūfluxisse.i. circūfusos: sed nihil mutē. Populi nō frequētāt illū scilicet Lucum, cultu propiore.i. vicino accessu: sed cessere. hoc est locū dedere deis.s. illū habitātib9. Q uū.i. quādo Phoebus.i. sol est in medio axę id est qñ meridies ē: aut qñ nox atra Cæsar in alias vrbes. Nudatos, priuatos arboribus: reliquis eñ syluis excisis sola superat. Fortes manus, magnanimi milites. Moti, territi. Verenda, obseruāda. Robora, ligna In membra sua: quod Lycurgo threicio vitem incidere conanti accidit: crusq; suū pro vite incidit.

¶Lucus erat longo nunq̄ violatus ab æuo BERO. more poetico describit Lucum sacrum quē Cesar succidit ad aggerem conficiendū. Lucus autē est nemus: & dicitur ab eo q non luceat per contrarium vt dicit Seruius: vel vt quidam volunt a lucendo q in lucis sint lumina causa religionis. Dicunt heroum animæ lucos tenere. Vnde ait Vergili9. Lucis habitamus opacis. Obscurum aera. ab effectu Arbores enim & frondes densæ aera reddūt obscurum: & submouent calorē solis. Hunc non ruricolæ Panes. Panes dij sunt agrestes de Pane ita scribit Seruius. Pan deus est rusticus in naturæ similitudinem format9. Vnde & Pan dictus est, id est omne. de eodē Macrobius. Pan ipse quem vocant Inuum, non syluarum dominum sed vniuersæ substantiæ materialis dominatorē denotat. Pan pingitur cum cornibus, & prolixa barba, & caprinis pedibus. Nemorumq; potentes Syluani. Syluanus de9 est syluarum. de quo sic scribit Probus. Crathis pastor in Italia cum pasceret capellas & vnam earum soleret subagitare, & obdormisset in ripa fluminis: Caper qui soleret eam capellam salire, impetu in eum facto eum proiecit in flumē. Cum autem ex capella puer esset natus cuius pars inferior erat capra: eum educator timens ne sui is feritas ei9 noceret, portauit in syluas & ibi destituit: quem quia in sylua primum agrestes conspexerant vt deum venerati Syluanū appellauerunt. Nymphæq; tenent. Dryadas intelligit & Hamadryadas, q̄ nymphæ cum arboribus crescere & interire dicuntur: vt Seruius & Probus ostendunt. Diris altaribus. quia ibi humanæ victimæ mactantur Lustrata cruoribus arbor: id est purgata sanguine humano. Et lustris recubare feræ. Lustra dicuntur syluę & cubilia ferarum vt hic, & apd Vergili. Lustra ferarū. Lustra quoq; dicuntur popinæ & scortorum domicilia. Vnde ait Cicero. Vino lustrisq; confectus. & Horatius. Et mala lustra. Auris id est leuioribus ventis. Arboribus suus horror inest. Horror significat religionem & metum. nam vt scribit Seruius, Religio & met9 sunt reciproca & alterum pro altero ponitur. Hic horror accipitur pro religione. Cæsis truncis. Simulacra deorum qui in eo Luco colebantur erant lignea ex pręcepto Platonis qui iubet simulacra deum confici debere ex materia animata. & teste Plutarcho & Eusebio primum dei simulacrum fuit ligneum Apollini cōsecratum. Situs id est Squalor. Putri robore.i. ligno carioso. Vulgatis figuris.i. nō sic metuuntur dij cogniti q̄ isti quorū numina, & nomina erant prophanis incognita. Iterum cōsurgere taxos. Taxus arbor tristis & dira nullo succo baccifera vt ait Plynius. Vasa ex ea confecta fuisse mortifera compertum est

& i Arcadia si quis sub taxo dormiat cibū've capiat moritur. A taxo venena appellantur toxica. Illum. s. Lucum. Cultu propiore. propter metum nō audent ex vicino colere Lucum & eius deos: quos ipse sacerdos formidat. In medio axe. i. in medio cęlo. Accessus numerus est pluratiuus accusatiui casus. i. introitum. Dominum Luci. i. deum in cui⁹ tutela est Luc⁹. Iubet, scilicet Cæsar. Belloq; intacta priori: qđ scilicet Cęsar gesserat in Gallia. Tremuere, propter religionem numinis. Secures dicuntur quasi semiquires. i. a dimidiata hasta quę a priscis Sabinis ē dicta Quiris vt inquit Ouidius.

SVLPI. Vibrare.

¶ Implicitas cohortes, dubitātes & impeditos milites. Vibrare, cum motu tractare & cōcutiendo immittere. Bipennē raptā, securim ab vno militū extortā. Aeriā, altam. Merso, immisso. Violata, corrupta, vim passa. Iam ne. in Gallicæ superstitionis cōtemptū, & in militum cohortationē Cæsar hæc dixit: quo ira numinū si qua esset in suū caput conuerteret. Fecissetq; nephas, violasset sacra. Secura, sine respectu deorum, vel bis repetat̃ non Non sublato. adhuc em̄ metuebant: sed magis Cæsarē q̄ deos. Expēsa, pōderata & considerata vtra magis nocere posset. Procumbūt orni, excidunt̃ arbores ipę ingētes. Ilex, arbor glandifera, de qua Vergi. Ilicis & nigrę species. possessiuū eius est ilignus. Sylua dodones: quærcus Ioui Dodoneo dicata: allusitq; ad fatidicas quęrcus Epiri. Alnus aptior flu. ex qua fiūt naues. Statius i sexto. Alnus amica fretis. Cupressus arbor feralis diti sacra q̄ in funestis nobiliū domib⁹ plātabatur: eiusq; ramis rogorum latera intexebantur: vt in sexto Vergi. indicat. Cęsa nūq̄ fere pullulat, diciturq; cupressus cypressus & cyparissus. Non plebeios lu. nobiliū mortem. Posuere comas, excisę sunt. Propulsa, ipulsa. Sustinuit se, erat suspensa in aere ꝓpter arborū ramorūq; dēsitatē, licet esset excisa. Populi, ciuitates. Exultat, gaudet. sperabāt em̄ deos fore vltores: & Cęsarem meritis supplicijs affecturos. Quis em̄. nemo em̄ existimabat Cæsarē id impune facturū. Seruat multos. s̄nia est cū adiecta q̄rela. Vtq; satis. postq̄ satis materiæ est excisum Treboni⁹ raptis iuuēcis ipam ad aggeres cōportari curauit. Satis, sup. est eis. Ferūt, nem⁹. Fleuere annū. lachrymauerūt fruct⁹ annuos se amisisse: quia ereptis bub⁹ arare & serere nō potuere. Plaustra, rustici currus. Aratro, ab aratro. Cessantis, fructū nō ferentis. Dux tñ. Cæsar oppugnationē fore lōgam ꝓspiciēs, prefecto Bruto classi & Trebonio terrestri oppugnationi Hispaniā versus iter arripuit. Hęsuri, diu duraturi. Acies Hispanas: veterē Pōpeij exercitum. Geri, vt gereretur a Bruto & Trebonio Erigitur, struitur. Axibus stellatis, lignis in stellarū similitudinē cōmissis, & cōnexis: qđ fieri solet vt ipa machina q̄ erigit̃ firmior sit. Axē aūt nō modo regionē & lignū aut ferrū circa quē vertit̃ rota: sed quodcūq; genus ligni aut tabularū Axē (Festo authore) dicim⁹ Geminæq;. supra aggerem constitutæ sunt duæ turres reptiles: quæ in aggere affixæ

Ilex.

Alnus.

Cupressus.

tenet cælum. i. quando medium est noctis: ipe sacerdos q̄ etiā adytum adire posset: pauet accessus, id est ingressus Luci: & timet deprēdere. i. in loco ipo offendere, dominum. i. deū principalem luci. Hanc iubet immisso &c. Descriptionem Luci affert ad institutum suum dicens. Cæsar iubet hāc. i. huiusmodi & tam religiosam syluam, scilicet incæduam, id est Lucum procumbere, id est cadere in terram: & hoc ferro immisso id est per immissionem securis. Nam ipa stabat vicina operi scilicet futuro: hoc est propter vicinitatem apta vt ex ea opus fiat: & stabat intacta bello priore. s. gesto a Cęsare & a quolibet alio in Gallos, existens densissima inter montes nudatos, scilicet arboribus & ita pręter eam fuisset materię pœnuria. Sed manus fortes. s. contra homines, tremuere. s. quādo iubebantur Lucū decidere: & ipi Romani moti verenda maiestate loci credebāt si ferirent robora sacra, hoc est arbores illas tanta religione obseruatas, secures redituras in sua. s. ferientium, membra.

Implicitas magno Cęsar torpore cohortes
Vt vidit: primus raptam vibrare bipennem
Ausus: & aeriā ferro proscindere quęrcum:
Effatur merso violata in robora ferro.
Iam ne quis vestrū dubitet subuertere syluā:
Credite me fecisse nephas, tūc paruit omnis
Imperiis non sublato secura pauore
Turba: sed expensa superorū & Cęsaris ira.
Procumbunt orni: nodosa impellitur ilex:
Syluaq; Dodones: & fluctibus aptior Alnus.
Et non plebeios luctus testata cupressus.
Tunc primū posuere comas: & frōde carētes
Admisere diem: propulsaq; robore denso
Sustinuit se sylua cadens. gemuere videntes
Gallorum populi: muris sed clausa iuuentus
Exultat. quis enim lęsos impune putaret
Esse deos? seruat multos fortuna nocentes:
Et tantum miseris irasci numina possunt.
Vtq; satis cęsi nemoris: quęsita per agros
Plaustra ferunt: curuoq; soli cessantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis.
Dux tamē impatiēs hęsuri ad mœnia martis
Versus ad Hispanas acies: extremaq; mundi
Iussit bella geri; stellatis axibus agger
Erigitur: geminasq; ęquantes mœnia turres
Accipit. hæc nullo fixerunt robore terram.
Sed per iter longum causa repsere latenti.
Cum tantum nutaret onus: telluris inanes

Cõcussisse sinus quærentẽ erũpere ventum
Credidit: & muros mirata est stare iuuentus.
Illinc tela cadunt excelsas vrbis in arces.

Implicitas. Cæsar videns suos metu religionis ab euellẽdo luco frigere correpta bipenni quęrcũ incussit, & exemplo reliquos prouocauit. vñ ordo est. Vt.i. postq̃ Cæsar, vidit cohortes.i. milites in cohortes distributos, implicitas magno torpore.i. tardos & impeditos ob timorẽ, ipse primus ausus vibrare.i. cũ motu tractare & incutere, bipennẽ raptã.s. a se, & ausus proscindere.i. porro scindere & diuellere, ferro, id est bipenni ferrea, quęrcũ aeriã.i. altam & in aerẽ erectã, quia diu incęduus fuerat lucus, effat.i. manifeste loquitur ad suos, ferro merso in robora violata.i. postq̃ immerserat bipẽnẽ in trũcũ ipi9 q̃rcus dicit aũt sic. Ne quis vestrũ dubitet iã.i. deinceps, subuertere syluam (nõ dicit lucũ) credite me fecisse nephas.i. si quid est nephandi, imputetur a dijs mihi nõ vobis. Tunc omnis turba.s. militũ paruit imperijs.s. Cæsaris, nõ secura, pauore sublato.i. dempto per Cæsarem (quia neq; secura erat, neq; pauor sublatus: & ita particula ne agit in vtrũq;) sed ira superoꝝ quę est lẽta, & Cæsaris quę erat repentina, expensa.i. commẽsurata. vñ maluerunt incurrere lentã irã deoꝝ q̃ p̃ñtem Cæsaris. Orni arbores in collibus nasci solitę, pcũbũt.i. late decidũt. Ilex nodosa.i. dura & nodis plena: impellitur.i. ante faciẽ militum decisa cadit: & sylua Dodones.i. quęrcus quales in Dodone seu Dodona sylua Epiri nascũtur: & alnus aptior fluctib9: quia lignũ eius in aquis multũ durat, & cupressus non testata luctus plebeios.i. vulgares: quia nõ fuerat incisa ad funus plebeioꝝ testificandũ, cũ non esset incisa: vñ de oibus addit, posuere. i. deposuerunt tũc primũ comas.i. frõdes suas: & carẽtes. i. cum careret, fronde.i. vmbra frondiũ, admisere.s. ad solum, ipsum diem.i. lumen solis: & sylua propulsa.i. porro ac ampliter impulsa, sustinuit se cadens.i. dũ cadebat: robore denso.i. prędensitate arbor vix cadere poterat: aut quia cũ sacra esset casum dũ potuit immorata est: nam inuita cecidit. Populi Gallorum (nõ tamen veteri æmulatione in Gallicum nomen, dũ virtutẽ laudat Græcos appellat, & dũ supstitionẽ insectatur Gallos vocat: sed de diuersis loquitur. Nã de ciuitatibus aut populis vicinis, extra tamen muros habitãtibus, nũc loquitur. vñ dicamus) populi Galloꝝ.s. vicinoꝝ, videntes.s. casum sacrarum arborũ & luci sui: gemuere, ob læsam sanctitatẽ: sed iuuentus clausa muris aut quæ in muros cõfugerat ex Gallis: aut etiam græca Gallorũ superstitione imbuta, exultat.s. ob temeritatẽ Cæsaris. Quis eñ putaret deos esse læsos impune? q.d. null9, & ita exultabãt sperãtes deos vltores fore. Verum dicit poeta, Fortuna seruat.i. cõseruat multos nocẽtes: & numina possunt irasci tantũ miseris & non potentibus: qualis erat Cæsar. q. d. si miser peccaret in deos statim puniretur, at potentes euadũt. Quod videtur dicere propter inscrutabilia dei iudicia: quę tñ vt Augustin9 docet, licet occulta, nunq̃ tamẽ sunt iniusta: sed vt dicit Valerius Maximus. Lente ad vindictã sui diuina procedit ira: tarditatẽq; supplicij grauitate cõpẽsat. Vtq;.i. & postq̃ satis sup. est nemoris cæsi.i. arboꝝ cæsarũ, plaustra.i. vehicula, quæsita.i. acquisita & inuenta per agros: vehũt sup. materiã cęsam: & agricolę soli.i. arui cessantis aratro.i. ab aratro curuo.i. qđ non amplius colebatur, fleuere annũ.i. prouentũ anni aut spem anni, iuuencis raptis.i. bobus aratorijs ablatis. tunc eñ non poterant arare, nec serere: & ita nec metere. Tñ dux.s. Cæsar impatiens Martis.i. belli, hæsuri.i. immoraturi, ad mœnia.s. Massilieñ. diruenda, iussit.s. Bruto & Trebonio, bella geri: versus ad acies Hispanas.s. veterẽ Põpeij exercitũ: & extrema.i. extremas partes mũdi.s. occidentẽ versus. Agger.i. terra aggesta & erecta, erigitur.i. in altũ extruitur axibus stellatis.i. lignis in stellarũ modũ cõmissis: & agger accipit geminas.i. duas pares turres, æquantes.i. æquiparantes mœnia. i. altitu-

non erãt: sed per ipsum agebantur. Robore, ligno. Causa latenti, trocleis, & rotis. Per longum iter, per aggerem ipsum. Repsere, discurrere. Nutaret, nutãdo procederet. Nutare tremere est & casum minari. Iuuentus, Massiliensis. Inanes sinus, cõcauitatẽ terrę. Quęrẽtem erũpere: terręmotũ qui fit ex incluso vento conanti erumpere: q̃q̃ Anaxagoras dixit terræmotum esse succussione aeris in terra. Illinc, ex turribus. Cadunt in arces, quę erãt inferiores.

Raptã vibrare bipennẽ ausus. Bipẽnis telum est & securis habens vtrinq; acutũ: vt do- BERO.
cet Quintilianus. Aethereã quęrcum.i. sublimem, quæ videbatur cacumine cœlũ petere. Effatur, loquitur ad milites. Expensa superorũ & Cæsaris ira. Sciebãt milites irã deoꝝ violatoꝝ esse maximã: sed maiorẽ irã Cæsaris iudicarũt: cuius monitis paruerunt. Expẽsa, diligẽter pẽsiculata: vtrũ ira Cęsaris an deorum p̃ponderaret. Orni. Ornus arbor est q̃ amat montes: vt scribit Plynius. Nodosa impellit ilex. Ilex arbor est glandifera: cuius glans teste Plynio breuis est & gracilis quã Homerus aculõ appellat. Syluaq; Dodones.i. quęrcus quæ arbor Iouis subiecta tutelæ in Dodoneo oraculo, de quo supradictũ est, respõsa dedisse fertur: vt Probus & Seruius ostendũt. Dodone aũt ciuitas est Epiri: vt testatur Serui9 clara oraculo Iouis Dodonei. Et fluctib9 aptior alnus. Alni arbores in aquosis locis proueniũt. auctor Plynius. Et nõ plebeios luct9 testata cupressus. Cupressus arbor est adue- Cupssus.
na: vt meminit Plynius: odore violẽta: diti.i. Plutõi sacra & ideo funebri signo ad domos posita. Fuit eñ Romani moris ramum ante domũ funestã in qua esset cadauer collocari ne quispiã pontifex per ignorantiam ingressus pollueretur: vt refert Seruius. Vnde a Vergilio dicit. Atraq; cupresso. & Horati9 appellat inuisas cupressus. & Apollo apud Ouidiũ ait. Lugebere nobis, lugebisq; alios aderisq; dolentibus inquit. Cupssus ergo testatur luctus nõ plebeios. sed patriciorũ nobiliumq;. Admisere diẽ. arbores dicuntur admittere.i. recipere splendorẽ quando frondibus denudantur. Clausa iuuentus. s. Massiliensiũ: qui vrbe inclusi i muris custodias agebãt. Lęsos impune. Quis nõ crederet deos quorũ lucos succiderat Cęsar vindicaturos iniuriã illatã? Repsere. Repere est earum rerum quę sensim incedunt & clam. Nutaret, vacillaret. Quęsita per agros plaustra ferunt. Plaustra sunt carri: alio nomine plostra dicuntur a palam nuncupata: vt interp̃tatur Varro. Agricolę raptis annũ fleuere iuuẽcis. Cum iuuenci & boues agricolis eriperẽtur ad ligna cõportanda: illi fleuerunt annũ.i. redditus annuos fraudari cessante solo: hoc est terra inarata. Dux tamẽ impatiẽs. Cæsar effectis turribus vineisq; ad oppugnationẽ Massiliæ in Hispaniã profectus est: cũ Brutum nauibus p̃fecisset & Caium Treboniũ ad oppugnationem Massiliæ reliquisset: vt ipse refert in Commẽtarijs. Extremaq; mundi. i. Hispaniam, quæ regio ab occidente est extrema cõtingens oceanũ. Iussit bella geri.s. per Decimũ Brutũ, & Caiũ Ttebonĩũ.

Stellatis axibus agger erigitur. hoc sumpsit Lucanus ab ipo Cæsare qui de Machinis his loquẽs ita scribit. Asseres pedũ duodecim cuspidib⁹ p̃fixi in terram defigebãtur: atq; hac agger inter man⁹ proferebat. Geminas ęquãtes mœnia turres. Turres vt inquit Vegetius dicunt machinamẽta ex trabibus tabellatisq; cõpacta tantę interdum altitudinis vt muros & turres hostiles superẽt. his plures rotę mœchanica arte subduntur: quarũ lapsu volubili magnitudo tam ampla moueatur: & ita vrbi admouent. Has turres ambulatorias appellant: de quibus nunc loquitur. Telluris inanes cõcussisse sinus. Sensus est Massilienses videntes turres & machinas Cæsaris moueri credebant esse motum terrę & q̃ ventus quærens erũpere terram cõcuteret: tamẽ mirabantur illis turribus nutantibus muros vrbis suę stare. Illinc, ex illis turribus ambulatorijs.

dinẽ aut magnitudinẽ mœniũ. hę. s. turres nullo. i. nõ vllo, nõ fixerunt terram vllo robore. i. nõ fixæ nec solidatę sunt in terra: sed reptiles: vnde addit. sed repsere: hoc est lente processerunt, per longum iter, causa latenti. i. ignota aspicientibus, qa trocleis & rotis ferebantur. Cum. i. quando, tantũ, hoc est tam magnũ on⁹. i. tãta moles, nutaret hoc est nutãdo p̃cederet: tũc sup. iuuẽt⁹. s. Massilieñ. credidit ventũ q̃rentẽ erũpere, hoc est vi exire, concussisse sinus inanes. i. concauitates telluris. i. terrę. i. factum terræmotum, & mirata est muros. s. suos stare. i. q̃ non eodem motu concuterentur. Tela cadunt illinc. i. ex illis turribus in excelsas arces vrbis. s. Massiliæ.

Sed maior Graio Romanaĩ corpora ferro
Vis inerat: neq; enim solis excussa lacertis
Lancea: sed tenso ballistæ turbine rapta
Haud vnum contenta latus transire quiescit:
Sed pãdens perq; arma viã perq; ossa: relicta
Morte fugit: sup̃est telo post vulnera cursus.
At saxum quoties ingenti verberis ictu
Excutitur: qualis rupes: quã vertice montis
Abscidit impulsu ventorum adiuta vetustas:
Frangit cuncta ruens: nec tantũ corpora p̃ssa
Exanimat: totos cum sanguine dissipat artus.
Vt tamen hostiles densa testudine muros
Tecta subit virtus: armisq; innexa priores
Arma ferunt: galeãq; extensus p̃tegit vmbo:
Quæ prius ex longo nocuerunt tela recessu
Iã post terga cadũt: nec Graiis flectere iactũ
Aut facilis labor est longinqua ad tela parati
Tormenti mutare modum: sed pondere solo
Contenti nudis euoluunt saxa lacertis.
Dum fuit armorum series: vt grandine tecta
Innocua percussa sonant: sic omnia tela
Respuit: at postq̃ virtus incensa virorum
Perpetuam rupit defesso milite cratem:
Singula continuis cesserunt ictibus arma.
Tunc adoperta leui procedit vinea terra:
Sub cuius pluteis & tecta fronte latentes
Moliri nunc ima parant: & vertere ferro
Mœnia: nunc aries suspenso fortior ictu
Incussus densi compagem soluere muri

Aeternis causam lachrymis tenet ille dolorẽ
Semp: & amissum fratrem lugentibus offert.
Quorum alter mistis obliquo pectine remis
Ausus Romanę graia de puppe carinæ
Iniectare manum: sed eã grauis insuper ictus
Amputat: illa tamen nixu quo prenderat exit:
Diriguitq; tenens strictis immortua neruis.
Creuit in aduersis virtus: plus nobilis iræ
Truncus habet: fortiq; instaurat prælia læua:

Rapturusq; suam procũbit in æquora dextrã.
Hęc quoq; cũ toto manus est abscissa lacerto.
Iam clypeo telisq; carens non conditus ima
Puppe: sed exposit⁹ fraternaq; pectore nudo
Arma tegens crebra cõfixus cuspide perstat.

¶ Dirigit huc puppim. Telonis cuiusdã, & nauigãdi & astrorũ peritissimi necẽ graphice pscribit ei⁹ laudi eo diuti⁹ insistẽs quo varietati copiosi⁹ cõsuleret. vñ dicit. Quoq;. i. etiã, dextra Telonis Massilieñ. miseri. i. miserãdi, qa morituri paulo post, dirigit puppĩ quã rexit: huc vbi Tag⁹ pierat: q̃. s. dextra, carinæ. i. naues aut remiges, nullã. i. nõ vllã, nõ audiuere meli⁹. i. fati⁹, vllã manũ. i. nõ obtẽperauerũt cõuenĩẽtius vllius manui, q̃ Telonis, pelago turbante sup. se aut naues, aut turbã ciente. i. quando turbat mare: nec lux. i. q̃litas lucis, aut tẽpestas crastina. i. postridiana, notior est vlli. i. q̃ erat Teloni: seu ipse Telon, videat sup. p diẽ Phœbũ. i. solẽ, seu cornua lunę p noctẽ: & bene cornua: qa illa adnotãt tẽpestatũ iq̃sitores: semp sup. nouerat. aut lux nõ est notior vlli cõponere. i. ad cõponẽdũ. i. aptandũ, carbasa. i. vela, semp vẽtis vẽturis. i. flaturis postridie. hic. s. Telon ruperat rostro. s. nauis suę, cõpagẽ. i. iuncturã, alni. i. nauis, latiæ. i. Italicæ: sed pila. i. tela Romana, tremẽtia. s. ex cõcussione, venere in mediũ pect⁹. s. Telonis: & dextra magistri moriẽtis. i. cũ sensit se mori adhuc habẽs curã salutis aliorũ obuertit nauem. ¶ Et dũ Gyareus etiã Massilieñ. cupit irrũpere: vt succedat gubernator: in nauẽ sociã. i. Telonis socij, excipit immẽsum ferrũ p ilia suspensa. i. erecta ad intrandũ nauẽ: & affixus rati. s. suę, qua in nauem Telonis exilire pabat, pepẽdit sup. ad eã, telo retinente. ¶ Stant fratres gemini. Narrat fatum alterius geminorum transferens, vt Sulpitius dicit, rem a latinis ad Massilieñ. Credã aũt esse legẽdũ fratres gemini: quia si gemini cõtinuo fratres. at si fratres nõ cõtinuo gemini erant. Sicut authore Seruio Sallustius recte dixit: mulieris ancillæ q min⁹ bene dixisset: si cõtra ancillæ mulieris. Fratres igiẽ gemini/gloria matris fœcũdę, q̃ tales vno partu ediderat, stant. i. parati sunt ad pręliũ, quos eadẽ viscera. s. matris, genuerũt diuersis fatis. i. ad diuersa fata: qa altero occiso alter victur⁹ erat. Ex hoc autẽ argumẽtaẽ diuus Augustinus cõtra Genethliacos. Mors sęua discreuit. i. differentes fecit, & diuisit viros. s. geminos. i. pares inter se dũ viuerẽt: & miseri parẽtes agnorũt. i. agnouerũt vnũ relictũ. i. eũ q erat relict⁹ cũ alter mortu⁹ esset, cognouerũt vter esset: errore quo alterũ p altero prius sępe acceperãt/sublato. Ille videlicet superstes tenet. s. in se semp dolorẽ. s. fratris occisi/ appositorie/causam ęternis. i. ppetuis lachrymis, & offert lugẽtibus. s. parẽtib⁹. i. pñtat fratrẽ amissum. i. effigiẽ ei⁹. quorũ. s. geminorũ, alter ausus iniectare manum. s. suam non ferream de puppe graia. i. phocaica in q̃ steterat, carinæ. i. naui Romanæ, & hoc remis mistis. i. imixtis, pectine obliquo. i. remis pectinatis p obliquũ. alij legunt pectore obliquo: vt significetur gestus remigantiũ. sed grauis ictus. i. gladius cũ graui ictu veniens insuper, amputat eã. s. manũ: tñ licet erat amputata: illa exit. s. ad nauẽ vsq;, & diriguit. i. rigida facta est nixu quo prenderat nauem tenens eã immortua, hoc est perinde atq; nõ mortua: neruis strictis. i. firmiter applicitis. Virtus. s. illius cui⁹ manus erat amputata, creuit in aduersis, id est in aduersitate: truncus, hoc est corpus mancum, habet plus iræ nobilis, hoc est dignæ quæ noscatur: & instaurat, hoc est reficit prelia lęua scilicet manu, forti: quia quod amittitur in vno recuperatur in alio: aut ipse fortis: & procumbit, id est se demittit in æquora rapturus suam manum adhærentem naui Romanę. hęc quoq;, hoc est etiam sinistra est abscissa cum toto lacerto, id est brachio ad humeros vsq;. Ipse iam carens clypeo, hoc est armis defensiuis, & telo. i. armis inuasiuis: ppter man⁹ ãputatas: nõ sup. est xtram. Ictus, Romani militis. Hęsit, firma uit sem naui. Nisu, eodem conatu, & gestu. Diriguit, rigida facta est & inhorruit naui nõ dimissa. Creuit in aduersis virtus. Magnanimi proprium est rebus aduersis non perterreri: sed in illis insurgere. Plus iræ. Iram Peripatetici cotem esse fortitudinis dicunt, nec vllam vim illam habere, nisi ira excandeat: vt quarto libro Tuscula. quæstionum Cicero ait. Instaurat: renouat. nec dicimus restauro: quia stauro non dicitur, & instar non restar latinum est. Lęua. auget veritatem poeta. Constat enim non ita se gessisse Acilium. Suetonius sic habet. Acil⁹ nauali ad Massiliam prælio iniecta in puppim hostium dextra & abscissa, memorabile illud apud græcos Cynegiri exemplum imitatus transiliuit in nauim vmbone obuios agens. Procumbit, inclinat se. Lacerto, brachio. Clypeo, quem læua gerebat. Telis, missilibus. quæ dextra. Non conditus, non latens. Expositus, ictibus Romanorum periculisq; obiectus. Fraterna arma. erat enim ante clypeum fratris inermi pectore. Cuspide, telis. Perstat, perseuerat in pugna.

Ira.

Instauro.

Acilius.

Cynegir⁹.

PHILIP. BEROALDVS.

¶ Audiuere manum. i. obtemperauerunt & morẽ gesserũt. ita Cicero. Nũq̃ labere si te audies. Nec lux est notior vlli crastina. dicit Telonẽ fuisse peritũ nauis gubernatorẽ: vt pote qui supra omnes ex aspectu solis, & lunę sciret prędicere crastinam lucẽ an. s. futura esset serena an nubilosa. Sententia est Vergiliana. Si vero solẽ ad rapidum lunasq; sequentes Ordine respicies: nũq̃ te crastina fallet hora.
Alni latię. i. nauis Romanę & Bruti. Compagem. i. rostro suę nauis perfregerat, Compagẽ. i. connexionẽ nauis hostilis. Pila, tela Romana quasi pila dicta a perimẽdo. s. vt inquit M. Varro. Magistri. s. Telonis. Suspẽsa per ilia. Inter vesicam & aluum, quæ vmbilico annexa est, Arterię sunt ad pubẽ tẽdẽtes, quæ ilia appellãtur: vt scribit Plinius. Iuuenalis. Vis frater ab ipsis ilibus. & Vergilius. Rumpantur vt ilia Codro. Ile vero est intestinum infima parte alui: a grecis appellatur colon: vbi teste Plinio dolorum magna causa est. Pependit. quoniam telum Gyareo per ilia transuerberato perforauit etiam ratẽ cui ille affixus est. Gemini fratres. Gemini dicũtur eodem partu nati: duo: & sires: vt ait Seruius. Fœcundę. i. fertilis ab effectu, quę duos vno partu ediderat. Varijs fatis. Contra opinionẽ eorum Matemathicorum: qui asserunt geminos habentes eundum Horoscopum eadem fata habituros. de qua re multa diuus Augustinus disseruit in quinto de ciuitate dei. Discreuit. quia adeo erant inter se similes: vt parentes fallerẽt: vno mortuo sublatus est error. Aeternis causam lachrymis qui fuerat superstes parentibus erat causa æternarum lachrymarum: quia eo viso recordabantur alterius defuncti ob similitudinem. Obliquo pectore. expressit habitum remigis qui pectus obliquat in mouendis remis. Iniectare manum. Acilius miles

conditus, id est abscōsus supple in ima puppe vt se seruet: sed ex positus est sup. telis Romano⁊, & tegens arma fraterna.i. fratrem armatū, pectore scilicet suo, nudo, perstat, hoc est manet stans, confixus crebra cuspide.

Cæsarianus abscissa dextra quā Massiliensium naui iniecerat, sinistra puppē apprendit nec ante dimicare destitit, q̄ captam pfundo mergeret. authores sunt Valerius, & Trāqll⁹ verū Lucanus mutata historia hāc laudē tribuit militi Massiliēsi. Illa.s.dextra. Hęsit.i.adhæsit naui. Virtus.s.illius militis. In aduersis. Alij abscissa dextra effecti essent pauidiores: hic factus est audacior. Trūcus.s.sine dextra. Lęua, sinistra. Instaurat, renouat. Instaurare enim est instar nouare, & redintegrare: vt scribit Macrobius. Hæc quoq;.s.sinistra. Cū toto lacerto. Lacert⁹ pprie incipit a versura cubiti, & tendit vsq; ad vertebrā manus. Iam clypeo telisq; carēs. quoniam abscissa vtraq; manu clypeus telumq; ceciderat. Ima puppe.i. pte inferiore. Pectore nudo siue clypeo. Leto casura suorū .i. excipit tela omnia, quę nisi ipse obstaret suos Massilienses leto.i. morti darent.

SVLPITIVS.

¶ Morte iam emerita. nam euadere non poterat, & mortis munus plenum iam erat. Tenet, excipit. Casura leto: Casura in mortem. Tum vulnere. iamiam moritur⁹ collectis totis viribus in hostilem nauim insiluit. Vulnere, p quod sanguis egrediebatur. Lassos, debiles. Sanguine, viribus. Contendit, dirigit, extēdit, immittit. Membris defectis robore: corpore viribus exhausto. Insiluit, coniecit se. Nociturus, vt inclinaret atq; obrueret. Cumulata strage virum, plena cadaueribus. Ictus, a Romanis illatos. Hausit pelag⁹: admisit aquam. Foros, tabulata & spatia. Descendit in vndas, submersa est. Vortice contorto, voraci aquæ confusione. Est & vortex ventorum qui Typhon dicitur: vt est apud Plinium. Diducta, diuisa & separata. Mare, aqua. Ferrea dum. Cum Romani manu ferrea Lycidam p naui corripuissent, socijs eū per crura retinentibus diuisus est: postremaq; parte statim mortua superior in qua vitalia continebantur diutius vixit. Manus, instrumentum cum pluribus vncis. Inserit, immittit. Puppi, Massiliensi. Rapidos, veloces & rapaces. Auulsus, abrept⁹ & a suis, & a ferrea manu. Scindit. Hos versus Lucanus ipse pcussis venis profluēte sanguine vbi frigere pedes manusq;, & paulatim ab extremis cedere spiritum sensit, feruido adhuc, & compote mentis pectore dicitur cecinisse. Emicuit, prosiluit. Lentus, tardus, & velut ab vno vulnere. Discursus, qui fiebat ex diuersa cruoris effusione. Animæ, sanguinis in quo vita est. In membra, inferiora. Interceptus, cōfusus, mistus. Tanta, tam larga. erat enim totum corpus vulneratum. Vltima pars. putatur fuisse ab extremis lateribus ad talos. Tradidit in letum, dedit extinguendos. Vacuos vitalibus, in quibus vitalia membra nō erāt. Ea sunt, epar, pulmo, cor, pręcordia, cerebrū. Tumidus. est enim spirandi officina: idcirco spongiosus, ac fistulis inanibus cauus. Viscera, exta ipsa vitalia. Fata, mors. Hæserunt diu laborauerunt. Luctata, conata. Vix tulerunt, difficulter abstulerunt, tradidereq; morti. Dum nimium. Militum imprudentiā qui nauim inuerterunt, enarrat. Incumbit. tota enim in vnū latus se vertit. Versa, inuersa. Congesto, in vnum latus collecto. Texit pe-

Vortex.

Typhon.

Vitalia.

Telaq; multorum leto casura suorum
Emerita iam morte tenet: tum vulnere multo
Effugientem animā lassos colligit in artus.
Membraq; contendit toto quicūq; manebat
Sanguine: & hostilē defectis robore mēbris
Insiluit solo nociturus pondere puppim.
Strage virū cumulata ratis: multoq; cruore
Plena: p obliquū crebros latus accipit ictus.
At postq̄ ruptis pelagus compagibus hausit
Ad summos repleta foros: descedit in vndas
Vicinū inuoluens contorto vortice pontum.
Aequora discedunt mersa diducta carina:
Inq; locum puppis cedit mare. multaq; ponto
Præbuit illa dies varii miracula fati.
Ferrea dū puppi rapidos man⁹ inserit vncos
Affixit Lycidam. mersus foret ille profundo:
Sed prohibēt socii: suspēsaq; crura retentant.
Scinditur auulsus: nec sicut vulnere sanguis
Emicuit lentus: ruptis cadit vndiq; venis:
Discursusq; animę diuersa in mēbra meantis
Interceptus aquis: nullius vita perempti
Est tanta dimissa via. pars vltima trunci
Tradidit in letum vacuos vitalibus artus.
At tumid⁹ q̄ pulmo iacet: qua viscera feruēt
Hęserunt ibi fata diu: luctataq; multum
Hac cum parte: viri vix oīa mēbra tulerūt.
Dū nimium pugnax vnius turba carinæ
Incūbit prono lateri: vacuamq; relinquit
Qua caret hoste ratē: cōgesto pōdere puppis
Versa: caua texit pelagus nautasq; carina:
Brachia nec licuit vasto iactare profundo.
Sed clauso periere mari. Tunc vnica diri
Conspecta est leti facies: cum forte natantem

Diuersę rostris iuuenem fixere carinę.
Discessit medium tam vastos pect⁹ ad ictus:
Nec prohibere valent obtritis ossibus artus:
Quo minus ęra sonent. eliso ventre per ora
Eiectat saniem permistus viscere sanguis.

¶ Tela &c. Prosequitur nauale praelium fortissime vtrinq; gestum: sed in quo superabuntur Massilien. persequens narrationem de virtute alteri⁹ geminorum fratrum, mutata forsan vt dictum est historia. Nā Acilio Romano alij id laudi dant. Ordo autem est. Et frater ille sic truncatis manibus stans ꝑ defensione fratris tenet. i. in corpus suum accipit, morte iam merita. i. quia mortem meruerat, & euadere nō poterat, tela. s. Romanorum, casura leto. i. ad letum, & mortem multorum suorum sup. sociorum: tum. i. tunc cum sic esset telis oneratus, collegit in artus lassos. i. fatigatos, animam fugientem. i. parantem decedere, & contendit. i. firmat & stabilit mēbra, toto sanguine qcunq; manebat. i. reliquus erat in corpore. Aldinus textus habet qcunq; sed erratū puto. & insiluit membris defectis. i. derelictis & destitutis, robore. i. viribus suis, in puppim hostilē, nociturus solo pondere: quia manibus carebat, & tamē sperabat pondere inuertere nauem. ratis. i. nauis illa in quam insiluit, cumulata. i. oppleta, strage virum. i. cadaueribus, & plena multo cruore, accipit crebros ictus per latus obliquum. Sulpitius dicit a Romanis illatos ictus: secundum quem loquitur de naue e qua prosiluit: quod non ꝓcedit: quia sic frater quoq; submersus fuisset: vnde dicam. At postq̄ ipsa nauis hausit pelagus. i. aquas maris compagib⁹ ruptis, scilicet impetu illius fratris, repleta sup. vsq; ad summos foros. i. tabulata, & spatia a ferendo dicta: tūc sup. descēdit (aut vt Sabellicus legendum censet vt vidimus fo. xlviij. desedit: a de & sido: quod vt Vallen. docet ꝑterito non caret. i. deorsum sedit & locum cepit) in vndas inuoluens pontum vicinū vortice. i. gyro aquarum contorto. i. circūuoluto: vt fit dū res ponderosa imergit̃. Aequora. i. aq̄ discedunt, diducta. i. separata, carina mersa. i. ꝑ immersionem nauis, & mare. i. aqua, cecidit in locum. i. hiatū puppis. Et ille aut illa dies ꝓbuit ponto. i. mari, mlta miracula. i. res miras, varij fati. i. necis diuersę. Quia dū ferrea man⁹ mltis hamis, & vncis munita īserit. i. īserere pat puppi, Massilien. vncos rapidos affixit Lycidā Massilien. ille. s. Lycida foret mersus ꝓfundo: sed socij prohibent, & retentant crura suspensa: quia pceps ceciderat, & ita dū hūeros traherēt ferrea manu Romani, & Massilien. crura tenerēt, ipse auulsus scindit̃ p mediū: nec sanguis emicuit. i. exiluit lētus, sicut sup. e vulnere solet: sed sup. cadit vndiq; venis ruptis, & discursus aię. i. spiritus vitalis, aut sanguinis meantis in diuersa mēbra intercept⁹ sup. est aquis. Vita nullius. s. alterius perēpti est dimissa tanta via. i. p tot exit⁹. vltima pars trunci tradidit in letum. i. mortē, artus vacuos vitalibus. i. in quib⁹ vitalia mēbra nō erāt: at fata. i. mortis arma, hæ seręt. i. imorata sunt diu ibi. i. ea pte, q̄ pulmo tumid⁹. i. spōgiosus iacet: & qua viscera feruēt: & fata luctata multū cū hac parte, vix. i. difficulter tulerunt omnia membra viri. Recitat & aliud mirum: quia dum turba vnius carinæ Massilien. nimiū pugnax incūbit lateri prono. i. inclinato, & relinquit ratē vacuam ea parte qua caret hoste. i. altero latere, puppis. i. nauis versa. i. obuersa, pondere. s. corporum, congesto. s. in vnum latus, texit. i. cooperuit, pelagus, & nautas. i. q in ea fuerant, carina caua. i. vētre capaci: nec licuit. s. naut̃, iactare. i. motare nādo brachia, ꝓfundo. s. mari, vasto. i. licet āplo: s; piere mari clauso. s. p carinā obuolutā. Tūc. s. i tali submersiōe, cōspecta ē vnica. i. singularis facies. i. species, & apparētia, leti. i. necis, diri. i. execrādæ: cū carinę diuersæ. i. ex diuerso cōgrediētes fixere rostris. s. suis, iuuenem. s. quēdā Massilien. natātem forte. s. in medio lagus: quoniam nauis supra mare in faciem cadens milites mersit. Iactare brachia, nare. Tūc vnica. docilitas est. Vnius enim qa a rostris cōcurrentibus est interceptus, fatum singulare commemoratur. Facies leti, apparentia & qualitas mortis. Fixere, penetrauere. Discessit, diuisum est tā vasto impetu. Quo minus æra so. vt ipsa rostra ærata se nō collidant, licet essent illo corpore impedita. Eliso, compresso & cōtuso. Saniem. Sanies vt Celsus ait, est tenuior sanguine, varia, crassa, glutinosa, & colorata. Permistus, contusus cum carne. Sanies.

PHILIP. BEROALDVS.

¶ Emerita iam morte. Quemadmodum dicuntur milites emeritę militiæ, post impetratam missionem: ita mors huius erat emerita, quę hominem erat statim finitura etiam sine alijs vulneribus. Lassos. i. debilitatos. Collegit in artus, id est membris oēs vires collegit. Cōtēdit. i. erexit, & cōcitauit more tormentorum. Defectis robore. i. priuatis viribus. Insiluit puppim. i. saltu cōiecit se in nauem hostilem: vt illā solo pondere sui corporis oppnmeret. Strage virum. i. coaceruatione cadauerum. Ratis. s. Romana. Crebros. i. frequētes. Hausit pelag⁹. i. bibit & recepit vndas. Vergi. Ille ipiger hausit spumātem pateram. Alias haurire dicit̃ aperire. Vergilius. Latus hausit apertum. Ad summos foros. i. transtra, & sedilia nautarum, atq; tabulata. Vergili⁹. Deturbat laxatq; foros. Pręterea fori masculino genere dicuntur loca ad spectacula vidēda parata: vt scribit Liuius. Contorto vertice. i. turbine & aquarū reuolutione. Vergili⁹. Rapidus vorat ęquore vertex. Diducta. i. diuisa. Inq; locum puppis. i. vbi fuerat nauis ea mersa successit mare. Varij fati. i. mortis. Ferrea dum puppi rapidos manus inserit vncos. Harpagones intelligit quæ sunt manus ferreę: & quibusdam vncis alligant naues hostiles: vt scribit Curtius. Rapidos. i. celeres. Suspensaq; crura retentant. Cū Lycida vnco manus ferreę traheretur, socij crura eleuata ne abriperetur retinere volentes fecerunt vt scinderetur in duas partes. Emicuit. i. exiluit. Discursusq; animæ. vt supra diximus anima dicitur esse sanguis qui maxime est cordi circūfusus: vt sentiebat Zeno. Tanta via. quia omīa viscera & membra patebant. Pars vltima trunci. i. crura quæ retinuerant socij. In letum, id ē morti. Vacuos vitalibus art⁹. Crura femora & partes posteriores sunt vacuę vitalibus: quæ vitalia consistunt in visceribus: vt corde, pulmōe, & similibus. Tumidus pulmo. Pulmo est spirādi officina: attrahit, ac reddit animam: spongiosus ac fistulis inanibus cauus: vt scribit Plinius. Viscera. vt supra dictum est viscera principalia intelliguntur cor, pulmo, iecur. Luctataq; multū. id est mors diu cum visceribus certauit priusq̄ eoꝶ vitalitatem posset extinguere. Vacuamq; reliquit qua caret hoste ratem. Nauis erat obiecta hostibus ex altero tantum latere: quod dum omnes qui sunt in naui defendere volunt eam depresserunt, & inclusi perierunt.

Congesto pōdere,id est cumulatis militib⁹
Brachia nec licuit: quia cum essent inclusi
sub naue inuersa non poterant natare. Diri
leti,crudelis mortis. Diuersæ carinę.i.hosti
les quę inter se concurrebant. Discessit me-
dium pectus. duę naues concurrentes,altera
a pectore,altera a tergo militem percusserūt:
ita vt fractis membris rostra ęrata resonarēt.
Aera.i.rostra nauium ęrata. Eliso ventre.
Venter subest stomacho: vt scribit Plinius:q
ruminantibus est geminus:sanguine carenti
bus minus cęteris simplex:quibus venter est
obesus ij sunt minus solertes:auibus venter
est carnosus callosusq;. a vētre Vētriosus de-
riuatur: vt apud Plautum. Permixtus vi-
scere sanguis. manabat sanguis cum frustis,
& particulis viscerum. Saniem.i.tabem,san
guinem corruptum.

SVLPI. ¶ Inhibent. prohibent nautæ, & retrahunt.
Vulneribus transmisit aquas. latitudinē vul-
neris indicat cum p ipsum aqua discurreret.
Pars maxima. quorundam Massiliensium
ad suorum naues natantium mors sæua de-
scribitur. Naufraga,cui⁹ nauis fuerat fracta,
& ipsa exposita erat mergendi periculo. Ob-
luctata,repugnās. Iactis lacertis,nando. Cō-
currit:simul natat. Altius prensarent robora
vlnis,comprehēderēt summam nauim bra-
chijs. Vetitis,ab his qui in naui erant. Peritu-
ra.erat enim tantus numerus: vt si susceptus
fuisset nauis proculdubio mergeretur. Nuta
ret,inclinaret se & periclitaretur. Impia: quia
socios lædebat. Super,desuper. Brachia lin-
quentes. illi amputatis brachijs, & in naui re-
lictis submersi sunt cum nare non possent.
A manibus: q̄bus inhęrebant. Graues. amis
sis enim brachiis corpus nando liberare non
poterant. Iamq; omnis. deficientibus inquit
telis remos temones & transtra in hostem ia-
ctabant. Omnis furor: cuiusq; ira. Inuenit ar
ma. sic Virgilius. Rimāti telum ira facit. Nu
dato: inermi. Amplustre tortum. ornamen-
tum vel temonē immissum/ vt abutatur ver
bi proprietate. Rotant: rotando immittunt.
Sedes: transtra. In pugnam: vt pugnarent.
Sidentia pessum: manētia sub pedibus deor
sum & infra. sic in quito. Obruit illa dies qua
celsa cacumina pessum Tellus victa dedit.
hinc fit pessundo hoc est sub pedibus do. In-
opes teli: quibus tela deerant. Letale: quod le
tiferum vulnus intulerat. Oppressere: obdu
xere ne sanguis egrederetur. Sāguis: qui vi-
res fouet. Exeat: egrediat̄: post emissam ha-
stam qua fuerat vulneratus. Lues: vis mor-
tis & velut pestis. Q̄z diuersa pelago. q̄ ignis
qui est aquæ contrarius. Tædis: facibus sul-
phure piceq; sparsis & plenis. Viuax: ardens
& vrens. Faciles præbere: quæ facile incende
bantur & alebant ignem. Rapuere incendia:
correpta sunt igne. Nunc pice nunc cæra. si-
ue q; ipsas spargerent: siue q; nauium iūctu-
ræ stuppa pice & cæra resartæ sunt. Nec supe
rant flammas, nec restingunt incendia. Spar
sis ratibus, dissipatis nauibus. Vendicat fra-
gmēta ferus. corripit, & sibi attribuit frusta.
Hic recipit. Diuersa diuersorū studia mēorat.
Hic, aliq̄s. Inter mille modos leti: inter innu-
vtriusq; quod fortuitum erat non q; natabat: pectus. s. eius iu
uenis, discessit. i. diuisum est medium ad tam vastos ictus, sci-
licet concurrētium rostrorum, nec artus obtritis ossibus. i. ha-
bentes ossa obtrita, valent prohibere: quo minus. i. vt non ęra
scilicet rostrorum sonent: hoc est q̄uis corpus trāsfixerant: tn̄
impetu suo non fracto se contingentia rostra sonabant, & ven
tre illius natantis eliso, id est confracto, hoc est postq̄ vēter illi-
sus erat: sanguis permistus, aut permixtus viscere, hoc est car
ne, aut intestinis eiectat per ora saniem, id est corruptum cruo
rem.

Postq̄ ĩhibēt remis puppes: ac rostra recedūt:
Deiectum in pelag⁹ perfosso pectore corpus
Vulnerib⁹ trāsmisit aquas: ꝑs maxima turbę
Naufraga iactatis morti obluctata lacertis
Puppis ad auxilium socię concurrit: at illi
Robora cum vetitis prensarent altius vlnis:
Nutaretq; ratis populo peritura recepto:
Impia turba super medios ferit ense lacertos.
Brachia linquentes Graia pendentia puppe
A manibus cecidere suis: nō amplius vndæ
Sustinuere graues in summo gurgite trūcos.
Iamq; omnis fusis nudato milite telis
Inuenit arma furor: remū contorsit in hostem
Alter: at hi tortum validis aplustre lacertis
Auulsasq; rotant expulso remige sedes.
In pugnam fregere rates: sidentia pessum
Corpora cæsa tenēt: spoliātq; cadauera ferro.
Multi inopes teli iaculum letale reuulsum
Vulneribus traxere suis: & viscera lęua
Oppressere manu: validos dum prębeat ictus
Sanguis: & hostilē cum torserit: exeat: hastā.
Nulla tn̄ plures hoc edidit ęquore clades
Q̄z pelago diuersa lues: nā pinguibus ignis
Affixus tędis: & tecto sulphure viuax
Spargitur. at faciles ꝑbere alimenta carinæ
Nunc pice nūc liquida rapuere incēdia cæra,
Nec flāmas superāt vndę: sparsisq; p ęquor
Iā ratibus fragmēta ferus sibi vendicat ignis.
Hic recipit fluct⁹ extīguat vt ęquore flāmas.
Hi: ne mergantur: tabulis ardētibus hærent.
Mille modos inter leti mors vna timori est
Qua cœpere mori. nec cessat naufraga virt⁹.

Tela legunt deiecta mari : ratibusq; ministrāt:
Incertasq; manus ictu languente per vndas
Exercent:nunc rara datur si copia ferri
Vtuntur pelago/sæuus complectitur hostem
Hostis/& implicitis gaudet subsidere mēbris.

¶Postq̄ inhibent remis. Postq̄ inquit nautæ inhibēt, id est retrahunt puppes remis ne retrocedant,ac rostra.i. proręrostratæ recedunt,scilicet ab aduersis nauibus,hoc est postq̄ fecerūt ἀνακωχήν.i.inducias,ac retractionem nauis ne feriat(nā ἀνακωχέω est retraho nauem ne feriat)corpus,scilicet iuuenis de quo iam dictum est,proiectum in pelagus,pectore transfosso .i.habens pectus transfossum,transmisit aquas vulneribus.i. tam latum vulnus habuit:vt per medium eius transmitterentur aquę. Maxima pars turbę,Massilieñ.naufraga.i.fracta naue natans,obluctata,id est obluctans,& resistēs morti,lacertis iactatis.s.per mare.i.natando,concurrit.i.adnauit celeriter ad auxilium puppis sociæ.i.sociorum:at.i.sed,cum illi.s. naufragi,prensarent altius robora,scilicet nauis socialis,vlnis.i.manibus:vt sit pars pro parte:aut cubitis,eo q̄ manus aut lassæ, aut amputatæ,aut vulneratę erant:vetitis.i.prohibitis a socijs ascendere,& ratis.s.socia,nutaret.i.minaretur submersionem vtpote peritura.i.talis quæ peritura erat,populo suscepto.i.si turbam illam humidam suscepisset:turba.s. sociorum,impia scilicet in socios,vt se seruet,ferit ense lacertos medios.i. vsq; ad cubitum,& ita ipsi percussi, linquentes brachia pendentia sup.de puppe graia.i.phocaica,cecidere a suis manibus : quia manus in naui,aut ad nauem manserant:vndę non sustinuere amplius in gurgite summo.i.super aquas , truncos graues .i. corpora quorum manus quibus se sustinere potuissent erant amputatæ aquis onusta submergebantur. Et iam omnis.i.cuiuslibet furor.i.ira pręceps,telis fusis.s.in mare, & milite nudato.i.inermi,inuenit.i.reperit arma. vñ Maro. Furor arma ministrat. Alter.i. vnus illorum cōtorsit in hostem,remū: at hi.i. alij,rotant.i.in gyrum impellunt,aplustre.i. ornamentum nauis sine quo nauigari potest,aut temonem ipsum , tortum lacertis,& rotant validas sedes.s.remigū.i.transtra seu sedilia eorum,remige expulso.i.excusso prius ab hoste,aut ijs quib⁹ inutilis sedere videbatur:& fregere rates.i. naues ipsas:in pugnā .i. vt haberent quo pugnent. Et tenent.s. vncis, corpora cæsa .i.occisa sidentia pessum.i.descēdentia iam ad fundum,& spoliant cadauera ferro.i.telo ferreo quo occisa erāt,& ita nō vt aurum,sed vt tela haberent retraxerunt corpora:& multi inopes teli.i.carētes iaculo,traxere iaculum letale.i.quod letū.i. mors subsequebatur reuulsum suis vulneribus.i.e proprio corpore vulnerato,& oppressere.i.ad tempus obstruxere vulnera, aut vt Aldus legit viscera,scilicet sua,manu læua.i.sinistra: qa dextra iaciebant telum reuulsum, dum.i.donec, sanguis retētus in corpe,pbeat in hostē validos ictus:& sup. vt exeat sanguis cū.i.postq̄ torserit hastā hostilē.i. in hostē directā. Tñ.i.tāetsi multi ferro pierūt,nulla lues.i. vis mortifera, edidit hoc æquore.i.in hoc nauali plio plures clades.i.neces,q̄ lues diuersa.i.cōtraria,pelago.i.aqs,hoc est q̄ lues ignea.Nā ignis affix⁹ tædis pinguib⁹.i.resinosis,& picatis,& viuax.i.difficilis extinctu sulphure tecto.i.ppter sulphur in eis occultū,spargit.s. p naues: at carinę faciles.i.aptę pbere alimēta.s.icēdijs,rapuere incēdia nūc pice q̄ erāt picatę,& nūc cera liq da:qua erāt stipatę, nec vndę supant.i.extinguere pñt.flāmas:& ratibus sparsis iā.s. propter incēdia,p æquora.i.postq̄ erāt diruptæ, & p aquas sparsæ naues,ignis ferus.i.indomit⁹ & vorax,vendicat.i. appropriat sibi fragmenta.i.comburit ea. Hic recipit fluctus in nauem: vt extinguat flammas æquore,id est aquis marinis. Hi hærent tabulis ardentibus ne mergantur. Vna mors.i. vna species mortis est timori inter mille modos leti.i.necis,qua cœpere mori.i. mera mortis genera illam vitabant qua lædi moriq; cœperant. Virtus naufraga nec cessat. Illi qui fractis nauibus nabant se exercebant in legendis subministrandisq; telis pugnantibus,& in feriendo vt poterant hoste. Ratib⁹,militibus. Metonymia. Incertas, non ferietēs designatum locum. Ea enim dicitur certa manus, & certum telum:quod locum designatū ferit. Incertas ergo, quia nantes validū ictum incutere nō valebāt. Lāguente,debili. Si datur rara copia:si telum, aut ensem non habēt. Vtuntur pelago,mergūt hostem in mari. Subsidere,submergere se. Implicitis,connexis. Certum.

BEROALDVS.

¶Postq̄ inhibēt.i.continent ne vlterius pcedant. Vulneribus transmisit aquas:aquæ p vulnera patentia discurrebāt. Naufraga.i. patiēs naufragium. Aliter dicit̄ mare naufragum in quo naues naufragium patiuntur. Morti obluctata.natādo,& mouendo lacertos morti obluctabātur. Robora,ligna nauis. Vetitis vlnis. Vlna est spatium inquantum vtraq; extenditur manus: vt scribit Seruius. Suetonius vero vnum dixit esse cubitū. Soli homini sunt vlnæ: vt author est Plinius. Vergilius. Tris pateat cæli spatium nō amplius vlnas. Vlnis ergo.i.manibus,& lacertis. Nutaretq; ratis.i.vacillaret propter multitudinem apprehendentium. Super.i. ex naui. Impia.ab effectu:quę suis non parcebat. Medios lacertos .s. eorū qui naui manum iniecerant:vt a socijs seruarentur. Brachia linquentes. Massilienses qui erant in vndis amputatis manibus a socijs cadebant relinquentes brachia pendentia a naui. Graia .i.Massiliensi. Non amplius vndæ sustinuere. Cum carerent brachijs,nec possent amplius natare cito mergebantur. Graues truncos,id est corpora carētia brachijs. Summo .i.in superiore parte vndarum. Nudato milite.cum milites oīa tela in aduersarios cōiecissent:adeo, vt nullū amplius supesset: torquere cœperunt,& iaculari remos. Inuenit arma furor. Iuxta illud Vergilianum. Iamq; faces,& saxa volant:furor arma ministrat. Vlna.

Fusis telis. Telum est omne genus armorū missile:& aliquando accipitur pro gladio : vt auctor est Seruius. Aplustre. quid sit aplustre paulo ante dictū est. Rotant.i.torquent & iaculantur. Sedes,id est sedilia nautarum quæ dicuntur transtra:alio nomine fori. Remige.i.nauita qui ducit remos. In pugnam fregere rates.i. vt possent dimicare, & haberent copiam telorum fregerunt naues quarum fragmenta iaculabantur in hostes. Sidentia pessum corpora.i.in imam nauis partem iacentia. Pessum enim dicitur profundū inde pessundare deriuatur. Spoliantq; cadauera ferro. arma detrahebant mortuis, qbus vterentur in pugna. Letale.i.mortiferum.

Et viscera læua oppressere manu. Multi extrahentes tela ex proprijs vulneribus sinistrā manum opponebant plagę,ne viscera egrederent: vt vires haberēt ad iaculādū in aduersarios telū. Q; pelago diuersa lues.i.ignis & incēdiū,q̄ est lues, & pestis cōtraria vndis.

vult enim ostendere plures perijsse ex incen-
dio, q̄ ex naufragio. Pinguibus tędis. Tæ-
da arbor est, quę vt ait Plinius, Resinam fert
abundātissimam, liquidissimamq;. ob hoc a
Lucano tædę dicuntur pingues: quia scilicet
sudant Resinā, & Picē, quæ sunt flammę nu-
trimenta. Sulphure viuax. Nobilissimum
Sulphur nascitur in Melo insula: vt ait Plini
us. & est quoddā Sulphuris genus viuū, qđ
Gręci vocant Apyron. Sulphur est pecula-
re fomentū ignis. Liquida cęra. Naues vn-
guntur pice & cæra, vt sint firmiores contra

non prius timebāt mortem, q̄ iam mori cœperant. Nec virtus
naufraga .i. naufragantium cessat .s. a prælio, licet esset ex cussa
nauibus: quia legunt tela deiecta mari, & ministrant ea ratibus
.i. socijs, & exercent manus incertas .i. titubantes, ictu languē-
te .i. debili: quia per vndas cum enim se sustinere debebant, nō
poterant fortiter ferire hostem: & si rara copia ferri datur nunc
scilicet post tot tela perdita, ipsi vtūtur pelago, scilicet ad mor
tem hostis: nam hostis sæuus, vtpote salutis suæ immemor,
complectitur hostem, & gaudet subsidere .i. submergi, mem-
bris, scilicet hostis, implicitis .i. cōplexis & secū tractis, & sup.
gaudent mori, id est mergi mergentes, scilicet hostem.

guntur pice & cæra, vt sint firmiores contra fluctus vndarum: & illa Pix cū Cera derasa nauibus maritimis vocatur Zopissa: vt scribit Plinius. Nec flā-
fluctus vndarum: & illa Pix cū Cera derasa... Nec flāmas superant vndæ, quoniam .s. vis flammę ab vndis extingui non poterat. Hic recipit fluctus .i. aliqs ne
flagraret incendio se pręcipitabat in vndas. Hi ne, id est alij ne perirent naufragio ardentes nauium tabulas
corripiebant. Mille modos leti: id est inter varia genera leti, id est mortis, illa mors timebatur, qua quispiam
cœperat mori: vt puta vnus mergebatur qui vt hoc mortis genus euitaret, flammis adhærebat. Naufraga
virtus, id est viri fortes naufragium patientes. Ratibusq; ministrant, id est colligunt tela sparsa. Per vn-
das. & illa porrigunt socijs, qui ex nauibus dimicant. Incertasq; manus: quia cum in vndis nullum haberent
sustentaculum manibus vacillantibus emittebant iacula. Vtūtur pelago. id est vndis tanq̄ telis vtuntur ad
hostes necandos, quos complexos, & in profundum mare pertractos cogunt expirare. Subsidere, id est ire
pessum, & iacere in profundo.

SVLPI. ❡Mergē. mori: dū mergunt̄ mergere alios.
Vrinator. Pugna fuit. Egregij, & callidi Vrinatoris
mortem poeta describit. Is aūt dicitur Vrina
tor, qui nat sub aqua: qđ qui faciunt vrinare
dicuntur ab Vrna vase. Eximius, præstans.
Anima. Animam, anhelitum. Plautus. Olet anima
vxori tuæ. Scrutari, inquirere. Cōuellere, ad
reuellendā anchoram, si fune refigi nō posset
Adductum, tractum. Hic vbi. raptū in ima
hostem vbi suffocauerat emergebat. Penit⁹,
valde subtus. Per vacuos fluctus, per mare
a nauibus nō occupatum. Puppibus occur-
rit, incidit sub naues. Iecerunt brachia, com-
prenderunt, retinuerunt. Nō perdere letum,
non mori frustra, & inulte, & non læso aduer-
Baleares. sario. Multus. morientes inqt suspēderūt se
a puppi: vt rostrorū ictus ne nauis læderetur
exciperēt. Stātē. Lygdami Massilieñ. & Tyr
rheni Ro. pugna narratur. Tortor ha. agita-
tor fundæ ex qua torta, & rotata emittuntur
saxa. Balearis. Baleares insulæ sunt in mari
Hispano quarum incolæ egregiæ funda vtū
tur, dictæ siue a βαλλω quod est iacio, siue a
Baleo Herculis comite. Glande, pila plūbea.
Tempora, latera capitis. Vincula, neruos q-
bus continentur. Prorumpunt, egrediuntur
vi enim inclusi sanguinis pressi exclusi sunt
oculi. Lumine, vi vidēdi. Cōstare vigorem,
se valere viribus. Cōponite, collocate, & sta-
tuite ad iacienda tela. Tormenta, ballistas, &
catapultas. Egere. sese adhortat̄. Hoc cada-
uer, corpus meum. Habet vsum: facit offici-
um magni militis. Manu cæca, ipse cæcus.
Non irrita: nam hostem vulnerabant. Arg⁹.
Massilieñ. Excipit hæc: vulnerat⁹ est his Ar-
gus Massilieñ. Qua venter nō medius: inter
Ilia. vmbilicū, & latus dextrum, siue sinistrū: sunt
eñ Ilia arterię inter vesicam, & aluum ad pu-
bem tendentes: vt ait Plinius. Adiuuitq;. Ce
cidit enim, & ferrum alti⁹ est ingressum. Sta-
bat, tota hæc oratio diuersis modis mouet
affectus. Carinæ, eiusdem. Non ille, fuerat
enim fortissimus Massiliensium. Victū æuo
robur cecidit, fortitudo annis debilitata pro-
strata est. Exēplum nō miles: Nā q̄uis nō pu

Mergentesq; mori. Pugna fuit vnus in illa
Eximius Phoceus: animam seruare sub vndis:
Scrutariq; fretum: si quid mersisset arenis:
Et nimis affixos vnci conuellere morsus:
Adductū quoties non senserat anchora funē.
Hic vbi cōprensum penitus deduxerat hostē
Victor & icolumis sūmas remeabat in vndas.
Sed se ꝑ vacuos credit dum surgere fluctus:
Puppibus occurrit [tandēq; sub ęquore māsit.]
Hi super hostiles iecerunt brachia remos
Et ratium tenuere fugā [non perdere letum
Maxima cura fuit. Multus sua vulnera puppi
Affixit moriens: & rostris abstulit ictus.
Stantem sublimi Tyrrhenum culmine proræ
Lygdamus excussa Balearis tortor habenæ
Glāde petēs solido fregit caua tēpora plūbo.
Sedibus expulsi postq̄ cruor omnia rupit
Vincula: prorūpunt oculi: stat lumine rapto
Attonitus: mortisq; illas putat esse tenebras.
At postq̄ membris sensit constare vigorem:
Vos ait o socii sicut tormenta soletis
Me quoq; mittēdis rectum componite telis.
Egere quod superest aīę Tyrrhene: ꝑ omnes
Bellorum casus ingentem militis vsum
Hoc habet ex magna defunctū ꝑte cadauer.

Viuentis feriere loco. Sic fatus in hostem
Cæca tela manu: sed non tamen irrita mittit.
Excipit hęc iuuenis generosi sãguinis Argus:
Qua iam non medius descendit in ilia venter:
Adiuuitq; suo procumbens pondere ferrum.
Stabat iam victæ diuersa parte carinæ
Infelix Argi genitor: non illæ iuuentæ
Tẽpore Phocaicis vlli cessurus in armis.
Victum æuo robur cecidit: fessusq; senecta
Exemplum non miles erat: qui funere viso:
Sępe cadens longe senior per transtra carinę
Peruenit ad puppim: spirãtesq; inuenit art9.
Non lachrymę cecidere genis: nõ pectora tũ
Distẽtis toto riguit sed corpore palmis. (dit

¶Pugna fuit vnus in illa. Describit fatum Phocei vrinatoris qui licet nandi ita peritus esset vt ad libitũ mergeret & emergeret: tamen fata neci eius viam inuenerunt nam per naues impedit9 est. vt patebit sub ordine tali. Vn9. s. vrinator. Phoceus nomine: fuit in illa pugna, eximius. i. peritissimus seruare. i. seruandi, animam. i. anhelitum, sub vndis. i. aquis, & scrutari. i. perlustrare fretum. i. quæ sub aquis erant: si quid mersisset sup. se. i. inhæsisset arenis: & conuellere. i. soluere: morsus vnci. s. anchoræ: fixos. s. in solo aut obiecto: nimis quia non poterant conuelli: vtpote quoties anchora non senserat. i. non indicarat se sentire quia nõ insecuta est, funem adductum. i. applicitum. s. vt extrahatur per eum. Sũt qui legãt abductum: sed minus congruit. hic. s. vrinator Phoceus, vbi deduxerat. i. deorsum & in profundum immerserat, penitus. i. omnino intus: hostem comprensum. s. a se: ipse remeabat in vndas summas. i. in superficiem aquarum existens victor. i. voti compos extincto hoste, & incolumis: quia nihil illi nocuerat: sed dum credit surgere. i. surrigere se per fluct9 vacuos. i. quos putabat falso vacuos: occurrit puppibus: & mansit tãdem sub ęquore. s. suffocatus. Hi. i. quidam ex nantibus iecerunt brachia sua sup remos hostiles: & ita fecerunt vt non amplius mouerentur, & tenuere. i. impediuerunt fugam ratium. s. hostilium. maxima cura fuit. s. omnibus non perdere letum. i. nõ mori sine pręclaro facinore aut nisi prius mortem meruissent per necem hostis Multus. i. frequens, moriens. i. cum videret se debere mori, affixit sua vulnera. i. corpus suum letaliter vulneratum, puppi. s. nauis suorum: & abstulit rostris. s. hostilium nauium, ictus. i. vim frãgendę puppis. Lygdamus quidam Massilieñ. existẽs tortor. i. excussor & eiaculator habenæ. i. fundę balearis. i. cui9 vsus in Balearibus plurimus erat9 petẽs glande excussa. i. plũbo rotundo eiecto vi (Alij legunt excussę: sed diuisim: ne duo sint epitheta sic: tortor habenę balearis, excussę. s. a se: sed mali cũ Omnibono excussa legere) Tyrrhenũ, aut patria. i. Tuscũ: aut nomine: stantem sup. in sublimi culmine prorę: fregit tempora. i. partes capitis illius, caua. i. in quibus est quædam concauitas, plumbo solido. i. non cauo: oculi sup. eius expulsi sedibus. i. statione sua, postq̃ cruor rupit. i. dissoluit, omnia vincula. i. neruos quibus oculi inhęrent, prorumpũt. i. vi exiliunt a sanguine expulsi. Et ipse Tyrrhen9 stat attonitus. i. stupefactus ac si tonitru esset percussus: lumine. i. vsu rapto: & putat illas quas patiebatur, tenebras esse mortis: quia morientibus ca

gnaret ipso aspectu, alios excitabat. Funere morte filij. Sæpe cadens: dum ad filium properaret. Spirantes, palpitantes & adhuc viuẽtes. Non lachrymę. ex vehementissimo dolore lachrymę interdum potius comprimuntur q̃ effundantur. Tundit, percutit. Riguit, induruit. Distentis, extentis & passis.

BEROALDVS.

¶Mergentes. s. aduersariũ. Phoceus. i. Massiliensis. Eximius, egregius & peritus. Animam. i. spiritum. Scrutari, inquirere. Conuellere. s. eximius & doctus. Morsus vnci. i. dẽtes anchorę nimium tenaces. Adductum quoties nõ senserat anchora funem. Anchora dicitur non sentire funem quando in profundas arenas est a deo mersa vt euelli nõ possit attractis funibus: & tunc necesse est aliquẽ natandi peritũ descendere in vndas ad anchoram manibus conuellẽdam. Deduxerat. i. deorsum duxerat. Penitus. i. valde. Per vacuos fluct9, sine alio obstaculo. Puppibus occurrit. i. caput illisit naui dum remeat a fundo maris & sic coactus est manere sub vndis. Hi super hostiles iecerunt brachia remos. i. alij remos hostium manib9 corripiebant vt fugam & cursum nauium impedirẽt. Remũ inuenerũt Copę: latitudinem eius Plateæ populi vt auctor est Pli. Non perdere letum maxima cura fuit. Ille dicit̃ pdere letũ. i. mortẽ q mori tur inglori9 & nullũ hostium occidit. Omnibus itaq; erat sollicitudo ne pderent letum & morerentur inulti. Sua vulnera puppi affixit. Multi morientes obijciebant se rostris nauium vt illis affixi ictum auferrẽt ne alias naues possent perforare. Stantem Tyrrhenum. i. militem Hetruscum. Hetruria enim dicitur Tyrrhenia a Tyrrhẽo rege q ex Lydia veniẽs regnauit in Hetruria. auctores Strabo & Seruius. Balearis tortor habenę. Baleares insulę sunt in Hispania a Græcis dictę Gymnesię funda bellicosę vt scribit Pli. & vt supra diximus ita perite vsum fundarum exercuisse dicuntur Balearium insularum habitatores: vt matres paruos filios nullum cibum cõtingere sinerẽt nisi quẽ ex funda misso lapide pcussissent vt Vegeti9 & Diodorus narrant. Glãde petens. Glandes plumbeę mitti solebant ex funda. vt apud Ouidium. Petẽs. i. feriẽs Petere enim aliquando significat ferire. Horatius. Dente lupus, cornu Taurus petit. Caua tempora. Tempora partes sunt capitis ornata auribus. vnde dixit Vergilius. Populataq; tpa raptis aurib9. Lumĩe rapto, ereptis oculis. Attonitus. i. stupefactus vt exponit Seruius. Mortisq; illas putat esse tenebras. i. erepta luce & perditis oculis existimauit esse tenebras, quæ oboriuntur moriẽtibus: quib9 vt inquit Plini. oculos operire rursusq; in rogo patefacere Romanorum magno ritu sacrum est. Sicut tormenta soletis. i. quemadmodum tormenta ex quibus emittuntur tela diriguntur contra hostes vt ictus sint certi: ita me quoq; iaculãdis telis componite rectũ contra aduersarios vt etiam orbus illos occidã. Egere. i. emitte. Tyrrhene. semet hortatur ad pugnam. Ex magna parte. i. vsu oculorum. Viuentis feriere loco. i. hostes in te cõ

Inuentores remi.

ficient tela tanq̄ in viuentem. Cæca tela manu. Manum appellat cęcam qua Tyrrhen⁹ cæcus tela m ttebat in hostes. Non tamen irrita. i. vana quia habuerunt effectum. Descendit in ilia venter. Describit locū quo Argus vulnerat⁹ est a Tyrrheno. nam vt supra dictum est inter vesicam & aluum arterię sunt ad pubem tendentes quæ ilia appellantur vt scribit Pli. Inde dicitut iliosus, qui dolore ilium cōflictat̄. Adiuuitq́ȝ suo procumbens pectore ferrum. cadens Argus fecit vt ferrum magis intra viscera penetraret dum supra telum cecidit. Iuuentę tempore. Iuuenta dicitur ętas: iuuentus multitudo vt apud Oui. Romana iuuentus. Iuuentas vero erat dea quæ Romę templum habebat cuius Liuius, Plinius, & Augustinus meminerunt. Phocaicis. i. Massiliensibus. Euo. i. ætate & senio. Exemplum quod. s. alij milites deberent imitari. Qui funere viso. i. cadauere filij. Fun⁹ autem proprie dicit̄ Pōpa exequiarum vt ait Donatus: nūcupatum a funalibus quæ adhibebātur cum cadauera more priscorum nisi per noctem non sepelirētur. Seruius existimat fun⁹ esse cadauer incēsum. Per transtra carinę. Transtra vt supra dictum est sedilia sunt nautarum in nauibus. Spirantesq́ȝ inuenit art⁹. i. membra filij adhuc viuentis. Tundit. i. percutit. Non lachrymæ cecidere genis. Senibus corpus siccū est vnde illa ætas senilis vt inquit Macrobius ad fletum fit difficilior. Genę autem tegumēta oculorum: vt docet Plinius in vndecimo.

SVLPIT. ℂNox subit. Supeuenit obscuritas. pręe dolore enim exanimatus est. Argum, filiū. Labens caput: instabile, inclinatum. Leuat, attollit. Vox fauces. loqui nō potuit. Solutas fauces: apertum os. Inuitat, gestu hortatur. Claudenda ad lumina. Maiorum mos fuit: vt propinquiores morientibus oculos clauderēt vt parentes liberis liberiq́ȝ parentibus. Ouidius. Dij precor hoc iubeant vt euntibus ordine fatis Ille meos oculos comprimat ille tuos. Caruit torpore: fuit sine stupore: & in mentem viresq́ȝ redijt. Cruentus, crudelis in se. Non perdam tempora: non differam mortem. A sæuis deis. præ animi perturbatione deos incusat qui ei q̄ filio superesset videbantur iniusti. Iugulum, letalem sub gutture locum. Nōdū. par esse videtur vt qui prior in vitam egredit̄ exeat prior: tu cum sis me iunior ante me non morieris. Esse sup. superuiuere mihi. Superstites hi dicuntur qui in vita remanent. Polluerat capulum: maculauerat ensis manubrium quo se percusserat. Tendit sub æquora, in mare se mergit. Festinantem animam morti nō credidit vni. metuens ne ipse nō anteq̄ filius e vita decederet: se prius sauciatum in aquam præcipitauit. Credidit, commisit. Inclinant iā fata. iam Massiliensium res aduerso marte p̄cipitabantur Romano victore. Anceps, dubius: sed erat certa victoria. Vexere victores suos. i. vexere Romanos qui eas cæsis hostibus occupauerant. Naualia, Massiliensium. Quis in vrbe. per commiserationem concludit poeta luctum superatæ ciuitatis admirās. Fletus: qui lachrymis fit. Plāctus: percussio pectoris faciei & brachiorum. Coniunx, com

Superstes.

Fletus.
Planctus.

ligant oculi. At. i. sed postq̄ sensit vigorē. i. vires, constare mēbris. s. reliquis: ait O vos socij componite. i. disponite, quoq́ȝ. i. etiam me, rectum. i. apte dispositum ex directo, mittendis telis. i. ad mittēda tela: sicut soletis sup. componere tela, recta ad ferienda contra se posita. O Tyrrhene (cohortatur seipsum) egere. i. emitte illud animæ. i. vitæ quod superest. i. reliquum est tibi, per omnes casus bellorum. Hoc cadauer. i. hoc corp⁹ meū iamiam casurum, defunctum. s. officio vitæ, ex magna parte: quia orbum lumine & cito moriturum, habet ingentem vsum. i. ingens officium militis: quia tu feriere loco viuentis. Et ita quia morte tua seruabis cōciuem mereberis ciuicam coronā. Ipse Tyrrhenus sic fatus, mittit manu cæca. i. ipse cæcus manu ab alio directa, tela. s. sua: sed tamen licet a cæco missa, non irrita: quia hostem percussit. Nā Argus iuuenis generosi sanguinis cuius pater etiam Argus dicebatur, excipit. i. in se capit hæc. s. tela Tyrrheni: ea sup. parte, qua venter iam non medi⁹: sed ad latus tendens, descendit. i. vergit ad ilia: & ipse procumbens adiuuit. i. altius infixit, suo pōdere ferrum. i. telū ferratū. Genitor. i. pater Argi, infelix, stabat in diuersa parte. s. in prora carinę in cuius puppi steterat Argus: victę iam. s. per mortē Argi. Nam cedit quia spoliata magistro est. Ille. s. genitor Argi, nō sup. fuerat cessurus. i. talis qui cessisset, vlli in armis Phocaicis. i. ex Massilien. armatis: tēpore iuuentę sup. suę: sed sup. robur. i. fortitudo eius, cecidit. i. lapsa erat & imminuta, victū. i. debilitatum: ęuo. s. longo. i. senio. & ipse fessus. i. effoet⁹ senecta, erat. s. in naui aut prælio, exemplum. i. exemplar virtutis imitandę non miles. s. fortiter præliaturus: qui viso funere filij. i. postq̄ vidit filium extinctum: cadens sæpe cum esset senior per transtra. i. margines carinę. i. nauis: peruenit ad puppim vnde cecederat filius: ergo steterat prius in prora: inuenit art⁹. s. filij, spirantes. i. extrema trahentes. Lachrymę non cecidere genis. s. patris, & non tundit. i. non percutit pectora, sup. sua, sed riguit. i. diriguit corpore. s. filij, tento. i. postq̄ ipsum tenuit & tetigit: palmis. i. manibus suis, distētis. i. passis. Aldus legit toto corpore: tu vtrum mauis legito.

Nox subit atq́ȝ oculos vastę obduxere tenę-
Et miserę cernēs agnoscere desinit Argū. (brę
Ille caput labens & iam languētia colla
Viso patre leuat: vox fauces nulla solutas
Prosequitur: tacito tantum petit oscula vultu:
Inuitatq́ȝ patris claudenda ad lumina dextrā.
Vt torpore senex caruit: viresq́ȝ cruentus
Cœpit habere dolor: nō perdā tempora dixit
A sæuis permissa deis: iugulumq́ȝ senilem
Confodiam: veniam misero concede parenti
Arge: q̄ amplex⁹ extrema q̄ oscula fugi.
Nōdum destituit calidus tua vulnera sanguis
Semianimisq́ȝ iaces: & adhuc potes eē supstes.
Sic fatus: q̄uis capulum per viscera missi
Polluerat gladii: tamē alta sub æquora tendit
Præceps: & letum gaudens præcedere nati
Festinantem animam morti non credidit vni.

Inclinant iã fata ducũ: nec iã ampli⁹ anceps
Belli casus erat: Graię pars maxima classis
Mergitur: ast alię mutato remige puppes
Victores vexere suos: naualia paucæ
Præcipiti tenuere fuga. Quis in vrbe parentũ
Fletus erat: q̃tus matrum per littora plãctus?
Coniunx sæpe sui confusis vultibus vnda
Credidit ora viri Romanũ amplexa cadauer:
Accensisq; rogis miseri de corpore trũco
Certauere patres. At Brutus in ęquore victor
Primus Cęsareis pelagi decus addidit armis.

densis. Hymbres dēsiores sunt. Pluuia lenta Hymbres.
& iugis est. Nymbi vero repentini vehemētes
& breues. Fluunt, resoluuntur. Nec seruāt, Pluuia.
nec retinent. Extinguuntur eñ in ipsis nubi- Nymbi.
bus. Crebra micent, spissa appareant. Arqu9, Arquus.
iris q̄ fit a nube humida & caua a sole aduerso Iris.
vel a luna repercussa. Arquus inquit Plyni9
cū duplices sunt pluuiā nuntiāt:a pluuijs sere
nitatem non perinde certam. Imperfecto gy-
ro, circulo rupto:nam propter nubiū dēsitatē
nec poterat perfici, nec varios colores contra
here. Vix vlla luce variatus, squalebat eñ. Bi
bit, attrahit aquā maris & in cœlum euectam
effūdit in terras & mare. Pyrenę. Pyrenei mō Pyrenei montes.
tes inter Galliam & Hispaniam sunt. Titan,
sol æstuans. Fluxere, dissolutæ sunt. Made-
scunt, vda fiunt. Vnda, fluuiorū. Vias, certum
alueum:nam omnia hymbribus redundabāt
Tā largas. tāta aquarū copia a ripis effluebat
in fluuios. Alueus, locus cōcauus per quē riui Alueus.
& flumina profluūt. Naufraga, periculo mer
gendi exposita. Labant, procūbunt, ruunt.
Restagnant, effunduntur & superant vallum
Raptus pecorū, pręda animalium vnde viue
rent. Pabula, hęrbas, alimenta equorum. Po-
pulator, prędator miles. Occultis, tectis aqua
Iamq; comes. In magnis calamitatib9 primū
se fames offert:& eam vt plurimū sequitur pe
stilentia. Iam ad quadraginta in singulos mo
dios annona peruenerat: & militum vires ino
pia frumēti diminuerat, vt Cæsar ait. Eget,
esurit. Censu, patrimonio aut peculio. Non
prodigus. Prodigus is proprie dicitur qui rē Prodig9.
suam temere dissipat:sic appellatus ꝙ seipsū
perdit. Milites ergo qui magno panem eme-
bant vt se seruarent non erant prodigi. Cere-
rem, panem. Pallida tabes, auara corruptio,
macies & anxietas. Auaritiæ affectus etsi plu
ribus indicatur modis, pręsertim tamen pallo
re. Non deest, inuenitur famelicus qui pretio
panem vęndat. Tumuli, tumores terræ non Tumul9.
alti. Montes vero sunt eminentiæ terrarum Montes.
non æque surgētes. Colles vt plurimum mō- Colles.
tium summitates in longum exporrectas di- Promontoria.
cimus. Promontoria quę sese in mare promo
uent & extendunt. Iam flumina. Loca illa oīa
vnius paludis faciem obtinebant. Voragine,
attractione & vortice. Absorpsit, submersit
deuorauit. Cōtorsit, circumuoluit. Fremētes,
clamātes. Vorticib9, volubilitatib9 aq̄ꝝ. For-
tior, q̄ ipet9 & fluct9 vehementiores habebat.
Nec Phœbū. i. sol ꝓpter tenebras nō appare-
bat q̄q̄ tēpus nocturnū nō esset. Subiecta, su
pposita. Reꝝ discrimia miscet. Diurnū cū no
cturno tēpus cōfundit. Sic. siſibus tenebris &
hymbribus squalet. Vna. Septētrionalem in-
telligit nobis notā q̄q̄ & altera est in meridie.

Nam quinq; zonę tenēt cœlum: quarū media torrida est. Duæ extremæ glaciales. Intermediæ vero temperatę. Hyemes perpetuę. hymbres, & niues indeficientes: de quibus scribit Herodotus in Melpemone. Sterili frigore. quemadmodū calor est causa generandi, sic frigus sterilitatis. Medios ignes, torridam zonam per quam vagatur sol & quæ continet signa zodiaci. Nam huius zonæ frigiditas illius æstum temperat.

BEROALDVS.

¶ Iamq; polo pressæ. i. nubes cū implessent totum aera qui situs est inter cœlum & terram tandem pressę ab ipso æthere effuderunt pluuias. Nec seruant fulmina flammas. tāta erat vis hymbrium & pluuiæ: vt flammæ fulminum micantium extinguerentur. Complectitur aera gyro Arcus. Arcus cœlestis efficitur ex radio solis immisso cauę nubi: qui repulsa acie in solem refringitur: colorumq; varietas mixtura nubiū aeris igniūq; fit vt scribit Plynius. nonnisi aduerso sole fiunt nec vnq̄ nisi dimidia circuli forma. fiunt autem hyeme frequenter. Oceanumq; bibit. Arcus bibit vndas. Vnde apud Plautum loc⁹ est de anu multibiba. Bibit arcus hodie pluet. Et cœlo diffusum reddidit æquor. i. arcus aquas quas biberat ex oceano reddidit illas mari per pluuiam & nymbū. Pyrenęę fluxere niues, id est solutę sunt niues quæ fuerant in Pyreneis montibus. qui Hispanias separant a Gallijs. Fracto gelu, id est resoluta & fracta glacie. Tam largas alueus omnis. Omnia flumina tantā acceperunt aquarum abundantiam vt ripas superarent. Naufraga, quæ videbantur pati naufragium. Gurgite multo. i. impetu vndarum Labant, vacillant & nutant. Mersi, scilicet vndis. Sparsus populator. Vt dicit Cæsar, milites qui pabulatum longius progressi erant, interclusi Sicori & Cinga reuerti nō poterant. Et paulo infra ait. Qui erant pabulandi aut frumētandi causa progressi hos Lusitani consectabātur periti earum regionum. Iamq; comes semper. Fames quę est prima comes magnorū malorū cœpit premere exercitum Cæsaris. Nāq; ciuitates quæ ad Cæsaris amicitiā accesserāt frumentū supportare nō poterant neq; maximi cōmeat⁹ qui ex Italia Galliaq; veniebant in castra peruenire poterant: neq; frumenta in hybernis erant. Miles eget, scilicet Cæsarianus. Toto censu. i. patrimonio Exiguam Cererem, id est exiguum frumenti emere non poterant. Pro lucri pallida tabes. exclamatio est in auri cupidos qui vt aurum haberent frumentū vęndebant ipsi deinde fame morientes. Olim vænditum fuisse murē ducentis nūmis Casilinū obsidente Annibale, eūq; qui vęndiderat fame interijsse, empto rem vixisse tradit Plyni⁹. Latēt. s. sub vndis. Vna palus. i. illa aquarū tēpestas quæ paludi similis erat. Ac arcta ferarum depulit. Vis aq̄ disiecit lustra syluas & cubilia ferarū cū ipsis feris. Cōtorsit. i. īpetu rapuit equos. Et reppulit. ęstus fortior oceani. A est⁹. i. incremēta maris accedunt & reciprocāt: bisq; inter duos exortus lunæ affluūt: bisq; remeāt: vicenis quaternisq; sp horis: auctor Ply. Impet⁹ itaq; illi⁹

Vlla videt: sterili non quicq̄ frigore gignit:
Sed glacie medios signorum tēperat ignes.

¶ Iamq; polo pressę. Graphice & scite describit vim hymbrium ingruisse aere condensato in nubes. Ordo est. Iamq;. i. & iam partes aeris sup. pressę. i. cōstrictę & in minorem locū redactæ, densantur in largos hymbres. i. in nubes hymbriferas: & spissatę. i. iam spissiores effectę. fluunt. i. decidunt abunde non guttatim: nec fulmina seruāt flammas. i. coruscationes ac fulgura: quia q̄uis fulgura micent. i. appareant tremula: tamen moriuntur. i. extinguunt̄ nymbis, id est aquosis & vētosis nubibus. Et hinc. i. post largos hymbres, arquus. s. cœlestis Iris, vix cōplectitur. i. non totum cōplectitur aera: quia gyro. i. fornice imperfecto, id est incompleto: & vix variatus colorem. i. vix habens colorem variatum: & tñ dum sol viget mille trahit varios aduerso sole colores: vlla luce cum sol vix apparuerit: & bibit. i. attrahit, oceanū, id est aquas marinas, & pertulit. i. extulit vsq; ad nubila. i. regionē nubiū, fluctus raptos. i. bibitos & attractos, & reddidit æquor diffusum cœlo. i. aere. Et iam niues pyreneæ, id est Pyreneorum montium dirimentium Hispaniam a Gallia, quas titā. i. sol, hoc est calor solis, nunq̄ eualuit soluere. i. liquefacere: fluxere. i. liquefactę sunt ab hymbribus: & saxa. i. rupes illę saxosæ, madescunt pro madefiunt, gelu: quod illic fere perenne est: fracto vi hymbriū. Tunc vnda, id est fluctus fluuiorum, quæ exit e fontibus solitis: & non niuium liquefactione neq; per subitos hymbres creuit, nō habet vias. i. certū alueum nec certū cursum: tam. i. intantum largas. i. distantes a ripis, aquas accepit omnis alueus, id est fossa fluuiorum. Iam arma Cæsaris labant. i. procumbunt aut fluctuant, naufraga. i. in periculo mergendi, campis. i. per cāpos nunc aquis cooptos: aut campo. i. per cāpū: & flumina restagnāt. i. arcētur alto vallo ne intrent castra Cęsaris. Rapt⁹. i. auersiones pecoꝝ. s. vnde viuerēt, nō sup. erāt faciles Cæsarianis quia nō poterant per aquas exire: & sulci mersi non ferunt vlla pabula sup. equis & iumētis: & populator. i. ꝑdator miles sparsus in agris occultis. i. ignotis, aut ipse occultus, fallitur errore viarū tectarū. i. cooptarū aquis: & ita incidit sępe in foueas. Et iā fames semper prima comes magnoꝝ malorū. i. quæ magna mala prima sequi solet: aderat iam sæua. i. immaniter sæuiens: & miles a nullo hoste obsessus. i. q̄uis non esset obsessus ab hoste: tamen quia circūseptus aquis, eget. s. cōmeatu: & ipse non ꝑdigus, emit toto censu. i. tota pecunia quā habebat, cererem exiguam, id est modicum panis. quia pluris est vita q̄ census. Pro pallida tabes. i. infecta cupiditas lucri: non deest. i. adest vęnditor. s. panis ieiunus. i. famelicus & qui nihil gustaret, auro prolato. i. ostenso ab emptore: hoc est tanta auaritiæ infectio, vt sint qui vitā periculo exponant pro auro tam breui possidendo. Et iam tumuli & colles latent, id est absconsi sunt aquis vt in diluuio: & iam vna palus, id est facies paludis stagnantis, condidit. i. abscondit cuncta flumina: quia non internoscebantur riui aquarum: quia palus mersit, scilicet flumina vasta voragine, id est diluuio aquarū: & absorpsit penitus rupes: ac detulit, scilicet ad mare, tecta, id est domicilia ferarum, hoc est frondes & integumēta sub quibus latuerant, atq; hausit, id est absorpsit, ipsas. s. feras, & contorsit. i. circūuoluit vorticib⁹, id est gyris & circumuolutionibus aquarū, subitis, id est subito ortis: & ipsa palus aut fluxus eius fortior, id est impetuosior reppulit æstus oceani: nec nox subiecta polo, id est caligo diffusa per cœlum, sentit surgere Phœbum, id est solem, hoc est propter caliginem nubium non percipiebatur ortus solis. aut dicamus cum Sulpitio sic. Nec, id est & non, & nox, id est vmbra terræ, non subiecta polo, quia non erat super faciem terræ nostræ: quia non erat nox: & tamen nō sentit (vt bis ponatur non) Phœbū. i. solē, surgere. i. ascendere nam deformis facies. i. effigies cœli sine ornatu stellaꝝ, miscet. i. confundit, discrimina. i. differentias rerum: & tenebrę iūctæ

miscent sup. eas: vna (aut potius ima pars mundi. s. tam antar
ctica q̄ arctica: quia nix tenet alta duas) quā zona niualis. i. fri
gida & perpetuis niuibus horrēs: & ppetuę hyemes. i. tēpesta
tes. p̄munt, iacet sic. i. simili modo: quia non videt vlla sydera
cœlo: & non gignit quicq̄, frigore sterili. i. propter frigus ste
rile: sed tēperat medios ignes signo℞. i. torridę zonæ quę sub
zodiaco signorum circulo est, feruorem, glacie. i. frigore tāto
vt glaciem creet. aut medios ignes signorum. i. etiam in meri
die dum alibi feruent: tēperat illic glacie.

procellę repellebat ęst⁹ maris. Nec Phœbum
surgere sentit nox. Q ñ nox est sub cœlo tūc
oritur dies. Verū tanta erat nubiū crassitudo:
vt solem surgere & diē esse nō sentirēt cū illic
essent ppetuę tenebrę. Sic mundi pars ima ia
cet. Cōparat obscuritatē huius tēpestatis tene
bris illius partis mundi quæ æterno premitur
gelu: & perpetuis niuibus nubibusq̄ oppleta
est. Quinq̄ eñ sunt terrę partes quas vocant
zonas: vt scribit Plynius: quarū duę extremę
perpetua caligine & gelu æterno rigoreq̄ infesto p̄muntur: & illę sunt zonæ niuales. pręterea vltra Rhipheos
mōtes in nostra plaga pars mundi est dānata a natura rerum & densa mersa caligine assiduo niuis casu p innа
rum similitudine Pterophoros appellata regio: vt Herodotus & Plynius narrant.

Sic o summe pater mundi: sic sorte secunda
Aequorei rector facias Neptune tridentis.
Et tu perpetuis impendas aera nymbis:
Tu remeare vetes quoscūq̄ emiseris ęstus.
Nō habeāt amnes decliuē ad littora cursum:
Sed pelagi referātur aquis: concussaq̄ tellus
Laxet iter fluuiis: hos cāpos rhenus inundet:
Hos Rhodan⁹: vastos obliquēt flumia fōtes.
Rhipheas huc solue niues: huc stagna lacusq̄
Et pigras: vbicunq̄ iacent: effunde paludes:
Et miseras bellis ciuilibus eripe terras.
Sed paruo fortuna viri contenta pauore
Plena redit: solitoq̄ magis fauere secundi
Et veniam meruere dei. iam rarior aer
Et par Phœbus aquis dēsas in vellera nubes
Sparserat: & noctes ventura luce rubebant:
Seruatoq̄ loco rerum discessit ab astris
Humor: & ima petit quicq̄d pēdebat aqua℞.
Tollere sylua comas: stagnis emergere colles
Incipiunt: visoq̄ die durescere valles.
Vtq̄ habuit ripas Sicoris camposq̄ reliquit:
Primū cana salix madefacto vimine paruam
Texitur in puppim: cęsoq̄ induta iuuenco
Vectoris patiēs tumidū supemicat amnem.
Sic Venetus stagnāte Pado: fusoq̄ Britānus
Nauigat oceano: sic quū tenet omnia Nilus
Conseritur bibula mēphitis cymba papyro.
His ratibus traiecta manus festinat vtrinq̄
Succisum curuare nemus: fluuiiq̄ ferocis

SVLPI.

℄ Sic o. Apostrophe ad Iouem & Neptunū
vt orbem diluuio mergant. Secūda parte. Pri
ma eñ sors in mundi diuisione fuit Iouis: se
cunda Neptuni: tertia Plutonis: quarta Iuno
nis. Tridentis ęquorei. i. qui fuscinā sustines.
Neptunus eñ tricuspide tridenti vtitur. Iup
piter sceptro. Pluto Cerbero. Mercurius cadu
ceo. Mars hasta. Saturnus falce. Amor faci
bus. Et tu. o Iuppiter concede perpetuas plu
uias. Tu. o Neptune prohibe ne fluctus reuer
tant in mare sed terrā mergāt. Oēs eñ vndę q̄
in terrā veniūt in ęquor postea redeūt. Nō ha
beant: diuersis modis diluuiū imp̄cat. Nō ha
beant. cursum, non effluant in mare. Referan
tur, repellantur. Cōcussa, cōmota. Laxet iter,
aperiat venas fontiū vt scaturiāt latius. Rhe
nus & Rhodanus, Galliæ & Germanię fluuij.
Obliquent, obliquos habeant, & per totā lon
gitudinem alueis transuersis emittant. Rhi
pheas, Hypboreas & Scythicas. Huc, ad Iler
dam. Eripe, libera submergendo Cęsarē cum
exercitu. Sed paruo. Cū magnis difficultati
bus & periculis Cæsar agitaretur: & vbiq̄ fa
ma increbuisset debellatum iam esse: fortuna
Cæsarē metuens, nec vlterius audens in eum
magno post hęc ipsum fauore est prosecuta.
Plena, fauens. Meruere veniam. visi eñ sunt
p̄senti bñficio p̄teritā culpā diluisse. & est iro
nia q̄ metuerint offendere Cæsarē fauerintq̄
impio. Iā rarior, iā serenare incipit. Par Phœ
bus aquis, vehemens & cōtinuus sol vt fue
rāt hymbres. In vellera, in velleris similitudi
nem: non eñ erant densę nigrę & hymbribus
plenę, sed rarę & cādidę. Rubebāt. apparebat
eñ aurora & nox a die discernebatur. Serua
toq̄ loco rerū: seruato ordine elementorū vt
vnūquodq̄ suā in sedē rediret. Humor, aqua
Pendebat, suspēsū erat in nubib⁹. Petit ima,
defluit. Emergere, apparere. Quæ q̄ emergere
p̄prie est ab imo ad summū existere & enata
re. Die, sole ipso. Vtq̄ habuit ripas Sicoris. id
est postq̄ in alueū redit. Cū dies plures aquæ
p̄manerēt: & res Cęsaris in angustijs esset nec
pontes perfici possent: imperat militibus Cæ
sar vt naues faciant, cui⁹ generis eū superiori
bus annis vsus Britānię docuerat. Carinę pri
mū stramīe & leui materia fiebāt: reliquū cor
pus nauiū viminib⁹ cōtextū corijs integeba
tur. has p̄fectas carris iunctis deuehit noctu
milia passuū a castris vigintiduo. Milites his
nauibusq̄ flumen transportat, cōtinentemq̄
ripę collē improuiso occupat: pontem biduo
perficit. Salix cana, vimina salicis purgata.
Texitur, cōponit̄. Cęso iuuenco, corio bouis:

Insignia deorum.

Incrementa timēs:non primis robora ripis
Imposuit:medios pontem distendit in agros.

Vector. synecdoche. Vectoris, qui veheretur. Vector qui vehit & vehitur vt portitor dicitur. Venetus. Vene tus. Veneti vt Solinus ait ab Enetis Paphlagonię populis traxere originem. Stagnante, effundente se in stagni similitudinem. Fuso, sparso & inundante. Tenet oīa, occupat & irrigat oēs Aegypti campos. Memphitis Aegy Mēphis. ptiaca. Mēphis eīn vrbs est in Aegypto condita ab Ogdoo. vt tradit Diodorus. Conseritur: cōstruitur. Papyro bibula, hęrba palustri & arenosa: transtulitq; in hęrbā id qđ erat arenæ. Traiecta manus, transportatus exercitus Festinat. Traiecto Cæsar exercitu firmissimū pontem struere cœpit. Vtrinq; ab vtraq; ripa Curuare, in arcum struere ligna excisa. Incrementa, augmenta. Robora, trabes. Primis, fluuio vicinis.

BERO. ¶ Sic forte secūda. Iuppiter Neptun⁹ & Pluto fratres imperium mundi inter se sorte diuiserunt: vt Homerus & Plato tradunt. Prima sorte cœlum Ioui obtigit: secunda Neptuno regnū aquarū: tertia Plutoni imperium terrę. Tridentis. Tridens est sceptrū: alio noīe dicit Fuscina. tridēte vtitur Neptun⁹. Et tu. s. Iuppiter. Tu. s. Neptune. Remeare, reciprocare. Sed pelagi referantur aquis. i. impetus ęstus marini repellat aquas fluuiorū vt oīa iundēt. Cōcussaq; tellus. vel terrę motu vel violentia Neptuni. Laxat, patefaciat. Hos cāpos. s. Hispanię in quibus castra habet Cæsar. Vastos obliquent flumina fontes. i. oīa flumina torqant cursum suū in Hispaniā ad hos campos mergendos. Rhipheas huc solue niues. Rhiphei mōtes sunt in extremis septētrionis partibus vltra quos, vt ait Plyni⁹, ꝑpetua caligine & ęternis niuibus cūcta premuntur. Dicūtur Rhiphei a perpetuo ventoꝝ flatu vt interpretat Seruius. Huc, in hos cāpos Hispaniæ. Sed paruo fortūa viri. Fortuna cōtēta paruū pauorē Cęsari iniecisse rediīt ad eū fauore plenissimo & dīj magis fauentes Cæsari q̄ antea meruerunt impetrare veniā a Cęsare: quē fluctibus & vndis pene oppresserant. Rarior aer Aer dr̄ esse rarior & purgatior recedētibus nubibus q̄ illū reddunt crassiorē. Et par Phœb⁹ aquis. i. radīj solis & calor erāt pares aquis, q a iam habere incipiebant vires discussa tēpestate. Et sparserāt nubes in vellera. hoc fit quādo nubes incipiunt rarescere & videntur spargi in lanā. Vergili⁹. Tenuia nec lanę per cœlum vellera ferri. Seruatoq; loco rerum. Quę grauia sunt & ponderosa petunt ima naturaliter humor ergo & aquę quæ prius in aëre pendebant seruato loco & natura rerum descēderūt ad terrā vtpote corpora grauiora. Ima. i. partes inferiores. Tollere sylua comas. Syluæ q̄ prius latuerant sub vndis illis decrescentibus cœperūt attollere comas, hoc est frōdes. Durescere valles. vis aquaꝝ valles & agros emollierat: nūc radijs solaribus & calore incipiunt durescere. Primum cana salix. Cæsar vt ipse refert in cōmentarijs ad Sicorim transuehendum militibus imperat vt naues faciant more Britannico. Carinę primum stramine & leui materia fiebant reliquum corpus nauium viminibus contextum corijs tegebatur. hoc nūc expssit Lucan⁹ dicēs, Salicē canā. i. albe-

¶ Sic o summe &c. In belli ciuilis detestationē: & in odiū Cæsaris qui eius caput erat per apostrophen ꝑcatur Iouē aeris dominū & Neptunum maris (vt Ethnici sentiebāt) moderatorē vt aquas non sinant imminui, immo curēt augēdas ne sit Cæsari potestas cōserendarū cū hoste manuum: verūtamen aliter multo euenisse dolenter ꝑsequitur. Est aūt ordo. Sic (quæ particula est precantibus aptissima: vt apud Horatiū. Sic te diua potens cypri &c. Et apud Maronem. Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos Doris amara suam nō intermisceat vndā) Sic igitur, O summe pater mūdi. i. supreme Iuppiter: sic o Neptune rector tridentis. i. fuscinę tris dētes habētis ad triplicem eius potestatem significādā: sicut pręter sceptrum datur Ioui fulmen trisulcum: & Plutoni Cerberus. tridētis inquā, æquorei. i. marini, sorte secunda. i. per sortē secundā: nā prima sorte Iuppiter cœlū obtinuit: & per sortē diuisa esse regna innuit & Maronianus Neptun⁹ dicēs. Nō illi imperiū pelagi sęuūq; tridentē: sed mihi sorte datum. & tu o summe pater, impendas. i. impertias nymbis perpetuis, id est perpetuādis, hoc est vt sint perpetui, aera. i. conuertas potius totū aerē in nubes aquosas q̄ sinas aquas imminui: & tu o Neptune, vetes. i. ꝓhibeas æst⁹ . i. ingentes fluctus maris, quoscūq; emiseris. s. e mari: quia oīa flumina nascuntur e mari: & reuertuntur in mare: & mare nō redundat: vetes inquā remeare. i. reuerti in mare. Nascuntur aūt e mari per exhalationē & attractionē solis: & ꝑ subterraneos fōtes: sed e montibus habent ortū secundū: nā aquę & niues mōtium prius e mari missæ sunt. Amnes nō habeant cursum decliuem. i. deorsum tendentē, ad. i. iuxta aut secundum littora: sed referantur. i. repellātur retrorsum aquis. i. ab aquis pelagi: & tellus cōcussa. i. cōmota tridente, vt in diluuio fuit secūdum Ouidiū, laxet. i. aperiat, fluuijs iter vt maneāt in terris. Rhen⁹ flu. inter Germaniā & Galliā inundet. i. vndis obruat, hos cāpos scilicet vicinos. Rhodanus flu. in Gallia Lugdunensi, inundet hos, id est vicinos campos, & flumina obliquēt. i. in obliquum trahant & non scđm ripas fontes vastos. i. late diffusos. Solue huc. i. solutas conuerte huc. i. ad hunc de quo loquor locū videlicet ad Sicoris vndas, niues Rhipheas. i. in Rhiphęis mōtibus sparsas: effunde huc stagna & lacus, & paludes pigras. i. stagnantes, vbicūq;. i. in quacunq; parte mundi iacent: & eripe bellis ciuilibus miseras terras. q. d. non precor hoc in odiū terrarū: sed vt maiore malo leuentur. Sed. q. d. multo aliter euenit: nā fortuna cōtenta paruo pauore viri. s. Cęsaris, qui timuerat exercitū inedia periturū aut vix saluū euasurū, redit plena. i. cū integro fauore: & dei secundi. i. fauorabiles & auxiliares, fauere. i. fauerūt sup. Cęsari, magis. i. validius solito. i. q̄ solebant, & meruere veniā. s. de pauore incusso. Iam. i. paulo post, aer sup. fit rarior q̄ prius: hoc est sine nubib⁹: & Phœbus . i. apparitio solis, par. i. æqualis, aquis: hoc est vt maximę fuerant aquæ: ita maxima apparitio solis: & sparserat in vellera. i. tenues nubeculas, aut in lanuginē telis araneaꝝ similē quæ in magna serenitate volitat, nubes densas. s. prius, & noctes rubebant luce vētura, quod & serenitatis indiciū est: & humor. i. aqua discessit ab astris. i. a fūmo aere: & hoc loco rerū seruato . i. vt seruetur naturalis locus elementorum: qui aquę sub aere est: & quicquid aquarū pendebat in aere, petit ima. i. defluit, aut deducitur ad mare non in terras. Sylua incipit tollere, id est extollere, comas, id est frondes suas: & colles incipiunt emergere. i. eminere stagnis. i. vbi prius fuerant stagna: & valles incipiūt durescere, id est fieri durę, die. i. sole viso. s. per irradiationem. Et vt, id est postq̄, Sicoris fluuius qui vtrūq; exercitum dirimebat, habuit ripas intra quas se continuit: & reliquit campos: salix cana, id est altrinsecus albicans aut decorticata, texitur primum in puppim paruam. i. in nauiculam, vimine madefacto. s. ab inundatione: & induta. i. cooperta, iuuenco cęso

.i. corio bouis cæsi, patiēs vectoris. i. qui in ea veheretur, enatat super amnē. s. Sicorim tumidū. s. adhuc (Alij legūt superemicat. s. natando). Venet⁹ sup. populus, nauigat sic. i. in tali scapha, pado stagnāte. i. per cāpos diffuso: & Britān⁹ nauigat sic oceano fuso per insulā suā, & cymba. i. nauicula, mēphitis. i. Mēphitica, cōseritur sic papyro bibula. i. ex canna nilotica tantæ magnitudinis vt ex singulis internodijs fiant scaphæ: quum. i. quando, nilus tenet omnia. s. arua vicina. Manus. i. multitudo armatorum, traiecta his. i. huiusmodi ratibus. i. scaphis corio tectis, festinat curuare. s. in vsum pōtis, nemus succisum. i. arbores succisas, vtrinq;. i. ab vtraq; parte Sicoris: & timens incrementa fluuij. s. Sycoris ferocis. i. indomiti quando excrescit, non imposuit robora. i. stipites robustos ad sustinenda ligna transuersa, primis. i. pristinis ripis, sed distēdit pōtem in. i. vsq; ad medios agros.

scētē textā fuisse in nauē. Salicis plura sūt genera. quędā sunt ꝑtenues viminibus texendis spectabili subtilitate: vt inquit Plynius. Candida salix vtilis ē agricolarū vsib⁹. est & nigra & purpurea. Cęsoq; inducta iuuenco. i. intecta corio taurino. Emicat. i. salit. Amnē. s. Sicori. Sic Venetus stagnāte Pado. Tales inquit naues parant Veneti: quando Padus inundat. eas ēm integunt corijs. Venetia regio est decima Italię. vt scribit Plynius. Fusoq; Britānus. Nauigat oceano. Dicit Plyni⁹ in oceano Britānico naues fieri vtiles corio circūsutas. Cōseritur bibulā mēphitis cymba papyro. In Nilo fiunt cymbæ, hoc est nauiculę ex papyro & scirpo & arūdine. auctor Plynius. Cymba ergo mēphitis. i. nauis Aegyptiaca a Mēphi ciuitate Aegypti. Bibula, humorē bibēte. Papyro. Papyrū nascit in palustrib⁹ Aegypti & aquis Nili brachiali crassitudine: ex ipso nauigia texūt & e libro vela tegetesq; ac vestē & funes vt meminit Plyni⁹. Succisū curuare nemus. i. arbores Cæsar sinuare in arcus ad faciēdū pontē in Sicori. vt ēm scribit Cæsar pōtē institutū ab vtraq; parte biduo perfecit. In medios agros. i. longe a ripa inchoauit pontē ne facile interrumpi posset.

Ac ne quid Sicoris repetitis audeat vndis
Spargitur in sulcos: & scisso gurgite riuis
Dat pœnas maioris aquę. Postq̄ omnia fatis
Cæsaris ire videt: celsam Petreius Ilerdam
Deserit: & noti diffisus viribus orbis:
Indomitos q̄rit populos: & semper in arma
Martis amore feros: & tendit in vltima mūdi.
Nudatos Cæsar colles desertaq; castra
Cōspiciēs: capere arma iubet: nec q̄rere pōtē
Nec vada: sed duris fluuiū superare lacertis.
Paretur: rapuitq; ruens in prelia miles
Qđ fugiens timuisset iter: mox vda receptis
Mēbra fouēt armis: gelidosq; a gurgite cursu
Restituunt artus: donec decresceret vmbra
In mediū surgente die. iamq; agmina summa
Carpit eques: dubiiq; fugę pugnęq; tenentur.
Attollunt campo geminę iuga saxea rupes
Valle caua media: tellus hinc ardua celsos
Continuat colles: tutę quos inter opaco
Anfractu latuere vię: quibus hoste potito
Faucibus emitti terrarum in deuia Martem
Inq; feras gentes Cæsar videt. Ite sine vllo
Ordine ait: raptumq; fuga cōuertite bellum.
Et faciem pugnę vultusq; inferte minaces:
Nec liceat pauidis ignaua occūbere morte:
Excipiant recto fugientes pectore ferrum.

SVLPI.

Ne quid audeat, ne nocere in aliquo possit. Spargitur in sulcos. cœpit ēm Cęsar fossas latas facere causa attenuādi fluminis & reddēdi vadosum: Cyr⁹ amisso nobili equo in Gāge fluuio, eū fertur pene in riuū attenuasse, cū in cccclx. alueos diuisisset. Riuis, in riuos. Dat pœnas: punitur ꝙ pauloāte adeo excreuerit. Postq̄ oia. Peractis pene fossis magnū i timorē Afrani⁹ Petreiusq; ꝓueniūt ne oino frumēto pabuloq; intercluderent̄ ꝙ multum Cęsar equitatu valebat: itaq; cōstituūt ipsi locis excedere & in Celtiberiā bellū trāsferre. Sed Cęsar eos acriter ꝑsecut⁹ castra castris opposuit. Orbis noti, regiōis in qua erat. Indomitos, a Cęsare. Tēdit, iter dirigit. In vltima mūdi: in vlteriorē Hispaniā. Nudatos: absq; tētorijs & militib⁹ qui tertia vigilia abscesserāt. Vada, loca non ꝓfunda. Supare, in alterā ripā enatare. Paretur, a cūctis. Rapuitq; ru. ei se piculo persequēdi hostis causa exposuit qđ fugiēs metuisset. Mox vda. Ex fluminis traiectione vdi receptis armis corpora recreauerūt: & frigus ex flumine cōceptū cursu in meridiē vsq; continuato discusserūt. Die surgēte, sole attollēte se in mediū cœli. Iamq; agmina sūma. Traducto incolumi exercitu Cęsar copias īstruit triplicēq; aciē ducere incipit: ac tātū fuit i militib⁹ studiū vt miliū sex ad iter addito ad vadū circuitu magna fluminis mora īterposita eos qui de tertia vigilia exissent ante horā diei nonā cōsequerent̄. Carpit agmina sūma lacessit in pugnā extremū Afranij exercitum. Dubijq; incertiq; erant an pugnarent an fugerent. Attollunt. locus quo iam ꝓuentū erat describitur. Geminę rupes, duo mōtes. Media, inter rupes. Tellus hinc ardua. Suberāt castris mōtes: vt inquit Cæsar: atq; a milibus passuum quinq; itinera difficilia atq; angusta excipiebant: hos montes intra se recipiebant vt equitatum Cæsaris effugerent: pręsidijsq; in angustijs collocatis exercitū itinere ꝓhiberent: ipsi sine periculo ac timore Iberū copias traducerent. Posuit itaq; castra in colle proximo Cæsar & postridie per loca aspera hosti a dextra occurrit: quod videns Afranius ad Iberū cōtendit. res erat in celeritate posita: confecit prior iter Cæsar & contra hostem aciē instruxit

Afranius in colle quodã cõstitit:cũq; misisset quatuor cetratorum cohortes ad alium occupãdũ,cæsæ sunt illę a Cæsaris equitatu perterritusq; exercitus:tantaq; victoriæ spes orta Cęsari,vt sine pugna & vulnere videretur confecturus.Hinc,ab eo loco vltra. Aufractu,flexu & reuolutiõe.Quib⁹ faucib⁹, angustis itineribus. Sũt enĩ fauces exitus & itinera inter mõtes angusta & peruia. Hoste, Afranianis. Potito,si in potestatem habeant. In deuia terrarum:in remotas terras. Ite sine vllo. Cohortatio Cæsaris ad suos. Raptũ bellum, ereptũ exercitum. Faciem,apparentiam & imaginẽ. Pauidis, fugientib⁹. Ignaua morte, vt fugiẽdo pereant acceptis in tergo vulneribus. Excipiant pectore:occurendo eis a fronte. Pręuenit hostem, Afranianos.

Fauces.

BEROALDVS.

¶ Spargitur in sulcos. tangit historiã. Nã Cęsar fossas pedũ triginta in latitudinem cõplures facere instituit: quibus parte aliqua Sicorim auerteret, vadũq; in eo flumine efficeret. Dat pœnas, id est Sicoris deriuatus in multos alueos punitur ꝙ aquam nimio impetu prius emiserat. Celsam Petreius Ilerdã. Afranius & Petreius timentes ne a Cæsare frumento pabuloq; intercluderentur constituunt excedere & in Celtiberiam bellum transferre. Indomitos quęrit populos.s. Celtiberos bellicosissimos: vt scribit Strabo. Nudatos, ab exercitu.s. Petreij & Afranij. Nec quęrere pontem quia celeriter erat transeũdum. Nec vada sed duris fluuium superare lacertis. Cæsar Sicorim traduxit exercitum, qua traductus erat equitatus:pauci ex his militibus in flumine abrepti ab equitatu excipiuntur ac subleuantur:interit tamen nemo vt auctor est ipse Cæsar. Quod fugiens timuisset iter. Milites Cæsariani fecerunt iter, quod timuissent fugiendo hostem. Gelidosq; a gurgite cursu restituunt artus. Cęsar in campis exercitũ refecit:ne defessum pręlio obijciat:& sic restituũt.i. reficiunt mẽbra & vires. Donec decresceret vmbra.i. vsq; ad meridiẽ quo tpe vmbrę sunt breuiores. Iãq; agmina sũma carpit equis.i. equitatus Cęsaris nouissimũ agmẽ hostiũ fugientiũ ꝑlio ꝑmit: qđ testat̃ Cęsar. Attollũt cãpo gemini iuga saxea rupes. Suberant montes, atq; a milibus passuũ quinq; itinera difficilia & angusta excipiebant & qui prior has angustias occupasset ab hoc hostẽ prohiberi nihil esse negotij exploratũ est. hoc nũc notat Lucanus. Opaco anfractu.i. obscuro & vmbroso angustiarum circuitu & cõfragoso loco. Quibus faucib⁹.i. angustijs. Terrarum i deuia, in loca inaccessa & aspera. Inq; feras.i. i celtiberos gẽtes. Ignaua occũbere morte.i. fugiẽdo: eorũ enĩ qui fugiũt mors ignaua est: vtpote q a tergo feriuntur. Recto pectore. Pręuertite inquit Cęsar, o milites hostes nostros vt illi a fuga interclusi cõsistere cogantur: aduersisq; pectoribus dimicare. Ad montes tendentem pręuenit hostem. Erat in celeritate omne positum certamen vtri prius angustias montesq; occuparent. Confecit prior iter Cæsar atq; ex magnis rupibus nactus planitiem in hac vt ipse refert contra hostem instruxit aciem.

Dixit:& ad mõtẽ tendentẽ pręuenit hostem.

¶ At ne quid Sicoris. Et diligẽtiã vbi tẽp⁹ dabat & festinationem Cęsaris vbi ea opus erat vbiq; describẽs, docet vt Cæsar cursum sicoris veritus ne rursus excresceret in cõplures riuos & alueolos diduxit:sed paulo post percepta fuga hostis, ĩpulit exercitũ tranare sicorim,& postea armatum hostẽ insequi. Vnde Ordo est. At Sicoris fluuius qui paulo ante tm̃ excreuerat,ne audeat quid.i. aliquid sup. in perniciẽ Cęsarianorum, spargitur.i. diducitur,in sulcos.i. fossas,& gurgite scisso riuis.i. in riuos dat pœnas.i. luit culpam, maioris aquæ.i. ꝙ tantũ excreuerat. Alludere videtur ad Xerxis factum qui barbaro ritu mare flagellis cecidit. Postq̃ Petreius ductor exercitus Põpeiani, videt oĩa ire.i. procedere, fatis.i. ad voluntatem deorum: qui Cæsari fauebant: vnde addit, Cęsaris: ipse deserit Ilerdam vrbem illam celsam,id est in alto sitam: & diffisus viribus orbis.i. climatis, noti.s. Cæsari: quærit populos indomitos.s. a Cæsare.i. ad quos Cæsar nondũ peruenerat: & petit populos feros in arma,amore Martis.i. belli:& tendit in vltima mundi.i. in vltimas Hispaniæ partes vbi fines terræ sunt. Cęsar cõspiciens.s. postridie orta luce, colles nudatos.i. vacuatos esse tentorijs & militibus Põpeianis, & conspiciens castra.i. aggeres & loca castrorũ esse deserta a Petreio & exercitu ei⁹, iubet sup. militi suo cape arma, nec q̃rere põtẽ.s. pauloante extructũ: nec q̃rere vada.i. loca nõ ꝓfunda per q̃ vadere liceat: sed supare.i.i. tranare flu.s. Sicorim: lacertis duris.i. robustis & contra vim aquarum valentibus. Paretur.s. iussis Cęsaris, ab vniuerso exercitu:& miles ruens.i. præcipitanter currens in prælia, rapuit iter.s. per medium gurgitis, quod iter timuisset.i. timere debuisset: aut reuera timuisset, fugiens: quia audentior & pręcipitantior erat in persequendo, q̃ fuisset in fugiẽdo. Mox, id est paulo post vbi tranauerant, ipsi fouent membra vda, id est madefacta, non mollibus indumentis aut igni: sed armis receptis e traiectu flu.& restituunt, scilicet pristinis viribus, & calori naturali, artus gelidos, id est frigentes, a gurgite, id est propter frigiditatem aquæ: restituunt dico cursu, id est currendo a prima luce, donec vmbra decresceret, id est inciperet minui, die surgente in medium, scilicet sui, id est donec esset meridies. Et iam eques, scilicet Cæsarianus, carpit.i. lacessit & prouocat ad pugnam, carpendo, id est singulos vexando, summa, id est extrema agmina exercitus Petreiani: & sup. illi qui erant in extremo agmine, tenentur dubij fugæ & pugnæ, id est incerti an fugerent an pugnarent. Deinde describens loca ad quæ peruenerũt. Geminę.i. duę pares rupes, attollunt.i. erigunt, cãpo.i. supra cãpum iuga saxea.i. partes suas sub vertice saxosas: & hoc valle caua existente media: quia in medio rupium est conuallis. Tellus, id est terra, ardua, cõtinuat hinc, id est ab hac valle, colles celsos: inter quos colles, viæ tutæ, scilicet ab effectu.i. per quas euntes tuti erant latuere.i. latuerunt: anfractu.i. flexu & circuitu, opaco.i. vmbroso: quib⁹ faucibus.i. angustis inter colles vijs, hoste potito, id est si hostis esset potit⁹, Cæsar videt, id est consyderat, Martem.i. belli potestatẽ emitti in deuia terrarum, id est in terras a via remotas aut inaccessibiles, & in gentes feras.i. efferas.i. Cæsar cognouit si illum anfractum ingredi potuissent hostes: eos non posse pręuerti donec ad efferas gentes peruenissent: quocirca ait ad suos: ite sine vllo ordine:& conuertite, scilicet in potestatem vestrã, bellum raptum.i. præreptum vobis fuga scilicet Afranij & Petreij: inferte faciem pugnæ non velitationis, & vultus minaces vt cogatur hostis stare: nec liceat pauidis, id est præ timore fugientibus, occumbere, id est oppetere terram, morte ignaua, id est qua pereant ignaui vulnerati in tergo dum fugiunt, hoc est pręuertite eos & cogite eos aduersam ostentare faciem. Ipsi fugientes excipiant a vobis ferrum, id est telum vestrum, pectore recto, id est aduerso. Dixit, scilicet Cæsar: & pręuenit scilicet militum acceleratiõe, hostem tendentem ad montes:& ita præuenit eum priusq̃ fauces illas ingredi posset.

Illic exiguo paulum distantia vallo
Castra locant. Postq̄ spatio languentia nullo
Mutua conspicuos habuerunt lumina vultus:
Et fratres natosq; suos videre patresq;:
Deprensum est ciuile nefas: tenuere parumper
Ora metu: tantū nutu motoq; salutant
Ense suos: mox vt stimulis maioribus ardens
Rupit amor leges: audet transcēdere vallum
Miles: in amplexus effusas tendere palmas.
Hospitis ille ciet nomē: vocat ille propinquū
Admonet hunc studiis cōsors puerilibꝰ ætas.
Nec Romanus erat qui nō agnouerat hostē.
Arma rigāt lachrymis: singultibꝰ oscula rūpūt.
Et quis nullo maculatus sanguine miles:
Quæ potuit fecisse timet: q̄d pectora pulsas?
Quis vesane gemis? fletꝰ quid fundis inanes?
Nec te sponte tua sceleri parere fateris?
Vsque adeo ne times quē tu facis ipse timēdū?
Classica dant bellum: sæuos tu neglige cātus.
Signa ferunt: cessa. iamiam ciuilis erinnys
Concidet: & Cæsar generū priuatus amabit.
Nunc ades ęterno cōplectens omnia nexu
O rerum mistiq; salus concordia mundi:
Et sacer orbis amor: magnū nūc sęcula nostra
Venturi discrimen habent: periere latebrę
Tot scelerum: populo venia est erepta nocēti.
Agnouere suos: pro numine fata sinistro
Exigua requie tantas augentia clades
Pax erat: & miles castris permistus vtrisq;
Errabat: duro concordes cespite mensas
Instituunt: & permisto libamina baccho
Graminei luxere foci: iunctoq; cubili
Extrahit insomnes bellorum fabula noctes.

¶ Illic exiguo. Recitat quo pacto ex mutuo conspectu subsecuta sit salutatio saltem per signa: & ex salutatione fiducia cōgrediendi: & ex cōgressu cōcordia & pax: quā Petreius paulo post in damnū suum disturbabit. Ordo est. Ambo exercitus cū Petreiani ꝓdire vetarent, locāt illic. i. in proximo loco iuxta montē, castra. s. sua, exiguo vallo. s. munita distantia paulū. i. modicū. Postq̄ mutua lumina. i. cōspectus & acies oculorū,

¶ Illic, in illo loco ꝓximo. Postq̄ spatio. Dū Petreius & Afraniꝰ vallum a castris ad aquā ducūt: & longius progrediunt milites: colloquiorum facultatē habentes ꝓcedūt & notos municipesq; in castris quisq; conquirit & vocat: primumq; agunt gratias oēs omnibꝰ ꝙ sibi perterritis pridie pepercissent: eorum se beneficio viuere: deinde Imperatoris fidem quærūt recte ne se illi cōmissuri: & ꝙ non initio fecerint cōquerunt. his prouocati sermonibus fidē ab Imperatore de Petreij & Afranij vita petunt: neu in se scelus cōcepisse: neu suos perdidisse videant. Quibus confirmati rebus se statim signa trāslaturos cōfirmāt. Legatosq; ad Cæsarem mittūt. Alij suos in castra adducūt: alij a suis adducunt: adeo vt vna castra iam facta viderentur. Postq̄ spatio. vbi ex vicinitate se agnouerunt. Deprēsum, intellectū & agnitum. Tenuere ora, taciti aspiciebāt. Nutu, inclinatiōe capitis & manus exporrectione. Ardens maio. sti. vehementior. Rupit leges, fregit belli cōsuetudinem: hostes enim in castris hostium non versantur. Ille, aliquis. Hunc, amicum a pueritia cognitum. Admōet, memorem reddit. Nec Romanus. omnes em̄ Romani se agnoscebāt. Arma rigāt, præ lętitia tristitiaq; lachrymabantur & singultiebant. Timet quæ potuit fecisse: horret cædē amici, fratris, filij, patris quā facere potuisset. Quid pectora. Milites dolentes arguit: ꝙ ipi darēt sibi belli causam cum finē bello possent imponere si Cęsari non parerent. Pulsas, percutis vt est dolentiū mos. Sceleri, bello ciuili. Esse timēdū: potentem. Classica dant bellū. Distributio ē cū contrario. Tubæ inquit dato signo ad pugnā te incitant: tu loco non te amoueas. Ferunt, signiferi. Signa, aquilas & reliqua militaria. Cessa, noli comitari. Erinnys, furor & seditio. Erinnys furia dicitur habetq; in plurali erinnes. sunt tñ qui subtrahāt n cū y. Priuatꝰ sine imperio & desertus a militibꝰ. Nūc ades: inuocatio numinis vt inter hos nexa concordia amoueat tātam reip. calamitatē. Agitq; physice: qm̄ mentē siue verbū siue amorem siue spiritū inuocat quo oīa cōtinent vt libro sexto Vergilius docet. Principio cælū ac terras &c. Et in secūdo de natura deorū Cicero ait. Vno spū oīa contineri: hic em̄ elemēta & res oīs connectit. O salus rerum, o deꝰ. Mūdi misti: coniunctorū elemētorū. Nexu, vinculo ac pace. Sunt em̄ elemēta certo fœdere & naturæ concordia iuncta. Terra em̄ ꝓpter frigiditatem aquę coniūgit. Aqua aeri propter humiditatem. Aer igni ꝓpter caliditatē in reliquis aūt naturæ qualitatibꝰ cōtraria sūt Sacer amor, īuiolabilis charitas sine qua nec mundus nec minimę eiꝰ partes stare possunt Amicitia em̄ vt Cic. ī libello de Amicitia docet oīa cōtinent. Nūc ades, adsis & faueas. Discrimē vēturi: ꝑiculū instantiū malorū. Periere latebræ: iam se impietatis excusare nō possunt quia viderūt se contra necessarios arma ferre. ꝑ latebras ergo mutuā personaꝝ ignorationem intelligit. Est erepta. sciūt em̄ se cōtra charissimos militare: quod cū prius ignorarent poterant vt non impij videri venia di

SVLPI.

Erinnys.

gni. Pro fata. deos incusat ꝙ tantã stragẽ ex concordię initio emanare permiserint. Sinistro numine, iniusto & aduerso impio & potestate. Instituunt mensas, ordinant toros super quibus discumbant. Libamina. pitissatiunculas & gustatiunculas. Permisto. nam ex castris in altera castra vectũ miscebant. Graminei, herbosi. Luxere, splenduere igne qui lucebat in focis. Fabula, confabulatio gestorũ in bello. Extrahit, protrahit & expellit: nã studio confabulandi noctem peruigilabat.

PHI. BEROALDVS.

¶ Illic exiguo paulum distãtia vallo. Cæsar vt ipse refert ꝙ proxime potest hostiũ castris castra communit: & cum Petreius & Afrani⁹ longius a castris progressi forent, eorũ discessu liberam nacti milites facultatẽ colloquiorum vulgo procedũt: & quẽ quisq̃ in castris Cęsarianis notum habebat cõquirit atq̃ vocat Imperatoris fidem: quęrunt recte ne se illi sint cõmissuri: & ꝙ arma cum hominibus necessarijs & consanguineis contulerant, cõquerunt. hancrem nũc narrat Lucanus. Spatio lãguẽtia nullo. Res quæ ab oculis nostris est paulo remotior non clare discerni potest: & sic oculi nostri efficiunt lãguẽtes. Sed nũc cum castra inter se essent ꝓxima: lumina militum non erant languentia. Verum visu cõspicuo vtebantur. Deprensum est ciuile nefas. Cum fratres patres & filij se inuicẽ tuerẽtur in diuersis castris, tunc cognouerunt bella ciuilia esse nefanda & scelerata. Rupit amor leges. Leges sunt militares & Castrẽses quibus milites tenẽtur aduersarios tanq̃ hostes & infensos odisse & insectari. tamẽ amor affinitatis rupit has leges, qm̃ cœperũt in aliena castra transire: & quẽ quisq̃ notum habebat conquirere. Vallum. s. castrorum. Ille ciet i. aliquis vocat hospitem nomine ꝓprio. Ciet eñ significat vocat & mouet. Vergilius. Bella cient. Cit quoq̃ apud Plynium frequentissime legitur quod significat commouet & cõcitat. Studijs consors puerilibus ętas. Alius admonebatur ei⁹ cum quo studia puerilia & primam ætatem egerat. Quæ potuit fecisse timet. i. milites timebant illa quæ potuissent facere. verbi gratia. Potuissent filij obtruncare patrem, & frater fratrem tanq̃ hostẽ: & hoc timebant ꝙ potuisset accidere. Quid vesane gemis. s. o miles. Vsq̃ adeo ne times quẽ tu facis ipe timendum. i. o miles vsq̃ adeo times Cęsarem q̃ est timendus & formidãdus propter te? Copia eñ militũ facit Imperatores formidabiles. Classica dent bellum. Classicum est tuba qua signũ pugnę daẽ, & ipe sonus: vt ait Seruius. Vergilius. Classica iamq̃ sonant. Quãdo ergo inquit dabiẽ signũ prælij contemne illos tubarũ cantus & noli ꝓdire

nullo. i. nõ vllo, non languentia. i. non debilitata, vllo spatio, habuerunt vultus conspicuos. i. euidentes & agnoscibiles: & videre in alternis castris fratres suos & natos & patres, tũc suple nefas. i. malum & pernicies, ciuile. i. ciuilis belli, est deprensum. i. perceptũ & cognitũ: & milites se agnoscẽtes tenuere parumper. i. per parum tpis, ora. s. sua. i. nihil locuti sunt, metu. s. ducũ: & salutant suos. i. necessarios, tm̃. i. dũtaxat nutu & ense moto. i. agitato: & mox. i. paulo post, vt. i. postq̃ amor ardẽs maioribus stimulis. i. vehemẽtius vrgens, rupit leges. s. castrorum q̃ vetant hostes se consalutare & inter se loqui: miles. s. exercitus Cæsariani, audet transcendere vallum: & sup. audet tẽdere. i. extendere, palmas. i. brachia, effusas. i. dilatatas in amplexus. s. faciendos. ille. i. vnus eorũ cõplectẽdo, ciet. i. vocat nomẽ hospitis. ille. i. alius vocat propinquum. s. consanguinitate: ætas consors studijs puerilibus. i. paritas studiorũ puerilium admonet. i. excitat ad amicitiã veterem, hunc. i. alium. Nec erat Romanus. i. quisq̃ in exercitu vtroq̃ nisi Gallus aut Hispanus aut alibi q̃ Romæ natus, qui non agnouerat hostẽ, qa conciues erant. Et iõ ipi rigant arma sua lachrymis: & rũpunt i. quatiunt aut interrũpunt, oscula, singultibus. s. obortis inter osculandũ. Et quis miles nullo. i. non vllo, non maculatus vllo sanguine. i. q̃uis nullũ occiderit: tñ timet. i. horrore ꝓsequit quę potuit fecisse. i. ꝙ patrẽ aut fratrẽ aut aliũ necessariũ si manus cõseruissent interficere potuisset. Vnde exclamans poeta eo ꝙ timet ea q̃ tamẽ postea non vitauerant dicit. O vesane. i. parum sane miles, quid. i. ad quid pulsas pectora. s. tua? quid times? quid. i. ad quid fundis fletus inanes? nec fateris te parere sceleri. i. scelesto bello, aut duci tua sponte? hoc est cur dicis te coactũ ab eo quẽ ipe cogere potes? vñ addit. Times ne vsq̃ adeo. i. tantũ, quẽ tu ipe facis timendũ? quia sine milite nil posset Cęsar. Et si dicat miles, vbi classica sonẽt bellicum, congrediendũ est: negat id poeta dicens. si sup. classica. i. bellici sonit⁹ dant. i. indicant aut dent. i. indicent, bellum. i. conflictum: tu negligẽ. i. cõtẽne & dissimula cãtus seuos. i. hostiles. Et si signiferi, ferant signa & ita ꝓgrediant, cessa. i. non sequere eos: & erinnys. i. furor, ciuilis. s. belli, cõcidet pectore Cæsaris iamiam. i. statum post: & gener priuat⁹. i. sine imperio, amabit. i. amicitia sibi conciliabit generũ. s. nuper suum Pompeiũ. O salus & cõcordia rerum & mundi misti, & o sacer amor orbis. i. quo mundus constat. hoc est o spiritus aut anima mundi, complectens oĩa nexu. i. vinculo æterno, ades. i. auxilio sis nunc. s. cum miles facili momento ab armis discedat. Secula nr̃a habent nũc magnum discrimen. i. magnum periculum venturi. s. mali. latebræ. i. occultationes & dissimulatiões tot scelerum periere. i. perierunt quia cognita est necessitudo militũ. venia est erepta populo nocenti. i. sonti futuro, qa ipsi agnouere suos. s. necessarios & notos atq̃ veteres amicos. Pro fata sinistro. i. aduerso, numine. i. potestate aut nutu. i. voluntate in Romanos: vt pote augentia tantas clades exigua. i. parum duratura, requie i. intermissione belli. Nam pax erat & miles errabat permistus vtrisq̃ castris: & instituunt. i. instruunt mensas cõcordes, sup. in cespite duro: & instituũt libamina. i. gustatiũculas, Baccho ꝓmisto. i. vino mutuo sumpto. Foci graminei, luxere. i. splenduerũt: & fabula bellorum. i. de bellis actis, extrahit noctes insomnes, i. sine somno transactas: cubili iuncto. i. licet essent apud cubile tamen tam auide audierunt bellorũ recitationẽ: vt somnij obliuiscerentur.

in aciem. Ciuilis erinnys cõcidet. i. ita ex necessitate finietur ciuile bellum: quę est quædã erinnys. i. furia. Priuatus, sine exercitu. Generum, Pompeium. Nunc ades ęterno. Inuocat deã cõcordiam: vt velit adesse inter istos milites perpetua. Cõcordię templũ Romæ in foro constructũ fuit authore Camillo: & posteriorib⁹ temporibus Opimius consul templum concordię fecit. Author Plutarchus. Complectẽs omnia nexu. i. vinculo. Elementa enim inter se sociata sunt quadam lege concordiæ: vt statos cursus & certas naturę vices habeant. Secula nostra. Seculũ proprie est spatiũ centum annorum: a senibus dictum: vt inquit M. Varro. Nostra inquit Lucanus ætas habet magnum discrimen rerũ futurarũ quia nõ est futura concordia, sed discordia: vel allusit ad cõiurationem Pisonianam cui ipe adhesit q̃ in Neronem parabatur: in qua Lucanus deprehẽsus secuit venas: vt scribit Tacit⁹. Periere latebrę tot scelerũ. Prius q̃ inter se Iuliani & Afraniani milites colloquerenẽ, sce

Seculum.

lera bellorum latebant, quæ nunc facta sunt aperta & patefacta per hanc initā consuetudinē. Agnouere suos. Prius frater ignorabat fratrem esse in castris hostilibus: & pater filium: affinis affinem: nunc se agnouerunt. Tantas augentia clades. Exclamat contra fata q̃ malo hoc est sinistro numine ob exiguū gaudium auxerunt clades: cum iam scirent omnes affines & amicos atq; consanguineos in castris versare vtrius partis. Duro cespite, id est terra herbosa. Libamina ea scilicet quæ libantur id est sacrificant̄ dijs. Permixto Baccho id est vino. Terentius. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Graminei foci. Focus est locus in quo fouetur ignis. Tibullus. Dum me᷒ assiduo luceat igne focus. Gramen autem inter hærbas est vulgatissimum teste Plynio: qd geniculatis serpit internodijs. Insomnes noctes id est vigiles. Bellorum fabula. i. dum inter se fabulantur de rebus gestis in bello.

Quo primū steterint cāpo: qua lācea dextra
Exierit: dum quę gesserūt fortia iactant:
Et dum multa negant: quod solū fata petebāt
Est miseris renouata fides: atq; omne futurū
Creuit amore nefas: nam postq̃ fœdera pacis
Cognita Petreio: seq; & sua tradita vęnum
Castra videt: famulas scelerata ad ꝑlia dextras
Excitat: atq; hostes turba stipatus inermes
Pręcipitat castris: iunctosq; amplexibus ense
Separat: & multo disturbat sanguine pacem.
Addidit ira ferox moturas prelia voces.
Immemor o patriæ: signorū oblite tuorum:
Non potes hoc causæ miles prestare senatus
Assertor victo redeas vt Cęsare: certe
Vt vincare potes: dum ferrum incertaq; fata
Quiq; fluat multo nō deerit vulnere sanguis.
Ibitis ad dominum: damnataq; signa feretis.
Vtq; habeat famulos nullo discrimine Cæsar
Exorādus erit: ducibus quoq; vita petēda est.
Nunq̃ nostra salus pretiū mercesq; nefandæ
Proditionis erit: non hoc ciuilia bella
Vt viuamus agunt: trahimur sub noīe pacis.
Non chalybē gētes penitus fugiēte metallo
Eruerent: nulli vallarent oppida muri.
Non sonipes in bella ferox: non iret in æquor
Turrigeras classis pelago sparsura carinas:
Si bene libertas vnq̃ pro pace daretur:
Hostes nempe meos sceleri iurata nefando
Sacramenta tenent: at vobis vilior hoc est
Vestra fides: q; pro causa pugnantibus æqua
Et veniam sperare licet. Pro dira pudoris
Fœdera: nunc toto fatorum ignarus in orbe

SVLPITIVS.

Quo primum steterint. Vbi primum steterint. Iactāt, vel inaniter loquunt̄, vel cum iactantia referunt. Negant, dissentiunt inter loquēdum. Fata petebant, dij volebāt. Fides, in suos duces. Creuit amore, sponte fecerūt. Nefas, cædes. Nam postq̃. His reb᷒ nuntiatis Afranio ab ope sic se recepit in castra vt q̃cunq; accidissent æquo animo ferret. Petreius vero cū familia armata & prętoria cohorte cetratorum barbarisq; equitibus improuiso ad vallum aduolat: colloquia militum interrumpit: hostes repellit: quos deprehendit interficit. Reliqui se coadunāt & districtis ensibus sinistras sagis inuoluunt & se in castra recipiunt. Quibus rebus confectis Petreius manipulos circuit milites q; appellat: neu se neu Pompeium absentem Imperatorem suum aduersario ad supplicium tradant obsecrat. fit celeriter concursus in prętorium: postulant vt iurēt omnes se exercitum ducesq; non deserturos neq; ꝑdituros neq; sibi separatim a reliquis cōsilium capturos. iuratum est: edicunt penes quem quisq; sit miles Cæsaris vt producant ꝑductosq; palā in prætorio interficiant. Sed pleriq; quos caperent celant noctuq; per vallum emittunt. Cæsar milites aduersariorum qui in castra per tempus collocutionis venerant summa diligentia cōquiri & remitti iubet: retentis qui sponte sua apud eum remanserunt. Vęnum, in vęnditionem. Dextras famulas, familiam & satellites suos. Scelerata, q̃a ciuilia & hospitialia. Turba stipatus, frequētatus cohorte. Voces, verba irritantia ad certamen. Immemor o patrię. Acris ad pacem dissuadendam oratio irritādumq; suos & in fidem retinēdum. primumq; ipsos ab ingratitudīe & perfidia arguit. Immemor, ingrate. Signoꝝ, q̃ sequeris. Nō potes prestare, nō potes hoc agere vt victo Cæsare redeas patriæ senatusq; liberator & confirmator pristini status. Dum ferrum. Argumentatur a fortuna pro libertate seruanda q̃ vitę est anteferenda. melius est em̄ libere mori q̃ in seruitute viuere. Incerta fata. euent᷒ & victoria dubia. Ibitis ad dn̄m, euadetis serui. Signa damnata, Cęsariana q̃ patriæ hostis ē. Exorandus erit, impetrandum a Cæsare. Vt habeat fam. nul. dis. vt sitis ei᷒ serui & absq; discrimine null᷒ sit liber. Vita, salus ducū. Nūq̃ nostra salus. Nūq̃ erit inquit vt ego ex ꝑditione salutem consequi velim: nam malo mori. pacti em̄ fuerant milites de ducū salute in ip̄a castrorū ꝑditiōe. Nō hoc ciuilia. non pro sola vita sed pro libertate pugnamus. Ideo enim gerenda sunt bella vt tute viuere in pace possimus. Tradimur, ducimur in seruitutē. Chalybē. Nō op᷒ esset necessaria bello parare atq; pugnare: si libertatem pro pa-

ce vellem⁹ amittere. Eruerēt, effoderent. Chalybē. Chalybs fluui⁹ in Hispania a quo Chalybes dicunt̃ eius accolæ qui ferrū effodiunt quod & Chalybs appellat̃. Verg. Vulnificusq́ Chalybs. Sūt alij Chalybes iuxta Paphlagoniam in ponto. Fugiente. videtur em̄ fugere quia latet in venis terræ. Vallarēt. munirent & velut vallo circundarent. Sonipes, equus. Nō iret in æquor, nō fabricarentur naues ad pugnā. Si bene libertas: si serui esse ꝑ pace quam dāt vellemus. Hostes. argumētatur a fide seruanda cum collatione ab iniusto ad iustum. Illi em̄ inquit seruant iusiurandum in re iniqua: vos ipm etiam cum spe veniæ in re æqua negligitis. Sceleri, bello ciuili. Hoc, tanto. Aequa causa, quia senatum & libertatem tutamini. Pro dira. epilogus ꝑ cōmiserationem & amplificationē. Auget em̄ generalem offensionē & insperatam peccati immanitatē: & iniquū factum deplorat. Dira pudoris. Hypallage est diri & magni pudoris. Quum forsan. cū forsan isti pepigerit de salute tua teq́ ꝑdiderint. Scelerū, cædium.

Chalybs.

BERO.

¶ Et dum multa negant. Si fuerat consanguineus vel amicus interempt⁹ in pugna negabant se illius cędis fuisse authores. Et miseris renouata fides. Petrei⁹ cognita hac militum suorum ad Cęsarem translatione cū armata familia barbarisq́ equitib⁹ paucis impuiso ad vallum aduolat. Colloquia militū interrūpit. Cęsarianos repellit a castris: quos deprendit interficit: flēs milites appellat: neu se neu Pōpeium aduersario tradāt: obsecrat postulat: vt iurent oēs se exercitum, ducesq́ nō deserturos neq́ ꝓdituros. princeps in hęc verba iurat ipē omnesq́ milites idem iurant præterea edicit penes quē q́sq́ sit miles Cæsaris vt producant, productosq́ interficiant sed pleriq́ quos ceperant celant noctuq́ per vallum emittunt. hæc traduntur a Cæsare: q̄ nunc Lucanus exequitur. Sua tradita venū castra videt. i. vendita esse Cęsari a militibus qui se signa ad Cæsarem translaturos confirmauerāt. Famulas dextras, hoc est quod dixit Cæsar Petreij familiā. Addidit ira ferox Petreius flens vt inquit Cęsar manipulos circuiuit, militesq́ appellauit. Causę senat⁹. causa erat senatus quā Pompeius & Pompeiani susceperant contra Cęsarē. Assertor. i. vindicator & liberator. Martial. Assertoresq́ Camillos. Ibitis ad dominū. indignat̃ Petreius q̄ sui milites sua spōte nō coacti, adhuc habentes arma, iuerint ad dominum. s. Cæsarē Exorandus. i. placandus. Tribuni em̄ & Cēturiones ad Cæsarem venerunt, se ei cōmendantes. Ducibus quoq́ vita petenda est. hoc ideo dicit quia fidem a Cæsare de Petreij & Afranij vita petierant: Afranij etiam fili⁹ de sua & parētis sui salute per Sulpitium legatum egerat. Nunq̄ nostra salus pretium mercesq́ nephandę ꝓditionis erit. Milites ab Imperatore Cæsare fidē vt supradixi de Petreij & Afranij vita petierant ne in se scelus cōcepisse, neu suos prodidisse viderent̃. Quibus confirmati rebus se statui signa confirmarūt Legatosq́ de pace ad Cæsarem miserunt vt testatur Cęsar in commentarijs. Nūc ergo ait

Magne paras acies: mūdiq́ extrema tenētes
Sollicitas reges: cum forsan fœdere nostro
Iam tibi sit promissa salus. Sic fatur: & omnes
Concussit mētes: scelerumq́ reduxit amorē.

¶ Quo primū steterint. Recitat amicas cōfabulationes inter se iunctorum exercituum de anteactis (vt fit) malis. Vnde ordo est, dū milites iactant. i. iactanter narrāt, quo campo ipi steterint. s. contra aduersarios, primū. i. primo tpe: & qua. i. quali dextra exierit. i. emissa sit in hostem lancea. i. hasta aut hastile: & dum iactant fortia. s. facinora, quæ gesserunt. s. in bello gerēdo: & dum negant. i. non approbant, multa scilicet ab aduersarijs prius dicta, quia fide maiora dicebant, fides scilicet i suos duces est renouata miseris. i. infelicibus ꝑpter casum futurum hoc est dum alij se & duces suos extollunt: & alij negāt vera esse: ex illa contentione & æmulatione. vtraq́ pars suū ducē prętulit: quod solū. i. quā rem solam, fata q̄ Cęsari honestam belli causam quęrebant, petebant: quia per eam fidē paruerunt Petreio milites eius ad interficiendos Cæsarianos: atq́ omne nephas futurū. s. q̄ congressos per amicitiā & acceptos ad mensas interficient, creuit. i. ortum & incrementum sumpsit amore. s. in duces, aut mutuo amore: nam vehementem amorē dū dissolutus est vehemens insequi solet odium: aut creuit amore, quia propter veterem amicitiam se mutuæ fidei crediderāt quam nō violassent Petreiani nisi se illis Cæsariani per amorē cōiunxissent. Nam postq̄ fœdera pacis sunt cognita Petreio & videt se & sua castra tradita venum. i. vēditioni exposita, excitat dextras famulas. i. famulorum & clientum: ad prelia scelerata. s. mouenda in susceptos per amicitiā: atq́ ipe stipat⁹ turba. s. famulorum precipitat. i. ꝑcipites agit, castris. i. per castra sua, hostes. s. Cæsarianos inermes, quia vt amici venerāt: & separat ense Cæsarianos & suos, vinctos amplexibus. i. se mutuo amplectendo: & disturbat pacem. s. initam inter milites, multo sanguine. i. effusione multi sanguinis. Ira ferox ipsius Petreij, addidit voces. i. orationē, moturas. s. aīos militum. voces aūt erāt tales. O miles immemor patriæ, quā a seruitute defendere debeas: & oblite tuorum signorum q̄ senatu populoq́ Romano data erant: non potes. i. si nō potes prestare causę scilicet iustiori, hoc vt redeas assertor. i. vindex libertatis senatus ac patrię, Cęsare victo. s. a te: certe tu potes prestare vt vincare. s. ab hoste: quia dum vultis vos dedere vincemini: & honestius esset mori q̄ sic vinci. Ibitis. i. nunquid committetis vt eatis ad dominū. s. Cæsarē qui dn̄s vester futur⁹ est: & feretis. i. portabitis: signa damnata. s. a senatu, dum. i. quādo adhuc ferrū sup. est vobis & fata sup. sunt incerta. i. dubia cui parti victoriam annuent: & dum sanguis qui fluat multo vulnere nō deerit vobis. i. dum vires habebitis. & Cæsar erit exorādus. i. vsq́ ad impetrationē a vobis orād⁹: vt habeat famulos. s. nos omnes, nullo discrimine. i. sine discretione & differentia: & vita petenda est a Cęsare quoq́. i. etiam ducib⁹. s. Petreio & Afranio. Nostra salus. i. vita ducum, nunq̄ erit pretium & merces proditionis nefandæ. i. vt prodamus patriam & Pompeium. nulla bella non agunt. i. non prętendūt hoc vt viuamus sed sup. vt seruiamus: nos trahimur in seruitutē sub nomine. i. ꝓtextu pacis. Si libertas daretur vnq̄ bene pace, gentes nō eruerent Chalybem. i. ferrum, quia nullus est eius ad arma vsus, metallo fugiente penitus, quia natura ferrū ne noceat in visceribus terræ abstrusit: & nulli muri vallarent. i. munirent oppida, quia in pace cuilibet seruire liceret. Sonipes, equus ferox, non iret in bella: & classis sparsura pelago carinas turrigeras, non iret in æquor. Nēpe sacramenta iurata. i. iuramenta facta sceleri nefando. s. ad opprimendā patriam, tenent. i. obligant meos hostes At vestra fides est. i. videtur vobis vilior hoc. i. propter hoc q̄ licet. i. licitum est vobis pugnantibus pro æqua causa, sperare

ueniam si vincamini,cum hostes nullam sperent. Pro fœdera dira.i.diri pudoris.O magne.s.Pompei,tu ignarus fatorũ paras nunc in toto orbe acies:& sollicitas reges tenentes extrema mũdi,cum forsan salus sit promissa tibi: nostro fœdere.i. pactione facta cum Cęsare. Petreius fatur sic:& concussit omnes mentes & reduxit amorem scelerum id est cædium. Petreius se nolle salutem quã pro mercede ꝓditionis pacti sint cum Cæsare. Non Chalybẽ gentes penitus fugiente metallo. Sẽsus ẽ si pro pace daretur semper bona libertas nullę gentes eruerent ferrum ad arma fabricanda,nulli oppida cingerent muris,nõ equi nõ naues pararẽtur ad bella. Chalybem.i. ferrũ. Chalybes enim populi sunt Ponti alio nomine dicti Alybes:apud quos fuerunt Ferrifodinę.Vergili⁹. Dant Chalybes nudi ferrum.Vnde Chalybs ponit̃ pro ferro vt Seruius tradit:& Vergilius innuit: vulnificusq; Chalybs:& alibi Stricturæ Chalybũ.de his populis lõga est apud Strabonem disputatio. Fugiente metallo.i. vena:nam vt scribit Plynius,Vbicunq; vna inuenta vena est non procul inuenitur alia: vnde metalla Græci videntur dixisse.Inde metalla auri,argenti,& ęris apud Plyniũ. Vallarent.i.cingerent & circundarẽt.Muri sunt publici,parietes priuati. Turrigeras carinas. In nauib⁹ tabulata & turres ad pugnã collocantur vt supra. Sacramenta tenent.Milites iurare solent se militiam non deserturos & omnia facturos quæ præceperit Imperator. Vnde militię sacramenta dicuntur vt docet Vegetius.& Iuuenalis sacramenta milites nominat. Et veniã ꝑsperare licet.tanq̃.s.pugnetis pro causa iniqua: venia em̃ speratur a noxijs.Magne.s.Pompeij. Iam tibi sit ꝓmissa salus. quia quemadmodum inquit Petreius fidem a Cæsare petierunt de mea & Afrani salute,idẽ fortasse impetrarunt de salute Pompeij.

Sic vbi desuetę syluis in carcere clauso
Mãsueuere feræ: & vultus posuere minaces:
Atq; hominem didicere pati:si torrida paruus
Venit in ora cruor:redeunt rabiesq; furorq;:
Admonitæq; tumẽt gustato sanguine fauces:
Feruet: & a trepido vix abstinet ira magistro.
Itur in omne nefas:& quę fortuna deorum
Inuidia cæca bellorum in nocte tulisset:
Fecit monstra fides:inter mensasq; torosq;
Quæ modo cõplexu fouerunt pectora cędũt.
Et q̃uis primo ferrum strinxere gementes:
Vt dextræ iusti gladius dissuasor adhæsit:
Dum feriunt odere suos:animosq; labantes
Confirmant ictu. Feruẽt iam castra tumultu:
Et scelerum turba rapiuntur colla parentum.
Ac velut occultũ pereat scelus:omnia mõstra
In faciem posuere ducum:iuuat esse nocẽtes.
Tu Cæsar q̃uis spoliatus milite multo
Agnoscis superos.neq; em̃ tibi maior in aruis
Emathiis fortuna fuit:nec Phocidos vndis
Massiliæ:Phario nec tãtum est æquore gestũ.
Hoc siquidem solo ciuilis crimine belli
Dux causę melioris eris:polluta nefanda
Agmina cæde duces iunctis cõmittere castris
Non audent:altęq; ad mœnia rursus Ilerdæ
Intendere fugam:campos eques obuius oẽs
Abstulit:& siccis inclusit collibus hostem.

SVLPITIVS.

¶ Sic vbi. Ferę militibus,carcer castris,rabies iræ cõfertur. Desuetæ,q̃ diu cessauere. Vultus minaces:toruitatem & iracundiæ signa. Pati hominem,nõ irasci. Torrida, sicca & famelica. Admonitæ,in memoriam reuocatæ. Tument,superbiunt. Feruet, excandescit. Magistro,gubernatore. Itur,a militibus. Fecit mõstra fides:pax ipsa vel certitudo rei gestę fecit impias cædes quas fortuna in bello occuluisset. In cæca nocte: in confusione & ignorantia præliorum.nemo enim sciuisset authorem impiæ cędis. Deorum inuidia: cũ odio in deos:si quidẽ omne scelus dijs fuisset ascriptum. Gemẽtes, inuiti. Dissuasor iusti.qui enim ferrum stringit iustitiam obliuiscitur. Dum feriũt odere:inter feriendũ oderant quos paulo ante amauerunt. Labentes: cadẽtes, languidos, & miserantes. Feruẽt castra:exercitatur exercitus. Turba, multitudine. Rapiuntur, amputantur a filijs. Ac velut occultum pereat:ac si ignoretur frustra & sine laude & gratia esse videatur. Monstra, cædium portenta: per quæ intelligit eorum capita qui fuerant cæsi. Nocentes, parricidas & impios. Tu Cæsar. Commendatur Cæsar a benignitate & clemẽtia q; in aduersarios hospites non sęuierit:quo quidem effectum est vt videretur posthac iuste pugnare. Spoliatus, priuatus ijs qui cæsi fuerant. Agnoscis superos:cognoscis deos tibi propitios:neq; fuere tibi adeo dexteri in Emathia vbi Pompeium vicisti:neq; ad Massiliam vbi Grecos neq; in Aegypto vbi Alexandrinos superasti: quippe iã habes causam iusti belli. In aruis Emathijs, in Pharsalia. In vndis, in mari In æquore Phario, in flumie Nili quũ pugnasti contra Alexandrinos. Vergilius. Viridesq; secat placido æquore syluas. Hoc solo crimine: hac Petreianorum perfidia & scelere Polluta nefanda. Cum premerẽtur Afraniani pabulatione:aquarentur ęgre:frumentiq; copiam pauci haberent: & ad Cæsarem multi transfugerẽt:ex castris Ilerdam versus duces proficiscuntur. Cæsar equitatu præmisso qui nouissimum agmen continue carperet cum legionib⁹ subsequitur:pugnat̃ acriter & hostes in monte excelso longe ab aqua castra munire cogunt̃:eos Cæsar vallo & fossa circũdat: & cum neq; aquari, neq; pabula

Tunc inopes vndæ prerupta cingere fossa
Cæsar auet: nec castra pati contingere ripas:
Aut circum largos curuari brachia fontes.
Vt leti videre viam: conuersus in iram
Pręcipitem timor est. miles non vtile clausis
Auxilium mactauit equos: tandemqꝫ coactus
Spe posita damnare fugam: casurus in hostẽ
Fertur. Vt effuso Cæsar decurrere passu
Vidit: & ad certam deuotos tẽdere mortem:

ri possent: nec pugnare liceret: quoniam Cæsar sine sanguine rem confici posse videbat: quarto iam die rerum inopia coacti faciunt deditionem. Duces, Pompeiani. Committere, in pugnam exponere contra hostes vicinos. Polluta agmina, maculatum exercitũ. Intendere, direxere. Ilerdæ, vbi paulum frumẽti reliquerant & meliorem exitum rerum sperabant. Eques, equitatus Cæsaris. Abstulit campos: prohibuit eos ab omni planitie. Auet, cupit. Pręrupta, alta. Inopes vndæ, egenos aquę. Pati, patiebatur. Contingere, admoueri. Curuare brachia, duci vallum a castris ad fontes. Vt leti videre viam: vt viderũt se in mortem ex rerum penuria trahi. Pręcipitẽ, subitam. Mactauit equos: illi & inopia pabuli adducti, & vt essẽt expeditiores omnia sarcinaria iumenta interfici iubent. Damnare fugam, manere. Casurus, moriturus, quia ruebat sine respectu salutis. Decurrere, e castris in campos currere. Tendere, dirigere se.

BERO.

¶ Sic vbi dissuetę syluis. Sẽsus est: ita militibꝰ Petreij redijt amor belli ciuil' & cędis quẽadmodũ feris redit rabies & furor gustato semel sanguine: quę a syluis abductę factæ sũt mansuetę, deposita feritate. Atqꝫ hominem didicere pati. Ferę discunt pati hominẽ quãdo ab homine nutritę mansuescunt paulatĩ. Admonitę fauces tumẽt. Gustato sanguine fauces ferę admonẽtur pristinę feritatis & victus quo in syluis vtebantur: & sic tument sęuiunt & asperantur. Feruet, cõcitatur. Magistro, nutritore. Ita Martialis. Lęserat ingratꝰ placidi leo mẽbra magistri. Cæca bellorum in nocte. Scelera bellorũ quæ prius fuissent occulta: nunc per hanc consuetudinem & fidem inter se pactam facta sunt monstra omni religione violata. Fides. s. quã inter se confirmauerant rupta & violata. Iusti gladius dissuasor. Silent leges inter arma: vt ait Cicero. Gladij enim quos strinxerant dissuadebant iustum: stimulabant ad iniquitatem. Animosqꝫ labantes. i. trepidantes & vacillãtes in necandis hospitibus. Rapiuntur colla parentum. Filij capita patrum rapta ostentabant Petreio & Afranio tanq̃ facinꝰ præclarũ confecissent. In faciem posuere ducum. i. ante conspectum Petreij & Afranij. Agnoscis superos. Cæsar aduersariorum sęuitiam in suos editam non sustinuit imitari: vt author est Trãquillus: & vt ip̃e Cæsar refert milites aduersariorum qui in sua castra per tempus colloquij venerant summa diligẽtia cõquiri & ad Petreium remitti iussit: & nonnullos tribunorũ Centurionumqꝫ qui apud eũ summa voluntate remãserant magno in honore habuit. Hęc Cęsaris clementia nũc laudatur a Lucano dicente Cæsarem ex hac humanitate plus laudis & glorię assecutum esse q̃ postea meruerit in campis Pharsalicis ꝓfligato Põpeio: & ex deuicta Massilia, & Aegypto in potestatem redacta. In armis Emathiis id est i acie Pharsalica. Nec Phocidos vndis Massiliæ. id est in p̄lio Nauali quo Massilienses subegit. Massiliam autem Phocidem appellat quoniam a Phocensibꝰ qui sunt in

¶ Sic vbi dissuetę. Per similitudinem sumptam a feris, docet animos militum Afranianorũ a concordia ad furorem bellicum esse excitatos exhortatione & improbatione modica ducis: sicut feræ modico sanguine gustato exutam feritatem reinduunt. Ordo itaqꝫ est. Sic. i. eodem mõ, ferę. i. feroces beluę: vt leones & tygres, vbi. i. postq̃ desuetæ syluis. i. ductæ in desuetudinem & obliuionẽ syluarum, mansueuere id est mãsuefactæ sunt, in carcere clauso. i. in clatris clausis: & posuere. i. deposuerunt vultus minaces, atqꝫ didicere pati hominem. i. imperium aut tractationem hominis: si paruus. i. modicus cruor venit in ora. s. ferarum, torrida. i. ęstuantia siti: & rabies & furor redeunt. s. ipsis feris: & fauces admonitæ. i. memores factę scilicet dulcedinis sanguinis tument. i. rabie & ira inflantur, sanguine gustato. i. propter sanguinem gustatũ: & ira feruet sup. eis: & vix abstinet a magistro trepido. i. anxie abscedenti. neqꝫ semper abstinet, quia comperti sunt leones qui magistros & gubernatores suos discerpserunt. Sunt qui legãt vix abstinet ora: sed cum de feris pluratiue locutus sit: dicẽdum fuerit feruent & abstinent contra legem carminis. Itur. s. a militibus, in omne nefas: ita vt pater in filium, frater in fratrem, hospes in hospitem &c. ierit: & quæ monstra. i. tristia facinora fortuna tulisset in cęca nocte bellorum. i. in ignoratione: & occuluisset ita vt ignotum fuisset ꝙ quis consanguineum aut affinem interemit: nam nõ sciuisset se talem in hostili exercitu habere: inuidia. i. cum inuidia deorum in quos si ignorassent causam criminis reiecissent: dies. i. manifestatio facta per congressum, fecit. s. palam, ea monstra. i. prodigiosam cædem, nam cædunt i. occidunt inter mensas & toros. i. in ip̃o conuiuio discũbẽtia, pectora. s. Cęsarianorũ: q̃ fouerũt. i. fouerãt modo. i. paulo ante: complexu. s. amicitiæ causa facto: & q̃uis strinxere. i. nudauerunt ferrũ. i. gladium, gementes. i. inuiti primo, quia cõtra fidem & honestum facerent, tamẽ sup. vt gladius dissuasor iusti. i. rei licitę & honestę, quia armatus per confidentiam multa perpetrat quę non sunt iusta, adhęsit dextrę. i. fuit in dextra districtus: ip̃i odere. i. odio ꝓsequũtur, suos. s. amicos prius, sed factos inimicos, dum feriũt. s. eos: & confirmant. i. cohortant animos labantes. i. vacillantes & a cæde horrẽtes, ictu. i. dum percutiunt. castra feruent iã tumultu. i. totus exercitus excitat & colla parentum rapiunt. i. interciduntur turba. i. multitudine confusa, scelerum. i. cędium. ac velut scelus occultum pereat. i. parum sit fecisse tale nefas in occulto, posuere oĩa mõstra i. cędium portenta, hic patris, ille fratris caput ostentans, in. i. ante faciẽ ducum. s. Afranij & Petreij. iuuat. i. delectat eos esse nocẽtes. Tu Cæsar q̃uis spoliatꝰ in tali cæde fraudulẽta: multo milite: tamẽ agnoscis superos. i. fauorẽ deorum q ederũt tibi iusti belli causam: neqꝫ enĩ fortuna fuit tibi maior. i. fauorabilior & dexterior i aruis Emathijs. i. Thessalicis vbi postea exercitum Pompeij vicisti: nec in vndis. i. mari. Massiliæ Phocidos. i. phocaicæ: nec tantum est gestum pro cõfirmatione tuæ causę, in ęquore Phario. i. Aegyptiaco, hoc est in Nilo quãdo

feliciter contra Alexandrinos pugnasti. Siquidem id est quo-
niam tu eris dux causæ melioris, id est iustioris: hoc solo crimi
ne id est propter hoc solum crimẽ belli ciuilis id est in toto bel-
lo ciuili. duces scilicet Pompeiani Afranius & Petreius, nõ au
dent committere castris iũctis scilicet Cæsarianis, agmina sci-
licet sua, polluta cæde nefanda. i. cõtra fas & iustum facta: & in
tendere rursus fugam ad mœnia Ilerdæ altæ, id est in rupe cel-
sa sitæ: sed eques. i. exercitus equitum Cæsarianorum obuius
scilicet inter fugiendum, abstulit omnes campos. i. impediuit
eorum iter per omnem viam: & inclusit hostem collibus siccis
vbi pœnuria erat aquarum. Cæsar igitur auet. i. cupit, cingere
id est circundare fossa præerupta, quia in solo petroso, hostes
inopes id est indigos vndæ id est aquæ: & auet non pati castra
eorum contingere ripas: aut brachia. i. latera eorum, curuari id
est extendi circũ fontes largos. Vt id est postq̃ Pompeiani vi-
dere viam leti, hoc est necis, timor eorum est conuersus in irã
pręcipitem: & miles mactauit equos, auxilium hoc est q sunt
auxilium, nõ vtile, clausis id est circumuallatis: & coactus tan
dem damnare fugã. i. manere, spe posita. i. deposita, fertur ca-
surus. i. impetum facturus in hostem. alij legunt in hostes sed
parui refert. Sed Cæsar vt vidit eos decurrere passu effuso: &
deuotos tendere ad certam mortem, ait quę sequuntur.

ter Atticam & Bœotiam fuit ędificata vt su-
pra dictum est in tertio Cõmentario. Phario
nec tãtum est æquore gestum. i. in mari ægy-
ptio. Pharos eñ insula est q̃ obiecta Alexã-
driæ portum efficit: vt scribit Cæsar. & vt su
pradictum est ex authoritate Plynij Colonia
fuit dictatoris Cæsaris. Cæsar autẽ initio bel
li Alexandrini ad Pharum nauib9 milites ex
posuit. Solo crimine. i. scelere qđ Afraniani
milites in Cæsarianos admiserũt. Polluta. i.
maculata. Agmina, exercitus Afranij & Pe
treij. Nefanda cęde. i. impia & scelerata vt po-
te in consanguineos hospitesq; cõmissa. Du
ces, Petrei9 & Afrani9. Alteq; ad mœnia rur
sus Ilerdę intendere fugã. Afraniani cũ pre-
merentur pabulatione: aquarentur ęgre: fru-
menti pœnuria laborarẽt: ad Ilerdam reuerti
constituerunt: & hoc probato consilio ex ca-
stris proficiscuntur. Cæsar præmisso equita-
tu cum legionibus subsecutus, tãdem neces
sario cõsistere, & castra ponere coegit iniquo
loco: & natura, & ꝓcul ab aqua vt ipse refert
in commentarijs: & nunc Lucan9 canit. Eq̃s

obuius, id est equitatus Cæsaris. Siccis collibus, procul ab aqua. Cæsar auet. i. cupit. vallo enim & fossa circũ-
uenire Afranianos conabatur. Brachia, scilicet castroꝝ. Vt leti id est mortis. Mactauit equos. vt ait Cæsar om
nia sarcinaria iumẽta Afraniani interfecerũt: quod auxilium est inutile inclusis. Casurus, id est moriturus. In
hostem fertur. Afraniani impediendę munitionis causa quæ fiebat a Cæsare legiões educũt: aciemq; sub ca-
stris ad pugnam instruunt. Cæsar vero constituerat non dimicare: quia necessariam subire deditionem q̃ prę
lio certare malebat: vt ipe scribit. Deuotos. i. addictos, qui se morti certę deuouerant.

Tela tene iam miles ait: ferrumq; ruenti
Subtrahe: non vllo cõstet mihi sanguĩe bellũ.
Vincit' haud gratis iugulo qui ꝓuocat hostẽ.
En sibi vilis adest contempta luce iuuentus:
Iam damno peritura meo: non sentiet ictus:
Incumbet gladiis: gaudebit sanguine fuso.
Deserat hic feruor mẽtes: cadat ipet9 amens.
Perdant velle mori. Sic deflagrare minaces
In cassum & vetito passus languescere bello:
Substituit merso dum nox sua lumĩa Phœbo.
Inde vbi nulla data est miscendi copia martis:
Paulatim cadit ira ferox: mentesq; tepescunt.
Saucia maiores animos vt pectora gestant:
Dum dolor est ictusq; recẽs: & mobile neruis
Conamen calidus prębet cruor: ossaq; nõdũ
Adduxere cutem: si cõscius ensis adacti
Stat victor: tenuitq; manus: tum frigid9 art9
Alligat atq; animũ subducto robore torpor:
Postq̃ sicca rigens astrinxit vulnera sanguis.
Iamq; inopes vndæ primum tellure refossa
Occultos latices abstrusaq; flumina quærunt

SVLPI.

¶ Tene, noli iacere. Subtrahe: noli oppone-
re in eos qui irruunt. Constet nõ vllo sangui-
ne. vincamus sine sanguine tã hostiũ q̃ meo
rum. Vincitur haud gratis. Qui cum moriẽ-
di proposito ruit non vincitur omnino inul
tus: lędit eñ & ipe. Haud gratis, sed cũ dãno
vincentis. Sibi vilis, seip̃am spernens. habet
eñ odio vitã & desperauit. Damno, militum
amissione. Nec sentiet ictus. non erit ei mole
stũ vulnerari atq; occidi. Sanguine, suo. Fer
uor, cupido moriendi. Mentes, hostium. Ca
dat impetus, refrigescat desperatio. Perdant
velle mori: excidat eis ex animo desyderiũ
mortis. Deflagrare, irasci & indignari. In cas
sum. quia nihil nocebant & nihil proficiebãt
Substituit merso dum nox sua lumĩa Phœ
bo. q; stellæ post solis occasum apparuerũt.
Copia miscendi martis: facultas pugnandi.
Tepescunt. frigentia eñ mori non cupiebãt
Saucia maiores. Hostes Cæsaris vulnerato
alicui comparat qui post vulnus acceptũ dũ
calet est audaciæ maxĩæ: sed si victor pugna
re abstineat, impetus ille sanguine effuso re-
primitur & corpus friget paulatimq; morit.
Pectora saucia, hoĩes vulnerati. Animos, au
daciam. Conamen, vires non ꝓficiẽtes. Cru-
or, sanguis ipe. Adduxere cutẽ. Tũc ossa cu
tem adducũt, hoc est attrahunt: quum cruor
effunditur: quę anteq̃ id fiat plena est sangui
ne. Cõscius, qui scit ip̃m moriturũ. Ensis ad
acti: mortiferi vulneris qđ ense intulit. Stat:
non pugnat. Torpor, mortis pigrities. Alli
gat, stringit & debilitat. Subducto robore: e-
neruatis viribus & subtractis. Rigens, cõge-
lascens & indurans. Sicca, exhausta sangui-
ne. Inopes vndæ, aquarum indigi. Latices,
aquas: latent enim in venis terræ. Latex etiã Latex.
vinum dicitur quia latet ĩ vite. Abstrusa, oc-

Nec solum rastris durisq; ligonibus arua:
Sed gladiis fodere suis: puteusq; cauati
Montis ad irrigui premitur fastigia campi.
Non se tam penitus tam longe luce relicta
Merserit Assyrii scrutator pallidus auri.
Non tñ aut tectis sonuerunt cursib⁹ amnes
Aut micuere noui percusso pumice fontes:
Antra nec exiguo stillant sudantia rore:
Aut impulsa leui turbatur glarea vena.
Tunc exhausta super multo sudore iuuentus
Extrahitur duris silicum lassata metallis.

Rastrum. Ligo. culta, remota. Rastris, rusticis instrumentis dictis a radendo. Ligonibus. quæ a legendo dicunt. Premitur, effoditur. Ad fastigia: ad ꝓfundam altitudinẽ. Verg. & q̃ sint scrobib⁹ fastigia queris. Irrigui, qui irrigantur. quãdo ꝗ irriguus qui irrigat dicitur. Vergili. in. iiij. Georg. Irriguumq; bibunt violaria fontem

Fastigia. Irriguus.

Scrutator pallid⁹, quesitor pallẽs siue ex terræ exhalatione siue ex odore sulphureo, vel pallidus auarus. Tam penitus, tam intime & sub terram. Assyrij, quod foditur in Assyria

Auri inuentio. Plynius aurum inueniri pluribus modis docet: in fluminum ramẽtis vt in Tago, Pado Hebro, Pactolo, Gange: & in India qđ a formicis & Gryphibus, vt etiã in Scythia, eruit̃ alio modo puteorum scrobibus effoditur vt in ruina montium. Non sonuerunt: nõ inueniũtur flumina. Pumice, topho aut cœmento.

Pumex. Pumex proprie lapis non durus & decoctus & asper quem ætna mons euomit. Antra sudantia.

Origo fontium. Diuersas fõtium origines acute describit: aut eñ nascuntur ex pumicib⁹: aut ex antris stillantibus: aut ex creta sabulo ve & terra dura & saxis scaturiunt. De aq̃ autem inuentionibus. Victuruius libro octauo mirifice scribit. Stillãt, stillas effundunt.

Glarea. Glarea, sicca & sterilis terra & dura. Vergili. Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris. Tibullus Namq; opibus cõgesta tuis hic glarea dura. Leui vena. paruo aquarum riuulo. Victruuius inquit. Glarea vero mediocres & nõ incertæ venæ reperiunt̃: hæ quoq; egregia suauitate sũt. Exhausta, debilitata & desiccata. Super sudore, i labore: id quod sequitur pro eo quod procedit. Extrahitur lassata, educitur e puteis defatigata. Duris metallis silicum: duris venis lapidum.

Metalla. Metalla eñ dicimus quarumcunq; rerum quarum vna inuenta vena non procul inuenitur alia. vnde vt in. xxxiij. Plynius inquit. Metalla Græci vident̃ dixisse. μεταλλάω enim scrutor & inquiro significat.

PHI. BEROALDVS.

¶ Tela tene. Cõprime inqt Cæsar o miles tela. Vincitur haud gratis iugulo qui prouocat hostem. id est qui paratus est mori & deuot⁹ neci nõ vincitur sine sanguine: quia eorũ desperatio vertitur in virtutem. Haud gratis. i. nõ sine sanguine. Iam damno peritura meo. Afraniani ruũt in pugnam vt moriant̃ meo damno id est iactura meorum militum. Deserat hic feruor mentes. Volo inquit vt hic ardor quo nunc concitantur in mortem deferuescat. Sic deflagrare, id est ardorẽ extingui In cassum id est frustra, non facta scilicet pugnandi potestate. Sustituit dum nox quoad aduentauit nox quæ dicitur sustituere & submittere soli tendenti ad occasum, Sua lumina hoc est lunam & sydera. Miscendi copia martis. id est postq̃ negata est copia pugnæ. Mẽtesq; tepescũt, id ẽ ille ardor animorũ minuit̃ & deferuet. Saucia maiores animos. Sẽsus est quemadmodum homines recẽti vulnere affecti magno animo & nihil timente ruunt ad vltionem: frigentibus deinde membris efficiuntur torpentes: & illos spiritus ve

¶ Tela tene. Cæsar inquã ait, O miles, tene. i. contine & noli emittere in hostẽ, tela. s. tua: & subtrahe ruẽti. s. hosti in ferrũ, ferrũ. i. noli dare potestatem se perimendi armis tuis. bellũ nõ cõstet. i. nolo vt cõstet mihi, vllo sanguine. i. neq; vestro neq; illorũ: & ne putetis, quia se trucidandos offerunt, q̃ penitus inulti mori voluẽtis q̃ ꝓuocat. i. irritat hostẽ ad cædẽ sui, iugulo suo s. exposito neci: nõ vincit̃ gratis. i. sine vindicta aut sine vltione, hoc est qui mortem non timet non nihil timendi sunt quia vna salus victis nullam sperare salutem: vt dicit̃ ænei. ij. Et iõ callide monet ne cũ illis dimicent qui dimicando nocere possent: & si non det̃ facultas pugnandi sine cęde & sanguine perituri erant. dicit ergo. En iuuentus vilis sibi. i. contẽptrix vitæ suę, adest. i. pręsto est ad cædem, luce. i. vita contempta. i. spreta. alij legunt inuisa: sed nolim mutasse. peritura iam: si irrueris in eam, meo damno. i. detrimento exercitus mei si rueris in eã nõ sẽtiet ict⁹: qa mori expetit: & dulcis fuerit illi mors: & ip̃e incumbet. i. se vltro immittet gladijs sup. & (qđ subaudiendum non est legẽtibus incũbẽs: verum vim habet maiorẽ: incũbet gladijs: &c. (gaudebit sanguĩe. s. suo, fuso: & cũ talem habeãt animũ: nõ est dubitandum quin te occidãt si possint: quocirca hic feruor. i. ardor in necẽ, deserat. i. derelinquat ꝑ morã temporis, mentes. s. eorũ: & impetus amens. i. faciens eos amentes. i. sine cõsyderatione in necẽ ruere paratos: & perdant velle mori. i. voluntatẽ moriendi. Cæsar & exercitus eius, passus sup. ẽ sic. i. per tale consiliũ, hostes minaces in cassum quia nõ habebant q̃ vellet manũ conferre, deflagrare. i. dimittere flagrantiã animorũ: & passus est eos lãguescere. i. fieri lãguido & tepido animo: bello vetito. i. eis negato: hoc est eo q̃ nullã pugnandi potestatẽ eis fecerat, dũ. i. donec, nox substituit. i. i locũ desinẽtis statuit aut suffecit, Phœbo. i. soli merso. s. sub terras, sua lumina. i. sydera nocturna, hoc ẽ donec sol occiderat & stellę apparuerãt. Inde. i. deinde, vbi. i. postq̃, nulla copia. i. facultas, martis. i. p̃lij, miscẽdi, est data. i. concessa militi Afraniano: ira ferox cadit. i. labit̃ ab aĩo, paulatim. i. successiue & pauloten⁹: & mẽtes eorũ tepescũt. Vt. i. queãdmodũ pectora saucia. i. vulnerata, gestant maiores aĩos, dũ. i. donec dolor & ictus ẽ recẽs: & dũ cruor calidus p̃bet neruis conamẽ. i. molimen, mobile. i. agile & facile i motu: & dũ ossa nõdũ adduxere. i. detraxerunt cutẽ. s. euacuato sanguine: si victor q̃ vuln⁹ intulit. cõscius ensis adacti. s. ad vitalia. i. q̃ se scit letale vuln⁹ intulisse, stat. s. immobilis & cessat ab ictu: q; pro. i. tenuit manus. s. suas: tũ. i. tũc torpor frigidus. i. natus ex frigore, alligat. i. strigit & debilitat art⁹: atq; aĩm robore. i. virib⁹, subducto. i. subtractis effusionẽ sanguinis: vtpote postq̃ sanguis rigens, id est concretus, astrinxit vulnera sicca, id est exhausta sanguine hoc est sic consumptus est feruor hostiũ per dilationem pugnę vt absumun

tur vires letaliter vulnerati per effusionem sanguinis nisi dum sanguis effunditur rem agit. Et iam hostes Cæsaris videntes nullam pugnandi, nec euadendi facultatem sibi esse, inopes.i. indigi, vndę.i. aquę: quærunt primum tellure refossa.i. fodiendo aperta, latices occltos & flumina abstrusa.i. occultos riuos & venas aquarum: nec.i.& non, & fodere arua, non solum rastris & ligonibus duris: quia ferreis: sed sup. etiam gladijs suis: & puteus montis cauati.s. gladijs & ligonibus, ꝓmitur.i. effoditur, ad fastigia.i. altitudinem ac profunditatem, campi irrigui.i. aquis irrigari propter humilitatem soliti. Scrutator.i. rimator auri Assyrij.i. qd in Assyria eruitur, pallidus, aut qa in vmbra versatus, aut quia timidus ne spelunca in se ruat, aut auarus & anxius, non merserit se in terram tam penitus.i. tam omnino profunde: nec luce relicta tam longe: vt reliquerant q se in puteos ad inueniendam aquā demiserāt in exercitu Afranij: & tamen licet profundissime rimati sint, tamen aut amnes non sonuerunt cursibus tectis, id est occultis, aut noui fontes non micuere.i. scaturierunt, pumice.i. lapide latebroso, percusso.i. perforato: & antra.i. latera puteorum, non stillant sudantia exiguo rore, id est emittentia guttas: vt fit vbi vicinæ sunt aquæ: aut glarea.i. terra sterilis & sicca, nō sup. turbatur leui vena.i. paruo riuo. Sic.i. per talem laborem, aut tunc.i. post talē laborem iuuentus exhausta.i. delassata, super multo sudore.i. in labore cum multo sudore: extrahitur, scilicet e puteis, lassata duris metallis silicū.i. duris venis lapidum eruendis ad inueniendam quæ illic nulla erat, aquam.

hementes deponunt: ita Afraniani mentes illas ardentes, & cōcitatos animos paulatim posuerunt. Mobile neruis conamē. dū ictus est recens nerui habent conamē mobile, qui deinde rigentes membra contracta reddunt. Ossaq; nōdum adduxere cutē. Ossa adducunt cutē quando vulnus coit in cicatricem, & restringitur. Animum subducto robore torpor. Segnities & lāguor subtractis virib⁹ alligat animum vulnerati. Sicca. non amplius manante sanguine. Occultos latices. Latex dicitur omnis humor. Vnde Lucreti⁹ dicit. Absinthij laticem. Et Ouidi⁹. Latices palladios poleo. Seruius tamen dixit. Laticem proprie esse aquā ab eo ꝙ intra terræ venas lateat. Vinum quoq; dicit latex. Vergilius. Laticemq; lyeum. Inopes vndæ.i. laborantes pœnuria aquarum. Durisq; ligonibus. Ligones ferramēta sunt rusticana. & ita Palladius inter instrumēta agrestium numerat Ligones. Puteusq; cauati montis.i. puteum foderūt in montem cuius profunditas tendebat vsq; ad superficiem subiecti campi. Fastigia. Fastigium interdum accipitur ꝑ profunditate: vt apud Vergilium. Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia queras. Assyrij scrutator pallidus auri. In Assyria foditur aurum, & auri pigmentum auri colore: vt scribit Plinius. Sensus est. Illi qui aurum quærunt non tam profundis puteis cuniculisq; merguntur: q̄ Afraniani fodientes puteū ad aquas inueniendas. Vt refert Plinius, Cuniculis per magna spatia actis cauantur montes ad lucernarum lumina: multisq; mensibus nōcernitur dies: vt auri venę reperiantur. Pallidus, ab effectu. Diu enim manendo sub terra contrahit pallorem. Vnde ait Papinius. Effosso cōcolor auro. Tectis cursibus, subterraneis. Percusso pumice. Pumices sunt lapides erosi amne, candidi minimiq; ponderis, spongiosi, atq; aridi in vsu leuigandorum librorum: vt author est Plinius. Vnde ait Catullus. Libellum arido modo pumice expolitum. Stillant, fluunt, & guttas emittunt. Aut impulsa leui turbatur glarea vena. Glarea est genus terræ quæ in fluminibus & locis subterraneis est frequēs. Vnde solum glareosum dixit Plinius oleis esse aptissimum in Venafrano. Exhausta, id est fatigata, & viribus exinanita. Super.i. in superiores partes ad lucem. Duris silicum lassata metallis.i. debilitata & defatigata inquirendo inter silices venas aquæ. Metalla enim dicūtur venæ: vt supra docuimus: ex authoritate Plinij. Silices sunt saxa ex quibus ignis excutitur. Vnde ait Vergilius. Silicis scintillam excudit Achates. & primus teste Plinio, inuenit ignem e silice Pyrodes. Silices.

Quoq; min⁹ siccos possent tolerare vapores:
Quęsitæ fecistis aquę: nec languida fessi
Corpora sustentant epulis: mensasq; perosi
Auxilium fecere famem. si mollius aruum
Prodidit humorē: pigues man⁹ vtraq; glebas
Exprimit ora super. nigro si turbida limo
Colluuies immota iacet: cadit om̄is in haustus
Certatim obscœnos miles: moriensq; recepit
Quas nollet victurus aquas: rituq; ferarum
Distentas siccant pecudes: & lacte negato
Sordid⁹ exhausto sorbet̄ ab hubere sanguis.
Tūc herbas frondesq; terūt: & rore madētes
Distinguūt ramos: et si quos palmite crudo
Arboris aut tenera succos pressere medulla,

SVLPI. ¶Quoq; minus. In auras educti calore vexati plus sitiebant. Vapores, aeris æstum. Fecistis. ex labore enim magis sitiebāt: & e subterraneis locis egressi minus ęstum poterant tolerare. Nec languida fessi. non comedebāt ne magis sitirent. Perosi mensas, habentes odio cibum. Auxilium. esuriē enim ipsa minus sitire videbantur. Mollius aruum: terra humida. Prodidit, indicauit: vt prodere voce sua quenq̄. (Prodere.) Pingues, humidas. Colluuies, sordes, putridus humor, lotium. Limo, cœno. Immota. Nam vt Ouidius ait. Et capiāt vitium ni moueantur aquæ. Cadit in haust⁹ obscœnos inclinat se in potum turpem. Certatim, contentiose inter se. Moriēsq;. cum se morti vicinum videret id bibebat quod pro seruanda vita repudiasset. Siccant. sugebāt enim lac pecorum. Distentas, lacte plenas. (Distēdere.) Vergi. Siccythiso pastæ distendant hubera vaccę. Sordidus, saniosus. Sorbetur, attrahitur ab huberib⁹ vacuis. Terunt, cōtūdūt: vt succū exprimāt. Distringunt, excutiunt, & exprimunt ipsum colligendo. Ac si quos sup. bibūt. Exprimebāt. n. ramos contusos medullasq; arborū. O fortunati. felices eos appellat poeta q ex venenatis fontib⁹ aliqñ periere, quoniam durius est perire liquoris (Aquarū venenatores.)

pœnuria. Itaq; si Cæsar fontes veneno infecisset miles sciens bibere non recusasset. Barbarus hostis. Mithridates Pōti rex aquas veneno infecit: vt hostes ꝓsequētes necaret. Iugurtha quoq; fontes & pabulum corrupit in Aphrica, & Iuba rex: itē & Aquilius Romanus in Asia cui magno crimini est ascriptum ꝙ impuris medicaminibus in id tēpus sacrosancta Romana arma violauerit. Appian⁹ Sallustius, Frōtinus, & Flor⁹ authores sunt. Strauit, interemit. Saniē tabēq; ferarū .i. virus & marcidū serpentiū bufonumq; sanguinē. Dictęis, Cretēsibus. Aconita, hęrbas quę natę feruntꝰ ex spumis Cerberi tracti ad superos. nascuntꝰ in saxis & cotib⁹ nudis quas gręci Aconas vocant. vt Plinius libro. xxvij. scribit: esseq; oīm venenorū pessimū tradit. Solinus ait ab Acone portu in Ponto Aconita hęrbas noxias nominata. Non decepta, sed prudēs & scia. Flāma, calore naturali. Rigēt, aspera sunt. Squamosis, asperis: vt accidit febricitātib⁹. Venæ, in q̄bus est plus sanguinis: q̄q̄ videtur ꝑ arterijs in q̄bus est spiritus ponere vt infra. Aera nō passus vacuis discurrere venis. Pulmo, q̄ spōgiosus ac fistulis inanibus cauus attrahit redditq; aiam. Rigat⁹, irrotat⁹. Nullo hūore, quē attrahit ex aere & cōcipit ex potu. Angustat meat⁹ altnos: strīgit spiratiōes, & respiratiōes. Suspiria, halit⁹ emissiōes āhelę: vñ suspiriosi dicti q̄ difficulter respirāt. Rescisso, hulcerato. Captant, attrahunt & hauriūt. Nocturnū. qui frigid⁹ est Hęrēt in nubibus, spectant nubes pluuiā nō emittētes. Quoq; magis. Vt magis sitis irritaretur erant inter duo eis cōspicua flu. Oui. Non facile esuriens posita retinebere mensa: Fortis equus visę semper adhinnit equę. Super, vltra. Meroen, Metropolim & insulā Nili in Aegypto: cuius lōgitudo stadia tria milia, latitudo mille: a matre Cambysæ conditoris sic appellata. Arentē: ęstu ipso: & Libyam versus plurimis arenę cumulis, & versus Arabiam ꝓcipitibus montibus cingitꝰ. Sub axe Cancri, sub regione Cancro subiacenti. Garamātes, populi sunt in Libya psyllis cōtermini: sed in haustri plagā magis conuersi a Garamāte Apollinis filio denominati. Nudi: ꝓpter æstum. Deprensus, obsessus. Stagnantē, latum & effusum more stagni.

Aconita. Suspiria. Meroe. Garamantes.

PHI. BEROALDVS.

¶ Quęsitę fecistis aquę. dū q̄rūt aquas ad pellendā sitim, laborādo maiorē sitim effecerūt. Mensasq; perosi auxiliū fecere famē. Ne augerent sitim nō comedebant: vt esuriētes minus sitirent: & posi sunt mensas, hoc est odio habuerūt. Pingues glebas, habētes aliquid humoris manib⁹ ꝓmebāt vt succum expressum potarent. Colluuies immota .i. lacuna cœnosa & limosa & fœtulēta. Cadit, inclinatur. In haustus obscœnos .i. ad hauriēdū humorē obscœnū .i. turpē & plenū cœni. Distentas siccant pecudes .i. hubera plena lactis pecudum trahunt ore. Distentas, id est plenas. Vergilius. Distendūt nectare cellas. Siccant, euacuāt. Exhausto hubere .i. euacuatis lacte huberib⁹ sanguis sorbebatꝰ. Frōdesq; terunt, ad cōficiēdū succum. Distringunt

O fortunati fugiens quos barbarus hostis
Fontibus immisto strauit per rura veneno.
Hos licet in fluuios saniem tabemq; ferarum
Pallida dictęis Cęsar nascentia saxis
Infundas aconita palam: Romana iuuentus
Non decepta bibet: torrētur viscera flamma:
Oraq; sicca rigent squamosis aspera linguis.
Iam marcent venę: nulloq; humore rigatus
Aeris alternos angustat pulmo meatus:
Rescissoq; nocent suspiria dura palato.
Pandunt ora siti nocturnūq; aera captant.
Expectāt imbres: quoꝝ modo cūcta natabant
Impulsu: & siccis vultus in nubibus hęrent.
Quoq; magis miseros vndæ ieiunia soluant:
Non super arentem Meroē Cancriq; sub axe
Qua nudi Garamātes arant sedere: sed inter
Stagnātē Sicorim & rapidū deprensus Iberū
Spectat vicinos sitiens exercitus amnes.

¶ Quoq; min⁹. Prosequitꝰ rē icœptā hoc ordine. Quoq; .i. & quo (Sunt eñ duę dictiones) hoc est & vt possent minus tolerare vapores .i. aeris ęstus, siccos ab effectu: vos o aquę q̄sitę .f. ab illis cū multo labore, fecistis sup. hoc .i. effecistis vt scrutando vos magis sitirēt: nec ipsi fessi .f. ab inquisitione aquarū, sustētāt epulis corpora lāguida .f. labore & siti: & ipsi posi .i. odio hñtes, mēsas .i. cibos, fecere .i. effecere famē auxiliū .f. ad tolerandā sitim: nā p inediā minus sitiebant, & ob famē minus sentiebāt vim sitis. Si aruū molli⁹ .i. aliquātulū lutosum, prodidit .i. indicauit, humorē .f. in se existentē: vtraq; manus .f. militis Afraniani, exprimit .i. vt humorē emittat māifeste ponit, glebas .i. globos terrę, pingues ꝓpter lubricitatem, sup ora: vt humor decidat in ea. Si colluuies .i. sordiū collectio, aut lotiū hoc est græco vocabulo vrina, turbida .i. turbata & lutosa, iacet immota .i. stagnās sup. in limo nigro .i. obscœno, oīs miles cadit certatim .i. cū certamine, in haustus obscœnos .i. immūdos, & fœtidos: & miles moriēs .i. iā iāq; moritur⁹, recepit .i. bibitaq; .f. immundissimas, quas nollet .f. recipere, victur⁹ .i. si speraret se victurum: aut vbi mors non esset certa: & ipsi siccāt .i. exugūt, ritu ferarū .i. more pecuino, pecudes distētas .i. habentes hubera distēta: & negato lacte .i. cum pecudes non haberent plus lactis, sanguis sordid⁹ eorū, sorbetꝰ a milite, ab hubere exhausto .i. exucto. tunc .f. cū nō esset alius humor, ipsi terūt ad exprimēdū succū, hęrbas & frōdes arborū, & distringūt .i. digitis per lōgum deductis, decutiunt ramos madētes rore: q̄a in vere erat: hoc est rorē in os deducūt, cōprimēdo digitis ramos arborum A c sup. sorbentur ab eis succi: aut bibūt succos: si ꝓssere .i. vi expresserūt, quos .i. aliquos succos: sup. e palmite crudo .i. adhuc viridi, aut e tenera .i. adhuc molli medulla arboris. id ē si in palmite, aut virgulto viridi apparebat succus aliquis, eum exprimebāt. O fortūati sup. sint dicēdi si ad hoꝝ īfelicitatē respexeris: illi quos hostis barbar⁹ .i. prauis & efferis morib⁹: vt Mithrydates, aut Iugurtha (aut Iuba: vt Beroal. adnotauit in annotationib⁹ in Lucanū: vt eas ipressim⁹ fo. lxvj. ꝑte pria: eadē fere dicēs q̄ i cōmētarijs ei⁹ sunt: vt eūdē agnoscam⁹ authorē)

fugiens. s. a facie inimici quē vi superare nequibat: strauit. i. prostrauit, & interfecit veneno immisto, aut mixto fontibus prura. s. p quę trāsituri erāt sic necādi. Fortunati aūt sunt: qa min⁹ cruciat q veneno bibito perit q̄ qui siti. Vnde o Cæsar, licet in fundas palā in hos fluuios, quos Afranius miles vidit qdem, sed adire vetabatur, saniē. i. corruptū sanguinē, & tabē. i. putredinē infectā, ferarū. i. q̄ reperitur in feris: vt in serpētibus, rubetis, & bufonibus: & licet infundas aconita. i. herbas venenatas inter cotes nascētes in Creta & ponto: vnde addit nascētia. i. q̄ vulgo nascunt in saxis. i. cotib⁹, Dictæis. i. cretēsibus: tn̄ sup. iuuentus Romana, q̄ erat in castris Afranij, nō decepta. i. sciens & prudēs, bibet sup. ea: vt grauius tormētū euitet: nā viscera eius torrentur. i. ardēt flāma. i. ardore sitis, & ora eius sicca rigent. i. fiunt rigida, existētia aspera linguis squamosis. i. asperis & hamosis. Venę. i. arterię aut p q̄s sanguis in mēbra venit, marcent. i. tabe corrūpunt, iam. s. post tātā sitim: & nullo. i. nō vllo, pulmo nō rigatus. i. refrigeratus & respersus, vllo humore aeris. s. inspirati qui humidus est: angustat. i. cōstringit alternos meatus. i. respirandi, hoc est inspirandi & expirandi organa: & suspiria dura. i. expirationes, aut emissiones aeris inspirati violentæ, nocent palato reciso. i. vlcerato & secto siti. Milites sup. circundati, pandunt. i. aperiūt, ora siti. i. ob sitim, & captant. i. attrahūt, aera nocturnum, qui vescus, frigidus, ac humidus est. Ipsi expectant. s. cū multo desyderio hymbres: quorum impulsu. i. ingruentia, & vehementi casu cuncta natabant. i. natauerant: modo. i. paulo ante: videlicet dum Cæsar fuerat aquis septus: & vultus hærent. s. suspicientes ex desyderio, in nubibus siccis. i. nihil aquę demittētibus. Quoq;. i. & quo. i. vt ieiunia. i. abstinentia & carentia, vndæ. i. aquę, absoluāt. i. disrūpant ardore, & siti, miseros. s. milites, ipsi nō sedere. i. castrametati erant: super Meroen insulā magnā Nili, arentem. i. pœnuria aquarum laborantem, & sub axe cancri. i. in regione sub cācro iacenti: qua. s. parte, Garamantes populi in Libya, arāt nudi propter æstum: sed exercitus deprensus. i. circūseptus, inter Sicorim stagnantem. i. lente tunc fluentem, & inter Iberum fluuium rapidum. i. velocissime currentem, & cursus Sicoris impedientem, spectat sitiens amnes vicinos: & ita multo magis sitiebat.

ramos. i. denudāt frondibus & cortice, ad exprimēdum humorem. Medullæ. s. arborę.

O fortunati fugiens quos barbarus hostis. Curio legatus Cæsaris ex Sicilia cum exercitu transiuit in Aphricam: cuius aduentu territus Iuba rex Mauritaniæ omnes fontes, & flumina infecit veneno: hac re sperans se bellū cōficere posse. Milites itaq; Curionis ignari aquas venenatas hauriebant: ex quo multis somnus, languor, vertigo capitis, atq; hebetatio visus oboriebatur: & demū mors ingruebat. Vnde laborauit vehementer Curionis exercit⁹. author est Appianus Alexādrinus. Nunc Lucanus ait fortunatos fuisse milites Curionis: quos hostis barbarus. i. Iuba venenatis aquis oppressit: qm̄ saltem siti nō extinguebantur: vt Afraniani. Hos licet in fluuios, Sicorim. s. & Iberum. Diteis saxis. A dite. i. Plutōe deriuat ditea saxa. & hoc magis placet q̄ vt intelligas Dictęis. i. Cretēsib⁹ a dictęo mōte Cretę. Diteis ergo. i. Plutonijs

Iuba.

Infundas aconita palā. Aconitū omnium venenorum ocyssimum est: folia habet cucumeris: radicē modicā camaro similem marino: quare quidā Cāmarō appellauere. Nascitur in nudis cautibus, quas Aconas vocant & ideo aconitū dixere: vt Ouidius & Solin⁹ tradunt. Fabulæ narrauere e spumis Cerberi natum aconitum extrahente ab inferis Hercule: quod etiam nō tacuit Plinius. Illa saxa in quib⁹ nascitur aconitum, ideo Lucan⁹ appellat Ditea. i. Plutonia: quoniam ab inferis est eius origo: siue quia est mortiferū: vel qa apud Heracleā Pōticā gignit: vbi mōstratur adit⁹ ad inferos. Squamosis linguis: q̄. s. ex nimia siccitate & ariditate cōtraxerunt squamulas q̄sdā: q̄ puenire solēt arētibus linguis.

Iā marcēt venę. i. tabescūt & marcidæ fiunt pœnuria nutrimēti. Venę sunt ꝓprie receptacula sanguinis: Arterię vero sp̄us semitę: vt Gelli⁹ & Plini⁹ ōndūt. Angustat pulmo meat⁹. Pulmo receptaculū est pot⁹: vt ait Macrobi⁹: & gaudet humore: cui⁹ pœnuria angustat & stringit sp̄us, q̄ reciprocat a pulmone. Expectāt imbres ore patēti. suspiciūt cęlū expectātes pluuias: q̄rū paulo ante fuerat magna pluuies. Siccis, sine vndis. Vndę ieiunia. i. aquarū abstinētia. Nō sup arentē Meroen. Ad maiorē cruciatū inqt Lucanus nonerant in locis arentibus: sed inter Sicorim & Iberum, quærebant aquas in aquis vt inquit Ouidius de Tantalo. Meroe autem insula est in Nilo clarissima: vt Plinius & Diodorus tradunt. Cancriq; sub axe. i. in Aethiopia & Syene: quæ tropico Cancri subiecta est. Nudi Garamantes. populi sunt Aphricæ iuxta zonā torridam vt ait Seruius. Vergilius. Super & Garamantas & Indos proferet imperium.

Iam domiti cessere duces: pacisq; petendę
Auctor damnatis supplex Afranius armis
Semianimes in castra trahēs hostilia turmas
Victoris stetit ante pedes: seruata precanti
Maiestas non fracta malis: interq; priorem
Fortunam casusq; nouos gerit omnia victi
Sed ducis: & veniam securo pectore poscit.
fusa. Perit, non cognoscit̃ non apparet. Nos
in conspicua. deorũ beneficio nos sumus as-
secuti testes virtutis nostræ. Conspicua, quæ
conspicitur. Aequora, in quib⁹ sunt hostes.
Terræ, diuersa littora in quibus sunt socij, &
hostes. Insula: Corcyra ex q̃ discessimus. Ge
minę partes, Cæsaris & Pompeij. Diuerso lit
tore: Dalmatico & Illyrico.

¶ Opiterginis colonis. Opitergium ciuitas
& Opitergini montes sunt in decima regiõe
Italiæ vt ait Pli. Moles ergo .i. ratis quæ ve
hebat Opiterginos adhæsit funibus. Vulte
ius tacitas sensit sub gurgite fraudes. Vultei⁹
tribunus erat vt inquit Florus dux Opitergi
norũ quorum rapta fuerat ratis: hic ergo co
gnouit dolos Pompeianorũ. Vincula ferri.
i. catenas quib⁹ sua ratis distinebatur. Incer-
tus qua terga daret. cum hostes haberet a frõ
te, a tergo, a lateribus, nesciebat quib⁹ pectus
quibus terga obijceret. Inter tot milia .s. Põ
peianorum. Et plenam vix inde cohortem.
s. Cæsarianorum Opiterginorum: qui vt ait
Florus vix erant mille iuuenes. Cohors est
decima pars legionis & habet milites quingẽ
tos quinquagintaquinq; vt scribit Vegetius.
Illa vero cohors quę est prima in legione con
tinet plus q̃ mille pedites & miliaria nuncupa
tur. Pacemq; habuere tenebræ. i. nocte cessa
tum est a pugna. Attonitã stupefactã & ex-
animatam. Venturaq; fata. i. mortem. Li-
bera non vltra parua q̃ nocte iuuentus. Ora-
tio est Vulteij cohortãtis Opiterginos vt aio
forti constantiq; sint: qui ostendit eos non vl-
tra habituros libertatẽ q̃ illa nocte parua: hoc
est ęstiua. Angusto tempore. i. difficili & pe
riculoso. Ita Horatius. Reb⁹ angustis animo

BERO.

Par animi laus est: & quos speraueris annos
Perdere: & extremæ momẽtũ abrũpere lucis
Accersas dum fata manu: non cogitur vllus
Velle mori: fuga nulla patet: stant vndiq; nr̃is
Intenti ciues iugulis: decernite letum:
Et met⁹ oĩs abest: cupias quodcũq; necesse ẽ.
Non tamẽ in cæca bellorũ nube cadendũ est.
At quũ permistis acies sua tela tenebris
Inuoluunt: conserta iacent quũ corpora cãpo:
In mediũ mors oĩs abit: perit obruta virtus.
Nos in conspicua sociis hostiq; carina
Constituere dei: præbebunt æquora testes:
Prębebunt terræ: summis dabit insula saxis:
Spectabunt geminæ diuerso littore partes.

¶ Hic Opiterginis. Declarat qua fraude Cilicum nauis Opi-
terginorum cui Vulteius a Cæsare dux cõstitutus erat catenis
inclusa est: & qua oratione Vulteius suos vsq; ad necẽ sibi infe
rendam animauit dicẽs. Moles. i. nauis magna, onerata colo-
nis Opiterginis. i. ex Opitergio oppido Venetiæ, cõstitit. i. mã
sit stans, hic. i. ad dictam rupẽ. Puppes. s. Octauij, solutæ. s. re
tinaculis, hoc est liberę emissę, omni statione. i. loco ad cui⁹ de-
fensionẽ prius steterant, circumeunt. i. sepiunt, hanc. s. nauem
Opiterginorum. Alij. s. ex illis, complent. i. occupantes præ-
cludunt, rupes & littora. Vulteius sensit fraudes. i. catenas per
fraudem missas, tacitas. i. occultas & tectas, sub gurgite. i. flu
ctu marino. Ne vero dubites quis Vulteius fuerit, addit. Ille. s.
Vulteius, erat dux ratis. i. nauis illius interclusæ: qui conatus
frustra, id est sine effectu, rumpere vincula, id est catenas ferre
as ferro, id est securi ferrea, poscit prælia, id est copiam præliã
di: nulla spe, scilicet euadendi: cum etiam victor captus fo-
ret: incert⁹. i. dubius qua. s. parte maris, daret terga bello. i. pu
gnaret a tergo se defendendo: & qua parte daret pectora bello
quia vndiq; videbat hostes: aut sic: qua parte daret terga. i. au-
fugere tentet cum non posset: aut qua parte daret pectora bel-
lo cum non esset pugnandi potestas nisi quã hostes facerent.
Tamẽ. i. q̃q̃ nullã spẽ haberet: tamẽ Vulteius effecit in hoc ca-
su. i. in hac fraude Cilicũ, sup. tantũ, quantũ virtus deprensa
.i. in alieno occlusa & circũsepta, valebat. s. efficere. Pugna fu
it quidem non longa. i. non diuturna: inter tot milia. s. hostiũ
& Cilicum & sub Octauio militãtium: circumfusa rati. s. Opi-
terginorum ac Vulteij, captæ. i. obsessę ita vt euadere non va-
leret: & sup. inter cohortem. s. Vulteianam vix plenam. i. com
pletam, inde. i. a parte Vulteij. Nam nox condidit. i. abscondit
& occultauit, vmbra. s. terræ: alij legunt atra: vt sit nox atra cõ
didit, dubiam. i. incertã lucem diei: hoc est erant iam crepuscu-
la. & tenebræ habuere pacem. i. intermissionem a prælio. Tũc.
i. in tenebris & pace illa, Vulteius rexit. i. erexit & stabiliuit: co-
hortem. s. nauis suę: attonitam & pauẽtem fata. i. mortem ine
uitabilem, voce magnanima. i. magnanimitatem Vulteij indi
cante, & pauentes ad eam inuitante, sic. i. in hunc modum. O
iuuentus libera. s. futura, aut victura in libertate, parua nocte.
i. tempore breuis noctis: & sup. non vltra. i. non diutius: quia
aut mori aut capi necesse erat: consulite (mixta latinitas: quia
dum dicit libera respicit ad vocem: & dum addit consulite re-
spicit ad rem: nam collectiue ponitur iuuentus pro multitudi-

ne iuuenum. Est itaq; synthesis).i. prospicite rebus extremis. i. vltimis vitæ vestræ, in tempore angusto. i. breui: quia vnius noctis. Nulli. i. non vlli, vita non superest. i. non restat, breuis vlli qui habet tempus mortis quęrendę. i. inferēdæ sibi. s. ipsi in illa. s. vita. q. d. satis vitæ supest: quibus datur spatium sibi mortem inferendi: quia diu vixisse putatur: qui pulchrā mortē obijt. nec o iuuenes minor gloria leti. i. necis est occurrere. i. in occurrendo aut ijs qui occurrunt, fato admoto. i. neci instanti & ineuitabili, & hoc tempore vitæ venturæ. i. cum sit incertū: omnibus. s. viuentibus, par. i. ęqualis laus animi est, &. i. tā perdere annos. s. vitæ quos speraueris. i. sperare potueris, &. i. q̄ abrumpere momentum extremę lucis. i. vitę: non minor, dū. i. dūmodo, accersas. i. aduoces aut asciscas fata. i. mortē, manu. s. tua: hoc est non minoris est laudis fortiter obire mortem vbi non est spes vitæ longioris q̄ vbi est: quia virtus non tempore sed animo metiēda est. probat qđ asseruit: quia Vllus supple mortalium non cogitur velle mori. i. licet cogatur quis mori: tamen non cogitur velle mori: & ita qui cogitur mori pro re sancta si simul vult mori facit de necessitate virtutē. Videt̄ tn̄ hoc dicere. Vllus vestrum sup. non cogitur a me, mori. i. vt sibi consciscat mortem quia alioqui moriēdum est. Nam nulla fuga patet. ciues. s. Romani conciues nostri sunt vndiq;. i. ex omni parte, intenti nostris iugulis. i. vt petāt iugulos nostros & nos occidant: decernite. i. deliberato aīmo obite, letum. i. genus mortis a vobis obeundum: & omnis metus abest. i. nihil restat metuendum. Cupias. i. quilibet cupere debet quodcūq; necesse est. i. quod euitari nequit: & ita vir sapiens id vult quod necesse videt: vt mori dum fata vocant. tn̄ non est cadendum. i. non necesse est vt cadamus, in cæca nube bellorum. i. in confusa strage & ignoratione vt fit in confuso bello: aut nō est cadendum nobis sicut cadendū est, quū. i. quando, acies. i. exercitus instructos, sua. i. ppria tela, inuoluūt. i. obnubilant tenebris permistis. i. confusis vt non discernatur inter victores & victos (Construitur autē accusatiuus acies a parte anteriori cū a posteriori regatur vt relatiuū sua habeat antecedens) & cum corpora iacent cōserta. i. confusa & interempta cāpo in quo p̄lium factum est: omnis mors abit in medium. i. nulli ascribit̄ cū ignoret̄ cædis author: virtus. s. vincentis, obruta tenebris ignorationis, perit. s. q̄tum ad laudē humanam: sed dei nolētes gloriam nostrā perire, constituere nos in carina conspicua. i. euidenti & manifesta sociis & hosti: æquora prębebunt testes. s. nostræ virtutis: & terræ prębebūt testes. s. socios & hostes ex terra nos conspectantes: insula. s. Corcyra dabit saxis testes: qa geminæ partes. s. Cæsarianę & Pōpeianæ spectabunt sup. nos aut virtutem nostram, sup. ex diuerso littore, videlicet Dalmatico & Illyrico.

sus atq; fortis appare. Vita breuis nulli sup est. Sensus est. Nullus dicitur habere vitā breuem qui potest sibi consciscere mortē anteq̄ opprimatur ab aduersario. Nec gloria leti. i. mortis. Admoto occurrere fato. nunc vobis mors est admota & vicina tamen non erit minima laus obuiam ire vicino fato. Omnibus incerto venturę tempore vitę. Sensus est non minorem gloriam merent̄ hi qui occurrunt vicinæ morti q̄ illi qui se interimunt q̄uis nulla hostili vi ingruēte: quorum mors est incerta. Extremę momentum abrūpere lucis. i. præoccupare imminētem mortem & abrumpere extremam vitam. Arcessas dū fata manu. i. dummodo tibi manu tua consciscas mortem. Arcessere enim fata est mortē aduocare. Accersere & arcessere differūt nam accersere per r. ante s. euocare significat. Arcessere vero aliquē accusare: & ab arceo nascit̄ vt scribit Diomedes. Non cogitur vllus velle mori. potest homo cogi ad mortem subeūdam: voluntas autem minime: quæ in aliena nō est potestate. Fuga nulla patet. Ex necessitate ostendit mortem esse accersendam, cū nullum pateat effugium. Intenti ciues. s. Pōpeiani. Decernite. i. constituite, deliberate. Letum, hoc est mortem. Cupias quodcūq; necesse est. Vt moriaris est necesse: cupias ergo mori: nec mortem expauescas. Ita Terentius. Si non potest fieri quod vis: id velis qđ possis. In cæca bellorum nube. Qui in iusta acie pugnant eorū facta non eminent vtpote i turba edita: & mors est obscura. quod secus dicit Vulteius euenturum suis cōmilitonib⁹ q̄. s. eorum facta & mors non erunt in obscuro. In medium mors omnis abit. i. mors eorum est sine peculiari & priuata laude, sed cōmunis: qui perierunt in acie, & ceciderunt inter inumerabilia cadauera. Geminę partes. s. Cęsariana & Pompeiana. Diuerso littore. Pompeiani ex littore Illyrici: Cęsariani ex littore Italię.

Accerso.
Arcesso.

Nescio qđ nr̄is magnū & memorabile fatis
Exemplū fortuna paras: quæcūq; per æuum
Exhibuit monumenta fides: seruataq; ferro
Militiæ pietas: transibit nostra iuuentus.
Namq; suis pro te gladiis incumbere Cęsar
Esse parum scimus: sed non maiora supersunt
Obsessis: tanti quæ pignora demus amoris.
Abscidit nostræ multum sors inuida laudi:
Q; non cum senibus capti natisq; tenemur.
Indomitos sciat esse viros: timeatq; furentes
Et morti faciles animos: & gaudeat hostis
Non plures hæsisse rates: tentare parabunt

¶ Nescio quod. Gratulatur fortunę. locus a laude consequenti: pollicetur enim hoc exēplum superaturum esse omnes veterū historias. Fatis, morti. Transibit monumēta: superabit exempla. Exhibuit per æuum: dedit præterito tēpore. Fides & pietas: vt erga imperatorem, aut remp. Seruata ferro: vulnerib⁹ & mortibus acceptis aut illatis. Nāq; suis. apostrophe ad Cęsarem. Incumbere, iuuētutem nostram. Suis, proprijs. Sed non maiore. sed nos obsessi maius testimonium prestare non possumus. Pignora, testimonia. Tanti: quantum in te gerimus. Abscidit nostræ. conqueritur q̄ totus simul populus mori Saguntinorum exemplo non possit. Abscidit, diminuit. Sciat, hostis. Indomitos, isuperabiles ei. Furentes, iratos. Non plures: quia eos superassemus. Tentare fœderibus, pacisci. Turpi vita. turpe enim eēt & victos esse & in seruitute viuere. Vnica, singularis & egregia. Habeat, assequatur. Promittantve salutem: & ignoscatur. Calido. calescit enim ictu & sāguine. Desperasse: omnem salutis & vitę spē

SVLPIT.

amisisse. Virtute meredum. Fortitudinis exē
plo acquirere debemus: vt Cęsar mortem no
stram indoleat: & stragem appellet. Dent fa=
ta recessum. q̄uis incolumis possem euadere
nolim tamen vlterius viuere. Recessum, libe
rum discessum. Emittant, liberent. Instantia
mortem instantem. Proieci animam: spreui
viuere posthac. Stimulis, ardore. Furor est
diuinus impulsus & concitatio: vnde & vati=
cinantes furere dicuntur. Verg. li. ix. hos mo
riēdi stimulos appellat ardorē dicens. Dij ne
hūc ardorem mētibus addūt Euriale: an sua
cuiq; deus fit dira cupido. Quos iā tangat vi
cinia leti. qui sunt vicini mortis. Victurosq;
dei. dij nolunt vt victuri intelligant mortis fe
licitatem quo magis in vita permaneant. Du

Mori felix. rent, perseuerent. Felix esse mori. Siquidem
vt Cicero in Tusc. ait vel dij ipsi vel cum dijs
futuri sum⁹. est enim magnum bonum mors
& ęrumnarum requies: q̄ cuncta mortaliū ma
la dissoluit. Eam aliquādo dij immortales ꝓ
pręmio dedere hominibus: vt Cleobi & Bito
ni: Triphonio & Agamedi: qui exædificato
Delphis tēplo Apollini, petita ab eo merce=
de quę esset homini optima & ille daturum se
ostendisset, triduo post repti sunt mortui. Su
stulit, erexit. Cum cęli. cū oēs lucē futurā me=
tuerent anteq̄ eos Vulteius oratiōe cōfirmas=
set. Flexo temone vrsę, apparēte aurora: quo
tempore vrsæ maioris plaustrum in orientē
conuertitur. supra dixit. Parrhasis obliquos
Elyce cum verteret axes.

BERO. ¶ Nostris fatis. i. mortibus. Quæcunq; per
æuum exhibuit monumenta fides. i. virtus,
& pietas nostra superabit omnia monumen=
ta. i. historias & exempla eorum qui pietatem
& fidem seruarunt in militia erga suos impa=
tores. Nostra iuuentus. i. Opitergini milites
qui erant circiter mille iuuenes, vt ait Florus.
Namq; suis pro te gladijs incumbere Cęsar.
Apostrophus sermo est ad Cęsarē Vulteij di
centis ꝙ mori pro Cęsare est parū: sed nihil si
bi est maius qđ in illum cōferre possit ad amo
rem & obseruantiam monstrandā. Q; nō cū
senibus capti natisq; tenemur. i. si haberem⁹
patres filiosq; nobiscū: hic eos prius epulare
mur & essem⁹ q̄ faceremus deditionē. Indo
mitos sciat esse viros. s. nos. Hostis, Pōpeia
nus. Non plures hæsisse rates. Gaudeant
inquit aduersarij ꝙ vna tātum ratis capta est
quia si plures adhęsissent funibus, possent ip
si Pompeiani profligari. Turpi vita. Turpē
vitam appellat quā donat hostis: & eius bene
ficio viuere sordidum est. Promittant veniā
Vellem inquit ꝙ aduersarij nobis veniam ꝓ=
mitterent: vt mors nostra esset gloriosior: vt
pote q̄ videret voluntaria nō coacta. Despe
rasse putent. quoniam multi sibi consciscūt
mortē desperātes salutē. Hoc damnū cladē
q; vocet. Si mors nostra fuerit virilis & gene
rosa existimabit Cæsar fecisse se magnam ia
cturā clade nostra, q̄uis simus pauci. Dent
fata recessum. id est etiā si possem euadere e
manibus hostilibus: tamen ego nollem. cum
vitam tanq̄ supuacuā piecerim: nec ꝓ ea sim
sollicitus. Instantia. s. fata & pericula. Co

Comes. mites. Comes dicitur īferior qui aliquē ma=

Fœderibus: turpiq; volent corrumpere vita.
O vtinam quo plus habeat mors vnica famæ
Promittant veniam: iubeant sperare salutem,
Ne nos quum calido fodiemus viscera ferro
Desperasse putēt. magna virtutē meredū est:
Cæsar vt amissis: inter tot milia: paucis:
Hoc dānū cladēq; vocet: dent fata recessum
Emittantq; licet: vitare instantia nolim.
Proieci vitam comites: totusq; futurę
Mortis agor stimulis: furor est: agnoscere solis
Permissum est: quos iam tangit vicinia fati:
Victurosq; dei celant vt viuere durent
Felix esse mori. Sic cunctas sustulit ardor
Nobilium mentes iuuenum: cū sydera cæli
Ante ducis voces oculis humentibus omnes
Aspicerent: flexoq; vrsę temone pauerent.

¶ Nescio quod &c. Prosequitur orationem Vulteij suos sic ex
hortantis. O fortuna tu paras. i. pręparas & portendis, nostris
fatis. i. futuræ morti nostræ, nescio quod exemplū magnum
& memorabile. i. facinus egregium quod pro exemplo poste=
ri in memoria habere debeant. Nam nostra iuuentus. i. hæc iu=
uenum congregatio trāsibit. i. superabit, quęcūq; monumēta
. i. testimonia & cohortamēta, fides. i. fidelitas, & pietas. s. in pa
triam aut ducē, militiæ. i. militum, seruata ferro. i. vi armorum
aut illatis vulnerib⁹, exhibuit. Nam pro quia, O Cæsar nos sci
mus milites sup. aut quoslibet tuos, incumbere gladijs suis. i.
se demittere in gladios proprios, pro te. i. pro fide tibi seruan=
da, esse parum. i. rem modicā: sed pignora. i. testimonia tanti a
moris. s. in te, quæ demus. i. dare possimus, maiora, non super
sunt obsessis. i. nobis. i. cum simus obsessi non possumus ma
gis attestari amorē in te nostrum, q̄ ꝙ pro te mori parati sum⁹
Non enim est maior dilectio q̄ vt quis ponat animam suā ꝓa
micis suis. verumtamen si viuere permittatur & vita plus pro
sit amicis q̄ mors, plus fecerit qui pro amicis diutius viuere, q̄
qui mori disponat: sed talis facultas nō erat obsessis. Nā sors
inuida, abscidit. i. vi abstulit nobis, multum nostrę laudis. aut
si legatur cum Aldo laudi: ordo est. Sors inuida abscidit nr̄æ
laudi multum. Est autem abscidit compositum ab abs & cędo
nam abscindo facit abscidi media breui: vt æneī. iij. Hesperiū
siculo latus abscidit &c. ꝙ. i. quia, nos nō tenemur capti cum
senibus & natis sicut Saguntini olim. q. d. idem faceremus qđ
illi si eadem esset facultas. Sciat hostis. i. facite vt hostis sciat:
nos sup. esse viros indomitos. i. indomabiles, & timeat aīmos
furentes. i. erinny percitos, & faciles morti. i. paratos ad mortē
& gaudeat non plures rates. i. hanc solam nauim, hæsisse. s. ca
tenis ferreis, quia si plures hæsissent de victoria desperassent.
Hostes sup. parabunt tentare sup. nos: fœderibus sup. ferien=
dis per deditionē nostram: & volent corrūpere. s. nos, vita tur=
pi. i. infami, quia sub seruitute. O vtinam ipsi promittāt sup.
nobis, veniam. i. remissionem culpę & salutem: non tamē quo
diutius viuamus, sed quo. i. ideo vt, mors vnica. i. singularis,
habeat plus famæ. i. clari nominis. & vtinam ipsi iubeant nos
sperare salutem: ne putent nos desperasse: tūc sup. quum. i. q̄ñ

nos fodiemus.i.more fodientium penetrabimus & perforabimus, viscera sup. nostra: ferro calido, quia in viscera calida, aut quia feruenter immisso. Merendum est, id est merito obtinendum, magna virtute, scilicet nostra, vt Cæsar paucis.s.militibus, amissis inter tot milia, scilicet militum suorum, vocet hoc.i.nostri amissionem, damnum & cladem.i.hoc per virtutem mereri possumus vt propter mortē nostram Cæsar se magna clade affectū queratur, quod propter ignauorum stragem non faceret. Licet fata dent recessum.i. liberum discessum, & licet emittant.i.liberent nos: tamē sup.ego nolim vitare: instātia.s.fata.i.præsentē mortē. O comites, ego proieci animam.i.contempsi vitam: & agor, i.impellor, totus stimulis.i.pūctu ris, mortis futuræ. furor est.s.bellic⁹ & sacer. Permissum est solis hominibus illis quos vicinia fati.i.mortis tangit.i.quos dij vicinę morti addixerunt: agnoscere mori esse felix.i.pertinere ad felicitatem quā sine morte adipiscitur nemo. vnde & Paulus noster hic vixit desyderium habens dissolui & esse cū Christo. Et si forte dicat. Si felix est mori: cur oēs mortales mortem non accelerant: affert causam dicens. ꝗ pro quia dei celāt victuros.i.faciūt ne qui victuri sunt diutius agnoscāt felix eē mori, vt durent.i.perseuerent viuere: vt videlicet mundus cōseruetur. Sic.i.p talē orationē Vulteij, ardor.i.vehemens cupido gloriosæ mortis, sustulit.i.erexit mentes nobiliū iuuenū. Nā cū oēs aspicerēt añ voces ducis.i.priusꝗ̄ dux tales voces ediderat, sydera cæli, oculis humentibus.i. lachrymantibus eo ꝗ ea non amplius visuri erant: & pauerent temone vrsæ flexo.i.cum viderent temonem vrsæ flexum & ita lucem qua morituri erant instare.ijdem &c. vide sequentia.

ioris dignitatis sequit̄ & deducit. Furor est.s.diuinus. nam vt scribit Cicero in diuinatione, Moriētes diuinare creduntur: & rerum futuratum præsagio duci. hoc nunc tangit Lucanus: inducens Vulteium dicentem se furore diuino stimulari: qui eos tantummodo tāgit qui sunt cito morituri. Victurosꝗ dei celant.id est dij nolunt hominib⁹ mōstrare mortem esse bonum & rem felicissimā ne omnes cupiant mori. Mors enim vt disputat Cicero eripit mortales a malis & miserijs quas hominem in vita pati necesse est: iuxta illud Nęuianum. Pati necesse est mortalem multa mala.

Oculis humentibus, id est lachrymantibus propter futuræ mortis metum. Flexoꝗ vrsæ temone pauerent. Anteꝗ̄ Opitergini audissent verba Vulteij pauebant videntes ex acta nocte aduentare diem & sic imminere mortem. Plaustrum enim vrsæ flectitur aurora surgente: vt supra dictum est. Flexo ergo temone.i. septemtrionibus qui efficiūt formam plaustri: i quo Triones, id est boues duo demonstrantur cū plaustro vt scribit Gelli⁹. Vrsa aūt est duplex.s. Cynosura & Elyce: de quibus supra.

Iidem cum fortes animos pręcepta subissēt
Optauere diē: nec segnis vergere ponto
Tunc erat astra polus: nā sol Ledęa tenebat
Sydera: vicino cum lux altissima cancro est.
Nox cū Thessalicas vrgebat parua sagittas.
Detegit orta dies stantes in rupibus Istros:
Pugnacesꝗ mari graia cum classe Lyburnos.
Tentauere prius suspenso vincere bello
Fœderibus: fieret captis si dulcior ipsa
Mortis vita mora: stabat deuota iuuētus
Damnata iam luce ferox: securaꝗ pugnę
Promisso sibi fine manu: nulliꝗ tumultus
Excussere viris mentes ad summa paratas:
Innumerasꝗ simul pauci terraꝗ mariꝗ
Sustinuere manus. tanta est fiducia mortis.
Vtꝗ satis bello visum est fluxisse cruoris:
Versus ab hoste furor: primus dux ipse carinę
Vulteius iugulo poscēs iam fata retecto:
Ecquis (ait) iuuenū est: cui⁹ sit dextra cruore
Digna meo: certaꝗ fide per vulnera nostra
Testetur se velle mori: nec plura locuto

SVLPIT. ¶ Cum præcepta subissent. Cum persuasi essent Vulteij sententijs. Nec segnis. & tunc inꝗt nox erat breuis & nocturna sydera statim occidebant. erat enim sol in fine geminorum & nox incipiebat ab ortu sagittarij. Ledæa signa: geminos in quos fuere conuersi Castor & Pollux Ledeę filij. Fabulam apud Higinū & quintum fastorum Ouidij lege. Lux est altissima cancro vicino. Quum sol ex geminis cancrum est ingressurus qui est signorum altissimus, dies sunt maximi. Nox. nox inquit impellebat sagittarium in quē Chiron cētaurus Achillis magister cōuersus est qui & Arcitenens dicitur. Vrgebat: in occidentem: ita vt apparēte sole sagittarius occidisset & sub primam noctem oriretur: nox autem quę est vmbra terræ semper eam circūit fugiendo a contraria parte ī qua sol est. estꝗ descriptio occasus chronici respectu oppositionis. Detegit Istros: ostēdit hostes Opiterginorū. Istri populi vltra Venetiā dicti a fluuio Istro qui Danubi⁹ est. Rupes. Supra dixit. alij rupes ac littora complēt. Lyburnos. Lyburnia regio, cuius finis & initium Dalmatia. Graia cum classe, Corcyrea: nam vt Strabo docet Chersicrates Archiæ qui Syracusas condidit soci⁹ ad deducēdos Corcyram accolas ex Heraclidarum genere procreatos expulsis lyburnis ī sulam habitatorum frequētia refersit. Suspēso vincere bello: inducijs & pactionibus vt facerent deditionem. Mora mortis: tarditate inferēdi sibi mortem. dicitꝗ ex sua coniectura poeta. Si fieret dulcior: quia inuisa eis erat. Deuota, deputata & addicta. Luce damnata, cum moriendi proposito, & vitæ infensa. Promisso sibi fine manu: cum semet cōstituisset occidere. Tumultus, metus præliorum. Excussere mentes paratas ad summa remouere proposita prompta ad mortē. Manus, hostium cœtus. Terra. multi enim e sco

Istri.

Lyburnia.

pulis & e rupe ipsos oppugnabant. Fidutia mortis. quã mors dabat. Vtq; satis. post certamen hostile in se ipsos tela verterũt. Bello, prælio. Furor, ira & impetus pugnandi. Fata mortem. Retecto, aperto: nam in armis antea tegebantur. Cuias sit dextra: qui me occidere audeat. Certa fide. nam si me percusserit dabit argumentum se quoq; mori velle. Non vnus. sed multi. Iamdudum, tũc tũc. Viscera, corpus. Grato, quia reddit pietatis officium. Debebat: quia ab eo ictus ex fide erat repercussurus. Concurrunt. contra se ruunt. Totum nefas: omne scelus: quia cognatos fratres & filios & parentes cædebant. Vnis partibus: in militibus Cæsarianis: qui erant eiusdem partis. Sic semine. Nõ aliter inquit mutuis se vulneribus confecere qui nati sunt ex draconis dẽtibus: quos seuit Cadmus ad Thebas vt in tertio meta. scribit Ouidius. Nec aliter terrigenæ exorti ex dẽtibus peruigilis Draconis ab Iasone satis auxiliante Medea. Dircæa cohors: acies terrigenarum Thebanorum. Emicuit, apparuit, exorta est. Semine, dentibus. Dirũ omen: malum augurium Etheocli & Polynici fratribus: qui ad illorum exemplum mutuis se ictibus confecerũt. Phasidos, fluuij: hoc est regionis in Scythica. Dente insomni. ex dentibus draconis peruigilis. Missa, immissa & concitata veneficijs Medeæ: quæ in eos id furoris immisit: ne impetum in Iasonem facerent. Tantos sulcos: quos Iason bob⁹ igniuomis fecerat: vt in septimo metamor. scribit Ouidius.

ERO. ¶ Optauere diem. Quia stimulati & incensi oratiõe Vulteij cupiebant mori. Nec segnis vergere ponto. i. noctes erant breues: & tunc cælũ dicitur vergere velociter stellas ad occasum. Nã sol Ledæa tenebat sydera. i. sol erat in signo Geminorum quod tempus æstiuũ est. Leda ex Ioue Castorem & Pollucẽ dicit peperisse: alterum mortalem, immortalẽ alterum. hi in sydus cęleste trãslati sunt vt scribũt Higinus Ouidius & Seruius. Vicino cũ lux altissima cancro est. Sol ex geminis trãsit in Cancrũ in quo solstitium efficitur ęstiuum: & tunc lux est altissima. Sol enim deĩde incipit agere retrogressum: vt scribit Macrobius. Nox cum Thessalicas vrgebat parua sagittas. Sagittarius signum est Zodiaci: & vt ab

Sagittarius Higino & Ouidio traditur Chiron centaur⁹ in hoc sydus translatus est. Quãdo sol est in Geminis nox dicitur esse in sagittario signo e regione spectante Geminos. nox ergo parua, id est æstiua vrgebat sagittas Thessalicas id est sagittarium: qui fuit Chiron cẽtaurus cultor Thessaliæ. Istros, populos Illyrici, ab Istro fluuio quem accolunt nuncupatos. Lyburnos. Lyburnia Illyrici pars est vt scribit Plinius: a quibus naues Lyburnicæ nũcupantur vt Vegetius & Appianus tradunt, in re nauali peritissimi. Deuota, id est morti addicta & obnoxia. Damnata luce. i. vita. Promisso sibi fine manu. i. cum promisissent se mutuis ictib⁹ necare. Nulliq; tumult⁹. Tumult⁹ dicit quasi timor mult⁹ vt scribit Serui. Ad sũma. i. ad oĩa pericula & mortem obeundã.

Viscera non vnus iamdudum transigit ensis.
Collaudat cunctos: sed eũ cui vulnera prima
Debebat grato moriens interficit ictu.
Concurrunt alii: totumq; in partib⁹ vnis
Bellorum fecere nephas. Sic semine Cadmi
Emicuit Dircæa cohors: ceciditq; suorum
Vulneribus: dirum Thebanis fratribus omẽ
Phasidos & campis insomni dente creati
Terrigenæ missa magicis e cantibus ira
Cognato tantos implerunt sanguine sulcos.

¶ Iidem inquã iuuenes cũ. i. postq̃, præcepta. i. exhortamẽta ducis, subissent animos eorum fortes: fortiores tñ effectos: optauere diem. i. aduentum diei. Nec polus. i. axis aut vertex cęli, erat tunc segnis. i. tardus aut piger vergere. i. ad vergẽda. i. auertenda astra ponto. i. mari quæ tãtisper dum nox erat põto apparebant: sed quia breuis tunc nox erat polus ea statim abscondebat. Alij legunt mergere quod apertus est: videtur enim astra dum occidunt & non apparẽt mergi ponto. Nã sol tenebat sydera Ledęa. i. Geminos in quos Castor & Pollux filij Ledę conuersi finguntur, quũ. i. quo tpe lux. s. diurna est altissima. i. maxima sole existẽte altissimo: & hoc cãcro vicio existẽte: quia in cancro est solstitium æstiuale. Nox parua. i. breuis, vrgebat tũ. i. tũc sagittas Thessalicas. i. Chirona sagittarium Thessalicum. i. dum sol ingrediebatur Gemios occidebat Sagittarius. Nã supra terram erant Gemini, Cancer, Leo, Virgo Libra, & Scorpius, & sex reliqua signa subter. Vñ sagittarius q̃ proxime Scorpiũ sequitur occidebat. Dies orta (Manifestum est ꝙ de die condistincta nocti loquitur & tñ in fœminino genere. vñ pro tpe semper fœminini est: pro tempore diurno dubij generis) detegit. i. denudat & conspectui exponit: Istros. s. hostes Opiterginorum: stantes in rupibus: & Lyburnos, affines Dalmatiæ etiam hostes, pugnaces. i. assidue pugnare solitos mari: vnde Lyburnæ naues exquisitissimæ tunc erant: cũ classe Graia. i. gręcanica, videlicet Corcyrea. Hostes sup. dicti tentauere. s. Opiterginos & Vulteium. i. exquisiuerunt ab eis: prius. s. q̃ eos oppugnarent: vincere sup. eos bello suspenso. i. ad tempus per formam induciarum intermisso, fœderibus. i. pactionib⁹ concordiæ aut deditiõis: si. s. forte, vita fieret dulcior captis, quia vitam iam contempserant & mortem expetiuerant, ipsa mora. i. dilatione mortis: quia per moram feruor tepesit. Iuuentus. s. Opitergina, stabat ferox deuota. i. spõtanee morti addicta, & hoc luce. i. vitali aura, iam dãnata. i. aspernata, & stabat secura pugnæ. i. de exitu prælij: nõ verita ꝙ aut occidi aut capi possit: fine. s. prælij & vitæ, promisso sibi manu. s. propria: quia decreuerat seipsam prius interficere q̃ in hostium potestatem veniret. & nulli tumultus. i. bellicę commotiones, excussere viris. i. virilibus animis, mentes. i. animos memores, paratas ad summa. i. maxia pericl̃a, videlicet ad mortem: & ipsi pauci sustinuere innumeras manus. i. copias, simul terra & mari. quia alij e littore iacula immittebãt: alij e mari eos inuadebant. Tanta. i. tam magna est fiducia, id est fortis fides mortis. s. obeundæ. Et vt. i. postq̃, satis cruoris. i. quãtum sat erat bello, visum est fluxisse, scilicet post effusionẽ: furor. s. bellicus versus est ab hoste. i. non amplius in hostem sæuierunt: sed in seipsos. Nam Vulteius ipse dux carinæ, poscens iam prim⁹ fata, id est necem, iugulo retecto, id est denudato armis ait: ecquis iuuenum est: cuius dextra sit digna meo cruore. i.

qui me interficiat (quia magnū putabant & magnū interficere & a magno interfici) & sup. qui testet.i.approbet, certa.i. idubitabili fide se velle mori. p vulnera nra.i.eo ꝙ nos vulnerauerit nā paria illi faciā, aut p vulnera a nobis illi inferenda. Nec.i. & nō. & ensis nō vnius immo plurimꝰ trāsigit.i.trāsfodit Vulteio locuto nō plura iādudū.i.paulo ante viscera.i.corpꝰ. Ipe Vulteius collaudat cūctos.s. sui interfectores, sed ipe moriēs interficit ictu grato.i.memori accepti bñficij, aut accepto & cōmodo, interficiendo eū cui debebat.i.a quo acceperat prima vulnera. Alij cōcurrūt.s.ad mutuā cędē: & fecere totū nephas bellorū.i.qđ in bello fieri solet, videlicet interficere & interfici, i vnis partibꝰ, quia inter se nō erāt hostes: sed vnius partis, videlicet Cesarianę: & tñ se mutuo interfecerūt more eoꝝ qui nati e dētibus serpētinis a Cadmo satis pdicant. Vñ subdit. Cohors Dircea.i.thebana, emicuit.i.subito apparuit sic.i.p mutuā cędem nata sup. semine Cadmi.i.a Cadmo satis serpētinis dentibꝰ: & cohors illa cecidit vulneribꝰ suoꝝ.i.secū natorū, existens dirū i.execrabile omen.i.futurę rei pdigiū, fratribꝰ Thebanis.s. Eteocli & Polynici q mutuis vulneribꝰ perierūt & rogo impositi adhuc odia ostēderūt. Et terrigenę creati sup. in cāpis Phasidos.i.colchicis iuxta Phasim, dēte insomni.i.dracōis peruigilis cōplerunt sulcos tantos.i.tā magnos, sanguine cognato i.simul, hoc est vno satu & partu orto: & hoc ira.i.furore & erinny missa.i.immissa e cantibus magicis.i.incantatione Medeæ vt Sulpitius satis tangit.

¶ Innumeras manꝰ.i.multitudinē hostiū innumerabilē. Versus ab hoste furor.i. postq̄ i hostes furore & viribꝰ vsi sūt: cœperūt semet cōficer mutuis vulneribꝰ. Iā fata.i.mortē. Retecto.i.nudato iugulo, qui locus est sub gutture letalis. Dextra cruore digna meo.i.q velit me iterficere, vt a me pariter cōfodiat. Nō vnꝰ ensis.i.innumerabiles gladij. Sed eū cui vulnera prima.i. interemit Vulteius illum a quo primo vulneratus fuerat. Totūcꝫ in partibus vnis bellorū fecere nefas.i.oia q̄ in bello fieri solēt & excidia, & cædes & variæ mortes factæ sunt in vnis partibꝰ.i. Opiterginorū: cū clades cōmitti soleāt inter duas partes hostiles. Sic semine Cadmi emicuit Dircæa cohors. Ita Opitergini se suis manibꝰ cōfoderūt, quēadmodū olim hoies pcreati ex dentibus anguis authore Cadmo se vicissim iteremerūt. Cadmꝰ eñ filius Agenoris quærens sororē Europā venit i Bœotiā: ibicꝫ interfecti serpētis dētes seminauit: ex quibꝰ armati psiluerūt qui iter se certātes pariter occubuerunt quicꝫ supstitibꝰ: quoꝝ fuit vnꝰ Echion vt elegātissime canit Ouidiꝰ. Dircęa cohors id est Thebana a Dirce fonte Bœotiæ: vt author ē Ply. Dirū Thebanis fribꝰ omē. Thebis Bœotię duo fuerunt fres, Etheocles & Polynices odio mutuo flagrātes adeo, vt pregno dimicātes mutuis ictibꝰ se iteremerūt: vt narrat Statiꝰ i Thebaide: & refert Diodorꝰ in quinto. Q ñ ergo illa cohors Cadmi a quo cōditę fuerūt Bœotię Thebe, se cōfodit, dedit omē & augurium dirū Etheocli & Polynici vt tali genere leti morerent. Phasidos & cāpis insōni dēte creati Terrigenæ. Iason cū Argonautis pfectꝰ in Colchō ad vellꝰ aureū tollēdū, ope & auxilio Medeę iterfecit tauros ignē spirātes, & draconē velleris aurei custodē vigilē: mox dētes draconis sparsit humi: q emicuerūt forma humana armati, & inter se manꝰ cōferentes mutuis vulneribꝰ confossi occubuerūt. Fabula nota apud Ouidiū. Historia apud Diodorū. Phasidos ergo cāpis.i.regiōe Colchica, i qua fluuiꝰ ē clarissimus Phasis, vt ait Ply. cuiꝰ supra habita est mētio. Insōni dēte.i. draconis vigilis. Iō aūt thesauroꝝ custodiā dracōibꝰ assignāt: quia acie acutissima & puigili eē ferunt: vt refert Macrobius. Terrigenę, qa ex terra pdierūt armati. Missa magicis e cātibꝰ ira. Iō se iteremerūt qa Medea eis imisit irā & furorē carminibꝰ magicis vt est apđ Oui. Cognato, qa oēs erant fratres.

Ipsacꝫ inexpertis quod primū fecerat hærbis
Expauit Medea nephas. sic mutua pacti
Fata cadunt iuuenes: nimiūcꝫ in morte virorū
Mors virtutis habet. pariter sternūtcꝫ cadūtcꝫ
Vulnere letali. nec quenq̄ dextra fefellit
Cū feriat moriente manu. nec vulnus adactis
Debet gladiis: percussum est pectore ferrum
Et iugulis pressere manū. cum sorte cruenta
Fratribus incurrunt fratres: natuscꝫ parenti:
Haud trepidāte tamē toto cū pōdere dextra
Exegere enses: pietas ferientibus vna
Nec repetisse fuit. iam latis viscera laxa
Semianimes traxere foris: multumcꝫ cruoris
Infudere mari. despectam cernere lucem:
Victorescꝫ suos vultu spectare superbo
Et mortem sentire iuuat. iam strage cruenta
Cōspicitur cumulata ratis. bustiscꝫ remittunt

SVLPITIVS.

¶ Medea. Oethę Hypsæcꝫ filia. Inexpertis: de quibus ante nō fecerat periculū. Expauit. ne in Iasonem irruerēt. Iuuenes. Opitergini. Pacti fata mutua: q se vicissim occidere cōstituerant. Virtutis, fortitudis. quia semimortui alios occidebāt. Pariter, vno eodēcꝫ tpe. Nec quēq̄. quiscꝫ inquit quēq̄, saucius assū iteremit. Nec vulnus. nec expectabāt vt ferirent sed spōte in gladios irruebāt. Adactis: immissis, intentis. Et iugulis pressere manus iā p ferrū euntes iugulo vulnerātis manū tāgebāt. Incurrūt, interimūt incurrēdo. Haud trepidāte. Audacter feriebant ea sola pietate vtētes vt vno dūtaxat ictu clarissimū quēcꝫ prosterneret. Pōdere, viribus. Vna, sola & pcipua. Non repetisse: nō iterasse ictus. Viscera laxa: intestina egressa. Foris latis, p spatiosa tabulata ratis. Lucē despectam: aurā vitalem quam spreuerūt & oderunt. Victores, Octauianos, q̄ q̄ nō armis vicerant sed obsessis mortis causam præbuerant. Iam strage. pacta cæde hostis rate potitꝰ cadauera cōburēda sepeliēdacꝫ tradidit. Cōspicit, ab hoste. Ducibus, Octauio & reliquis. Esse tanti, tantæ authoritatis apud milites suos: adeocꝫ amari ab eis vt pro fide ei seruanda se milites interimerēt. Maiore ore, maiori laude est celebrata. Non tamen. non intelligēt inquit hoc exemplo populi qui tyranno seruiunt: vt aut seipsos aut tyrannum morituri confici-

ant. Totūq; hoc dicere ad cōcitandū iuuētutem in Neronem videt. Ignauæ: pusillanimes & imbelles. Virorum, magnanimorum Opiterginorū. Non ardua, non difficillima. Seruitiū, seruitutē. Manu, morte manu facta Regna, reges. metonymia. Ob ferrū, ob armatos & mortem quā ferro inferunt. Vritur, vexat. Ignorat. nescit arma inuēta fuisse ad arcendam seruitutē, tuēdāq; libertatē. Mors vtinā, vtinā pusillanimes mori non possent: & senio consumerentur: sed sola virtute & egregio facinore mortem conseq̄remur. Subducere vitę, subtrahere e vita. Te, emphasim habet: videlicet ex qua felicitatem consequimur. Non segnior. In Aphrica quoq; aduersis fatis pugnauere Cęsariāi. Curio em̄ p̄misso e Sicilia Martio cū nauibus & cū exercitu eum secutus flumen Bagradā peruenit: ibiq; C. Ganium legatum cū legationib⁹ reliquit: ip̄e cū equitatu pcessit ad exploranda Castra Corneliana. Cūq; pugnaret cōtra Varū q Aphricā Senat⁹ noie obtinebat obrut⁹ a Iubæ copijs est occisus. Nō segnior, sup. Mars. Illo, quod gestum est in Adriaco. Libycis aruis, in Aphrica. Lilyboeo, siculo. Lilyboeus

Lilyboeus. promontoriū in Sicilia occidētē versus a Lilyboea vrbe dictus. Nec forti, leni, non vehemēti. Inter semirutas. Locum ī quo Curio puenit describit. appellat aūt Aquilaria: abest q; a Clupeis passuum. xxij. milia. habet non incommodam æstate stationem & duob⁹ e-

Clupea. minentibus pmontorijs continet. Clupeam vrbem littoralem in promontorio Mercurij Notæ, fama cognitę. Cano, spumoso: ppter

Bagrada. fluminis ingressum. Bagrada, fluuius nō lōge ab Vtica & castris Cornelianis, iuxta quē M. Attilij milites serpentē. c. &. xx. pedum lōgitudine occiderunt. Agit se, fluit otiose.

PHI. BEROALDVS.

¶ Hærbis. Refert Plynius hærbarum vi nihil nō confici posse. Expauit Medea nefas. Medea quæ suis carminibus & hærbis fecerat vt ex dentibus draconis nascerentur armati homines, illis visis vehementer timuit. Sic mutua pacti fata. i. mutuā mortē. Nec quenq̄ dextra fefellit, id est nullius dextra errauit in homine necando q̄uis moritura. Percussum est pectore ferrum. Tantus erat Opiterginorum ardor, vt se pectore immitterent in gladios adeo q non ferrum percuteret pectus sed a pectore ferrum percuti videretur. Pressere manum, scilicet feriētis, vt gladius magis intra iugulum penetraret. Haud trepidante tamē id est q̄uis filius percuteret patrem, tamē id faciebat dextra firma & non formidante. Nō repetisse fuit. i. illa existimabatur vera pietas filij erga patrem: si eū vnico tantum ictu interfecisset. Latis foris. Fori sunt sedilia remigum in nauibus. alio noie nuncupantur transtra: vt supra mōstrauim⁹. Despectam cernere lucem. i. vitam & lucem quam neglexerant. Iam strage cruēta cōspicitur cumulata ratis. i. nauis Opiterginis intereptis erat referta. Bustisq; remittunt. i. eos sepeliūt. Bustū pprie ē ip̄a tūba & sepulchrū vt scribit Cicero. Ducibus mirātib⁹, scilicet Pōpeianis quaꝛ erat Octaui⁹ Libo. Vlli esse

Corpora victores: ducibus mirantibus vlli
Esse ducem tanti. Nullam maiore locuta est
Ore ratem totum discurrens fama per orbē.
Non tamen ignauę post hæc exempla virorū
Percipient gentes: q̄ sit non ardua virtus
Seruitium fugisse manu: sed regna timentur
Ob ferrum: & sęuis libertas vritur armis:
Ignoratq; datos ne quisq̄ seruiat enses.
Mors vtinā pauidos vitæ subducere nolles:
Sed virtus te sola daret. Non segnior illo
Marte fuit qui tunc Libycis exarsit in aruis.
Nanq; rates audax Lilyboeo littore soluit
Curio: nec forti velis aquilone recepto
Inter semirutas magnę Carthaginis arces
Et Clupeam tenuit stationis littora notę.
Primaq; castra locat cano pcul ęquore: qua se
Bagrada lentus agit siccæ sulcator arenæ.

¶ Ip̄aq; inexptis &c. Prosequit exēplū secūdum videlicet de ijs q nati e serpentinis dētib⁹ ab Iasone satis, se mutuo occiderunt tā atrociter vt ipsa Medea author facti expauesceret. vñ dicit. Et ip̄a Medea. q. d. q̄ caput & author erat facti, & ita emphasim habet pnomen ip̄a, expauit nephas. i. horrēdum facinus qđ ip̄a fecerat primū. i. vt dicunt prima vice: & ita hęrbis i expertis. i. vñ nullū fecerat periculū neq; experimentum: & ita timebat visis tā horrendis viris Iasonis vitæ: ne forte min⁹ virium haberēt in eos hęrbæ. Sic iuuenes pacti. i. pacto polliciti, fata mutua. i. necē mutuo inferēdā, cadūt. i. oppetunt: & mors habet ī morte viroꝝ nimiū virtutis, q̄a pl⁹ q̄ credi posset. quia ip̄i sternūt. i. cadere cogūt quē feriūt: & cadūt pcussi ab eodem quem sternebāt, pariter. i. simul, vulnere letali. i. mortifero. i. simul inferebāt & accipiebāt mortiferū vulnus: nec dextra fefellit quēq̄. s. in occidēdo socio: cū. i. licet, feriat manu moriēte. i. licet pri⁹ letale vuln⁹ accepat tñ nō cecidit donec socio parē vicē reposuerat. Nec vuln⁹ debet gladijs adactis. i. cędes non est ascribēda gladijs, quia ferrū est pcussū pectore occidēdi: hoc ē fortius & impetuosi⁹ incurrit occidēdus in ferrū q̄ occisor adigebat ferrū: & ita q̄libet poti⁹ a seip̄o q̄ a socio aut gladio ei⁹ occidebat: & pressere manū petētiū iugulos, iugulis suis: & cū. i. q̄q̄ fratres incurrūt fratrib⁹. i. frēs se mutuo occidūt, cruēta forte: & natus incurrit parēti: tñ ip̄i exegere. i. ad necē vsq; egerūt enses cū toto pōdere. i. plenis virib⁹ & itegro ictu, dextra haud i. nō, trepidāte, ob facioris horrorē. vna. i. sola pietas fuit feriētib⁹ nō repetisse. i. nō iterasse ictus. i. vno ictu necē etiā patris ppetrasse. Et ita tā. i. tandē ip̄i semianimes. i. semineces & semimortui traxere foris latis. i. per foros latos, hoc est p tabulata quibus feruntur in naui sedētes, viscera laxa. i. intestina soluta & emissa. vnde nō oim iuguli sed aliquorū ventres petiti erāt. & infudere mari multū cruoris. s. sui: & iuuat. i. delectat eos cernere lucē despectam. s. priusq̄ letaliter vulnerati essent, & victores suos, vultu superbo aut suo aut victorum sed potius suo, quia victores contempserant cum sua non eorum manu ceciderint: & iuuat sentire mortem. Iam id est deinde ratis conspicitur ab hoste: cumulata. i. oppleta, strage cruenta: & victores remittunt corpora bustis. i. sepulturis post vstionē: & hoc du-

cibus vt Octauio & reliquis, mirātib⁹ ducē.s. Cæsarē hoc loco sed generaliter dictū videt vt sit, quēlibet ducem esse.i. ęstimantanti.i. tāto p̄tio: vlli.s. populo aut militi: vt malit pro eo mori q̄ sub alio viuere. Fama discurrēs p totū orbē, nullā.i. nō vllā, nō ūt locuta vllā ratē maiore ore.i. laudatiōe.i. de nulla rate tm̄ admirationis & laudis dispersum est q̄tum de illa. tn̄ gentes ignauę, quales vult eas esse q̄ Neronē ferebant, nō percipiēt.i. nō intelligēt post hęc exēpla.i. licet habeāt tāta exempla virorū, q̄.i. q̄tū nō ardua.i. non difficilis sed facilis virt⁹ sit: fugisse seruitiū.i. seruitutem tyranni, manu.s. in se aut in tyrannū illata: sed regna.i. reges timentur.s. ab ignauis, ob ferrum.i. propter armatos: & libertas vritur.i. vexatur: & ignorat enses datos.s. a dijs aut ab inuentoribus, ne quis q̄ seruiat.i. vt se a seruitute etiā nece vindicet. Vtinam, o mors, tu nolles subducere.i. subtrahere vitę, pauidos.i. vtinā pauidi semp viuant: sed sola virtus daret te.i. per solam virtutē aut solis fortibus cōtingas. quia sic per te soli fortes beati fierent. ¶ Nō segnior &c. Prosequitur aduersitatē Curionis in Aphrica dicēs. Mars qui exarsit tunc in aruis Libycis.i. i Aphrica, non fuit segnior.i. nō minus acer illo Marte qui in Adriaco mari fuit. Mars inquam.i. prælium. Nāq; Curio audax, soluit rates.i. naues suas sup. de littore Lilybœo.i. siculo, nec.i. & nō, & aquilōe nō forti.i. vēto tēperato, recepto velis.i. in vela, tenuit littora stationis notæ.i. nobilis & fama cognitę, inter arces Carthaginis magnę, ad differētiā minoris in Hispania, semirutas.i. semideiectas ab Romanis: & iter Clupeā vrbē littoralē in p̄montorio Mercurij: & locat prima castra.i. q̄ illic prima locauit, p̄cul æquore.i. longe a mari cano.i. albicanti spumis fractis: qua sup. parte Bagrada fluuius Vticensis, lētus.i. tarde fluēs, agit se existēs sulcator i. dirēptor & sector arenę siccę.s. qua parte nō irrigatur.

ducē tāti mirabant q̄ quispiā tāti faceret ducē suū vt p̄ illo ita moreret quēadmodū Opitergini pro Cęsare mori nō recusauerāt. Non tn̄ ignauo. sensus ē. Q̄uis exemplū Opiterginorū sit memorabile & imitādū tn̄ gentes ignauę & ibelles nō intelligēt q̄ facile sit effugere seruitutem. Manu. semet.s. interimēdo Quale ē exēplū pueri Laconis apud Senecā q̄ captus clamabat nō seruiā: & verbis fidem inposuit: vt em̄ primū iuss⁹ ē fungi seruili & contumelioso ministerio, afferre em̄ vas obscœnū iubebat, illisū parieti caput rupit. & vt alibi ait Seneca. Multiplex patet ad libertatē via. Sed regna timent ob ferrū. Ferrū & enses parati sūt ad libertatē afferēdā seruitutēq; euitādā. Verū nūc reges & regna timent ab hoībus ob ferrū, ne.s. interficiant. Libertas vrit.i. p̄mit, suffocat, & incēdit armis, q̄ libertatē tutari, asserere, & vindicare deberent. Mors vtinā pauidos. Vtinā inq̄t formidolosi & ibelles recusarent a morte: sed sola virt⁹.i. viri aī maximi & intrepidi peterēt mortem tāq̄ rē generosā & laudabilē. Nō segnior illo marte fuit: q tūc Libycis exarsit i aruis. Hisdē tēporib⁹ C. Curio Cęsaris legat⁹ in Africā p̄fect⁹ ex Sicilia duas legiones trāsportauit: appulitq; ad eū locū q appellat Aq̄laria: vt scribit Cęsar. tandē insidijs Iubę regis circūuētus occubuit. hāc nūc historiā Curionis refert Lucan⁹ multis verbis relatā a Cęsare. Bellūitaq; qđ gestū ē in Africa a Curione, nō fuit ignaui⁹ p̄lio Opiterginorū: q̄a & hi pariter occubuerūt. Lilybœo littore soluit Curio.i. ex Sicilia traiecit i Africā. Est em̄ Lilybœū Sicilię promontoriū i Africā vergēs: vt Ply. & Solin⁹ & Strabo memorāt. Inter semirutas arces. Castra posuit Curio in eo loco q appellat Aquilaria inter Carthaginē & Clupeā. Arces aūt Carthaginis semirutas dicit, q̄m in tertio Punico bello fundit⁹ fuerat euersa a Scipiōe Aemyliano. Et Clupeā, oppidū liberū Aphricæ in p̄mōtorio Mercurij vt ait Ply. Statiōis notæ i. Aq̄lariæ. Est aūt statio vbi ad tp̄s stant naues. Portus vero vbi hyemant. vt ait Seruius. Cano.i. coloris cani, & albentis propter spumas. Bagrada lentus agit. Bagrada fluuius est Africę vt Plynius & Mela tradunt.

Statio. Portus.

Inde petit tumulos: exesasq; vndiq; rupes:
Antei quę regna vocat non vana vetustas.
Nominis antiqui cupientem noscere causas
Cognita p multos docuit rudis icola patres.
Nondū post genitos tellus effœta gigantes
Terribilem Libycis partum cōcepit in antris.
Nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon:
Aut Tityus Briareusq; ferox: cæloq; pepercit
Q̄ non Phlegreis Anteum sustulit aruis.
Hoc quoq; tā vastas cumulauit munere vires
Terra sui fœtus: q̄ quum tetigere parentem
Iam defecta vigent renouato robore mēbra.
Hęc illi spelunca domus: latuisse sub alta
Rupe ferunt: epulas raptos habuisse leones.
Ad somnos non terga feræ prębere cubile
Assuerunt: non sylua torum: viresq; resumit
In nuda tellure iacens. periere coloni

SVLPITIVS.

¶ Inde. illinc in castra Corneliana se contulit Antei quę. Regna Antei in Mauritania esse non lōge ab hortis Hesperidum Plyni⁹ scribit. sic & reliqui. Lucanus non idem sentire videt. Tumulos. siue colles, siue sepulchrū Antei intelligit: in quo authore Strabōe inuēta est a Sertorio tibia sexaginta cubitis lōga. Exesas, præruptas & arrosas. Cupiētem: me siue aliquem. Causas nominis, cur appellentur regna Antei. Incola rudis, rusticus habitator. Cognita. ea quæ cognouit & audiuit a patribus, auis & proauis. Nondum effœta, nondum penitus vacuata partu. Concepit, ex seipsa. Partum terribilem, fœtū tremendum. Non tam iusta fuit. Nō tam potuit gloriari terra Typhone, Tityo, & Briareo q̄ Anteo, quoniam fortior fuit & maior. Iusta, vera. legitur & Vasta. Typhon. qui & Typhoeus dicit Titanis & terræ filius arma cōtra superos tulit. Sed tādem fulminato Trinacria superimposita est. lege in quinto meta. Vergilius tamen inquit. Inarime Iouis imperijs iposta Typhoeo. Tity⁹, Iouis & Helares filius quem Iuppiter abdidit cum iram Iunonis metueret: & hinc dictus est terrę omniparentis alūnus. is cum Dianę vim conaret inferre sagittis Apollinis cōfixus est. Tibull⁹. Porrectusq; nouē Tityus p iugera ter

Antei regna.

Tibia longissima.

Typhon.

Tityus.

ræ Assiduas atro sanguine pascit aues. Bria
Briareus. reus Titanis & terræ filius fuit & centũgemi
nus. Pepcit cælo: fuit causa seruãdi cæli. Su
stulit, pduxit. Phlegreis, Thessalicis: vbi gi
gãtes cõtra deos cõgestis mõtib⁹ isurrexerũt.
Phlegra. Phlegra Macedonię oppidũ in Thermico si
nu vt inqt Ply. Est & i Cãpania locus iuxta
Puteolos in quo gigãtes alij fulminati sunt.
Hoc quoq;. terra etiã hoc dono auxit vires
filij. Munere, bñficio. Defecta, debilitata. Pa
rentẽ, terrã. Vigẽt, vires resumit: tacta eñ ter
ra fortior euadebat. Hæc, in qua nat⁹ est. Illi,
Anteo. Epulas raptos. vixisse ex Leonũ car
ne q̃ vires auget quaq; Achilles nutritus est.
Ad sõnos. non dormiebat supra pelles & co
ria ferarũ nec supra frõdes & tabulas. Nuda,
absq; strato & hęrbis. Periere. occidebat pa
stores, Agricolas, Hospites, Nautas. Virt⁹,
fortitudo ipi⁹. Auxilio cadẽdi. quo ei freqn
tius cadebat eo fortior resurgebat. Terræ o
pes, auxiliũ terræ. Staret, nõ se prosterneret.
Mali cruẽti, mõstri crudelis. Exciuit, ex Grę
Alcides. cia cõcitauit. Alcidẽ, Herculẽ sic dictum siue
ab Alceo auo qđ improbat Seruius, siue ab
alcis qđ ẽ fortitudo. Leuantẽ mõstris imma
nib⁹, liberantẽ noxijs animalibus. Ille. certa
men describit Herculis & Antei. Proiecit ter
ga, exuit & abiecit pellem. Cleonei. Arcadici
Cleone. & Nemæi. Cleone Arcadię oppidũ est in Ne
męa regiũcula. Perfudit mẽbra: Hercules in
quit more gręco se oleo vnxit. Statius. Post
q̃ oleo gauisa cutis petit æquor vterq; Pro
cursu medium: atq; hausta vestit arena. Tũc
medios artus alterno puluere siccãt. Liquo
re, oleo. Palæstrę olympiacę, luctę q̃ fit apud
Palęstra. olympij templũ Iouis i Elide. Palæstra dicta
siue a Paleo qđ est luctor siue a Pale dea. Sta
tius. Ante alios placet vncta Pales. Ille, An
teus. Matrẽ, terram. Conseruere manus, cor
ripuere se. Nexu, implicatiõe. Colla diu. Tẽ
tarũt mutuo colla ap phẽdere sed nõ poterãt
quia firmiter cõtrahebãt. hinc Stati⁹ ait. Col
laq; demersere humeris. Tenetur, ab vtroq;.
Mirantur, vel ipi inter se vel spectatores. Ex
hausit, defatigauit Anteũ. Quod prodidit,
quam rem manifestauit.
BERO. ¶ Exesas, senio cõsumptas & cariosas. An
tei q̃ regna vocãt. Tingi oppidũ est Maurita
nię in Aphrica ab Anteo cõditum vt scribit
Ply. Anteũ aũt in his locis regnasse accolarũ
constans opinio est: qui ostentãt vt ait Pom
ponius Mela parmã q̃ propter magnitudinẽ
nulli nũc vsuro est habilis. Cupientem. s. Cu
rionẽ. Cognita per multos patres. Apud ve
teres historiæ hoc genus fuit: vt maiores na
tu añ acta posteris indicarẽt: vt ostẽdit Serui
us allegãs hũc versũ Lucani. Nõdũ post ge
nitos tell⁹. Terra, vt poetę fabulanť, pepit gi
gãtes: & deide Anteũ: q cũ esset pitissim⁹ i pa
læstra. iõ dict⁹ est filius terrę vt scribit Solin⁹.
hunc Hercules ad pugnã puocat⁹ occidit, vt
refert Diodorus. nũc Lucan⁹ hãc Herculis &
Antei palęstrã celebrat carminib⁹. Effœta. i.
euacuata. Terribilẽ partum. s. Anteum. Scri
bit eñ Plutarchus corp⁹ Antei fuisse septua
ginta cubitorũ. Typhõ haud Titios Briare
usq; ferox, nomina sunt gigantũ q bella geś

Aruorũ Libyes: pereunt quos appulit æquor:
Auxilioq; diu virtus non vsa cadendi
Terrę spernit opes: inuictus robore cunctis
Quis staret erat. tandem vulgata cruenti
Fama mali terras monstris æquorq; leuantẽ
Magnanimũ Alciden Libycas exciuit in oras.
Ille Cleonei proiecit terga Leonis:
Anteus Libyci: perfudit membra liquore
Hospes olympiacę seruato more palęstræ:
Ille parũ fidens pedibus contingere matrem
Auxilium membris calidas infudit arenas.
Conseruere manus: & multo brachia nexu:
Colla diu grauibus frustra tentata lacertis:
Immotumq; caput fixa cum fronte tenetur.
Miranturq; habuisse parem: nec viribus vti
Alcides primo voluit certamine totis:
Exhausitq; virum: quod creber anhelitus illi
Prodidit: & gelidus fesso de corpore sudor.

¶ Inde petit. Prosequiť pfectionẽ Curiõis a Bagrada ad terrã
Antei ei⁹ necẽ p trãsitũ describẽs. Ordo ẽ. Curio petit inde. i. a
Bagrada flumine, tumulos. i. monticulos, & rupes exesas. i. p
ruptas & abrosas vndiq;. i. ex oi pte, q̃. i. quas res aut q̃ loca,
vetustas nõ vana. i. nõ mẽdax, nec nimium credula, vocat re
gna Antei. s. filij terrę (alij tñ ea alibi vtpote in Mauritania po
nũt). Incola rudis. i. illiterat⁹ docuit me aut quẽlibet cupiẽtẽ no
scere cãs antiqui nois, cognita. i. ea q̃ cognouit p multos pres
i. ex relatiõe multorũ patrũ, qa pres dicũt talia filijs & filij post
ea facti pres suis filijs, quo mõ multa q̃ scripta nõ sũt memorię
mãdata sũt. vñ sic nois antiquitatẽ docebat incola. Tell⁹. i. ter
ra parẽs rerũ, nõdũ effœta. i. exhausta fœtu & sterilis effecta, p⁹
gigãtes genitos, cõcepit in antris Libycis, terribilẽ partum. s.
Antea. Nec. i. & nõ, & Typhõ q & Typhoe⁹, aut Tyti⁹ q gręco
more tytios diciť, & hic a quibusdã legiť: vt diciť in. vj. ęnei. p
tota nouẽ cui iugera corp⁹ porrigiť. & Briareus cẽtũgemin⁹ gi
gas ferox, nõ fuit tã iusta gloria terrarũ. i. de cui⁹ magnitudine
terrę tã iuste gloriari potuerũt: & tell⁹ pepcit cęlo, q;. i. qa nõ su
stulit. i. nõ pgenuit & edidit Anteũ in aruis phlegreis. i. Thessa
licis, vbi gigãtes imponẽtes Pelio Ossã dijs bellũ itulerũt. qa
si illic nat⁹ fuisset, fret⁹ illis mõtib⁹ & auxilio fratrũ, cælos expu
gnasset. terra cumulauit. i. auxit tã vastas vires sui fœt⁹. i. An
tei filij sui quoq;. i. etiã, hoc munere. i. dono aut bñficio: q; quũ
mẽbra ei⁹ iã defecta. i. debilitata aut defessa, tetigere parẽtẽ. i.
matrẽ videlicet terrã, ipa vigẽt, robore. i. fortitudie, renouato. i.
resũpta. Hæc spelũca (quã rustic⁹ id dicẽs mõstrauit) fuit sup.
illi domus: ferunt. s. maiores illius terræ: Anteum latuisse sub
alia rupe: & habuisse leones raptos epulas. i. pro epulis, quod
vulgares dicũt in epulas & cibũ. Feræ nõ assuerũt. i. nõ fuerũt
solitæ: pbere. s. Anteo terga sup. sua. i. tergora scdm Seruium
cubile. i. p cubili, ad sõnos sup. explẽdos: & sylua nõ assueuit
pbere torum. s. ex frondibus contortis: q; p & aut qa ipe iacẽs
in nuda tellure. i. terra. resumit vires: & ita maluit in ea cubare
Coloni aruorũ Libyes periere. s. ab Anteo interẽpti: & ij colo
ni quos ęquor attulit pereũt. s. dũ allati sunt: & virt⁹ Antei nõ

vsa diu auxilio cadendi.i.qđ recepit a mře cadēdo sup eā, spernit opes terrae:& quis ipe st :ret.i.erectus erat, tñ erat inuict⁹.i.inuincibilis cūctis.i.hoib⁹:robore.i.virib⁹ suis. Fama mali cruēti.i.sanguinolenti.i.tātae stragis insontium, vulgata tādem.i.post plurima mala, exciuit.i.reuocauit Alcidē.i. Herculem nepotem putatitiū Alcęi, magnanimū quia Iouis satu editū, leuantē.i.liberantē, terras & aequor.i.maria, mōstris.s. varijs: exciuit dicit, in oras Libycas vbi Anteus regnabat. ille.s. Hercules vbi aduenit vt cū Anteo luctaret, ꝓiecit.i. exuit & ꝓcul iecit terga.i.tergora, Leonis Cleonęi.i. superati iuxta Cleonē oppidū in Nemaea regiuncula Arcadię. Anteus sup. proiecit terga Leonis Libyci.hospes.i.externus, videlicet Hercules.ꝑfudit membra liquore.s.oleę, hoc est oleo: more palęstrę. i. luctae, olympiacae.i.iuxta olympū haberi quinto quoq; anno solitae. Ille id est alter videlicet Anteus parum fidens contingere matrem scilicet terram, pedibus scilicet suis infundit membris auxilium videlicet arenas calidas:& eo facto, conseruere.i. immiscuerunt manus & brachia multo nexu.i.implicatione. colla tentata sup.sunt diu frustra, qa nō poterāt ea apphēdere lacertis grauib⁹.i.robustis & ponderosis:& caput tenetur.s.ab vtroq;, immotū, cū frōte fixa.i.tēta fixe aut attenta ꝓpter oculos ad ictus & brachia aduersarij:& mirant.s.ambo aut q certamē spectabant, habuisse.s. vtrūq; parem, qa primo neuter alterū supare valuit:nec Alcides voluit vt in primo certamine.i. cōgressu aut lucta, totis virib⁹.s.suis:& exhausit.i.defatigauit lōga lucta, virū.s. Anteū, qđ.s.ipm exhaustū esse, anhelit⁹ creber emissus ab Anteo, & sudor gelidus de corpore fesso, ꝓdidit.i.indicauit illi.s. Alcidae seu Herculi.

serunt cōtra Iouē.quorū Horatius & Ouidi⁹ meminerūt. Aruis Phlegreis. Phlegra oppidū est Macedonię vt ait Plynius. In campis Phlegreis gestū est bellū gigāteum cōtra deos: vt testatur Solinus. Preterea campi Phlegrei sunt in Campania vt scribit Plynius: in qb⁹ Hercules cōtra gigātes dimicauit: vt narrat Diodorus. Sui foetus.s. Antei. Iam defecta vigent. Antei vires augebantur quotiescunq; parentē.s.terrā tangebat. Haec spelunca.demonstrantis est incolae: ꝓi Curioni antrum in quo habitabat Anteus. Nō terga ferae.i.non dormiebat in pellib⁹ feraꝝ: nec in toro e frondibus facto. Pereūt quos appulit ęquor. Appellere proprie ē ad littus accedere. Terrę spernit opes.i.noluit vti auxilio mřis cū nullus inueniret ei par. Quis staret id est Quis nō prosterneret humi corpus & staret pedibus. Cruenti fama mali.s. Antei sanguinolēti cęde multorum. Magnanimū Alcidē i.Herculē ab Alceo monte dictum vt ait Prob⁹. vel ab auo siue a fortitudine. Leuātem.i. purgātē. oia eñ monstra Hercules interimebat. Exciuit.i.attraxit. Ille.s. Hercules. Leonis Cleonei. Cleone oppidulū est in argolica regione. Inter Cleonē & Phliūtem sylua ē Nemea vt asserit Strabo vbi Leo Neme⁹ ab Hercule fuit strāgulat⁹ vt inqt Diodor⁹ cui⁹ pellē deinde gestauit Hercules quā nūc deposuit certaturus cū Anteo. Anteus libyci.s.leōis ꝓiecit terga. Perfudit mēbra liquore hospes.i.Hercules oleo perunxit corpus. vt eñ refert Plyni⁹ Gręci in Gymnasijs & palęstra vsum olei publicarunt. Vñ ait Vergili⁹. Exercēt patrias oleo labēte palęstras. Nudati socij. Olympiacę seruato more palęstrę. Hercules Olympiaca certamina primus instituit in honorē Iouis olympij q in agro Pisano colit iuxta fluuiū Alpheū. & ludi Olympici oim aliorū maximi illustrissimiq; iudicant: vt refert Strabo. in quib⁹ Hercules prim⁹ decertasse & palmam reportasse fert. Olympię victores coronabant Oleastro vt ait Plynius. Calidas infudit arenas. Mos erat palaestritarū mēbra perfundere arena quę e Nilo tenuissima aduehebat: vt author ē Plyni⁹. Arenis ergo ꝑfudit mēbra Ante⁹ vt valentioribus viribus vteret cōtra Herculē. hoc idē dixit Ouidius. Inq; vicem fuluę tactu flauescit arenę. Colla diu grauib⁹. alter alterius collū conabat inflectere. Miranturq; habuisse par ē: mirat Hercules q parē virib⁹ inuenerit Anteū:& idē Anteus mirat de Hercule. Exhausitq; virū.i.paulatim euacuauit Anteū viribus reddiditq; defatigatum.

Tūc ceruix lassata quati: tūc pectore pect⁹
Vrgeri: tunc obliqua percussa labare
Crura manu: iam terga viri cedentia victor
Alligat:& medium compressis ilibus arctat.
Inguinaq; insertis pedibus distendit:& oēm
Explicuit per membra virum: rapit arida tell⁹
Sudorem: calido complentur sanguine venę.
Intumuere tori: totosq; induruit artus:
Herculeosq; nouo laxauit corpore nodos.
Constitit Alcides stupefactus robore tanto:
Nec sic Inachiis q̄uis rudis esset in vndis
Defectam timuit reparatis anguib⁹ hydram.
Conflixere pares: telluris viribus ille:
Ille suis: nunq̄ saeuae sperare nouercae
Plus licuit: videt exhaustos sudoribus artus:

SVLPITIVS.

¶ Ceruix lassata quati. Collum debilitatum agitabatur. Vrgeri, vrgebatur: quia se constringebāt. Manu obliqua. Solent luctatores ita cruribus manum inserere vt aduersarium loco moueant & stringant. Labare, labant. Victor. Hercules. Alligat terga, complectitur & astringit. Compressis. Suis enim ilib⁹ quae sunt iuxta femur illius ilia comprimebat: vt pectus pectore. Distentit inguina, extēdit femur aperiendo coxas. Insertis, immissis inter crura. Explicuit, dissoluit, dilatauit in terram. Arida, arenosa. Rapit, attrahit & inhaeret ei. Sudorem, Antei. Complentur, replentur nouo sanguine nouisq; viribus. Tori, musculi & carnis tumores in cruribus & brachijs in quib⁹ fortitudo inest. Intumuere, repleti sūt. Induruit, durus euasit per totos artus. Laxauit, lentauit, dissoluit. Nodos, cōpressum. Nouo corpore, nouis viribus corporis. Constitit, firmus stetit. Nec sic inachiis. Nec adeo timuit quum in hydram serpentem quę latine dicitur excetra apud Lernam argiuorum paludem certauit: cui cū amputaret vnum caput duo, vt Diodorus scribit, renascebantur. habebat enim centum. Desectam: truncam. Anguibus, capitibus. Ru

Tori.

dis, nouus & inexpert⁹: quia post angues in cunis elisos hydram primũ conficere iussus est ab Euristheo iã adolescẽs. Inachijs, argiuis, ab Inacho Flauio & rege. Ille, Anteus. Ille, Hercules. Nouercę. Iunoni q̃ mortẽ eius optabat. Exhaustos, vacuos & debilitatos. Ferret olympum, laturus esset cælum. Nam cum Atlas gigas defessus esset altero cęlum humero sustinere: mutareq; vellet alteq;: Herculem oneri succedere iterim iussit. Mẽbris, Antei. Sponte cadit, vt plus virium a terra accipiat. Maior, fortior. Quisquis inest. vis omnis terrena mittitur in fessum Anteum. Spiritus, vis. Egeritur, mittitur. Laborat, ad suggerendas. Parentis, terræ. Stãdum est tibi, stes oportet. Non credere solo, non committeris terræ: non cades vlterius. Hærebis. sustineberis supra pectus meum. Huc, supra pectus moriere. Sustulit, sublenauit. Nitẽtem, in terras conantem cadere. Nati, Antei. Stricta gelu, correpta frigore mortifero congelato iam sanguine. Hinc æui, hæc est inquit ratio qua hic appellatur regia Antei certamenq; cum Hercule. Famosa custos. plena fama & custodiẽs antiquas historias: laudatrixq; rerum suarum. Famosus enim & in bonam & in malam partem accipitur. Sed maiora. quare hic idem locus castra Corneliana appelleť ratio redditur. Istis collibus. est enim iugũ directum eminens in mare vtraq; ex parte præruptum atq; asperum sed tamen paulo leniore fastigio ad eam partem quæ ad Vticam vergit: a qua abest directo itinere paulo amplius passus mille vt Cęsar ait. Maiora. est enim celebrius hoc nomẽ Qui reuocauit hostẽ Pœnum. Cum Annibal iam quattuordecim annos intra Italiam sæuiret: Scipio Aphrican⁹ magnis cum copijs ad Carthaginem oppugnandam se contulit: qua quidem re a suis Annibal reuocat⁹ coactus est ex Italia discedere. Pœnum hostem, Annibalem Aphricanum. Arcib⁹: vrbibus. Potito, Scipioni qui iam tenebat Libyã. En. verba sunt incolæ qui fabulam docuit. Victoria Romana. Romani primũ victores fuere in his campis.

Famosus.

BERO.

¶ Tũc ceruix lassata quati. Ceruix est posterior pars colli e vertebratis orbiculatim ossib⁹ flexilis vt ait Plynius. Ceruix ergo q̃ prius fuerat immobilis, quati. i. quatiebať ab Hercule. Labare. i. lababant & vacillabãt. Victor s. Hercules. Alligat. s. lacertis. Arctat, stringit. Inguinaq;. tam in viro q̃ in fœmiã dicũtur inguia. Martialis. Mixtisq; mouemur inguinib⁹. Explicuit. i. dilatauit. Intumuere tori. Tori dicunť carnes pulposę, & viribus valẽtissimis munitę. Inde scribit Columella boues esse parandos lõga ceruice & torosa. Laxauit, id est dissoluit lacertos Herculis a quo quibusdam quasi nodis fuerat alligat⁹. Nec sic Inachijs. Secũdum Herculis certamen in iunctũ fuit ab Euristheo vt hydrã Lerneam interimeret: ex cuius corpore cẽtũ pdibãt capita serpentũ: quorũ vno amputato duo renascebantur vt scribit Diodorus: siue tria vt ait Seruius. Vnde a latinis dicitur Excetra. Hanc Hercules ferro & face contudit, vt in-

Ceruicemq; viri siccam: quę ferret olympum.
Vtq; iterum fessis iniecit brachia membris:
Non expectatis Anteus viribus hostis
Sponte cadit: maiorq; accepto robore surgit.
Quisquis inest terris in fessos spiritus artus
Egeritur: tellusq; viro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tactę prodesse parentis
Alcides sensit: standum est tibi dixit: & vltra
Non credere solo: sterniq; vetabere terra.
Hęrebis pressis intra mea pectora membris:
Huc Antee cades. sic fatus sustulit alte
Nitentem in terras iuuenẽ. morientis in art⁹
Non potuit nati tellus submittere vires.
Alcides medium tenuit: iam pectora pigro
Stricta gelu: terrisq; diu non credidit hostem.
Hinc æui veteris custos famosa vetustas
Miratrixq; sui signauit nomine terras.
Sed maiora dedit cognomina collibus istis:
Pœnum qui latiis reuocauit ab arcib⁹ hostem
Scipio: nam sedes Libyca tellure potito
Hęc fuit. en veteris cernis vestigia valli.
Romana hos primũ tenuit victoria campos.

¶ Tunc vbi sic exhaustus est Anteus, ceruix eius lassata quati sup. cœpit aut quatiebatur: & tũc pectus Antei, vrgeri. i. vrgebatur, pectore Herculis: tunc crura Antei, percussa manu Herculis, obliqua. i. ex obliquo immissa, labare id est lababãt: & iam victor scilicet Hercules alligat, astringit terga viri scilicet Antei, cedentia. s. viribus Herculis: & arctat. i. constringit ipm medium. i. medio corporis: & hoc ilibus. i. laterib⁹ alui cõpressis: & distendit. i. dilatat, inguina. i. intestina, pedibus insertis. s. in dorsum aut ilia: & explicuit. i. dilatauit virum omnem id est totum: per membra scilicet eius. tellus arida. i. arenosa rapit sudorem ab Anteo demissum: & venæ eius complenť sanguine calido: tori id est musculi & pulposæ partes corporis, in tumuere. i. inflatę sunt: & induruit, scilicet Anteus id est habuit induratos & fortiores effectos propter contactum terræ, totos artus scilicet suos: & laxauit id est dissoluit & explicuit nouo corpore id est nouis viribus, nodos Herculeos. i. complexum firmum Herculis. Alcides constitit stupefactus tanto robore, nec ipse timuit sic id est tam valde hydram desectam id est truncam, anguibus reparatis, id est renascentibus capitibus pro singulis binis: i vndis inachijs, id est argiuis in Lerna palude: q̃uis esset rudis. i. nouus adhuc & inexpert⁹ certator. viribus itaq; reparatis Anteus & Hercules cõflixere, id est certauerunt pares. i. æquales. ille. s. Anteus viribus telluris. i. terrę ille. i. alter. s. Hercules suis supplevirib⁹. nũq̃. s. prius aut posterius licuit nouercæ sæuæ in priuignum. s. Iunoni in Herculẽ sperare plus de nece Herculis q̃ tunc: quia videt artus viri scilicet Herculis exhaustos. i. euacuatos sudoribus: & videt cer-

nicem viri ficcam, qua. ſ. ceruice, ferret. i. ferre poſſet aut deberet, ſicut poſtea tulit, olympū. i. cælū ſuccurrens Atlanti: vtq; i. poſtq̄ iniecit iterū brachia membris Antei feſſis iterum, Anteus cadit. ſ. in terram ſponte, viribus hoſtis non expectatis: & ſurgit maior, quia infl ito corpore, robore accepto. nā quiſquis. i. quicunq; ſpūs ineſt terris, egerit. i. emittit a terra, in art⁹ feſſos Antei: & tellus exhauſta virib⁹ laborat ad ſuggerendas vires, viro. ſ. Anteo luctante. Vt. i. poſtq̄ Alcides ſenſit tandem auxilium parentis Antei. i. terrę tactæ prodeſſe. ſ. Anteo ait: o Antee, ſtandum eſt tibi. i. debebis ſtare, & non credere. i. nō cōmitteris (penul. longa nam futuri eſt tēporis) vltra. i. amplius, ſolo. i. terræ: & vetabere ſterni terra: & hærebis intra mea pectora: mēbris. ſ. tuis preſſis. o Antee cades huc. i. in pectus meum nō in terrā. Hercules fatus ſic: ſuſtulit. i. ſurſum tulit alte, iuuenem. ſ. Anteum, nitentem. i. viribus tendentē in terras (ad vitandā literā nō dixit in terram) & tellus non potuit ſubmittere. i. ſurſum immittere vires in artus nati morietis: quia Alcides tenuit mediū: & nō credidit diu terris pectora iam ſtricta. i. cōprenſa, gelu pigro. i. frigore mortifero: & hoſtem. ſ. ſuum, hinc vetuſtas famoſa. cuſtos veteris æui. i. memorię mandans geſta priſci: ſæculi. & miratrix. i. laudatrix, ſui. i. rerū ſuarum (Sūt qui legant laudatrix, ſicut Flacc⁹ dicit de Sene. Laudator tpis acti ſe puero) ſignauit terras nomine quia vocāt regiam Antei & certamen Herculis. Sed Scipio. ſ. Aphricanus qui reuocauit ab arcibus latijs. i. ab vrbe, hoſtem Pœnū. i. Annibalem, dedit iſtis collibus. i. rupib⁹, maiora cognomina. qa caſtra Corneliana ab eo dicebantur. Nam hæc fuit ſedes Scipioni potito tellure Libyca. en tu cernis veſtigia veteris valli. victoria Romana tenuit primum hos campos.

quit Autonius. non ergo timuit hydrā Hercules reparatis anguib⁹ quēadmodum nūc timuit Anteum receptis maioribus viribus a terra. Inachijs vndis. i. Argiuis. Inachus enī rex fuit Argiuorū vt ſcribit Euſebi⁹. In Argiuorū autem palude Lerna dicit̃ fuiſſe hydra: quā cōſtat fuiſſe locum euomētē aquas & ab Hercule exiccatū. Sęuæ nouercæ. ſ. Iunoni q̄ Herculē odio ꝑſequebat̃. Qua ferret Olympū. Hercules dicit̃ cęlū geſtaſſe: qm̄ vt ait Diodorus ſphęram ad Græcos tranſtulit repertā ab Atlante. Sponte cadit. vt. ſ. valentior & fortior redeat in pugnam. Accepto robore. i. virib⁹ acceptis a matre. Quiſquis ſpiritus. i. omnes vires terræ emittuntur in mēbra Antei. Laborat. ſ. miniſtrādo vires filio. Tactæ parentis. i. terræ. Standum eſt. i. non amplius cades: vt tangēdo terrā reſurgas vehementior. Non credere ſolo. i. nō committeris terræ. Huc Antee cades. i. iter membra & lacertos meos. Nitentem in terras. i. elaborātem vt terrā tangeret. Nati. ſ. filij Antei. Submittere, ſuppeditare. Terriſq; diu non credidit hoſtem. i. longo tpis ſpatio Anteū tenuit procul a tellure: quoad inter ſuos amplex⁹ animā exhalaret. Vnde ait Iuuenalis. Herculis Anteum procul a tellure tenentis. Hinc. i. ab hac palæſtra Antei inqt ille incola. Signauit nomine terras. quia Antei dicūtur regna & antra. Sed maiora dedit cognomina collibus iſtis. Haud procul a Carthagine locus eſt nuncupatus vt ait Plynius, & ſcribit Pomponius Mela, Caſtra Cornelia: qm̄. ſ. Corneli⁹ Scipio penes quem ſecundi Punici confecti belli laus ē, eo in loco caſtra poſuiſſe dicitur. quod nūc Lucanus oſtendit. Maiora ergo ſunt cognomina impoſita a Cor. Scipione q̄ ab Anteo. Pœnum qui Latijs. i. Cor. Scipio: qui reuocauit Pœnum hoc eſt Annibalē ab vrbe Roma ad defendendam patriam Carthaginem: quā ipe Scipio tranſgreſſus in Aphricā graui bello premebat: vt ſcribit Liuius. Vñ coacti ſunt Carthaginēſes Annibalē ex Italia reuocare. Potito. ſ. Scipiōi. En veteris cernis veſtigia valli. demōſtrātis eſt incolæ Curiōi ſigna valli hoc ē caſtrorū: q̄ illic metat⁹ fuerat Scipio. Romana victoria. quā. ſ. cōſecut⁹ ē Scipio deuictis hoſtib⁹. primo enī Syphacē & Aſdrubalem, mox Annibalem debellauit. author Liuius.

Curio lætatus: tanq̄ fortuna locorum
Bella gerat: ſeruetq; ducum ſibi fata priorū:
Felici non fauſta loco tentoria ponens
Indulſit caſtris: & collibus abſtulit omen:
Sollicitatq; feros non æquis viribus hoſtes.
Omnis Romanis q̄ ceſſerat Aphrica ſignis
Tunc Vari ſub iure fuit: qui robore qq̄
Confiſus latio: regis tamen vndiq; vires
Exciuit Libycæ gentis: extremaq; mundi
Signa ſuum comitata Iubam/ non fuſior vlli
Terra fuit dn̄o: qua ſunt longiſſima regna
Cardine ab occiduo vicinus Gadibus Atlas
Terminat: a medio confinis ſyrtibus Ammō
At qua lata iacens vaſti plaga feruida regni
Diſtinet Oceanum: zonęq; exuſta calentis:
Sufficiūt ſpatio. Populi tot caſtra ſequuntur.

SVLPITIVS.

¶ Curio lætatus. Auſpicio felicitateq; loci Curio ductus illic caſtra conſtituit. Fortuna locorum, ſors loci. Ducum, Scipionum maioris & minoris. Tranquill⁹ in Cæſare ait Ad eludendas autē vaticinationes quibus felix & inuictum in ea prouincia fataliter Scipionum nomen ferebat̃, deſpectiſſimū quēdam ex Corneliorū genere cui ad opprobrium vitæ ſalutionis cognomen erat in caſtris ſecum habuit. Tentoria, linteas militum caſas. Non fauſta, infelicia. Fauſtus enim dicit̃ is cui feretur. Felix vero tam qui dat q̄ qui accipit felicitatem. Statius libro quarto. Inachij proles infauſta Lycurgi. Indulſit, operā dedit: caſtrametatus eſt. Abſtulit omen, felicitatis victoriæq; deleuit auſpicium quia victus fuit. Non ęquis. nam copias Vari deſpiciens Curio duas legiones ex quattuor quas a Cæſare acceperat & cētum quinquagita equites tranſportauerat. Omnis Romanis q̄. oīs pars Aphricæ q̄ victa parebat Ro. imperio. Vari. P. Accij Vari q olim illic Pretor fuerat: ſed Auximo ꝑfugiēs Aphricā ſua ſpōte vacuā occupauerat duaſq; legiōes coegerat: vt Cæſar in primo bellorꝫ ciuiliū tradit. Robore, militib⁹. Regis Libycę gētis, regis Mauritanię. Extrema, extremo occidēte meridieq; P. Accius. Varus.

Atlas. Gades.

aduecta. Suum, qui ipsis præerat. Fusior, amplior. Atlas, mõs a Mauritania i Aethiopiam vsq͛ porrectus. Gadibus: insulę in mari Atlantico. Qua sunt lõgissima: qua extenduntur in longũ. Ab occiduo cardine & medio. a regione occidentis & meridie.

Ammon.

Ammõ templũ Iouis arenosi qui apud Garamantes in formam arietis colit͛. de aqua eius hæc inquit Ouidius. Medio tua corniger Ammon Vnda die gelida ẽ ortuq͛ obituq͛ calescit. Cõfinis syrtibus: vicinus locis vadosis in fine Aphricæ Aegyptũ versus. At qua. sed latitudo inquit regni hinc & illinc tãgit Oceanũ Plaga feruida, regio calida. Regni, Iubæ. Iacet lata: extẽdit͛ in latitudinẽ. Distinet: hinc & inde tenet & exporrigitur sub torrida zona. Exusta, loca ĩpa Iubę. Sallust. Deĩde loca exusta solis ardorib⁹. Sufficiũt spatio: extẽdũtur in spatiũ & implent eam. Zonæ calentis: torridę: sub qua sunt Iubæ regna. Tot castra quasi dicat numerosa.

Autololes.

Autololes, populi validissimi Tinganię pu̱inciæ: gens getula: per quã iter ad montẽ Atlantẽ vt Ply. tradit.

Numidę.

Numidæ, q̱ & Nomades, appellati a mutandis papilionibus vt Plynius ait.

Getulus.

Getulus, gens Aethiopiã versus habet terras ab oriẽte mõtosas vbi elephãtes nascunt͛. Inculto, nõ strato.

Maurus.

Maurus. Mauri in occidẽtali Aphrica ad Atlanticũ Oceanũ sunt. Cõcolor, q̱a niger.

Namason.

Nasamon, gẽs in desertis libyę iuxta Anchiseos & littora syrtiũ: de quib⁹ poeta libro nono ait. Hoc tã segne solũ raras tãtũ exerit herbas. Quas Nasamon gens dura legit, q̱ p̱xima põto nud⁹ rura tenet.

Marmaridę

Marmaridę, Aegypto contermini a Pharedoni ferme regione ad syrtim vsq͛ maiorem porrecti sunt. Garamãte. Garamas popul⁹ in desertis libyę vtriq͛ Augilis & Psyllis vicinis. Medorum, q̱ in

Medi. Michax. Mazax. Maca. Massylia.

Asia sunt conterminiq͛ Assyriæ. Missile, iaculum. Michax, siue Mazax, siue Maca post Nasamones est iaculandi peritus. Massylia, Mediterranea regio est Beronices ciuitatis libyę. Nudo dorso, equis sine stratis. Ora leui. equos infręnos baculo regit. Flectit, percutiendo. Et Apher. & Aphri illi extremi venatores qui errant mutãtq͛ casas vt Nomades Errare Mapalibus: vagari per domos pastorum. Simul, postq̃. Non est fidutia, non fidunt ferro posse cõficere. Operire, tegere iniiciendo. Laxis, apertis. Nec solum. Iuba nõ solum senatui & Pompeio fauere, sed etiam Curioni obesse studebat: nam vt Cæsar ait, huic & paternum hospitium cum Pompeio & simultas cum Curione intercebebat ꝙ Tribunus plebis legem promulgauerat qua lege regnum Iubæ publicauerat. Dabat bella iræ: pugnabat ex ira priuata de causa suscepta. Hunc quoq͛. causam iræ exponit. Polluit, maculauit: nam pietatis oblitus accepto pretio Cæsaris partibus fauit eumq͛ irritauit. Tribunitia, quam ipse Tribunus tulerat Tyranno, Iubę. Dum facit te regnum, dum te Cæsari subigit, a quo fuit ingenti largitione corruptus. Ille, Iuba. Esse fructum. quantũ in eo se constiterat: sperabatq͛ vlcisci. Sceptri, regni quod obtinebat.

PHIL. BEROALDVS.

Autolales Numidęq͛ vagi: semperq͛ paratus
Inculto Getulus equo: tum concolor Indo
Maur⁹: iops Nasamõ: misti Garamãte p̱usto
Marmaridę volucres: ęquaturusq͛ sagittas
Medorum tremulũ quũ torsit missile Mazax:
Et gens quę nudo residens Massylia dorso:
Ora leui flectit fręnorum nescia virga.
Et solitus vacuis errare mapalibus Apher
Venator: ferriq͛ simul fidutia non est
Vestibus iratos laxis operire leones.
Nec solum studiis ciuilibus arma parabat
Priuatę sed bella dabat Iuba concitus irę.
Hũc quoq͛ quo supos humanaq͛ polluit anno
Lege tribunitia solio depellere auorum
Curio tentarat: Libyamq͛ auferre tyranno:
Dũ regnũ te Roma facit: memor ille doloris
Hoc bellum sceptri fructũ putat esse retenti.

¶ Curio lætat⁹. Digressione absoluta redit ad facta Curionis nõ sine taxatione vanitatis & stuititiæ eiusdem, dicens. Curio lætatus ob felicitatem loci, tanq̃ fortuna locorum gerat bella, cum ipsi duces locum felicem faciant: & tanq̃ fortuna locorũ seruet sibi fata: id est felicem exitum, priorum ducum: ponẽs tentoria nõ fausta. i. infelicia, sup. in loco felici, indulsit castris i. auide castrametatus illic est: & abstulit omen. s. felicitatis, collibus. s. quos felices putabat, nã in eis vincendus est, quia sollicitat viribus non ęquis. i. minoribus quas ĩpe habuit, hostes feros. s. libycos, & cæteros Aphricanos. Omnis Aphrica quę cesserat signis Romanis. i. q̃ erat sub ditiõe Romanorum fuit tũc sub iure. i. imperio Vari. s. Accij: qui. s. Varus q̃q̃ confisus robore latio. i. Romano, tamẽ exciuit. i. euocauit in auxiliũ vndiq͛ vires regis gentis Libycæ. i. Maturitanę hoc ẽ Iubę & exciuit extrema signa mundi. i. ab extremo occidẽte, comitata. i. sequẽtia Iubã suũ. s. regẽ. Terra fusior. i. amplior & extẽsior nõ fuit vlli dño q̃ Iubæ: nã Atlas mõs Mauritaniæ vicin⁹ Gadib⁹ insulis in mari Atlantico, terminat. i. finit ab occiduo cardine. i. ab vltimo occidente, regna. s. Iubę: ea parte qua sũt longissima: & Ammon. i. templũ Iouis arenosi in Libya, cõfinis syrtibus terminat ea a medio. i. a meridie. At. i. sed qua. s. p̱te plaga feruida. i. torrida vasti regni iacẽs lata. i. i latũ extẽsa distinet. i. disiungit Oceanũ, & exusta. s. loca, zonæ calentis. i. torridę, sufficiunt spatio. i. implent spatiũ regnoꝝ Iubę: qđ ab Oceano in torridã Zonã latitudinẽ habet. Tot populi sequũtur castra Iubæ. videlicet Autolales, populi Tiganię. Sic aũt Hermolaus Barbarus legit ex Ptolemęo. Apud Plyniũ autẽ corrupte legit͛ Rutulorũ p̱ Autolalũ. & Numidæ vagi, q̱a papiliones frequẽter mutãt: & Getul⁹ paratus semp. s. ad prælĩũ: equo inculto. i. non strato. Tũc Maurus cõcolor indo. i. niger vt Ind⁹: & Nasamõ inops q̱ ex naufragio viuit: & marmaridę Aegypto cõtermini, volucres. i. veloces, misti. i. cõfusi, sociati cũ Garamãte pp̱l'o pusto. s. solib⁹: & Mazax seu Michax, ęquaturus. i. q̱ æquare possit, sagittas Medoꝝ, cum. i. qñ, torsit missile. s. iaculũ, tremulũ. i. cũ tremore volãs. Et gẽs Massylia

q̃ residēs nudo dorso eq.i.sine strato & sella,flectit virga leui.i. flexibili,ora.s.equorū,nescia frenorū.i.q̃ freno regi non solent Sunt qui perperā legant cū impressione Aldina Massilia. Et venator apher.i. Aphricus, solitus errare mapalib⁹.i. casis & tugurijs,vacuis.s.pastoribus:& qui simul.i.statim postq̃, fiducia ferri non est.i.non cōfidit se posse capere leonem ferro.i.armis,solitus sup.est,operire.i.inuoluere leones iratos vestibus laxis:& ita eos capere. Nec.i.& non,& Iuba cōcitus.i.prouocatus ad irā a Curione:nō solum parabat arma in Cæsarem:studijs ciuilibus:quia senatui populoq; Romano & reip. quam Cæsar opprimere volebat,fauebat:sed dabat bella irę priuatæ.i.simultati quā cum Curione gerebat: quia Curio tentarat depellere solio auorum.i.maiorū suorum regno, quoq;.i. etiā hunc.s.Iubam,eo anno quo polluit supos,& humana supsura.i. quo Cæsari ob pecuniam non ob æquitatem addict⁹ est: voluit inquā depellere lege tribunitia.i. quā ipse tribunus tulerat de publicādo regno Iubę:& tētarat auferre tyrāno.s. Iubę: Libyam:dum o Roma facit te regnum.i.suadet vt tyrā̄⁹ expellatur Numidia dum Romæ regē infert. Ille videlicet Iuba memor doloris.i.offensæ vnde doluit, putat hoc bellū contra Curionem esse fructū sceptri retenti,id est hoc pręcipue bonū habere ex regno retento q̄ de Curione vlciscatur.

¶ Tā q̃ fortuna locorū bella gerat.i. felicitas illius loci q̃ fauit Scipioni,sibi quoq; sit futura propitia in bello gerendo. Fata priorum.i. felicitatē Scipionis & Lęlij cū Scipione militantis:a quo castra Lęlia similiter dicta sunt: vt inquit Mela. Nō fausta tentoria.i. infortunata & infelicia castra posuit in loco felici. Et collib⁹ abstulit omen. Prius erat quoddā omē & augurīū victorię i castris Cornelijs: sed Curio suo excidio amouit illud omē.i. augurīū. est autē proprie omen quod ore manat dictū quasi osmen vt ait Marcus Varro. Nō ęquis. id est imparib⁹. Tūc vari sub iure fuit. P. Accius Varus Aphricam prouinciam obtinebat: cui Iuba rex Mauritaniæ suppeditabat auxilium vt scribit Cæsar. Robore latio.i. Romanis militibus. Exciuit.i. aduocauit. Extrema q̄ mundi. Iuba rex erat Mauritanię quę regio extrema est versus occasū:a qua icipit Aphrica vt Plynius tradit. Non fusior vlli.i. nulli regi fuit latius imperiū. Cardie ab occiduo. Latitudinē & longitudinem ostendit regni Iubę quod a mōte Atlante patebat vsq; ad tēplum Iouis Ammonis Atlas mons est Aphricę fabulosissim⁹: vt dicit Plyni⁹. hūc in cœlum attolli prodiderūt Vergilius Silius & Ouidius. Asper est & squalens qua vergit ad littora oceani occidētalis qui ab eo cognominatur Atlanticus. Vicinus est Gadibus. fretum eñ diuidit Mauritaniam ab Hispania quod Gaditanum dicitur. A medio.i.meridianis partibus. Confinis Syrtibus Ammon. In Cyrenaica prouīcia & regione Aphricę templū est illustrissimū Iouis Ammonis: de quo supra satis multa dicta sunt: & similiter de syrtibus. Plaga feruida.i. torrida zona:qua parte eñ spectat ad Aethiopiam attingit torridam. Zonęq; exusta calentis sufficiunt spatio. Terrę quinq; sunt partes quas zonas vocāt: vt refert Plynius: quarum media, qua solis orbita est, exusta flammis & cremata cōminus vapore torretur. & hoc exp ressit pręstantissimus poeta. Quinq; tenēt cœlū zonę quarū vna corusco. Semper sole rubens & torrida semp erab igni. Supra autē Mauritaniam sunt Aethiopes adusti solis ardore: cui sunt viciniores. Autolales ppuli sunt Mauritaniæ p quā iter est ad Atlantē montem auctor Plynius. Numidęq; vagi. Numida finitima est regio Mauritaniæ. Numidę nomades dicunt̄ q̃ si errabūdi a pmutādis papilionib⁹:domos eñ suas plaustris circūferūt. vt narrat Plyni⁹. horū meminit Sallusti⁹ in Iugurtha. Inculto Getulus æquo. Tingitaniam prouinciā tenuerūt gentes Getulę: vt ait Plynius. Getuli Mauri & Massesyli. paruis equis vtuntur celerib⁹ tñ & obtemperantibus adeo vt sola virgula gubernentur. dominū sua sponte sequunt̄: vt canes. auctor Strabo: qui ait Mauros equis vti nudis & iunceis frenis. Inculto ergo sine strato. Tum concolor Indo Maurus. Mauri quos aliqui Maurisios dixerunt Mauritaniæ nomen indiderūt auctor Plynius. nigri sunt quemadmodum & Indi: qm̄ solis vapore vicini pariter torrentur: adustiq; similes gignuntur. vel ideo nigri sunt: qm̄ eorum genitura est nigra: quod sensit Herodotus loquēs de Indis. Inops Nasamon. In ora Syrtis sunt Nasamones: quos antea Mesāmones Græci appellauerūt: qm̄ medij inter Arenas siti sunt. vt ait Plynius. Apud hos fuit custodia Iouis Ammonis. vt refert Curtius. Mixti Garamāte pusto Marmaridę. Vltra Getuliā ē Garamātū regio: vt refert Strabo q̃ ab Aethiopia abest spatio decē dierū. Marmaridę vero tenent Libyā Mareoticā. vt ait Plyni⁹. Mazax, pp̄l'us Aphricę qui in torquēdis missilibus nō est inferior Medis hoc est Parthis qui vt supra dictū est bellā cōficiūt sagittis. Et gēsq; nudo residēs Massylia dorso. Post Mauritaniā est Massesylorū regio vt ait Strabo: q paruis equis vtētes eos sola virgula gubernāt. qui etiā nō tracti dñm sequuntur: qđ itidem retulit. Silius. De his Vergili⁹. Massyliq; ruūt equites. Frenorū nescia quia frenis nō vtuntur: verū collaria ex ligno habent aut pilo cōfecta ex quib⁹ habena dependet vt docet Strabo. Et solitus vacuis errare Mapalibus Afer. Mapalia sunt domus Afrorum vt inquit Sallustius: quæ Mapalia plaustris circūferunt errantes: vt ait Plynius. Vestibus iratos laxis operire leones. Omnis leonis vis constat in oculis. Vnde Getuli contra impetum ingruentis leonis obijciunt sagum, ita torpescente tanta illa feritate vt leui iniectu operto capite reuinciatur non repugnās: vt Plynius narrat: qui hoc principatu Claudij inuētum putat. Pastor ergo & venator solet operire.i. tegere leones hoc est caput & oculos obiecta veste. Priuatę sed bella dabat Iuba concitus ære. Iubę paternum hospitiū erat cum Pōpeio & simultas cum Curione intercedebat q̄ tribunus plebis legem promulgauerat: qua lege regnum Iubę publicauerat: vt narrat Cæsar: & nunc ostendit Lucanus dicens. Iubā priuata causa & ira cōmotū equites peditesq; auxilij causa Varo misisse contra Curionem. Solio depellere auorū.i. regno auito. Solium est eñ sella regia. Vergilius. Solioq; alte subnixa resedit. alias solium significat vas quo pręsertim vtebantur in balneis: vt apud Plynium & Celsum & Catonē sępissime. Dum regnū te Roma facit.i. dum vendit Romā Cæsari: & eū tanq̃ regem decernit. de quo dictum est in primo. Ille.s. Iuba. Sceptri retenti, id est imperij. Sceptrum eñ est insigne dñantis: vt ait Hieronym⁹.

Hac igitur regis trepidat iam Curio fama:
Et q̄ Cæsareis nunq̃ deuota iuuentus
Illa nimis castris: nec rheni miles in vndis

SVLPITIVS.

¶ Hac fama, irę & exercituū. Et q̄. Timebat etiam quia milites infidos habebat & inexpertos tyrones. de quibus in secundo dixit. Oppositus quondā polluto tyro Miloni. hi eñ sub Domitio fuerant: & traditi a Cæsare Cu-

Exploratus. rioni. Deuota, addicta. Explorat⁹, expertus & probat⁹. Cicero in Verrē. Tu mihi relinquis exploratū atq; prouisum. In vndis rheni, in Gallico & Germanico bello. Corphinium. Corphini, oppidi Pelignorum. Ducibus, Cæsari & Curioni. Priori, Pōpeio & Domitio. Vtrūq;. ꝙ sit īsid⁹ & dubius, lege historiā apud Cęsarē. Sed postq̄. Curionis cōsiliū post fugam suorū narrat. Munia. Munia, custodias & officia: metonymia. Salustius. Munia ordinis extrema sequi. Desolata, deserta: nam centuriones Marsi duo ex castris Curionis cū manipularibus suis duobus & viginti ad Acciū Varū profugerāt. Profat, secū. Audendo, inuadendo hostē: & est sententia. Dū meus, priusq̄ me deserat. Variam dāt otia mentē. quies cōsilium mutat. Terētius. dū animus in dubio est paulo momento huc vel illuc impellitur. Eripe cōsiliū, interrumpe pugna ipsoꝝ de fuga cōsultationem. Quum dira voluntas. quū pugnandi furor quēpiam inuasit & galeatus ensem strinxit, non pudet eū nec meminit, dedere se infestę parti: sed pugnat in eam. Subit, in mentē venit. Et galeæ texere pudorem. & quū nō pudet, quia nō videntur nec agnoscuntur. Pudere eñ poterat tyrones illos pugnare in eos trāsfugas qui eadem essent vsi fortuna, & eadē in obsidione perpessi. Cōferre, cōparare ambos & pluris facere alterū. Pēdere, ponderare iudicare q̄ iustior sit. Inde, illis partib⁹ pro quibus stat. Veluti. Sic gladiatores in aduersariū pugnant: nō ex iniuria iraq; veteri: sed quia cōtra stat & oppositus ē. Muneribus, ludis gladiatorijs. Arenæ fatalis, mortiferi certaminis qđ fit in Arena. Productos, cōmissos ad pugnandū. Odere pares, habent odio aduersarios & oppositos. Quē blāda. Cui fortuna ipm deceptura principio fauit. Nā primū cū Numidis ꝓspere pugnauit imperatorq; est appellatus. inde Varū pepulit. postea cū aduertisset aquas veneno infectas. nā bibētibus veluti nebula visus obtenebrabatur cū vomitu & spasmo: vt meminit Appianus: Vticā obsedit. Blanda malis futuris, alliciens in futurā cędem. Recepit, excepit. Nudata, patiētia: nā quādo statur aduerso vultu latent. Terga, militū Vari. Cecidit, ꝑcussit vsq; in castra. Fœda. turpe est eñ fugere. Tristia sed postq̄, audita Vari repulsa sperās Iuba se Curionē supaturū ad Saburā cum ingēti exercitu venit: pręmisitq; Saburā cū paucis copijs: quas magna ex parte pauci equites ex nostris noctu interfecerūt. Sequēti vero die Curio cū oībus copijs quarta vigilia egressus cohortib⁹ quinq; relictis in castris rem gestā cognouit: ad hostē peruenit: ignar⁹ iubā cū magnis copijs elephantisq; q̄dragita sex milia passuū distare: misisseq; ad Saburā Hispanoꝝ Gallorūq; equitum duo milia: pręlium inijt: instansq; cedentibus cum exercitu sexdecim milium itinere defesso circūuentus oppressusq; est. Rebus, potētię. Rapit agmina furtim, raptim & clāculū copias ducit. Iussa. vetuerat eñ vulgari aduentū suū. Timeri, ne timeretur. Ab hoste, a Curione improuido. Mittitur. ordo est. Sabura secundus Numidus a rege mittitur qui lacessat & eliciat prima ꝑlia exigua manu. Vt simulator belli sibi

Exploratus erat: Corphini captus in arce:
Insidusq; nouis ducibus: dubiusq; priori:
Fas vtrumq; putat: sed postq̄ languida segni
Cernit cuncta metu. nocturnaq; munia valli
Desolata fuga: trepida sic mente profatur.
Audēdo magn⁹ tegit̄ timor: arma capessam
Ipse prior. campū miles descendat in æquum
Dū meus est: varia semper dant otia mētem.
Eripe consilium pugna: quum dira voluntas
Ense subit pressq;: et galeę texere pudorem.
Quis cōferre duces mēinit: q̄s pēdere causas:
Qua stetit inde fauet: veluti fatalis arenę
Muneribus: non ira vetus concurere cogit.
Productos odere pares. Sic fatus apertis
Instruxit campis acies: quem blanda futuris
Deceptura malis belli fortuna recepit:
Nam pepulit Varum campo: nudataq; fœda
Terga fuga: donec vetuerunt castra cecidit.
Tristia sed postq̄ superati prelia Vari
Sunt audita Iubę: lętus ꝙ gloria belli
Sit rebus seruata suis: rapit agmina furtim:
Obscuratq; suam per iussa silentia famam:
Hoc solum metuēs incautus ab hoste timeri.
Mittitur exigua qui pręlia prima lacessat
Eliciatq; manu Numidis a rege secundus:
Vt sibi commissi simulator Sabura belli.
Ipse caua regni vires in valle rete ntat.

¶ Hac igit̄ regis &c. Cōmemorat trepidationē Curionis audito regis aduentu & cognito ei⁹ aīo: docetq; pro rerū angustia satis prudenter sed minus feliciter manus conseruisse. Ordo est. Igitur quia taliter animatus noscebatur Iuba aduentans, Curio trepidat. i. sollicitus mouetur, iam hac fama regis. i. de aduentu & ira regis Iubę: & trepidat ꝙ. i. eo ꝙ, illa iuuentus. i. multitudo tyronum cui ꝑerat, nunq̄ sup. fuerat nimis. i. valde aut satis, deuota. i. addicta votis ita vt mortem obiret: q̄ ea desereret: castris Cæsareis. i. ꝙ nunq̄ Cæsarem multum amarat: nec erat miles exploratus. i. probatus & expertus in vndis rheni. i. in traiectu rheni & bello contra Germanos gesto, vt veterani fuerant, existens captus in arce Corphini oppidi Pelignorum: q; pro & insidus nouis ducibus Cæsari & Curioni: & dubi⁹. i. incert⁹, priori. s. Pōpeio & Domitio. i. an ad priorē iterū deficeret: & miles putat: vtrunq; esse fas. i. licere: videlicet ꝙ sit insidus & dubius: aut vtrūq;. s. Cæsari tenere fidē ꝓpter deditionē & nouū sacramentū, & Pōpeio propter fidē datam semel ablatā dūtaxat vi. Sed postq̄ Curio cernit cūcta. s. animos &

facta militū, languida.i.tepescentia & infirma, metu segni.i.faciente eos segnes, & cernit munia valli.i.officia, hoc est custodias & vigilias, nocturna.i.quę nocte fieri solēt: desolata sup. esse, fuga.i.per fugam: ipse profatur sic mēte trepida.i.secum animo anxio. Magnus timor tegitur.i.dissimulatur, audendo.i.simulando audaciā: & ideo ne timere videar, ipse.i.ego capessam, id est sumam prior.i.priusq̄ hostis, arma: vt sup. miles descendat in campū æquū.s.vtriq; parti, dum.i.donec, meus est, & me non dereliquit. Otia.i.moræ & cessationes dāt semper mentē variam.i.faciunt, vt dum mens in dubio est facili momento huc vel illuc impellatur. Eripe.i.proripe, pugna id est lacessendo hostem, consilium.i.consultationem militū de defectione aut fuga facienda (Alij legunt pugnæ) quum.i.postq̄ dira voluntas.s.cędis inferendæ, subit.s.animos prępelia turorum, ense presso.s.manu.i.vt per iram fit firmiter tento: & galeæ texere pudorem.i.texendo frontē pudorē inuadendi eos quibus debeas auferunt: quis meminit.i.tunc memor est, conferre.i.comparare duces.i.merita ducū in se: & vtri plus debeat? q.d.nullus: & quis meminit pendere.i.expendere & discernere causas? q.d.etiā nullus: quia vnusquisq; fauet inde.i.ab ea parte qua stetit: veluti.i.quēadmodū in muneribus.i.digladiationibus arenę fatalis.i.exhibitis populo in arena, ita vt liceat digladiantiū alteri alterū occidere. vnde fatalis.i.letalis dicitur. Sunt aūt munera: quia magistrat⁹ ea populo quasi dono largiuntur. ira vetus.i.antiquū odiū aut diu seruata ira, nō cogit productos.i.cōmissos ad pugnandū, concurrere.i.conserere manū & se mutuo vulnerare: hoc est nō ideo inter se letaliter pugnāt q̄ odio antiquo pciti sūt, sed q̄ odere pares.i.eos qui ex aduerso stantes se pares profitentur. Curio fatus sic.s.secum, instruxit acies cāpis apertis: quem.s.Curionē fortuna belli recepit blanda.i.aspirans primo prelio, deceptura.s.eum futuris malis belli: quia postea a Iuba vincetur. Nā Curio pepulit Varum ducē Pōpeianorum campo, & cecidit (media longa).i.iterfecit, terga Pōpeianorū, nudata turpi fuga: tātisper: donec castra vetuerunt sup. amplius cædē.i.donec se in castra receperant. Sed postq̄ tristia p̄lia Vari superati sunt audita Iubę.i.a Iuba rege Mauritanię: ipe Iuba lęt⁹ q̄ gloria belli sit seruata suis rebus, rapit agmina.s.sua, furtim.i.clam Curione: & obscurat famā suā.i.de aduentu suo: per silentia iussa.i.militibus indicta: metuens hoc solum, videlicet timeri incautus.i.eo q̄ non cauerit ne hostis noscet se ad bellū accinctū: ab hoste.s.Curione.i.volens ipsum oscitabundū & improuidū opprimere: dū victoria securior erat. In metro aūt si legatur icauto non abijcitur o in dictione incauto, sed corripitur. sunt tñ qui legant incautus: vt sit non satis callidus. Sabura secundus a rege Numidis.i.qui apud Numidas erat secūdus a rege, mittitur a rege vt simulator belli cōmissi sibi: tanq̄ Iuba ipse venturus non esset: qui.i.ideo vt, lacessat.i.prouocet prima prępelia id est concionē primā: & qui eliciat.s.Curionem cum suis manu exigua.i.modica acie. ipse.s.Iuba rex & princeps belli retētat vires.i.pręcipuas copias regni, in valle caua & ita occulta.

cōmissi. Lacessat, prouocet. Eliciat, educat. Cōmissi, mandati vt gerat. ferebatur eñ Iubam reuocatum esse bello finitimo & Saburę rem cōmissam. Sed rex sex miliū passuum interuallo a Sabura aberat. Ipse, rex. Retentat vires: retinet exercitum.

¶ Et q̄ Cæsareis nunq̄ deuota iuuētus. Ideo formidabat Curio q̄m milites quos habebat prius fuerāt cum.L.Domitio Corphinij: quo in potestatem redacto Cæsar hunc exercitū dederat Curioni quē nunc suspectū habebat tanq̄ in priorem imperatorem propensiorem. Nec rheni miles in vndis exploratus erat. Nō erant isti milites veterani: quoq; fidem Cęsar erat expertus in bellis Gallicis. Infidusq; nouis ducibus.s.Cæsari & Curioni. Dubiusq; priori.s.Pompeio vel Domitio sub quo militauerat. Vnde a Varo sollicitabantur: vt scribit Cæsar. Nocturnaq; mœnia valli desolata fuga. Nocturno tēpe Cēturiones Marsi duo ex castris Curionis cum manipularibus suis ad Accium Varū profugiunt: vt scribit Cæsar. hoc nūc tangit Lucanus. Trepida sic mēte profatur, id est secum locut⁹ est Curio. vel vt scribit Cæsar consilio conuocato de summa rerum deliberare incipit. Cāpum miles descendat in æquū. Erant sententię: quæ conandum omnib⁹ modis castraq; Vari oppugnāda censerent q̄ huiusmodi consilijs otiū maxime contrarium esse arbitrarentur: vt scribit Cæsar. & nunc loquitur Curio secundum eorum sententiam. Galeę texere pudorem. Pudor inquit sollicitat milites, vt ad Pompeium reuertantur: verum cū habuerint galeas nullo pudore suffundētur. qui Galea tegitur. qđ est capitis tegumentum. Qui conferre duces meminit, id est comparare inter se Cæsarē & Pompeium & examinare cuius causa sit honestior. Veluti fatalis arenę munerib⁹. Quemadmodum qui pugnant in arena munus gladiatorium exercentes, non ira ducuntur contra aduersarios vtpote quos nunq̄ habuerit infestos: sed odio habēt: quoniā sibi videt obiectos. ita milites mei inquit Curio non irati sunt contra Pompeianos: sed quando ducentur in aciem sument animos contra eos. Oēs enim sibi melius esse malūt q̄ alteri: vt ait Terentius. Muneribus, id est ludis gladiatorijs. Absolute munus dicim⁹ gladiatorium. Suetonius. Munere depugnarunt. Martialis. Nā post tua munera Cęsar. Cicero. Nempe studiū non defuit declarandorum munerum tuo nomine.i. Ludorum. Arenæ fatalis, id est mortiferę: quia ibi certantes se mutuis ictibus confodiunt. Nam pepulit Varum campo. Curio congressus in aciecum Varo eius totam aciem in fugam vertit: & interfectis circiter sexcentis paulum abfuit quin castris Vari potiretur: vt scribit Cæsar. Rapit agmina furtim. Iuba cum circiter.xxv.milia militum Vticam duceret in auxilium Vari nuntiatum mox est Curioni Iubam reuocatum finitimo bello restitisse in regno. Saburam cum mediocribus copijs pręfectum eius Vticę appropinquare. hāc rem ita vulgari iusserat Iuba vt Curionem incautum opprimeret. Numidis a rege secundus. Sabura præfectus & secundum a rege apud Numidas locum obtinens pręmittitur ad flumen Bagradam a rege Iuba cum paruis copijs: vt Curionem illiciat ad pugnam simuletq; sibi commissum esse bellum & regem recessisse: qui cum omnibus copijs insequebatur: vt refert Cæsar. Aspidas & Pharias cauda solertior hostis ludit. Aspides quarum serpentum copia est in Aegypto habent internecium bellum cum Ichneumone quod animal notum est hac gloria maxime, in eadem natum Aegypto: vt narrat Plynius. Ichneumon limo loricatus in dimicationem pergit: in ea caudā attollens ictus aspidis irritos auersus excipit donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces. Quēadmodum ergo Ichneumon cauda deludit aspidas quoad interimat, ita Iuba pręmisso Sabura Curionem prouocare volebat: vt eum deinde inuaderet more Ichneumonis.

BERO.

Aspidas vt Pharias cauda solertior hostis
Ludit & iratas incerta prouocat vmbra:
Obliquusq; caput vanas serpentis in auras
Effusę tuto comprendit guttura morsu
Letiferam citra saniem: tunc irrita pestis
Exprimitur: faucesq; fluunt pereunte veneno.
Fraudibus euentũ dederat fortuna ferox q;
Non exploratis occulti viribus hostis
Curio nocturnum castris erumpere cogit:
Ignotisq; equitem late discurrere campis.
Ipse sub aurorę primos excedere motus
Signa iubet castris multum frustraq; rogatus
Vt Libycas metuat fraudes: infectaq; semper
Punica bella dolis. Leti fortuna propinqui
Tradiderat fatis iuuenem: bellumq; trahebat
Auctorem ciuile suum. super ardua ducit
Saxa: super cautes abrupto limite signa.
Quum pcul e summis cõspecti collib9 hostes
Fraude sua cessere parum dum colle relicto
Effusam patulis aciem committeret aruis.
Ille fugam credens: simulatę nescius artis:
Vt victor medios aciem proiecit in agros.
Tunc primũ patuere doli: Numidęq; fugaces
Vndiq; completis clauserunt mõtibus agmẽ.
Obstupuit dux ipse simul perituraq; turba.
Non timidi petiere fugam: non pręlia fortes:
Quippe vbi nõ sonipes mot9 clãgore tubarũ
Saxa quatit pulsu: rigidos vexantia frenos
Ora terẽs: spargitq; iubas & surrigit aures.
Incertoq; pedum pugnat non stare tumultu.
Fessa iacet ceruix: fumant sudoribus artus:
Oraq; proiecta squallent arentia lingua:
Pectora rauca gemũt: q̃ creber anhelit9 vrget
Et defecta grauis longe trahit ilia pulsus.

SVLPI. ¶ Aspidas. Sic lusus inquit Curio vt aspis ab Ichneumone. Aspideq; Curioni, Saburã caudæ Ichneumonis, Iubãq; capiti cõparat. Aspis vt ait Plynius lib. viij. habet interneciuum bellũ cũ Ichneumone qđ notũ animal hac gloria maxime in eadem natũ Aegypto: mergit se limo sæpius siccatq; sole. mox vbi pluribus eodẽ mõ se corijs loricauit in dimicationẽ pergit: in ea cauda se attollẽs ict9 irritos auersus excipit, donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces. Meminit eiusdẽ Strabo in. xvij. Aspidas, serpẽtes frigidas. Pharias, Aegyptiacas. Hostis, Ichneum. õ Solertior, astutior. Vmbra, caudę celeri. Obliquusq; caput, Ichneumon qui est obliquo capite. Tuto, innoxio sibi: non eñ penetrat dentib9. Citra saniem letiferam: citra virus mortiferum. Guttura serpentis effusæ in auras, exilientis in vmbram caudę. Tunc, vbi cõprendit. Pestis irrita: venenũ nõ nocens. Exprimitur, colliditur & emittitur. Fluunt dissoluuntur & pereunt. Pereunte, effluente. Fraudibus, insidijs Iubę. Occultis viribus hostis. Hostis, Saburę post quẽ latebat Iuba. legitur & occulti hostis hoc est Iubæ. Erũpere, exire raptim. Ignotis inexploratis. Ipse. Curio auditis quæ equites egissent: quarta vigilia cũ oib9 copijs exierat: rogatus a Gn. Domitio pręfecto equitũ. Infecta, mandata & mista. Leti fortuna ppinqui. sors vicinę mortis iam fatis Curionẽ adduxerat. Trahebat, ducebat ad mortẽ. Auctorẽ suum. Curio ei q tutat9 fuerat & icitarat Cęsarẽ: dederat cãm belli ciuilis. Ardua saxa, mõtes. Cautes, saxa dura. Abrupto limite, pręterito termino & nõ seruata via. Cessere: pedem retulere. Sabura eñ Iubæ iussu pceperat suis vt similitudine timoris paulatim cederẽt. Dum colle, quoad ex locis superiorib9 copias in cãpũ deducit. Patulis, in diuersum & late patentibus. Ille, Curio. Artis, fraudis. vt arte tractauit virum. græce τεχνη dicitur. Victor, hactenus eñ vicerat. Deiecit, pcipitauit. Doli, insidię hostiles. Fugaces, celeres. Agmen, Curionis exercitũ. Completis, occupatis. Quippe. ideo neq; fugere neq; pugnare sunt ausi quia habebant equos ex itinere defatigatos. Sonipes, equus. Nõ motus, non excitatus. Quatit repetatur nõ & in sequentibus. Non quatit saxa pulsu, non pulsat solum ictu pedũ cupitq; ire. Terens, atterens & mandens vt solet defessus equus. Vexantia. lege per Hypallagen vexantes. Spargit, nõ excutit collumq; caputq; erigit: & nõ conatur ire vt solet recens & fortis equus qui audito signo stare loco nescit. Iubas, crines. Surrigit, arrigit. Incerto, inordinato motu. Non stare, prosternere se. Iacet, languet. Arentia, sitientia. Squallent, deformia sunt. Proiecta, emissa. Gemunt, sonitum reddunt. Vrget, vexat. Erãt enim suspiriosi. Pulsus grauis, spiratio & respiratio molesta quia ilia pulsantur cum retractione. Trahit, contrahit. Ilia defecta, vltima latera debilitata & attenuata.

Aspis.
Ichneumon.

Ars.
Tecna.

BERO. ¶ Aspidas Pharias. i. Aegyptias a Pharo cuius supra habita est mẽtio. Hostis, Ichneumõ Et iratas incerta puocat vmbra. Aspis oculos habet hebetes eosq; in tẽporibus vt ait Ply-

¶ Aspidas vt Pharias. Similitudine sumpta a serpentib9 docet Curionem circũuentum dolo Iubæ. Nã sicut Ichneumon luto loricatus & incrustatus aspidem lacessit cauda, donec fauces illius nudas capite obliquo inuadit, ita Iuba velitatiõe quadam Saburę Curionẽ elicit donec egressum toto capite. i. ple-

na aciē circūueniat. Ordo eſt. Vt.i. quēadmodū, hoſtis ſolertior.i. callidior, videlicet Ichneumō: qui ſolertior ē aſpide, ludit .i. illudit & laceſſit cauda.ſ. ſua, aſpidas pharias.i. ægyptiacas: & ꝓuocat.i. porro euocat ad pugnā, iratas.ſ. aſpidas, vmbra.ſ. caudę ſuæ, incerta: quia cauda mobilis eſt & inſectatur vmbrā caudæ: & ipſe hoſtis ſolertior.ſ. Ichneumon, obliquus caput .i. habens caput ex obliquo & tranſuerſo (ſic Beroaldus & plures: Aldus aūt legit Obliquatiſq; capit) comprendit morſu.i. ictu oris tuto, quia citra ſaniem letiferā.i. nō perueniēs morſu vſq; ad virus mortiferū, in guttura ſerpentis.ſ. aſpidis, effuſæ .i. penitus emiſſæ & exilientis in auras vanas, quia vmbrā caudæ ſectatur auide: nō cauens morſum capitis: tunc.i. perroſo gutture aſpidis, peſtis.i. virus aut venenū aſpidis, exprimitur .i. vi emittit, irrita.i. nihil nocēs Ichneumoni: quia iā rictū retraxit: & fauces aſpidis fluunt.ſ. ſanie & veneno, veneno pereunte, quātū ad votū emittentis. Fortuna.i. caſus, dederat, fraudibus.i. inſidijs doloſis Iubæ, euentum.i. exitum optatū, & Curio ferox.i. ferociēs ob partā victoriā, cogit equitē erumpere, id eſt vi exire, nocturnū.i. tēpore noctis, caſtris.ſ. ſuis, & hoc viribus hoſtis occulti.ſ. Iubæ, non exploratis.i. nō indagatis: & iubet equitē nocturnū diſcurrere, ſunt qui legant decurrere: ſed quia ſequitur late & ignotis nihil mutem. late campis ignotis.i. inexploratis. Ipſe.ſ. Curio dux belli, iubet ſigna.ſ. ſua.i. vexilla, excedere.i. egredi caſtris: ſub primos motus aurorę.i. anteq̄ orta aurora motus fierent, exiſtens rogatus a Cnę. Domitio pręfecto equitū, multū & fruſtra: quia noluit acquieſcere: vt metuat fraudes.i. inſidias, Libycas: quia Aphri ſemper ſunt verſipelles: & vt metuat bella punica.i. Pœnorum ac cæteroꝝ Aphroꝝ infecta.i. mixta & imbuta ſemper dolis.i. fraudibꝰ. fortuna ꝓpinqui leti.i. inſtātis mortis, fata em̄ viā dū volunt inueniūt, tradiderat iuuenē.ſ. Curionē q ideo ſano cōſilio nō acqeuit ꝗ iuuenis eēt, fatis.i. morti fatali: & bellū ciuile trahebat.ſ. in mortē, ſuū authorē.ſ. Curionē, q Cęſarē defēdēdo & cohortādo ad bellū ciuile dederat ſemiariū eiꝰ: vñ quodāmō author fuit. & Curio ducit ſigna ſup ſaxa ardua: & ſup cautes .i. rupes, limite.i. tramite, abrupto.i. inuio aut perviam inacceſſibilem & aſperam, cū.i. quādo, hoſtes videlicet milites Iubę: cōſpecti ꝓcul e ſummis collibus, ceſſere.i. pedē retulere, parū vt Curio incautior ſectaretur, fraude ſua.i. aſtutia ſolita aut ex cōpoſito inſtructa arte, dum, id eſt donec relicto colle cōmitteret.ſ. Curio aciem.ſ. ſuam, effuſam, id eſt effuſe inſectantē: aruis patulis.i. p cāpos patentes. Ille.ſ. Curio, credens fugā ſupveram eſſe: vtpote neſcius artis ſimulatæ.i. fraudis tectæ p ſimulatā fugā, vt.i. poſtq̄ ipſe victor.ſ. vt ſibi videbatur: quia fugientes fugabat, deiecit.i. ꝑcipitauit (Alij legūt proiecit.i. lōge abiecit) aciem.ſ. ſuā, in medios agros; tūc doli.ſ. a Iuba inſtructi, patuere primū. & Numidę fugaces.i. celeres, aut ad fugā habiles & qui iā fugā ſimularāt, clauſerūt.i. circūuenerūt & ſepſerunt agmē.ſ. Curionis, montibus cōpletis.ſ. militibus: vndiq;.i. ex omni parte: ita vt ſe in montem recipere nequiret. Ipſe dux.ſ. Curio, & turba peritura, obſtupuit ſimul. Timidi .i. licet eēnt quidā eorū timidi, tñ nō petiere fugā, quia nō patebat profugiū: & fortes nō petiere ꝑlia, quippe.i. vtpote vbi.i. poſtq̄ ſonipes.i. equꝰ belliger, nō motꝰ.i. nō excitatꝰ clangore

niꝰ. itaq; vmbra decipit atq; in eā ictꝰ effūdit. Obliquuſq; caput.i. obliquo capite. Letiferā citra ſaniē. Colla aſpidū veneno tumeſcūt: vt inqt Plyniꝰ. Ichnemō gnarꝰ īuadit faces aſpidis citra venenū quo tumet collū ne ipſe pariter extinguat. Fraudibꝰ euentū dederat fortuna. Euenit qđ optabat Iuba. Nā Curio ad caſtra Saburę equitatū oēm prima nocte miſit q hoſtes inopinātes ſōno oppꝰſſos & diſperſos adorti magnū eoꝝ numerū interfecerūt. Ipſe ſub aurorę. Curio q̄rta vigilia cū oībꝰ copijs exierat. Infectaq; ſēp punica bella dolis. Pœni dolis & aſtu ſēp vſi ſunt i pugna. Vñ ait Liuiꝰ: ꝗ in Annibale fuit perfidia pluſq̄ punica. Inde Vafri dicunt hoīes q̄ſi valde Afri & aſtuti: vt docet Noniꝰ. Leti.i. mortis. Ductorē.ſ. Curionē: q maximꝰ fuerat auctor belli ciuilis. Sup ardua ducit ſaxa. Curio ducebat copias p colles & loca ſupiora & abrupta. Fraude ſua ceſſare parū. Sabura copias eqtū peditūq; iſtruit atq; his impat vt ſimulatione timoris paulatim cedant ac pedē referant. Curio hoſtes fugere arbitratus copias ex locis ſuperioribus in campū deducit quibus ex locis cū longius eſſet progreſſus confecto iam labore exercitu xvi. milium ſpatio cōſiſtit. dat tunc ſignū ſuis Sabura aciemq; conſtituit: vt narrat Cęſar & nunc refert Lucanus. Ille fugam credens.ſ. Curio hoſtes fugere arbitratus deſcēdit e collibus. Numidęq; fugaces. Numidę celeritate pollentes impetum Curionis militum effugiebant: rurſuſq; ſe recipiebant eos: circumibāt & ab acie excludebāt: vt ait Cæſar. Clauſerūt agmen.ſ. Curionis. Obſtupuit dux ille.ſ. Curio. Quippe vbi non ſonipes. Equites Curionis itinere totius noctis & labore confecti ſubſequi non poterant. nā ducenti tātummodo cum Curione in aciem deſcenderunt: reliquis in itinere ſubſiſtentibus. auctor Cæſar. Cum ergo tota Curionis acies equitatu hoſtiū circundata teneretur: neq; acie excedere, neq; in locum tutum cōfugere poterant: vireſq; laſſitudine eis deficiebant. Spargitq; iubas. repete non vt intelligas non ſpargit iubas: nō ſubrigit aures: quæ ſunt ſigna equi generoſi: vt oſtendit Vergilius. Stare loco neſcit micat auribus & tremit artus denſa iuba & dextro iactata recumbit in armo. Omnia nunc Lucanus in equis Curionis dicit fuiſſe contraria ꝓpter laſſitudinem. Ceruix feſſa iacet: contra illud Vergilianum. Illi ardua ceruix. Lōge trahit ilia pulſus. ſignū eſt equi defatigati qñ ilia pulſat. vñ ait Horatius. Ridēdus & ilia pulſet.

tubarū: aut motus.i. licet ꝓuocatus tamē nō quatit ſaxa pulſu.ſ. pedum, quia defatigatus erat, terens.i. atterēs ora.ſ. ſua, vexantia.i. moleſtantia frenos rigidos, hoc eſt (Eſt enim hypallage) terens frenos rigidos vexātes ora ſua, quia ſe trahi ſinebat: nec obediebat frenis: & non ſpargit Iubas.i. non excutit crines colli, & nō ſurrigit aures.ſ. vt facit dum animoſus & recens eſt: ſed habet eas demiſſas, & pugnat.i. contendit non ſtare, id eſt proſternere ſe & recubare, incerto motu.i. agitatione pedum. aut repetamus non vt ſit non pugnat nō ſtare, id eſt contentus eſt ſtare: qui dum fatigatus non eſt, ſtare loco neſcit. Ceruix equi feſſa iacet.i. languet, artus fumant ſudoribꝰ, & ora arentia.i. ſitientia, ſqualent.i. ſordida ſunt, lingua proiecta.i. emiſſa. pectora gemunt.i. ſonitū reddunt, rauca.i. raucę: quæ.ſ. pectora anhelitus creber vrget.i. vexat, & pulſus grauis.i. reſpiratio moleſta, trahit longe.i. longo tractu, ilia defecta.i. debilitata & fere abſumpta.

Siccaq; ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis.
Iamq; gradū neq; verberibꝰ ſtimuliſq; coacti

Lupatis, frænis aſperrimis. Lupata dicta a lupinis dentibꝰ in quorū ſimilitudinem ſunt. Vergilius. Duris parere lupatis. Neq; addūt gradū, nō greſſum accelerāt & ocyus eūt. Niſi SVLPI. Lupata.

Nec quis crebris iussi calcaribus addunt.
Vulneribus coguntur equi:nec profuit vlli
Cornipedis rupisse moras:nec em̄ ĩpetus illis
Incursusq; fuit:tantum profertur ad hostes:
Et spatium iaculis oblato vulnere donat.
At vag9 Apher equos vt primū emisit ĩ agmē
Tunc campi tremuere sono:terraq; soluta
Quātus Bistonio torquetur turbine puluis
Aera nube sua texit traxitq; tenebras.
Vt vero in pedites fatum miserabile belli
Incubuit:nullo dubii discrimine Martis
Ancipites steterāt casus:sed tempora pugnę
Mors tenuit.neq; em̄ licuit ꝓcurrere contra
Et miscere manus: sic vndiq; septa iuuentus
Cōminus obliquis & rectis eminus hastis
Obruitur:nō vulneribus nec sanguine solum
Telorum nymbo peritura ac pondere ferri.
Ergo acies tantę paruū spissantur in orbem.
At si quis metuens mediū correpsit in agmē
Vix impune suos inter conuertitur enses.
Densaturq; globus:quātū pede prima relato
Constrinxit gyros acies .non arma mouendi
Iam locus est pressis:stipataq; mēbra terūtur.
Frangitur armatum colliso pectore pectus.
Nō tam lęta tulit victor spectacula Maurus
Q̄z fortuna dabat.fluuios non ille cruoris
Mēbrorūq; videt lapsum:& ferientia terram
Corpa.cōpressum turba stetit om̄e cadauer.

coacti ꝓpter stimulos ferreos qui calcaneis an nectuntur. Vulnerib9, p vulnera. Cogunt, in hostē ire. Vlli, equiti. Rupisse moras, cōcitasse Neq; ĩpet9, cōcitatio breuis: neq; cursus, lōgior. Profert, ꝓpinquat hosti: & exponit vicinioribus ictibus. Donat spatiū, diminuit distātiam telis exponendo se ad vulnus excipiendū. At vag9. Sed Numidę celeres tāto equos ĩpetu immiserūt vt terra tremeret & puluis immensus fuerit excitatus. Soluta, dissoluta in puluerē. & est ablatiu9 absolut9. sequiturq; ordo tantus puluis texit aera nube sua & traxit tenebras quantus torquet turbine Bistonio. Torq̄tur, excitat & voluit. Turbine Bistonio impetu Aquilonis qui flat a Thracia q̄ Bistonia appellat. Nube, inuolucro & dēsitate. Traxitq; tenebras, induxit. Vt vero. postq̄ ad pedites interēptis equitib9 vētū est nō fuit opus certare victoria incerta, sed tm̄ mō in cędibus faciēdis se exercere. Dubij Martis, incertę victorię. Nullo dissoluat, in vllo: & nō iungatur verbo. Tēpora pugnę mors tenuit: tēpus q̄d in pugnando cōterendū fuisset in occidendo cōsumptū est. Procurrere, cū ĩpetu ire. Miscere man9, certare. Septa, circundata Numidis. Obliquis hastis, ictib9 trāsuersis. Obruit, opprimit. Rectis, recto ictu & pūctim. Nymbo, multitudine. trāslatio. Ferri, teloꝝ ferratoꝝ. Ergo acies. Circūuēti vndiq; Romāi in rotūditatē sese collegerunt: sed adeo densi erāt vt se nequirēt cōuertere: & paulati magis ac magis cōstringēdo & colligēdo stātes moriebāt. Correpsit, ĩmisit se q̄si repēdo. Glob9, multitudo collecta. Dēsat, restringit quantū primi ꝓ metu pedē referebāt. Gyros, circulū orbis. Pressis, compssis & strictis. Pectore, armato. Nō tā lęta. nō eā voluptatē Numidę acceperūt ex Romanoꝝ cęde quā fortuna videbat offerre: quia riuos sanguinis nō videbant: nec trunca nec cadentia corpora. Spectacula, cædis aspectū. Lapsus mēbroꝝ, mēbra cadentia & mutilata. Cōpssum turba stetit omne cadauer. omnia mortuorum corpora multitudinis densitate cōpressa tecta erant.

Bistonia.

BERO. ❡ Durescit spuma lupatis. i. frenis asprimis. Dicunt aūt Lupata a lupinis dētib9. vt ait Seruius: qui sunt inequales: & eoꝝ morsus vehemēter obest. Alio noie dicūt lupi. Ouidi9. Et duros accipit ore lupos. Iāq; gradum. i. adeo erāt lassi: vt neq; verberib9 neq; calcarib9 incitari poterāt: nec vulnera etiā ꝓderāt. Siquis s. ex militib9 Curionis. Nec profuit vlli cornipedis rupisse moras. q̄uis aliqui vulneribus equos cōcitassent in hostes: tn̄ nihil ob hoc ꝓfecerāt: quia faciliter cōfodiebant missilibus hostilib9. Et spatiū iaculis donat. Equus donat spatiū iaculis qn̄ lassus & ĩmobilis dat hostib9 facultatē emittēdi iacula. At vag9 Afer equos. Eqtatus Saburę recēs ab vtroq; cornu circūire aciē Curionis cœpit. vt ait Cęsar. Terraq; soluta, in puluerē equoꝝ impulsu. Quātus Bistonio. quāta est vis pulueris cōcitati flāte Borea: tāta nūc texit & obūbrauit aerē. Bistonio turbine. In Thracia est stagnū Bistonū & gens vt inquit Plyni9. In Thracia regnat aqlo qui turbinē facit e puluere. In pedites. s. Curiōis. Sed tempora pugnę mors tenuit. Acies

❡ Siccaq; &c. Prosequit reliqua lassitudinis equinę signa subditur9 infelicē Curiōis militūq; stragē & cū cœptorū Curionis detestatione librū hūc cōclusurus. In qua re reip. cōsulit. Nam detestādo stulte & inique in rēpu. cœpta & molimina, ei9 incolumitati & saluti cōsulit. Verūtamen ne odio priuato in Curionem inuectus putetur: ei9 laudes nō est ꝓtermissur9: quippe q eū tantisper dū tēporū dispositio passa est, optimā in rep. operā nauasse ꝓdicet. Statim autē a principio graphice naturam equoꝝ exprimit: nec equitū violentiam reticet. Nā dū ad extremā lassitudinē defatigati sunt: virgis & calcaribus nō obediunt equi. verū cogūtur vulnerib9. s. fustium aut gladiorum: q̄ equites faciūt dū poti9 suę q̄ equoꝝ saluti cōsulunt. Neq; tn̄ equoꝝ solū lassitudinē, sed & militū cōpressionē diserte cōmemorat. cū multis alijs, mouēs solito more vndiq; pathos multūq; afficiēs legentē. sed ne ꝓter solitū hoc loco rē ꝓlixe persequar, Ordo est. Et spuma sicca. i. arida ꝓ siti & sudore effuso,

durescit.i.fit dura, lupatis sanguineis.i.ad fręna aspso sãguie oris equoꝝ perfusa. Etiam, cũ hosti deberent occurrere, equi neq; addunt gradum.i.nõ progrediuntur: coacti verberibus .i.flagellis & stimulis.i.puncturis virgarũ, quis.i.q̃tũuis: aut licet nisi.s.a sessorib⁹ suis, calcaribus crebris.i.crebro icussis: sed cogunt vulnerib⁹.i.per vulnera cõpelluntur ire in hostem Nec profuit vlli.s.equiti, rupisse moras cornipedis.i.accelerasse vi & vulnere equũ cornipedẽ.i.corneos pedes habẽtẽ: hoc est, licet forte quis equũ ꝓdirecoegerit nõ tñ profuit ei: eñ pro quia neq; impetus.i.cõcitatio breuis: & incursus.s.longior: fuit illis.s.circũseptis: tãtũ.i.dũtaxat, eques ꝓfertur.i.prouehit: ad hostẽ.i.fit ꝓpinquior hosti, & donat iaculis spatium.i.diminuit distantiã telis, vulnere.s.sibi faciendo, oblato.i.vltro accepto: aut donat iaculis & telis quãtũ sat est ad feriendũ: nã q̃ e proximo emittuntur minus lędunt q̃ quę medio iactu. At.i.e cõtrario, Apher.s.miles Iubę, vagus.i.obequitans incerto ordine, vt primũ emisit equos in agmen.s.Romanũ: tunc cãpi tremuere sono.s.pedum equoꝝ: qui recentes fortiter terrã carpebant: & terra existẽte soluta.s.pedibus equorũ, puluis sup. tantus, quãtus torquetur turbine Bistonio.i.Thracio, hoc est Aquilone e Thracia flãte, texit.i.inuoluit & cooperuit aera nube.i.caligine sua: & traxit.i.cõtraxit & effecit tenebras.s.super terram. Vero pro sed, vt.i.postq̃.fatũ belli.i.cędes, miserabile .i.digna miseratione, non eñ authores belli erãt pedites, incubuit.i.ingruit, in pedites: casus ancipites.i.dubio authore cædes, nullo.i.non vllo, non steterant.i.immoratę erant: vllo discrimine.i.periculo, martis dubij.i.victoriæ incertæ.i.non immorabantur peditum mortes timore periculi: sed mors tenuit .i.occupauit, tempora pugnæ, id est tantisper durabat pugna dũ cęsi morerẽtur. Eñ ꝑ quia (ne quis penitus ignauos & degeneres arguat Romanos addit) neq;.i.nõ licuit.s.Romano militi, procurrere contra hostem & miscere manus. sic.i.tali modo, iuuentus scilicet Romana, septa vndiq;.id est ex omni parte circundata, obruitur cõminus, id est a prope stantibus, hastis obliquis, id est incuruis, & eminus, id est a lõge stantibus, & e manu mittentibus tela, hastis rectis, quę melius iaciuntur in longum: obruitur inquam, peritura id est talis quæ pereat non solum vulneribus scilicet acceptis: nec sanguine scilicet fuso, & sup. nymbo, id est nube & multitudine nymbo simili, telorum: at, id est sed, pondere, id est mole, ferri, id est telorum ferratorum. Ergo quia extendere se vetabantur & vndiq; cędebantur, acies tantæ, id est tam magnæ spissantur, id est condensantur in paruum orbem, id est globum rotundum: ac siquis metuens scilicet hostem, correpsit, id est immisit se per crura rependo, in medium agmen.s.suorum, vix cõuertitur impune id est illęsus, inter enses suos id est suorum qui tam densi erant vt illis lęderetur: & globus scilicet militum Romanorum, densatur sup. tantum, quantum prima acies constrinxit id est arctiores fecit, gyros, id est circulos orbis sui, pede relato, id est retroacto. Etiam vbi prima acies retrocessit: locus mouendi arma, non est pressis, scilicet Romanis: & membra stipata, id est compressa vt stupa imprimitur rimis nauium, teruntur, id est atteruntur, & pectus armatum frãgitur sup. a pectore proximo scilicet collisso. id est contrito & fracto. Maurus, scilicet Iuba, victor, id est voti cõpos, non tulit, id est non accepit. spectacula scilicet belli feliciter pro se gesti, tam, id est tantum læta: q̃, id est q̃tum læta fortuna dabat ea: quia non omnia videbat: ille enim non videt fluuios cruoris scilicet Romani, & nõ videt lapsum membrorum: & non videt corpora ferientia terram: quia omne cadauer stetit, id est horruit aut fuit compressum turba, id est multitudine ita vt casus spectari nequirent: & ita minus voluptatis contigit hosti: eo q̃ occulte caderent Romani.

Curionis equitatu Saburę circũdata neq; pugnare neq; fugere poterat: itaq; mors tenuit tempora pugnę. Cõminus, id est prope. Eminus, id est a lõge. Telorum nymbo peritura. non solum vulneribus confodiebantur milites Curionis: sed numero telorum qui similis nymbo, hoc est pluuię videbatur, opprimebantur ab aduersarijs. Spissantur, id est densantur & coarctãtur. In medium agmen, scilicet suorum. Vix impune. Adeo erãt densati vt vix posset quispiam se cõuertere: quin suorum gladijs necaretur. Impune ergo sine poena. Dẽsaturq; globus, id est milites in globũ stringuntur. Non arma mouendi iam locus est pressis. Curionis milites adeo erãt conglobati densatiq; vt eis facultas non daretur vibrandi tela: cum nusq̃ mouere se possent. Stipataq; membra teruntur, id est densata & cõpressa inter se conteruntur atq; colliduntur. Stipare enim significat dẽsare, a stipibus nũmis deriuatum verbum: qui stipabantur: vt ait Varro. siue ipsi nummi stipes dicãtur a stipando. Quã fortuna dabat. Fortuna magnũ pręebat Mauris & Numidis spectaculum de morte militum Curionis: sed ipsi videre non poterant cum milites Curionis integri & stãtes morerentur: cum propter densationẽ nulli iam mortuo cadere liceret. Cõpressum turba stetit omne cadauer. hoc est quod a Cæsare dictum est partim integri procũbunt. Stetit.s.rectum. Martialis. Quod nõ stat magno stare Luperce tibi. Stipare.

Excitet inuisas dirę Carthaginis vmbras
Inferiis fortuna nouis: ferat ista cruentus
Annibal: & Pœni tam dira piacula manes:
Romanam superi Libyca tellure ruinam
Pompeio prodesse nefas votisq; senatus.
Aphrica nos potius vincat sibi. Curio fusas
Vt vidit campis acies: & cernere tantas
Permisit clades compressus sanguine puluis:

SVLPITIVS.

¶ Excitet inuisas. Præ dolore hosti lætitiam elicit: & ad insultandum inuitat. Excitet, eliciat, velut ad sacrum. Inuisas vmbras, inimicas Carthaginensium animas. Inferijs, sacris & harum victimarum piaculis. Ferat piacula, accipiat purgationes & sacra. Romanã superi. In deos exclamat q̃ tantam cędem passi sunt fieri nulla reipublicæ vtilitate. melius enim Aphri Romam subiugauissent, q̃ q̃ libertate amissa perpetuo sub Cæsaribus serui amus. Compressus, sedat⁹ cruoris copia: nã antea per puluerem cædes videri non poterat. Producere animam, vlterius viuere. Afflictis, aduersis, miseris. Cecidit, non q̃ se percusserit: sed cum oraretur a Gn. Domitio vt suæ saluti parceret, & in castra confugeret Cu

rio, nunq̄ amisso exercitu quem a Cæsare fidei commissum acceperat se in eius conspectum reuersurum confirmat: atq; ita prelians interficitur. Coacta, cōpulsa a necessitate: vel coacte collecta. Quid nunc. Epicoedion siue nęnia qua per variam commiserationem accusatur Curio & laudatur. Rostra turbata, forum & pulpita vnde populum tribunus alloquebaris & collegis te opponebas. Plebeius signifer: Tribunus cum insignijs tribunitijs. Arte, astutia. Dabas, concitando. Prodita, tradita Cæsari. Ante iaces, ante mortuus es q̄ in Pharsalia confligatur. Confert, committit in prælium. Has vrbi. deterret potentes a seditionibus quoniam solent esse primi qui pereant. Luitis arma iugulo, datis pœnas mortis ex bellis ciuilib⁹. Felix Roma. Beata eēt Roma cū ciuib⁹ suis si dij tantam curam haberēt libertatis seruandæ: quantam vlciscendi illos qui in libertatem insurgūt. Vindicta, vltio nocentiū patrię. Libycas en. En e diuersis causis affectus miserationemq; elicit. Corpus, Curionis. Pascit aues. insepultus enim fuit & volucrum præda. At tibi. Nos vero te o iuuenis laude prosequimur immortalitatiq; commendamus: nam silentio pręterire virtutes tuas nihil prodesset. Præconia digna. Hypallage. si vis merita præconia dignæ vitæ. Pręconia, laudationes. A quibus, præconijs. Repellit omne senium, tollit situm & obliuionem ac gloriam immortalem & non senescentem affert: quoniam vt ait Ouidi⁹, Carmina morte

Carminū prestātia.

carent. & Horatius. Virtus & fauor & lingua potentium Vatum diuitibus consecrat insulis. Dignum laude virum musa vetat mori. Cœlo musa beat. Nō proderit. nocet enim ciuitati egregiorum laudes ciuium ignorari. Indole, indicio probitatis & incremento. Deberent. Illis debent leges qui iusti sunt & optimi interpretes legum vt de Seruio Sulpitio Ci. scribit. Recta, iustitiam.

BEROALDVS.

Inferijs fortuna nouis. Inferię sunt sacra q̄ manibus & inferis feruntur. Sensus est. Fortuna ferat īferias vmbrę Carthaginis de morte Romanorum: quoniam vmbrę .i. manes Carthaginensium lętari videntur sacrificio facto ex sanguine Romanorum vtpote infestissimorum. Et Pœni tam dira piacula manes .i. vmbrę oīum Carthaginensium & Annibalis ferant talia piacula, id est sacrificia & expurgationes. Manes autem dicuntur animæ defunctorum apud inferos a manando dicti: vt ait Seruius. vel a manum quod bonum significat, per contrarium. Deos manes colebant: vt Plynius & Cicero tradiderunt. Romanam superi. Habeāt inquit Lucanus, manes Pœni talia piacula: quia nefas est Pōpeium gaudere sanguine suorum Romanorum. Aphrica nos potius vincat sibi, id est Aphri vincant nos Romanos sibi ad vtilitatem suam & non in gratiam Pompeij & senatus qui Romanorum strage non gaudent. Compressus sanguine puluis. puluis qui ab equitibus fuerat excitatus maximus, sanguine occisorum compressus fecit vt Curio stragem suorū oculis lustrare posset. Ceciditq; in

Non tulit afflictis animam producere rebus
Aut sperare fugam: ceciditq; ī strage suorum
Impiger ad letum & fortis virtute coacta.
Quid nunc rostra tibi prosunt turbata: forūq;
Vnde tribunitia plebeius signifer arte
Arma dabas populis? quid ꝓdita iura senat⁹?
Et gener atq; socer bello cōcurrere iussi?
Ante iaces q̄ dira duces Pharsalia confert:
Spectandūq; tibi bellum ciuile negatum est.
Has vrbi miserę vestro de sanguine pœnas
Ferre datis: luitis iugulo sic arma potentes.
Felix Roma quidem: ciuesq; habitura beatos:
Si libertatis superis tam cura placeret:
Q̄z vindicta placet. Libycas en nobile corp⁹
Pascit aues: nullo contectus Curio busto.
At tibi nos (quando non proderit ista silere
A quibus oīne ęui senium sua fama repellit)
Digna damus iuuenis meritę pręconia vitæ.
Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma:
Aut cui plus leges deberent recta sequenti.

Excitet. Non inuitat meo iudicio ad insultationē, sed permittit vt insultet dum modo nefas censeatur Romanam ruinam prodesse Pompeio nomine Pompeij & senatus ī Libya seu Aphrica: vnde mauelit Aphros sibi q̄ Pompeio vicisse: ne Pompeius victoriam acceptam ferat genti tam inimicę nomini Romano. Vnde ordo est. Fortuna excitet .i. permitto vt excitet & euocet: vmbras inuisas, id est manes inuisos & odiosos, diræ id est execrabilis Carthaginis, inferijs nouis, id est ad nouas inferias spectandas aut accipiendas. Nam inferię dicitur quæ inferuntur defunctis ad vltionem ipsorum. vt si author necis alicuius occidatur ad placādam animam occisi: tūc defuncto inferiæ fierent. nunc igitur cum Romanus sanguis effundatur in Aphrica ad votum aut fauorem Romani ducis & senatus: fiunt manibus Carthagineñ. nouæ, id est magnæ & insolitę inferię: ad quas ꝑmittit vt fortuna eos excitet. & permittit: vt Annibal cruentus, id est auidus dum viueret cruoris Romani: & qui se tanto cruore contaminauerat, ferat, id est auferat & accipiat. & manes Pœni, id est punici, hoc est spirit⁹ occisorum a Romanis ferant. ista tam dira piacula, id est purgationes & sacrificia pro nece Carthaginis: tamen sup. o superi, nephas sup. est, ruinam Romanam id est casum Romanorum vt Curionis & reliquorum prodesse Pompeio, id est fieri in fauorē Pōpeij: & votis senatus: tellure Libyca, id est Aphricana. q. d. licet Carthagineñ. & cæteri Aphri nomini Romano antiquo odio infensi, exultent de strage Romanorum, tamen nephas est Pompeio & senatui Romano eam optare in tali loco vbi victores merito maiori sint odio habēdi q̄ victi. quocirca addit. Aphrica vincat nos scilicet Romanos, sibi .i. ad suam voluptatem: aut ad suum odium exaturandum: po-

tius.ſ.q̄ Pōpeio,& ad vota ſenatꝰ. Deinde ꝓſequit̃ cœptā narrationē de ꝓlio illo dicens. Vt.i.poſtq̄ Curio vidit acies.ſ.ſuas fuſas.i.ꝓſtratas,cāpis:& puluis cōpreſſus.i.cōcretꝰ,& cōſtrictꝰ ſanguine occiſorū:ita vt nō leuaret̃ in aera: ꝑmiſit.ſ. Curionē, & reliquos ſupſtites,cernere tātas clades,nō tulit.i.nō eſt ꝑpeſſus,& noluit ꝑducere animā.i.vitā,hoc eſt diutius viuere, rebus afflictis.i.ꝓfligatis,& occiſis ſuis,aut ſperare.i.tētare vt faciunt ſperātes euadere,fugā: q̄ꝓp & cecidit in ſtrage.i.confuſo aceruo ſuorū:nō a ſe,ſed ab hoſte occiſus : cecidit inquā exñs impiger.i.ſtrenuus,ad letū.i.necē obeūdā,& fortis virtute coacta:quia honeſte fugere nō poterat. O Curio quid proſunt tibi nūc,roſtra.ſ.Romana,vñ edicta populo dabātur : turbata.ſ. per te:dum Cæſari fauens rectum populi iudicium turbaſti:& quid forum.ſ.iudiciale,aut cōcio populi,turbatum,aut turbata per te prodeſt ſup.tibi:vnde.i.a quibus roſtris & foro:tu ſignifer plebeius.i.tribunus inſignitꝰ tribunitijs ſignis,q̄ ad defenſionem plebis aſſumebātur : dabas populis arma.i.armas populum pro Cæſare,arte.i.aſtutia,tribunitia.i. qua tu tribunus plurimum pollebas:quid ſup.proſunt nunc tibi iura ſenatus prodita.i.tradita Cæſari:& gener.ſ.Pompeius,& ſocer.ſ. Cęſar,iuſſi.ſ.a te.i.quos volebas concurrere.i.mutuis gladijs ſe ferire:ſup.quid proſunt nunc tibi:q.d.nihil:quia tu iaces .ſ. ꝓſtratus,anteq̄ Pharſalia confert.i. concurrere facit duces .ſ. Pompeium,& Cæſarem:& negatum eſt tibi per necem, bellū ciuile ſpectandum.i.ne bellum ciuile quod concitaſti,ſpectes. O potentes.ſ.Romani vos datis.i.conceditis vrbi miſeræ.i. miſerandæ:vtpote,quæ,etiam de veſtra morte dolet:ferre has pœnas.i.recipere hanc multam,& punitionem de veſtro ſanguine:& vos luitis ſic.i.hoc modo, iugulo.ſ. veſtro petito,& inciſo,arma.i.bella temere īter vos ſuſcepta. Quidem.i.certe Roma ſup.foret felix:& habitura ciues beatos:ſi cura libertatis.ſ.recuperandæ,tam.i.tantum placeret ſuperis,q̄.i.q̄tū vindicta.ſ.libertatis ablatæ:placet.ſ.ſupis,hoc eſt ſi tātopere ſtuderēt reducere libertatē quātopere ſtuduerūt punire inuaſores libertatis. En.q.d.videte rem mirandam:Curio contectus nullo buſto.i.carens ſepulcro,exiſtens corpus nobile:quia nobilis hominis:paſcit aues Libycas:quia auibus derelictum erat cadauer eius inſepultum. At tibi nos &c. Ne ꝑ inuidiam,aut

ſtrage ſuorum. Curio amiſſo exercitu quem a Cæſare fidei commiſſum acceperat cum ſe in eius conſpectum reuerſurum nunq̄ aſſereret,fuga ſalutem petere noluit,atq̄ ita præliãs interficitur:vt ſcribit Cæſar. Quid nunc roſtra tibi. Nunc Lucanus Apoſtrophā facit ad ipſum Curionē dicēs ei nihil ꝓfuiſſe roſtra e qbꝰ ꝯciōes turbulētas agere ſolebat: qñ ꝑtes Cęſaris tutādas ſuſcepit. Roſtra aūt ſūt in foro vbi cōcionabāt̃: dicta a roſtris nauiū Antenatiū:qbꝰ erāt ornata:vt ait Varro. Liuius tēpl̄ū dicit fuiſſe ſuggeſtū illum. Plebeius ſignifer.i.tribunꝰ plebis q̄ eſt magiſtratꝰ ꝓ plebe cōſtitutꝰ. Quid ꝑdita iura ſenatus. Curio priꝰ ſolebat agere cauſam Pōpeij,& Senatus & Cæſarē impugnare:ſed mox mutata volūtate trāſtulit ſe ad Cæſarē ingēti mercede corruptꝰ:vt Appianꝰ,& Trāqllꝰ tradūt. Et gener atq̄ ſocer. Pōpeiꝰ,& Cęſar. Iuſſi.ſ.a te,o Curio qui tuis cōcionibꝰ ciuile bellū fouiſti.
Ante iaces.añ mortuꝰ es q̄ Cęſar,& Pōpeiꝰ in Pharſalia pugnauerint:& ſic nō potuiſti videre exitū ciuilis belli. Felix Roma q̄dem. ſenſus eſt.ſi dij ita libertatē curarēt:quemadmodū vlciſcunt̃ ſeditioſos,& euerſores libertatis Roma foret feliciſſima. Libycas en nobile corpus paſcit aues. Cadauer Curiōis iacuit inſepultū:vñ aues vident̃ fuiſſe illius tumulꝰ,& monumētū. Qñ nō ꝓderit iſta ſilere .i.qñ licebit impune carmina mea publicare, q̄ nūc nō licet ob metū Nerōis tyrāni ſub quo aliq̄d ſcribere liberiꝰ periculoſum erat: vt ait Pliniꝰ in epl̄is. Pręconia,laudē. Tāta indole.i.virtute. Indoles ꝓprie eſt ſignū,& ſpecimē futurę virtutis:q̄uis Liuius de Annibale dicat. Cū hac indole vitioꝝ. Recta ſequēti. Si Curio voluiſſet ſeq̄ ꝑtes reip. & honeſtū. Indoles.

odium videatur in Curionem inuectus:eius laudem in cauſis dicendis,donec lites vigerent,ſubdit dicens. At,id eſt econuerſo o iuuenis,ſcilicet Curio,nos damus tibi digna ꝓconia,vitæ meritæ,id eſt quæ in vita meruiſti:quando,id eſt quandoquidem,non proderit ſilere.i.ſilentio trāſire:iſta,ſcilicet facta tua:a quibus ſua .i. merita,& propria fama,repellit omne ſenium,id eſt abolitionem,& obliuionem,quæ per ſenium euenire ſolent:hoc eſt fruſtra etiam ſi velim facta tua tacuero,quæ ſeipſa ſemper prædicabunt. Sulpitius intelligit quibus præconijs,ego modeſtius putem vt ſit iſta a quibus iſtis tuis factis &c.quia Roma,haud id eſt non,tulit id eſt protulit alium ciuem tanta indole.i.indicio probitatis:aut cui ſequenti recta.i.tantiſper dum incorruptꝰ eſſes,leges.ſ.Romanæ plus deberent,ſcilicet q̄ tibi.

¶Perdita tunc vrbi nocuerunt ſęcula:poſtq̄
Ambitus & luxus & opū metuenda facultas
Tranſuerſo mentem dubiā torrēte tulerunt.
Momentumq̄ fuit mutatus Curio rerum:
Gallorum captus ſpolijs & Cęſaris auro.
Ius licet in noſtros iugulos ſibi fecerit enſe
Sylla potēs:Mariuſq̄ ferox:& Cinna cruētꝰ:
Cęſareæq̄ domus ſeries:cui tanta poteſtas
Cōceſſa eſt:emere oēs hic vęndidit vrbem.

¶Perdita nūc vrbi no. ſę. Cōtēdit cōe fuiſſe ſęculi: nō priuatū nec vniꝰ Curiōis vitiū:q̄ Cæſari adhæſerit:infert tñ plꝰ eū potuiſſe,q̄ cæteros in patriā īpios:nā cæteri emerūt: hic vęndidit eā. Ordo eſt. Sęcula ꝑdita.i.ꝑditi mores hoīm tūc viuētiū,no-

SVLPITIVS.

¶Perdita ſę. Corruptorū tēpoꝝ culpa vitioſus euaſit. Perdita.de qbꝰ nulla ſpes. Vrbi. q̄ aucta fuiſſet,& potuiſſet multū de Curione ſpare. Ambitꝰ luxꝰ,ambitio & luxuria. Opū facultas:auaritia cū ſupbia inuaſere q̄ ſunt ciuibꝰ metuēdæ. Tulerūt,abſtulerūt. Torrente trāſuerſo:impetu obliquo & cōtrario iuſtitię. tranſlatio eſt. Curio mutatus. Corruptus a Cæſare magna mercede,& a recto deſiſtens. Fuit momentū:impulſio,motꝰ,& cauſa bellorū. Spolijs Galloꝝ,ꝑda Cæſaris. Et auro. Suetonius ait. Aemyliū Paulū. C.q̄ Curionē violētiſſimū tribunoꝝ ingēti mercede Cęſar defenſores pauit. Ius licet. Curionē oībꝰ tyrānis vrbis potētiorē fuiſſe eo argumento demōſtrat:q̄a vēdidit vrbē. Fecerit ius in noſtros iugulos. vi libertatē occupauerit: ita vt arbitrio ſuo iugulare nos poſſet:minus tñ q̄ Curio potuit. Series domꝰ Cæ.cōtinuꝰ ordo Cæ.vt Auguſtꝰ,Tyberiꝰ,Caiꝰ,Claudiꝰ,Nero. Tāta.ſumma ē.n.cū īperiū relinquat hæ-

reditariū. Emere: largitionib⁹, & cladib⁹ accepti. Hic vēdidit. Curionē vēdidisse vrbē Cę. scribūt septē & .xx. milia aureo℞. ad qđ allusit Verg. quū dixit. Vēdidit hic auro patriam dominūq; potentem imposuit.

BERO. ¶ Perdita tūc vrbi nocuerūt secla. Cū seculū illđ eēt corruptissimū: & luxuria, & pdigalitas & Auri sacra fames vigeret: facile Curionis mēs vt pote iuuenis mutata est. Trāsuerso torrēte. Iuxta illud Sallustianū, Romanorū mores torrētis mō pcipitati sūt. Est aūt Torrēs fluui⁹ q estate siccat̃. Vñ & nomen accepit vt iterptat̃ Ser. qñ pluit pcipitāter ruit. Vergilius. Rapidus mōtano flumine torrēs. Mutat⁹ Curio. q a causa senat⁹, & Pōpeij trāstulit se ad Cęsarem. Gallo℞ capt⁹ spolijs. Verba Plutarchi sunt hęc. Cęsar huberrimas Gallorū diuitias p oēs passim magistrat⁹ hauriēdas dimittēs, Curionē tribunū plebis grādi fœnore obstrictū liberauit. & vt ait Trāqll⁹ ingēti mercede defensorē parauit. Ius licet in iugulos nr̃os. Sēsus est. Sylla, Mari⁹, Cina, oēs deiñ Cęsares q̃uis dominati sint: null⁹ tñ eorū tātā habuit potestatē quātā Curio qui vrbē Romā vęndidit Cæsari: cū oēs alij semp emerint. Ius ensis. i. vitę & necis habuerint in nos ptātē. Cęsareęq; dom⁹ series. i. Iuli⁹ Cęsar, August⁹, Tiberi⁹, Caligula, Claudi⁹, & nouissim⁹ Nero: i quo gēs Cęsa℞ defecit: vt narrat Sueto. Emere oēs. s. Romā tanq̄ alienā. Hic. s. Curio. Vendidit vrbē, tanq̄ suam.

cuerūt tūc cū Curio corrūpebat̃, vrbi. s. Romæ: postq̄ ambit⁹ .i. corruptio p largitionē, & lux⁹. i. luxuries, & abūdās sumpt⁹ in victu, & amictu, ob quos hn̄dos multi vęnales erāt, & facultas opū. i. nimiæ diuitię, metuēda. s. dū stulto, aut ipio cōtingit tulerāt torrēte trāsuerso. i. impetu obliquo, & cōtrario iustitiæ: mentē dubiā. s. Curionis: & Curio mutat⁹. s. ab amore reip. in amorē rei priuatę, & in ptes Cæsaris, fuit momētū. i. ingēs mutatio re℞: Curio inquā, capt⁹ spolijs Gallo℞. i. q̄ Gallis Cęsar abstulerat, & auro Cæsaris. i. qđ Cæsar illi largit⁹ erat. Licet Sylla potēs. s. factiōe & impio, fecerat sibi ius. i. ptātē in iugulos nr̃os .i. vitā nr̃am, ense. i. vi armo℞: & licet Mari⁹ ferox, & Cina cruēt⁹, q tres impiū vi inuaserunt: sed apte distinguit Epitheta: vt Sylla potēs dicat̃: Mari⁹ ferox: Cina cruēt⁹. Sylla tñ & ferox, & cruēt⁹ erat. & series. i. pgenies p seriē sibi succedēs, dom⁹ Cęsareæ. i. oīm ipato℞ quo℞ prim⁹ ppetu⁹ erat Cęsar: cui. s. seriei aut domui, est tāta ptās concessa: vt sibi mutuo in imperiū tyrānice occupatum succedāt: repete, fecerit sibi ius in nostros iugulos ense: tamē omnes. s. illi emere. i. emerūt largitionib⁹ suis vrbē. hic. s. Curio vęndidit vrbem, videlicet Cæsari. ergo videtur plus potuisse: nonq; vęndidit, sedq; & tradidit.

Io. Sulpi. Argumētum in Quintum librum.

QVint⁹ i Epiro narrat te Magne senatū
Constituisse ducem: tum Delphica consulit antra
Appius: & domitis rediens iam Cęsar Iberis
Composuit sæuos intra sua castra tumultus.
Et dictator abit nec non & consul ab vrbe
Brundusiū: classem recipit Pharsalia: cymba
Pene ducis periit temeraria. nauigat inde
Marcus. & in Lesbū te vir Cornelia mittit.

ASCEN. 
QVint⁹ &c. Ordo est. Quint⁹ Liber narrat, o Magne. s. Pōpei: Senatū cōstituisse te in Epiro ducē. s. toti⁹ exercit⁹. Tū. i. deiñ in scđa pte qnti lib. Appi⁹ amic⁹ Cicerōis diuinatiōi dedit⁹, cōsulit. i. cōsiliū poscit: antra Delphica i Parnasso: de futuro euētu belli: & Cęsar rediēs iā sup. ab Iberis domitis. s. a se, Afranio, & Petreio deuictis. cōponit. i. sedat, sęuos tumlt⁹ .s. militū i se cōcitato℞, intra sua castra. Et iñ pfect⁹ Romā: abit ab vrbe Brūdusiū: exñs, & dictator: sed ad modicū tp̄s: & cōsul: qa cōsulē se creari coegerat. Pharsal. reci. classē. s. Cęsaris. verū Cęsare volēte clā suis piculum maris tētare, cymba. i. nauicula ducis. s. Cæsaris, temeraria. i. temerarij audētis, nō audēda, pijt pene. i. ferme tota. Marc⁹. s. Antoni⁹, nauigat iñ. i. deiñ ad Cæsaris exercitum: & o Cornelia vxor Pōpeij, vir. i. maritus tuus, mittit te in Lesbū. s. insulam: ne illi bellaturo impedimento sis.

M. Annei Lucani Pharsalię. Lib. V.


SIc alterna duces bellorum vulnera passos
In Macedum terras miscēs aduersa secundis
Seruauit fortuna pares. Iam sparserat Hęmo
Bruma niues: gelidoq; cadēs Atlātis olympo.
Instabatq; dies qui dat noua nomina fastis:
Quiq; colit primus ducentē tempora Ianum.
Dū tamen emeriti remanet pars vltima iuris
Consul vterq; vagos belli per munia patres
Elicit Epirum, peregrina ac sordida sedes

SVLPI. 
SIc alter. du. Acceptis mutuis i bello calamitatib⁹ duces. Nā Pō. Italia pulsus fuerat, & exercitū cū Hispania Massiliaq; amiserat, & Cæsar in Adriaco classē, & exercitū cū Curiōe in Aphrica. Reseruati sunt pares: vt mox cōfligerēt i Epiro. vbi cū īstaret Ianuari⁹ mēsis Lētul⁹ Cōsul apđ Senatores vndiq; cōuocatos orauit. Alter. vulne. mutua dāna. In ter. Macedū, in pugnā Thessalicā. Metonymia ē. locū. n. p negotio ponit. Iā bruma: iā hyēs venerat. Hęmo, mōte Thessalię. Atlātis cadēs:
Atlātides. Atlātides occidētes. iā inqt pterierat Nouēber, & erat finis Decēbris. Atlātides eñ q̄ & Vergiliæ appellātur tertio Idus Nouembris apud Plinium, quinto apđ Columellam occidunt. & Brumale solstitium est octauo fere Calēdas Ianuarij. Dies, Calendæ Ianuarij in quibus creant̃ noui magistratus: quorum
Fasti. nomina affiguntur in Fastis. i. in libris quib⁹ anni descriptio cōtinet̃, & in ipsis annalibus. Quiq; colit prim⁹. Primo Ianuarij āniq; die celebrat̃ festum Iani dei principio℞. Ducētē

Romanos cepit proceres: secretaq; rerum
Hospes in extremis audiuit curia tectis.
Nā quis castra vocet tot strictas iure secures?
Tot fasces: docuit populos venerabilis ordo
Nō magni partes: sed magnū in partibus eē.

Sic alterna duces. In huius quinti libri principio recitat quomodo Cæsar, & Pōpeius se in Epirum recęperunt: nec pcul alter, ab altero fuit: neuter tamen alterū sustulit, ꝙ fortuna vtrūq; ad campos Pharsalię seruauit: quo dicto ad titulū operis alludit. Ordo autem talis est. Fortuna.i. euentus belli, aut occulta, & incerta mortalibus rerum causa, miscens aduersa secundis.i. psperis, seruauit duces bellorum, Cęsarem & Pompeium, passos.s. in suis, vulnera alterna.i. detrimenta alternatim sumpta: vt Cæsar in Illyrico mari, & in campis Libyæ: & Pōpeius Massiliæ, & in Hispania: seruauit inquā pares.i. ęquali victoria potitos, in.i. vsq; ad terras Macedum p Macedonū. Bruma.i. hyemalis tēpestas, q̄ sub bruma est, sparserat iam niues Hęmo.i. p Hęmū montem Thraciæ: dicitur aūt reciproce: spargo hęmū niue, & niuē Hæmo: & Atlantis.i. sydus Atlantidū, cadens.i. occidēs olympo gelido sparserat niues &c. & dies qui dat fastis.i. libris Fastorū & annalibus, nomina noua.i. nouorum consulū, qq;.i. & q primus colit Ianū ducentē tempora.i. q facit principiū anni, hoc est Calendę Ianuarij, instabat.i. imminebat: tñ.i. nihilominus, licet finis cōsulatus instaret: vterq; cōsul.s. Lētulus, & Marcell⁹ dū.i. q̄diu, vltima pars iuris emeriti.i. transacti magistrat⁹ quo ius vocādi senatus cōsules habebant: remanet.i. durat: elicit.i. euocat sup. in Epirū (media per i: nā Stephano ἤπειρος scribitur) pr̄es.s. conscriptos.i. senatū Ro. vagos.i. dispersos, p munia.i. officia, & exercitia belli. sedes.i. curia, peregrina, & sordida respectu Romanæ curiæ: cepit.i. cōplexa est. pceres Romanos.i. primores vrbis: & curia hospes.i. externa, audiuit in extremis.s. vltimis tectis, secreta rerum.i. ad imperium spectātia & si dicas cur nō in castra vocauit, aut si in castra cur ea tecta nominat: respōdet. Nā q̄s vocet tot secures strictas iure, & tot fasces, scilicet magistratuum, castra, id est nomine castrorū? q.d. nemo. tamen cum sederetur venerabilis ordo.s. Senatorū docuit populos, partes illas nō esse Magni.i. sub potestate Pompeij: sed Magnū.s. Pompeium, esse in ptibus.i. vnū ex illis nō principem illorum. Sunt qui legant patres, & patribus.

tēpora. est em̄ caput anni, & eum reliqui mēses sequūtur. Vterq;. Lentulus, & Marcellus. Pars vltima, vltimū tēpus magistratus quasi pacti. Iuris emeriti, cōsulatus iamiam finiti. Elicit, educit & cōuocat in Epirum. Vagos pr̄es, senatores dispsos. Munia, officia. Sordida, respectu Romanę. Cepit, cōtinuit. Curia hospes: senatores hospites in alienigenis vrbib⁹. Nā q̄s castra. Antipophora ꝙ poti⁹ tecta, q̄ castra appellauerit. Tot secures, tot legitimos magistrat⁹ cū securib⁹, lictorib⁹, & fascib⁹. Ordo, senatoꝝ. Nō magni ptes, hoc est senatū nō esse ex factione Pōpeij eūq; seq sed Pompeiū eē vnū ex fautoribus senatus.

BERO.

Sic alterna duces bello. funera passos. In pricipio hui⁹ libri q est qntus⁹ ait Lucan⁹ fortunā seruasse Cæsarē, & Pōpeiū virib⁹ pares in aciē Pharsalicā cū hucusq; enūerauit iacturas q̄s Pōpeiani Cęsarianiq; alternati passi sunt. Nā queadmodū Cęsar cepit Hispanias deuictis Pōpeij legatis, & Massiliā recepit ī deditionē ita Pōpeiani Caiū Antoniū in Illyrico, & Curionē in Aphrica oppsserūt: vt enarratū est. ita ergo passi sunt duces.s. Cęsar, & Pōpei⁹ alterna vulnera belloꝝ. In Macedū terras.i. seruauit ad aciē Pharsalicā. Emathia dicit̄ Macedonia: vt supra dictū est. Iā spserat Hęmo Bruma niues. Iā instabant Calēdę Ianuarię, quo dię noui cōsules iire solēt magistratū: cū cōsules veteres q erāt cū Pōpeio decreuerunt dādā eē Pōpeio ipij potestatē, & eū ducē eligēdū. Bruma, est dies toti⁹ anni breuissim⁹, & sole obtinēte octauā Capricorni ptem: vt ait Plini⁹. & est octauo Calēdas Ianuarias. Gelidoq; cadēs Atlātis olympo. Vergilię sūt stellę in cauda Tauri: vt ait Pli. Dicunt̄ Atlantides, ab Atlāte pr̄e. Verg. Ante tibi ęoę Atlātides abscōdant̄. Vergiliarū aūt occasus Plinio teste hyemē ichoat: qđ tp̄s in tertio Idus Nouēbris incidere cōsueuit. Atlantis ergo.i. Vergilię cadēs.i. ad occasum tēdēs spserat niues in Hęmo mōte Thracię. Instabatq; dies q dat noua noia fastis.i. Calēdę Ianuarię quo die noui cōsules inibāt magistratū: quoꝝ noia in Fastis scribebant̄. q libri sunt cōtinētes toti⁹ anni dies, & festa vt ait Fest⁹. Vñ dicunt̄ Fasti Ouidij. Quiq; colit prim⁹.i. Calēdę Ianuarię, quo die fiūt sacrificia deo Iano a quo nomē accepit Ianuari⁹: vt Macrobi⁹, Plutarch⁹, & Ouidi⁹ referūt: q Ian⁹ ducit tēpora: qm̄ ab ei⁹ mēse icipit ann⁹: vel q a dicit̄ eē mūd⁹. Ianūq; ab eūdo dictū ꝙ mūd⁹ semp eat iterp̄tant̄. Vagos pr̄es.i. senatores dispsos. Hospes curia.i. pegrina. Curia aūt dicit̄ loc⁹ senatoꝝ, quā Romę cōstruxit Hostili⁹ rex: vt ait Liui⁹: & ab eo Hostilia nūcupata est. Curiā nūc intelligit locū in Epiro in quo cōuenerūt senatores, & cōsules. Tot strictas iure secures tot fasces.i. tot magistrat⁹. Nā cōsules duodeci habebāt lictores gestātes secures virgarū fascibus alligatas: vt scribit Plutarch⁹, & Liui⁹. Venerabilis ordo.s. Senatorius. Nō Magni ptes.i. senatū nō seq Pōpeiū, tanq̄ ducē: sed Pompeium tanq̄ Senatorem esse in partibus senatus, & reipublicę.

Vt primum mœstum tenuere silentia cœtum
Lentulus excelsa sublimis sede profatur.
Indole si dignum Latia: si sanguine prisco
Robur inest animis: non qua tellure coacti:
Quamq; procul tectis captæ sedeamus ab vrbis
Cernite: sed vestrę faciem cognoscite turbæ:
Cunctaq; iussuri primū hoc decernite patres:
Quod regnis populisq; liquet nos esse senatum.

SVLPI.

Silentia tenuerūt. Hypallage: hoc ē cœt⁹ mœst⁹ tenuit silētia. Indole. Orō suasoria, q̄ primū adhortat̄ senatū Lentul⁹: vt decernat eos, q in Epiro sunt verū senatū cōficere: nā q Cæsari fauēt hostes sunt patriæ. Cōfirmatq; aīos hoim ab auxiliorum magnitudine: & fortiter pugnandum fore censet: proponitq; Pōpeiū belli ducē esse continendum. Indole si dignum. Sēsus est: si ea magnanimitas est in vobis, q̄ in Ro. eē debet: nō aduertēdū est qua simus in terra: vbicunq; enim sumus, senatum referimus. Indole, indicio, & incremento virtutis. Non cernite, nolite aduertere. Coacti, coadunati. Faciem, habitum &

oracio que facit [illegible] de genere ~~[illegible]~~ deliberatiui

apparētiā ſenatoꝝ. Liquet, manifeſtū eſt. Ferat ſub plauſtrū, extrahat in vltimū ſeptētrionē in Scythia vbi ſunt mōtes, & populi Hyperborei. i. ſupra Boreā. Plauſtrū glaciale. frigidos ſeptētriones. Plaga, regio, zona. Axis torrens & clauſus vaporibꝰ. i. torrida zona: vbi ſemp eſt æqnoctiū, & dies ſunt pares: vt apd Meroē ĩ Aegypto. Sūma reꝝ, ſūma poteſtas. Tarpeia ſede puſta. Cōfirmat exēplo loci mutatiōnē nō tollere poteſtatē ſenatus. Nā cū Galli Senōes Romā cōbuſſiſſent Veiosqꝫ Senatores ſe cōtuliſſent: illic erat ſenatꝰ & illic Camillus dictator eſt cōſtitutus. Sede Tarpeia, vrbe Roma. Nā re vera Capitoliū

Veij.

cōbuſtū nō fuit. Camillo. Furio. Veios, oppidū Hetrurię nō ꝓcul ab vrbe. Illic, Veijs. Iura poteſtatē. Mœrētia tecta. Cæſar poſſidet vrbē mœſtā. Silētes, Tūc ſilere leges dicuntur quū nō ſeruant̄, & nō adminiſtrat̄ iuſtitia. Fora, iudicialia. Iuſtitio, iuris dicēdi intermiſſione. Illa. In ſenatu Cæſariano ſoli illi ſunt qui exulauerūt, & iudicati ſunt hoſtes, anteq̄ Senatꝰ ex vrbe diſceſſiſſet. Ordine, ſenatorio. Primꝰ furor. nos pios & abhorrētes a bellis, quos primꝰ armoꝝ motꝰ in diuerſa ſparſerat in vnū locū cōuenimꝰ. Ignaros ſcelerū, innocētes, & pios. Mēbra, nos ipſi Senatores. En totis. Cōfirmat Senatū a ſpe victoriæ, & dānorū cōpenſatione: nā ꝓ amiſſa Italia, & Hiſpania reliquū orbē deorū beneficio obtinēt. Penſant, cōpenſant. Iacet hoſtis, ꝓpter Opiterginorum ratem hoc dicit. Squallētibus, ſiccis, deſertis. Impellite curſum: nolite deſerere ꝓpitios deos, & bene ſperate. Fortunaqꝫ tātos. i. & ſucceſſus rerū ſic vos animet ad ꝓſequēdū hoſtē: vt iuſta cauſa animabat ad fugiendum ex vrbe. Ius, conſularis poteſtas. Claudit̄, finitur. Exhauſto, conſumpto. Vos quorum finem. vos qui eritis perpetuo ſenatores. In medium: in commune. Lęto nomē. magna cum lætitia Pompeius eſt dux declaratus. Suum & patriæ: priuatum & publicū. Impoſuit, commiſit. Tunc in reges. deinde reges amici laudati ſunt, & eis honos eſt habitus, populiqꝫ liberi facti. Merētes, quia miſerant auxilia. Rhodos, inſula in mari Carpathio in qua colitur Phœbꝰ ſic appellata a capulo rhoſæ: quod in fundamentis inuētū fertur. Potens pelago, quæ claſſe plurimum valet. Taygeti. Taygetus mons Laconū, inter Lacedæmona & mare. Iuuentus inculta: Lacedęmones non ſumptuoſi in veſte ex veteri inſtituto Lycurgi.

Rhodos.

Taygetus.

BERO.

❡Mœſtum cœtum. ſ. ſenatum. Lentulus, qui erat conſul. Indole ſi dignū latia. oſtēdit Lentulus vbicunqꝫ ſint ſenatores ibi eſſe imperiū, & curiā idole latia. i. virtute Romana.

Non qua tellure coacti. Nolite inquit Lētulus regionē in qua congregati ſumus cogitare: ſed cogitate faciē veſtræ turbę. ſ. ſenatorię quæ in quocūqꝫ loco fuerit, habebit legitimū imperium: quia non ſpectatur locus: ſed ipſi homines ęſtimantur. Primum hoc decernite patres. id eſt ſenatores hoc primum conſtituite vos eſſe verum ſenatum, quod cunctis mortalibus manifeſtum eſt. Decernere ſignificat conſtituere: vnde decreta dicuntur.

Nā vel Hyperboreę plauſtrū glaciale ſub vrſę:
Vel plaga qua torrēs clauſuſqꝫ vaporibus axis
Nec patit̄ noctes: nec iniquos creſcere ſoles:
Si fortuna ferat: rerum nos ſumma ſequetur:
Imperiumqꝫ comes. Tarpeia ſede peruſta
Gallorum facibus: Veioſqꝫ habitāte Camillo:
Illic Roma fuit: non vnq̄ perdidit ordo
Mutato ſua iura ſolo: mœrentia tecta
Cæſar habet: vacuaſqꝫ domos legeſqꝫ ſilētes:
Clauſaqꝫ iuſtitio triſti fora: curia ſolos
Illa videt patres plena quos vrbe fugauit,
Ordine de tanto quiſquis non exulat hic eſt.
Ignaros ſcelerum longaqꝫ in pace quietos
Bellorum primus ſparſit furor: omnia rurſus
Membra loco redeunt. en totis viribus orbis
Heſperiā penſant ſuperi: iacet hoſtis in vndis
Obrutus Illyricis: Libyę ſquallentibus aruis
Curio Cęſarei cecidit pars magna ſenatus.
Tollite ſigna duces: fatorū impellite curſum.
Spem veſtram pręſtate deis: fortunaqꝫ tātos
Det vobis animos: quātos fugientibus hoſtē
Cauſa dabat. Noſtrū exhauſto ius claudit̄ āno
Vos quorum finem nō eſt ſenſura poteſtas
Conſulite in mediū patres: Magnumqꝫ iubete
Eſſe ducem. Læto nomen clamore ſenatus
Excipit: & Magno fatum patrięqꝫ ſuumqꝫ
Impoſuit. Tunc in reges populoſqꝫ merentes
Spſus honor: pelagiqꝫ potēs Phœbeia donis
Exornata Rhodos: gelidiqꝫ inculta iuuentus
Taygeti: fama veteres laudantur Athenæ.

❡Vt primū &c. Recitat orationē Lētuli in ſenatu apud Epirū habitā dicēs. Vt primū. i. ſtatim poſt q̄, ſilētia tenuere. ſ. ſtupentē, cœtū. ſ. ſenatoꝝ mœſtū. aut ꝑ Hypallagen: poſt q̄ cœtꝰ mœſtus tenuit ſilētia: Lentulus ꝓfatur. ſ. ad ſenatū ſublimis e ſede celſa. i. excelſa. Si robur. i. virtus, dignū indole. i. ingenita natura, Latia. i. Italica: & ſi robur dignū ſanguine priſco. i. prioris, hoc eſt veteris ſęculi, ineſt animis. ſ. noſtris: O patres cōſcripti ſup. nō cernite. i. nō attendite, qua tellure ſedeamus nos coacti. i. coadunati, q̄qꝫ. i. & q̄, hoc eſt & q̄tū, ꝓcul a tectis vrbis. ſ. Romæ, captę, videlicet a Cæſare tyranno: ſed cognoſcite faciem veſtræ turbæ. i. videte qui ſint in hoc concilio. q. d. om̄es, & ſoli ciues, & veri pricipes Romani: & vos O patres. ſ. cōſcripti, iuſſuri cuncta. i. omnia ex ſententia facturi, decernite pri

mū hoc ꝙ liquet regnis.i.regibꝰ,& populis, nos esse senatū.s. verū. Nā si fortuna ferat.i.transferat nos: vel.i.etiā, sub plaustrū glaciale.i.frigidos septētriones: Vrsę Hyperboreę.i.hyperboreos mōtes sub se habētis: vel sup.eo qua plaga.i.regio aut zona, torrēs.i.torrida:& axis torrēs,& clausus vaporibꝰ.i.non recipiēs vapores humidos, nec patitur noctes crescere, nec soles.i.dies iniquos.i.minores crescere: quia illic semp est ęquinoctiū: tamen sup.summa rerū.i.ditio,& potestas maxima,& imperiū comes.i.comitās, seqt̄ nos. Sede.i.habitatiōe, Tarpeia.i.q̄ erat sub Tarpeia arce, pusta facibus.i.flāmis, Gallorꝫ.i.a Gallis īmissis& Camillo.s.Furio, habitāte Veios.i. qm̄ Galli vrbē īcēderāt:& senatores Veios ad Camillū ꝯfugerāt: Roma fuit illic.s.Veijs, oppido Hetruriæ. Ordo.s.senatorius, nō pdidit vnq̄ sua iura: loco, aut vt alij legūt solo mutato.i.ꝑpter mutationē loci, aut soli. Cæsar habet tecta.s.vrbis, mœrētia.i.desolata ab habitatoribus iustis,& domos vacuas.s.habitatoribus,& leges silentes.i.vi oppressas,& habet fora.s.iudicialia, clausa, sicut in summo tumultu fieri solebat, iustitio.i.suspensione iuris dicēdi, tristi.i.tristitiæ publicæ signo. Illa curia, quā Cæsar Romę coegit, videt solos patres sup.eos quos fugauit.i.fugauerat prius vrbe plena.s.bonis ciuibus, quorum nemo mansit. Quisquis.i.quicūqꝫ nō exulat.i.nō est missus in exiliū de tāto ordine.s.veri senatus: est hic.i.in hoc cœtu nostro. Furor bellorum sparsit primus nos ignaros scelerum,& quietos in longa pace. membra redeūt loco.i.ad locum debitum: hoc est senatus cogitur & coit. en.i.videte,& attendite: superi pensant.i.compensant, Hesperiā.i. Italiam amissam,& a Cæsare occupatam, totis viribus orbis.i.pro amissa Italia totum orbem reliquū reponūt nobis. Hostis, scilicet Vulteius, iacet obrutus in vndis Illyricis: vt in quarto visum est. Curio magna pars senatus Cæsarei, id est quem senatus secum habere posset, cecidit aruis squallētibus.i.siccis,& sordidis Libyæ. Alij legūt Libyes squallētis in aruis: vt sit in aruis Libyę, aut Libyes squallentis. O duces tollite signa.i. excitate Cæsari bellū: impellite.i.vrgete,& nolite cōmittere, vt ꝑterlabi sinatis, cursum fatorū.s.ꝓsperorū: ꝓstate deis vestrā spē, hoc est conamini dūtaxat vt bene sperantes,& dij auxilia bunt̄,& quę inceperunt ꝑagent:& fortuna det vobis tantos aīos, quātos.s.animos, causa dabat vobis fugientibus hostē.i.sicut animose,& iusta causa fugistis dū victoria ferox erat apd̄ Cęsarē: ita nūc persequimini: dū fortuna illi aduersa est. Nostrum ius.i. consularis potestas, clauditur, id ē finitur, anno exhausto.i.trāsacto,& ideo vos patres cōscripti, quorꝫ potestas nō est sensura finem, consulite in medium.i.in reipu. vtilitatem:& iubete Magnū.s.Pōpeium esse ducem. Senatus excipit.i.ex ore Lentuli capit, nomē.s.Magni, clamore.i.assensu lęto:& imposuit.i.cōmisit magno fatū.i.salutis exitū,& patriæ,& suum. Tunc honor.i.magnificentia honorifica, est sparsus.i.distributus in reges,& populos merētes:& Rhodos insula,& vrbs Phœbeia.i.i qua sol præcipue colitur & interdiu semper apparet: potens pelago.i.classe: aut potēs pelagi.i.potestatē habens maris: exornata est donis:& iuuentus inculta Taygeti montis Laconiæ, gelidi.i.frigidi, ornata est donis:& Athenæ veteres laudantur fama.s.ob fidem seruatam.

¶ Nam vel Hyperboreæ plaustrum glaciale sub vrsę. Sēsus est si fortuna ferret nos senatores in frigidissimas septentrionis regiōes siue in calidissimas meridianas: tamen vbiqꝫ summū imperium obtineremus. Vrsę hyperboreæ.i.septentrionalis, de qua supra meminimus. quæ Hyperborea nuncupatur ab Hyperboreis populis vltra Aquilonē sitis. q̄ gēs felix annoso degit æuo: regionem incolit apricā, felici temperie, omni afflatu noxio carētē: vt Plinꝰ, Solinꝰ,& Herodotꝰ tradiderūt. Vel plaga qua torrens.i.ęquinoctialis quā habitantes dies semper habēt æquales noctibꝰ. Eadem dicitur adusta: quia sol totam illā mediam regionem adurit: vt ait Probus: qui refert solem bis in anno venire in hanc zonam & toties libram facere diei,& noctis. Vnde a Latinis dr̄ Aeqnoctialis: a Gręcis Hysomerine.i.ęquidialis.& hoc euenit quoniā habēt sphærā rectā. Nō patit̄ ergo crescere noctes. Neqꝫ soles.i.dies. Iniquos.i.nimios & nocte lōgiores. Tarpeia sede pusta. Galli Senones vrbē Romā ꝑter Capitoliū incēderūt vt Liuius & Plutarchꝰ narrāt. tunc Camillꝰ q exulabat fuit a Romanis q cōfugerāt Veios ciuitatē Hetrurię electꝰ impator: q parato exercitu Gallos adortus oēs ad vnū deleuit. ait Lētulꝰ Romā fuisse in arce Tarpeia.i. Capitolio: qm̄ illic erāt senatores q Camillū absentē dictatorē dixerūt. Ordo.s.Senatoriꝰ. Mutato solo.i.terra. Clausaqꝫ iustitio tristi fora. Iustitiū est luctꝰ publicꝰ: vt supra dictū est ex authoritate Petronij Arbitri. Romę tria erāt fora in qbꝰ agebant̄ causę Tertiū additū fuit ab Augusto: vt ait Trāqllꝰ.& Martial. Atqꝫ erit in triplici par mihi nemo foro. Solos patres.s.nos veros senatores: quasi dicere velit eos q secuti sint Cæsarē nō esse legitimos senatores. Oīa rursus mēbra redeūt. Oēs senatores q prius fuerāt dispsi, in vnū locū cōuenerāt:& sic rursus redierāt mēbra ī suū corpꝰ. Hesperiā pēsant supi.i.nos amisimꝰ Hesperiā hoc est Hispaniā: sed dij hāc cladē pensant, cū in Illyrico Antonio in Aphrica Curio Cæsariani fuerint oppssi: ita par pari relatum est. Iacet hostis.s.Antonius, Vel vulteius cū Opiterginis: vt supra mōstratum est. Spē vestrā ꝓstate deis. nolite desperare quia dij nobis fauebūt si mō in eiꝰ spē nostrā collocauerimꝰ. Causa dabat.i.honesta,& iusta causa dabat nobis aīos fugiētibꝰ Cęsarē: qa nūq̄ despauimus. Nostrū ius.s.cōsulare. Clauditur, finit̄. Exhausto.i.cōsumpto āno. Vos quorū finē.i.senatores: q estis futuri ꝑpetui in potestate senatoria. Magnū.s.Pōpeium.

Læto nomen clamore.i.senatꝰ libēter audiuit nomē Magni.s.Pōpeij, a Lētulo ꝓponi. Et Magno fatum patriæqꝫ suūqꝫ imposuit.i. Pompeium elegit ducem tradita ei potestate fati publici & priuati. Tunc in reges populosqꝫ merentes sparsus honos. Pompeius magnum numerum militum nauiumqꝫ ex plurimis regionibus insulis, vrbibus, regibus, Dynastis, atqꝫ Tetrarchis coegerat: vt Scribit Cæsar: quibus omnibus nūc dicit Lucanus exhibitos fuisse honores,& actas gratias. Pelagiqꝫ potēs Phœbeia donis Exornata Rhodos. Insula est in mari Carpathio: vt ait Lucilius: a Rhodo puella nūcupata, Neptuni filia: vt refert Diodorus. Phœbeia dicitur qm̄ nunq̄ tāta nubila obducunt̄: vt nō aliqua hora sol Rhodi cernat̄: vt ait Plinius: vel ꝙ est soli cōsecrata: qa Rhodo puella, insulę nomē indidit. Gelidiqꝫ inculta iuuētus Taygeti. Taygetꝰ mons est Laconię author Plinꝰ.& teste Strabone, Lapidicinę ꝑtiosorꝫ lapidū fuerūt in Taygeto. Inculta dicit̄ iuuētꝰ Laconica qm̄ ex ꝑceptis Lycurgi laboribus, puluere, palęstra corpus exercere malebant, q̄ ornare. Rhodos.

Massilięqꝫ suę donatur libera Phocis.

¶ Phocis libera. Phocis regio ī Bœotia, a q̄ Massiliēses sunt oriūdi, donata est libertate. SVLPI. Phocis.

Sadales. Sadalem,regem Ponti qui miſerat equites:
Cotis. Cotim,regem Thraciæ.Deiotarum,regem
Deiotarus. œcthæ:vt ait Ruffus:ſed poſtea Gallaciam
Racipolis. .i.Gallogræciam tenuit.Racipolim,qui pręerat ei parti Macedoniæ,quæ in Thraciā vergit,& frigidiſſima eſt. Libyāq; iubēt. & Iubā regem toti Libyæ præfecere. En tibi. Inuehi
Ptolemæ⁹. tur poeta in Ptolemæum ingratū Pompeio quem iuſſit interfici, q̄q̄ eius eſſet beneficio in regno cōfirmatus:ipſumq; regno fuiſſe indignum ob multa ſcelera,quæ factitauit, exclamat.Fuit autem hic eius Aulethæ filius, quem Alexandrini e regno eiecerant, & Gabinius reduxit. Sororem Cleopatrā habuit. Pudor fortunæ.poterat enim pudere fortunam q indignum illum in dignitatem regiā euexiſſet:eratq; id ſuperis crimini,& culpæ. Diademate Pellæo,corona regia Alexādrina. Pellæus enim Alexander magnus a Pella patria dictus eſt,cui ſucceſſit in regno Aegypti Ptolemęus Lagi militis Gregarij fili
Ptolemęi. us,a quo reliqui Ptolemęi deducti ſunt. Hic eñ filios habuit Ptolemęum Ceraunum,& Philadelphum doctiſſimum,qui et ſucceſſit & conſtituit in Alexandria Bibliothecā egregiam. Hunc Euergetes. quem Philopater ſecutus eſt. Inde Epiphanes. poſt quem Philopater. Tum ſecūdus Euergetes quē Phyſconem dicunt. Cui Ptolemęus cognomēto Lathurus ſucceſſit. Quem quidem ſecutus eſt Auletes hui⁹ Dionyſij pueri pater. vt Strabo libro.xvij.tradit. Sęuum. nam crudeliter imperauit. Vtinam in populos, videlicet ſolos. Regia Lagi,imperium qđ obtinuit Lagi filius. Magni iugul⁹, mors Pom. Sorori, Cleopatræ,quæ ex dimidia regni parte relicta fuerat hæres a patre. Soceroq; nefas,cædes Pom. ſubtracta Cæ. Soluto cœtu:dimiſſo ſenatu,& cōgregatione. Cæca ſorte, igno
Appius. to & obſcuro euentu. Appius, huius meminit Cice. in tuſculanis his verbis. Inde ea quę meus amicus Appius Necromantia faciebat. In euētus ancipites: in caſus dubios. nā voluit ea Apollinis oraculo certiora eſſe. Ex promere finem, aperire futura. Reſerat penetralia, aperit Apollinis templum:quod multis ānis fuerat clauſum,& ſine oraculo. Quadrageſimo enim abhinc anno fuerat a Thracibus combuſtum. & Iuuenalis ait. Quando Delphis oracula ceſſant:& gen⁹ humanū dā
Delphica. nat caligo futuri. Delphica, quæ in Parnaſſi radicibus apđ Delphos oppidum ſunt. Heſperio. Parnaſſum Bœotiæ mōtem in medio mūdi eſſet ait. ſic & Stati⁹. Audijt & medius
Parnaſſus. cęli Parnaſſus. Strabo libro nono refert miſſas duas a Ioue aqlas/alterā ab occidēte, al
Bromius. terā ab oriēte, & illic recta linea coiuiſſe. Bromio, Baccho, a Bromi qđ ē cōſumere. Vinū nāq; modeſte ſumptū humoꝝ ſupfluitates iminuit, imodeſte vero bonā hūiditatē deſiccat,& atterit vires. Sunt qui dicant a ſonitu ductum nomen qui βρωμος dicitur. Bacchæ
Trieterica. ſacerdotes communes. Trieterica Delphica ſacra Apollinea Delphis in triennium repetita. Ouidius. Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. Miſto numine, communi cultu. Apollinem,& Bacchum eundem eſſe,

Tūc Sadalē fortemq; Cotim:fidumq; p arma
Deiotarū:& gelidæ dominū Racipolin oræ
Collaudant: Libyamq; iubēt auctore ſenatu
Sceptrifero parere Iubę:Pro triſtia fata.
En tibi non fidę gentis digniſſime regno
Fortunę Ptolemæe pudor:crimenq; deorum:
Cingere Pellęo preſſos diademate crines
Permiſſum: ſęuum i pplos puer accipis ēſem.
Atq; vtinā in populos. donata eſt regia Lagi.
Acceſſit magni iugulus:regnumq; ſorori
Ereptum eſt:ſoceroq; nefas. Iam turba ſoluto
Arma petit cœtu:quę cum populiq; ducesq;
Caſibus incertis & cęca ſorte pararent:
Solus in ancipites metuit deſcendere martis
Appius euentus:finemq; expromere rerum
Sollicitat ſupos:multoſq; obducta per annos
Delphica fatidici reſerat penetralia Phœbi.
Heſperio tantum quantum ſemotus eoo
Cardine Parnaſſus gemino petit ęthera colle
Mōs Phœbo Bromioq; ſacer:cui nūine miſto
Delphica Thebanę referūt trieterica Bacchę.
Hoc ſolum fluctu terras mergente cacumen
Eminuit:pontoq; fuit diſcrimen & aſtris.
Tu quoq; vix ſummā ſeduct⁹ ab ęquore rupē
Extuleras:vnoq; iugo Parnaſſe latebas.

¶ Et Phocis,regio in Bœotia,donat libera.i.libertate donat, Maſſiliæ ſuę.i.ppterea q inde oriūdi erāt Maſſilień. Tūc.i.deinde patres,& cōſules collaudāt Sadalē regem Pōti eo q miſerat eqtes,& Cotim regē Thraciæ,fortē,qa in patria Martis natum,& Deiotarū regē œcthę,& Gallogræciæ:fidū per arma.i. ſeruantē fidē in armis:& Racipolin dominū oræ.i.regiōis gelidæ,videlicet partis Macedoniæ ad Thraciam vergētis: & iubēt.ſ.cōſules ſenatu authore,Libyā parere Iubę ſceptrifero.i. regi. Pro fata triſtia.i.o triſtia p bella euēta, & acta. en.q.d. qđ nemo ſperaſſet:o Ptolemææ digniſſime.i.q digniſſimus es,regno gentis nō fidę:qa & tu non ſeruabis fidē:pudor.i.q es pudor,hoc eſt pudori fortunæ,& crimen deoꝝ, vel quæ res eſt pudor.i.dāda pudori fortunæ,& crimen deorum: pmiſſum ſup. eſt tibi cingere crines preſſos diademate Pellęo.i. corona Alexandrina,aut regiæ Aegypti apud Alexandriam quam Alexāder Pellæus condidit,& a ſe denominauit. aut vt Bap. Pius adnotauit. q a regibus Macedonicis poſteriores Ptolemæi originem ducunt:diademate Pellęo cingeris: hoc eſt conſtitutus es rex Aegypti ab eo quem pditurus es, videlicet a Pompeio. Tu puer accipis enſem ſæuum in populos, ſcilicet Aegypti,atq; vtinam in populos ſup. dūtaxat: ſed non: quia regia

Lagi.i.quam post mortem Alexandri, Lagi filius prim⁹ pos-
sedit: est donata tibi: cui donationi, aut cuius donationis malo
accessit.i.addit⁹ est iugulus.i.intercisio colli, magni.s. Pōpeij,
& regnū est ereptū sorori.s. Cleopatrę, & nefas.s. occisio gene
ri, videlicet Pōpeij, ereptum est socero.s. Cęsari, qui Pompeiū
nō occidit, cum in Aegypto occisus sit. Turba.i. m̄ltitudo pa
trū & populi, petit iam coetu soluto.i. dimisso cōcilio, arma.i.
bella in Cæsarem: q̄.s. arma, cū populi & duces pararent incer-
tis casibus, & cęca.i. ignorata sorte.s. de euentu belli, solus Ap
pius metuit descendere in ancipites.i. dubios euentus.i. exit⁹,
martis.i. belli: & sollicitat superos, expromere.i. vt expromāt,
finem.i. exitum, rerum.s. bellicarū: & reserat.i. aperit, penetra-
lia.i. arcana loca, delphica.i. delphici templi, phoebi.i. Apolli
nis, fatidici.i. fata dicere soliti, obducta.i. clausa & situ victa, ꝑ
multos annos. Describit autem Parnassum dicēs. Parnassus
(Scribitur autem a Stephano ꝑ geminum σσ παρναςσός: nam
prius dictus est larnassus a cymba Deucalionis illuc aduecta)
semotus.i. distās & separatus tantum a cardine Hesperio.i. ab
vltimo occidēte, quātū.s. semotus est a cardine eoo.i. orientali
.i. existens in medio mundi inter orientē, & occidentem, petit
ęthera.i. erigit sursum: gemino colle.i. duplici vertice: existens
mōs sacer.i. consecrat⁹, Phoebo.i. Apollini, & Bromio.i. Bac-
cho, cui.s. Bromio bacchę thebanę.i. apd̄ Thebas Boeotiæ vr
bem & patriam bacchi bacchum colentes, referunt trieterica.i.
festa tertio quoq; anno celebrari solita, delphica.i. q̄ apud Del
phos fieri consueuerant, numine mixto.i. inuocato cōmuniter
numine Apollinis & bacchi. Hoc solum cacumen.i. hic solus
vertex Parnassi.s. emicuit.i. apparuit, & extra aquas māsit, flu
ctu mergente terras.i. quando diluuium Deucalionis (qd̄ par-
ticulare fuit) erat: & hoc solum cacumen erat discrimē.i. discer-
niculum & intermedium, ponto & astris.i. inter pōtum & astra
nihil aliud erat intermedium: p̄ter aerem tamen: & o Parnasse,
tu quoq;.i. etiam tu, licet altissimus esses, tamē etiam tu vix.i.
cum difficultate seductus.i. separatus ab ęquore.i. inundatio-
ne, & immersione maris, extuleras vix summā rupē: & latebas
vno.i. altero vtpote humiliore iugo.

Euripides tradit, & Aristóteles in Telogumi
nis, & Varro, & Granius Flacc⁹ confirmāt au
thore Macrobio. Cui, Bromio. Hoc so. So-
la Parnassi sūmitas diluuij tēpore submersa
non est. Fluctu, aquis. Discrimen, interstitiū
& medius termin⁹ inter aquas & coelū. Sedu-
ctus ab. eminēs sup æquor vix summo cacu
mine alterius iugi extabas. Vno, altero: lau-
dauitq; ipsum ab altitudine. Sic & Ouidius.
Mons ibi verticibus petit arduus astra duo-
bus Nomine Parnassus superatq; cacumine
nubes.

PHI. BEROALDVS.

❡Massiliæq; suæ donatur libera Phocis. Su
pradictū est queādmodum Massilia a Phocē
sibus fuit condita: nunc Phocis donata est li
bertate: vt esset libera regio, & non stipendia-
ria causa Massiliensium, qui cōtra Cæsarem
ꝓ Pompeio sustinuerant bellum. Tunc Sa
dalam fortēq; Cotum. Quingentos equites
Cotus ex Thracia Pōpeio dederat: & Sadalā
filiū miserat: vt scribit Cęsar. hos ait Lucan⁹
fuisse a Pōpeianis collaudatos. Fidūq; p ar
ma Deiotarū. Deiotar⁹ rex ꝓ quo est oro Ci-
ceronis duo milia equitum adduxerat ad Pō
peium. Et gelidæ dominū Racipolin oræ.
ex Macedonia ducenti equites venerant ad
Pompeium quibus Racipolis p̄erat. author
Cæsar. Gelidæ orę.i. Macedoniæ. Sceptri-
fero parere Iubę. Supradictu m ē Curionem
tribunū plebis legem ꝓmulgasse, qua regnū
Iubæ regis Libyæ publicauerat: nūc iusserūt
senatores Libyam parere Iubę sceptrifero.i.
regi ferenti sceptrum, qd̄ est insigne dominā
tis: vt ait Hieronym⁹. Fortunę o Ptolemęe
pudor. Dolet Lucanus q̄ patres cēsuerint re
gem Aegypti Ptolemęum puerum esse nun
cupandum, a quo deinde Pompeius fuit interemptus. eum fortunæ pudorem appellat: quia fortuna deberet
erubescere, quando tales tollit ad imperium. Cingere Pellæo diademate. Diadema est insigne regū. primus
Diadema inuenit liber pater: vt ait Plinius. Permissum ergo est a patribus: vt Ptolemæus cingeret caput dia
demate Pellęo.i. rex esset Aegypti. Pella em̄ ciuitas est Macedoniæ patria Alexandri Magni: vt ait Pompo-
nius Mela: qui in Aegypto condidit Alexandriam, & ab Alexandro Pellæo Alexandrini, & Aegyptij nūcu
pantur Pellęi. Martialis. Pellææ prior est gloria nulla gulæ. Puer.s. o Ptolomæe, qui vt ait Cęsar puer erat ęta
te. Atq; vtinam in populos. Vtinam inquit Lucanus, acciperes regiam potestatem, & gladium solum modo
contra populos: & abstineres a iugulo Pompeij qui eius iussu mox interficietur. Donata est regia Lagi. La-
gus fuit pater Ptolemæi, qui post mortem Alexandri magni tenuit regnum Aegypti. author Strabo. Vnde
regia Lagi dicitur Aegyptia. Regnumq; sorori ereptum. Ptolemæus Cleopatrā sororem eiecit regno, quā
pater cum fratre testamento regnare iusserat: vt infra narrabitur. Soceroq; nefas.i. o Ptolemæe tu interficien
do Pompeium, socerum Cęsarem liberasti ab hoc scelere, ne ipse diceretur generi occisor. Solus in ācipites.
Appius Pompeianas partes secutus Achaię p̄tor, vt ait Valerius, euentum belli ciuilis explorare cupiēs ora-
culum Apollinis Delphici adijt. hanc rem narrat elegantissime Lucanus. Delphica fatidici reserat penetralia
Phoebi. Delphi sunt sub mōte Parnasso clarissimi in terris oraculi Apollinis: vt ait Plinius. Appius reserat
.i. patefacit, specū illū fatidicū de quo paulo post loquet̄. Hesperio tantū quātū summotus eoo Cardine Par
nassus. Parnassus mons est Phocidis: vt Plinius, & Ouidius tradūt: sub quo sunt Delphi quē vmbilicū orbis
appellant, tanq̄ sint in orbe medio positi. Pindarus enim & Claudianus poetę dixerunt Iouem cupiētem sci-
re vbi esset vmbilicus orbis misisse duas Aquilas: alteram ab oriente, ab occidente alteram: quæ Delphis coie
runt. Parnassus ergo tantum distat ab orientali cardine quātū ab occidentali. Mons Phoebo Bromioq; sa-
cer. Parnassus Apollini dicatus est: & Baccho q Bromius dicitur a tonitru, vt inquit Diodorus. Apollini au-
tem & Baccho in Parnasso res diuina celebratur: vt Macrobius docet: qui Apollinem, & liberum patrem eun
dem deum esse asseuerat. Thebanę referunt Trieterica bacchę. Trieterica sacra sunt Bacchi triēnalia quæ ter
tio quoq; anno innouabantur: vt ait Seruius. Vergilius. Audito stimulat trieterica Baccho. Hæc a bacchis.i.
tyadibus, & foeminis furentibus celebrabātur. Hoc solum fluctu. Diluuiū Deucalionis: quod vt scribit Oui
dius, omnes mersit terras excepto cacumine Parnassi. Vno iugo Parnasse latebas. Parnassus est biceps: ex
duobus verticibus latuit alter sub vndis. ❡Hæc Beroaldus. Baptista autem Pius in posterioribus
Annotationibus Cap. CVI. declarat cur Pellęum diadema dicatur Aegyptium his verbis.

BAPTI. PIVS.

❡Carmina Lucani sunt hęc. Et tibi nō fidę gētis dignissime regno Fortunę Ptolemęe pudor, crimēq; deoꝝ,
Cīgere Pellęo p̄ssos Diademate crines ꝑmissum est: sęuū in pp̄los puer accipis ensem. Sūt q Pellęū diadema

exponant Macedonicum:& consequenter Aegyptiũ:quoniã Alexandria vertex regni memorat Alexãdrũ conditorẽ Architecto Dinocrate. Ego occultiorẽ historiã signari crediderim, Aegyptiũq; regnũ Pellęũ vocitari hac ratione. q̃ a rebus Macedonicis posteriores Ptolemęi ducũt originẽ. Scim⁹.n. Macedonas reges Pellæos appellari a ciuitate Macedonię Pella gentis regię vetustissima nutrice. Quo pacto demũ acciderit: vt reges Aegyptij nati sint ex Macedonicis, docet Pausanias in Atticę descriptione. Iam Macedonum opinio est Ptolemæum Philippi Amyntæ filium fuisse:& ad Lagum patrem per vulgi errorem deferri. Aiũt enim matrem ex eo iam grauidam a Philippo datam fuisse Lago vxorem. Ex his Pausaniæ verbis satis claret cur regnum Aegyptium Pellæum diadema vocauerit Lucan⁹. quoniã.s. hic sceptrum Ptolemæorum accipiebat: qui a regibus Macedonicis stẽma deducebat, qui Pellæi a Pella vrbe Macedoniæ cognominantur.

Vltor ibi expulsę p̃meret quũ viscera partus
Matris adhuc rudibus Pęan Pythona sagittis
Explicuit:cum regna Themis tripodasq; teneret.
Vt vidit Pæan vastos telluris hiatus
Diuinam spirare fidem:ventosq; loquaces
Exhalare solum:sacris se condidit antris:
Incubuitq; adyto:vates ibi factus Apollo.
Quis latet hic supe℞:q̃d numẽ ab ęthere p̃ssũ
Dignat᷑ cæcas inclusum habitare cauernas?
Quis terram cæli patitur deus:omnia cursus
Aeterni secreta tenens mundiq; futuri
Conscius:ac populis sese proferre paratus?
Cõtactusq; ferens hominũ:magnusq; potẽsq;
Siue canit fatũ:seu quod iubet ille canendo
Fit fatum? Forsan terris inserta regendis
Aere libratum vacuo quę sustinet orbem
Totius pars magna Iouis Cyrrhęa per antra
Exit:& ęthereo trahitur connexa tonanti.
Hoc vbi virgineo cõceptũ est pectore numẽ
Humanam feriens animã sonat:oraq; vatis
Soluit:ceu siculus flãmis vrgẽtibus Aetnam
Vndat apex:Cãpana fremẽs ceu saxa vaporat
Conditus Inarimes ęterna molle Typhoeus.
Hoc tamẽ expositũ cunctis: nulliq; negatum
Numen:ab humani solum se labe furoris
Vindicat.haud illic tacito mala vota susurro
Concipiunt : nam fixa canens: mutãdaq; nulli
Mortales optare vetat:iustisq; benignus
Sępe dedit sedes totas mutantibus vrbes.

SVLPI.

Python.

¶ Ibi:apud Parnassum. Phœbus puer Pythona serpentẽ Demogorgonis terræq; filium qui matrem Latonam Iunonis iussu fuerat persecutus ne pareret, interemit. Pæan, Apollo. Ordo est. Pæan vltor matris expulsæ. Quum premeret par. visce. cum esset vicina partui. Explicuit, interemit. Adhuc rudibus, nouis & inexpertis.

Themis.

Themis, dea quæ iubebat hominibus peterent quod fas esset. Themis enim fas interpretatur. Eius templũ iuxta cephysum amnẽ fuit. Vastos hiat⁹, magnam cauernam. Nam est illic media saxi rupes in formam theatri in media fere mõtis altitudine planitieq; exigua, atq; in ea profun-

Antrum Cyrrhęũ.

dum terræ foramen quod oraculo patet: ex quo frigidus spiritus vi quadam velut vẽto in sublime expulsus mentes vatis in vecordiam vertit; impletamq; deo responsa consulentibus dare cogit. Hæc Iustinus lib. xxiiij. & Strabo libro nono inquit. Authores certi memorant diuinum ipsum domicilium profundam & curuam esse speluncam: nõ tamen lato ore patẽtem. Vnde auram quidem referri sacro efflante numine. Excelsum aũt ostio imminere tripodem: quem quum Pythia vates inscenderit hausto diuinatiõis spiritu dei responsa refert, & metro, & oratione soluta. Spirare diuinam fidẽ, emittere oracula. Ventos loquaces, ventum & spiritum qui loquacitatem excitaret. Cice. in diuinatiõe inquit. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum quibus inflatæ mẽtes oracula funderẽt. Condidit, immisit. Incubuitq; adyto, inclinauit se in locum secretum: vt vẽtos exciperet, & diuinaret. Factus vates: diuinator & denũtiator futurorum. Quis latet. quoniã supra dicta fabulosa sunt rei veritatem conatur elicere. Quis superum. quis deus? Pressis ab æthere. manes sub cælo: nam dij supra æthera sunt. Cæcas cauernas, ãtrum obscurũ. Quis terram cæli patitur deus. qui cœlestis vult terram habitare? Secreta, præterita præsentia &

laudat apolo at & impi tez.

Fatum.

futura. Cursus æterni, fati quod est hęrens rebus mobilibus dispositio per quã prouidentia suis quęq; nectit ordinibus: vt ait Seuerinus. Est & fatum: vt Cic. definit, Ordo seriesq; causarum.

Causa.

Causa autem est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Ferens contactus, patiens tangi ab homine: nam ingreditur virgines. Siue canit fatum, seu dicit futura, seu quicquid vaticinatur, est fatum necessarioq; futurum. Forsan terris. Putat poeta mentem Iouis siue animam mundi, q̃ diffusa est per omnia elementa, terrasq; sustinet illinc spirare. Spiritus enim dei per omnia vagatur, omnia nectit, omnia continet: vt sentiunt Stoici:& Cic. docet. & Vergi. Iouis oĩa plena. & alibi. Principio cælum ac terras cam

¶ Vltor ibi. Progredit᷑ ad gesta Phœbi iuxta Parnassum vt doceat cur illic responsa dare solitus erat dicens. Pęan.i. Apollo vltor matris.s. suę Latonę nomine, expulsæ.s. a Pythone serpente: quum.i. quando partus.i. maturus fœtus, p̃meret.s. pondere & mole, viscera.s. matris, explicuit.i. deleuit, & extin

xit ibi.i.in Parnasso, phytona.s. serpētē aut(vt Strabo vult) tyrannum, sagittis adhuc rudibus.i.ipse adhuc rudis & imperitus sagittator, cū.i.quando Themis.s.dea quę phas interpretatur(vnde innuunt poetæ legem naturæ ante legem scriptam fuisse:& gentem sine legibus æquā sub Saturno vixisse)teneret regna & tripodas.s.sedes in quibus postea oracula Phœb⁹ dabat:sed vt.i.postq̄ Pęan.i.apollo, vidit hiatus vastos telluris.i.terræ in parnasso, spirare.i.emittere, diuinam fidē.i.oracula:hoc est cognouit naturā loci esse talem vt inde oracula & responsa rerum dubiarum possent edi:& vidit solum.i.terram illam & antrū eius, exhalare.i.cū flatu emittere, vētos loquaces .i.vocales spiritus:ipse Apollo factus vates.i.propheta, condidit.i.abscondit & immisit se antris sacris. i. quæ ob miraculum sancta censuit & ob præsentiā suā sancta effecit:& incubuit.i.se penitus immisit adyto.i.loco alijs inaccessibili & secretissimo. Dubitat autē poeta vnū diuinandi facultas insit loco:& quærit dicens. Quis superum.i.superorū deorū, latet hic.i. in hoc antro parnassi,& quod numē pressum.i.exclusum, ab ęthere.i.cælo, aut existens sub æthere:cū superi super ęthera sint, dignatur inclusum.i.existens illic clausum, habitare cauernas cæcas.i.tenebrosas quæ videri nequeunt? Quis deus cæli patitur terram.i.terrenam habitationē tenēs oīa secreta æterni cursus.i.fati & ordinationis diuinæ,& conscius mundi futuri.i.q̄lis sit mundus futurus, ac paratus proferre.i.manifestare, sese .i.suam præsentiam, populis:quia votis & precibus ad danda oracula exoratur:& ferens.i.patiens, contactibus hominum, videlicet Sibyllarū. ingreditur enim virgines per quas oracula prodit. existens magnus & potēs:siue canit fatū, qđ magni est:seu id quod ille iubet fit fatum.i.dictū necesse fieri, canēdo .i.eo ꝙ canit q̄ mentiri nequit:secundū fidem gentiliū qui credebant Apollinis responsā semp verā fuisse:sed interdū dubia:condere autē fata est potentis. Hactenus quæsiuit:respondet autē sic. Forsan magna pars.i.membrum aut portio, totius Iouis.i.summi dei(qui solus fata condit & futura prędicere a se potest:nam & Phœb⁹ quę scit ea ab Ioue didicit:iuxta illud æneí.iij. Quę phœbo pater omnipotens:mihi phœbus Apollo prædixit:vobis furiarū ego maxima pando. Dei autē reliqui putanť membra Iouis:vnde apud Maronē dicit Iuppiter. Cęlicolę mea membra dei. Et secundū Plin. Vnus quidē est deus:sed fragilis & laboriosa mortalitas numina in partes digessit plures:fragilitatis suæ memor:vt portionibus quisq̨ coleret quo maxime indigeret. Eum autē deū Pli. mundū:plures Iouem vocant. vnde poeta. Iuppiter est quodcunq̨ vides: quocunq̨ moueris. Et Maro ait. Iouis oīa plena. quia putauit Iouem esse animum mundi qui se p omnia diffunderet. vnde æneí.vj. Spiritus intus alit:& magno se corpore miscet. Vult ergo dicere poeta ꝙ ea pars Iouis quę rerum prouidentiā & p̄scientiā habet incoluit parnassum:vnde dicit magna pars totius Iouis)inserta terris regendis.i.cōmixta antro delphico ad terras regendas:quæ.s. pars Iouis, sustinet orbē.i.globum terræ, libratum.i.suspensum aere vacuo, alijs corporibus, exit.i. egreditur & spirat per antra Cyrrhęa.i.delphici oraculi:& trahitur cōnexa.i.condependens & vnita tonanti, æthereo.i. parti quæ in cælis est:quia per oīa se extendit Iuppiter. Hoc numē. s.Iouis, antrū illud inhabitās, vbi.i.postq̄, conceptū est pectore virgineo.i. Pythiæ virginis:hoc est postq̄ ingressum est pectus virginis, ipsum sonat.i.oracula profert, feriens.i.concutiens & frę nans animam humanā:ita vt non de sedicat virgo sed quæ a numine iussa:& soluit vbi mens obsessa est, ora vatis.i.sibyllæ & vaticinantis tunc, ceu.i. veluti apex sicul⁹.i.vertex Sicilię, vndat.i.fluctuat more vndarum & nutat, flammis vrgentibus.i.quando flammę vrgent ætnam, montem Siciliæ flammas emittere solitum,& ceu.i.sicut, Typhoeus gigas fulmine prostratus.(Cauēdum ne scribatur Typhœus non enim in media est diphthongus œ:sed in vltima eus:scribitur enim grece τυφωεύς.)conditus.i.sepultus æterna mole Inarimes.s.insulę aut montis in ea:quę est in sinu Puteolano seu ba

posq̨ liquentes. Lucenteq̨ globum Lunę titaniaq̨ astra Spiritus int⁹ alit. & poeta noster Iuppiter est qđcunq̨ vides. Inserta, immista. Orbē libratū:terram pensilem. Exit, egredit, & spirat. Per antra Cyrrhęa per antrū delphicum a Cyrrha oppido dictum. Connexa tonanti æthereo. coniuncta & quæ respōdet mēti diuinæ quæ est in cælo. Numen:mens dei. Est cōceptum pectore:ingressum est pectus. Feriens, incitās, impellens. Sonat, loquitur est trāslatio a Cytharœdo & chordis quę sunt vt anima. Soluit ora vatis:puellā loqui cogit Ceu siculus. Similitudo est secretioris sonit⁹ & vehementiæ verborum. Apex siculus:cacumen ætnę ardentis. Vndat abu nde, corripit ętnā montem fumō & flāmis. Typhoeus qui fulminatus Inarime subiacet. Ver. Inarime Iouis imperijs imposta Typhoeo. Vaporat, vaporando emittit. Saxa cāpana pumices & lapides exesos. Inarimes. Inarime mōs est Prochytę īsulæ in sinu Baiano. Expositū cunctis, quod omnibus respōdet & nulli senegat. Vindicat:liberat se. A labe furoris. ab insania malignitateq̨ hominum. nam non votis & precib⁹ flectitur sed futura prædicit. Mala, inhonesta. Tacito susurro:solent enim turpia humili voce, hōesta vero clare posci. Persius. Haud cuiuis promptū est murmurq̨ humilesq̨ susurros Tollere de templis & aperto viuere voto. Mēs bona fama fides. & reliqua. Horat. Iane pater clare quū clare dixit Apollo. Vetat optare:docet nihil petere a deis. Benignus, liberalis. Dedit, dixit. Vergi. Pręscia venturi da nō indebita posco Regna meis fatis.

¶ Vltor ibi expulsę premeret cū viscera matrī. Iuno serpēte Pythōe immisso Latonā grauidam ex Ioue tanq̄ pellicē persequebatur:tādem Latōa in insula Delo peperit Dianam & Apollinem qui sagittis Pythonē serpentem in Parnasso monte cōfecit:vt Ouidius, Claudian⁹,& Seruius tradūt. Pęan. Apollo dicitur Pęan a feriendo quoniā sagittis Pythonē necauit.& Latōa mater cum hortaretur Apollinem incessere sagittis Pythonē, vsa est hac voce. Valle Pęan.i. immitte feriendo. auctor Macrobius. Cum regna Themis tripodasq̨ teneret. Anteq̄ Apollo oracula ederet Delphis dea Themis dicitur oraculum tenuisse: vt inquit Ouidius. Quę forte dedit Deucalioni & Pyrrhę de reparando humano genere. Refert Strabo ꝙ Phoebus & Thetis humano generi vtilitatē afferre cupientes oraculū comparare decreuerunt. Tripodes autē sunt mensę in templo Apollinis Delphici quibus superpositę Phoebades vaticinabanť:vt auctor est Seruius. Vt vidit Pęan.i. Apollo. p̄terea Pæan Apollinis laudes dicuntur vt ait Seruius.& abusiue omnium deorū laudes nūcupantur Pęan. Ver. Lętūq̨ choro Pęana canentes. Vastos telluris hiatus diuinam spirare fidem. Auctores memorant & clarissimi Cicero, Plini.& Strabo Delphis fuisse spec⁹ fatidicos & curuam speluncam ore modico patentem vnde exhalatio efferebatur diuino efflante numine. huic specui tripos imminebat:quem cum Pythia vates inscēderat hau

BERO.

sto diuino spiritu futura præcinebat. Apollo ergo hac re cognita mersit se in antrū. Incubuit adyto. Adyta sunt occlta ac remotiora in tēplis loca quo præter sacerdotes adire fas non est vt Cæsar, Seruius, & Liuius docent. Ver. Mugire adytus cortina reclusis. Quis latet hic superū. Cū admiratiōe iterū rogat qs deorū in illo antro lateat. de qua re dicit Plin. Qz nemo mortalium aliud causę posset afferre: q̄ numē esse naturę diffusę per oē aliter atq; aliter erūpens. quod idem videt̄ sentire Lucanus. Siue canit fatum. magnus est inquit Lucanus, hic deus & potēs siue canit fatum, hoc est ordinem & seriem causarum & rerum futurarū, siue quod ipse iubet tūc efficit̄ fatū: vt sit ineuitabile. Libratum orbem. i. terram q̄ medio mundo libratur aeris vi suspensa vt ait Pli. Toti⁹ pars magna Iouis. Iouis vt inquit Maro oīa plena. eius ergo pars fortassis exit & egredit̄ per ista antra diuina quæ nunc Cyrrhæa nuncupat a Cyrrha oppido Phocidis prope Delphos. cuius in primo commētario facta est mentio. Hoc numē. i. diuin⁹ iano: quæ insula aut pars eius fuit imposita super pectus Typhoei: Iouis imperijs: & ita in æternum mansura. Typhoeus inquā fremens. s. præ pressura, vaporat. i. per modum vaporis emittit, quoties fessum motat latus, saxa campana. i. pumices & alios lapides exesos in mari campano, in Pythecusa. Tamē hoc numen. s. dans oracula, expositum est. i. præsto & paratū cunctis: & negatum nulli. s. offerenti vota precesq;. neq; enim ante dehiscunt attonitæ magna ora domus. vindicat. i. liberat & immune seruat, se solum ab labe furoris humani: quia licet furere facit tamen non est particeps furoris: aut non facit per furorem quæ homines solent. i. nō mentitur. Homines igitur haud. i. non concipiunt illic. i. apud Cyrrhęum antrū, vota mala. i. inhonesta & scelerata, susurro tacito. i. occultis precib⁹, qa non sperant deum posse corrumpere: vt alibi teste Persio stulti sperant. Nam canens fixa. i. fato stabilita, & mutanda nulli. i. a nullo, vetat mortales sperare. i. docet ne quid orēt a dijs q̄ precibus flecti nolunt: cum quicquid illic dictum sit necesse sit neq; precibus mutari possit. Impium autem esset nil omnino a dijs orandum cēsere: sed nil eorum quę oraculo prodita sūt. & ipse benignus iustis dedit sæpe sedes. i. habitationes firmas mutātibus totas vrbes: vt sequētibus exemplis declarat. Hoc est ob oraculum Phœbi multi totas vrbes deseruerunt. spiritus. Numen proprie est potestas dei vt ait Varro. Ceu Siculus. ita Apollo ingressus puellę pectus soluit eius os: quēamodū crater ætnę siculę euomit flāmam & nubē turbine fumantē piceo: vt ait poeta. Cōdit⁹ Inarimes æterna mole Typhoeus. In sinu Cāpanię insula est Inarime alio nomine dicta Enaria a Gręcis Pythecusa vt scribit Pli. Huic suppositus esse dicit̄ Typhoeus gigas qui fremens vaporat saxa cāpana q̄m tota illa regio vt ait Strabo, est sulphurea & cauernosa. Iustisq; benignus. vt ait Strabo, ad mansuetudinem vitæ hoīes prouocabat Apollo: & mores castigabat alijs responsa proloquens alijs per edicta madans, aliquos nullo pacto admittens.

SVLPIT. Tyrij. ¶Vt Tyrijs. Iustinus li. xviij Tyriorū gens inquit condita a Phœnicibus fuit qui terræ motu vexati relicto primo solo Assyrium stagnum primo, mox mari proximum littus incoluerunt: condita ibi vrbe quā a pisciū vbertate Sydonem appellauerunt. Nam piscem Sydō Phœnices vocāt. Post mltos inde annos a rege Ascaniorum oppugnati nauibus appulsi Tyrum vrbem ante annum Troianę cladis cōdiderunt. Cadmus quoq; quum exularet bouem sequi ab oraculo iussus est. Dedit ille minas. Athenienisibus Delphicum Apollinem consulentibus quid aduersus Persas agendum esset respondit ligneis mœnibus se tuerētur: quo intellecto Themistocles iussit omnes ciues naues cōscendere: & in mari Salaminiaco aduersus Xerxem cum certarent euasere victores. Dedit, cōcessit. Impellere, repellere. Salamis vrbs in Euboico mari contra Athenas. Sustulit. quia docuit piare numina. Telluris sterilis. hoc propter Aegyptum dixit q̄ cū nouē annis fuisset sterilitate vexata responsum accepit vt Thrasiū hospitem mactaret. ei⁹ rei Oui. in arte meminit. Dicitur Aegyptus caruisse iuuantibus arua Imbribus atq; annos sicca fuisse nouē, Phryges etiam sterilitate vexati iussi ab Apolline corp⁹ Athis sepelire & Cybelem venerari cū pro illo quod inuenire nō poterant adolescētis imaginem multis cum lamētis sepelissent & aras deæ ac sacrificia instaurassent, liberati sunt vt meminit Diodor⁹. Est & alia ex eodē authore historia. Athenienisibus enim siccitate laborantibus respondit deus Minoi pro Androgeo mortuo quas vellet pœnas esse dandas. Cū igitur Minois iussu quotānis septē pueros & totidē puellas Minotauro dare cœ

Aegyptus

Phryges.

Athenieñ.

Vt Tyriis dedit ille minas impellere belli:
Vt Salaminiacum meminit mare: sustulit iras
Telluris sterilis: monstrato fine resoluit
Aera tabificum: non vllo sæcula dono
Nostra carent maiore deū q̄ Delphica sedes
Qz siluit: postq̄ reges timuere futura:
Et superos vetuere loqui: nec voce negata
Cyrrhęæ mœrent vates: templisq; fruuntur
Iustitio: nā si qua deus sub pectora venit:
Numinis aut pœna est mors imature receptis
Aut pretium: quippe stimulo fluctuq; furoris
Compages humana labat: pulsuq; deorū
Cōcutiūt fragiles animas. Sic tempore lōgo
Immotos tripodas: vastæq; silentia rupis
Appius Hesperii scrutator ad vltima fati
Sollicitat. iussus sedes laxare verendas
Antistes: pauidamq; deis immittere vatem
Castalios circum latices: nemorumq; recessus
Phœmonoen errore vagam curisq; vacantē
Corripuit: cogitq; fores irrumpere templi.
Limine terrifico metuens consistere Phœbas

Absterrere ducem noscendi ardore futura
Cassa fraude parat. qd spes (ait) iproba veri
Te Romane trahit? muto Parnassus hiatu.

¶Vt Tyrijs.i.quemadmodũ Apollo dedit Tyrijs.i.Phœnicibus mutantibus totas vrbes,sedes.i.habitationes & vrbes nouas vt Sydona & Tyron.Ille.s.Apollo,dedit.i.concessit,impellere.i.repellere & refellere ac obtũdere:minas belli:vt mare Salaminiacum a Salamine vrbe denominatum,meminit.i.memor esse potest:quia authore Phœbo illic impulsæ sunt a Themistocle minę belli quas intulerat Xerxes Atheniẽs. Sustulit.s.Apollo,iras.i.effectum irarum diuinarum.i.infœcunditatẽ,telluris sterilis.i.fecit vt placatis dijs terra quæ sterilis erat fœcunda fieret:vt Aegyptus vt recitat Sulpitius,& Calabria authore Omnibono.Nam cũ Calabria,inquit,subitæ telluris sterilitate laboraret:nec vllus finis inueniretur iræ deorum:ad oraculum miserunt:respõsumq; est ita fertilitatem reparare posse si Palinuri manes placarent:quo facto statim fertilitas redijt.Et Apollo resoluit aera tabificũ.i.infectionem aeris,fine.i.modo & remedio monstrato.Nostra secula non carent vllo maiore dono deum.i.deorum,q̃ q; sedes Delphica.i.vaticinium Phœbi apud Delphos,silet.i.nullum aut mutũ est:post q̃ reges timuere futura:& vetuere superos loqui.i.noluerunt audire mala sua ventura.Nec vates Cyrrhęę.i.Phœbades,hoc est sacerdotes Phœbi,mœrent.i.mœstæ sunt:immo lætę sunt,voce.i.responsione negata.i.q; nõ amplius Phœbus det responsa:nã cũ periculo vitæ possidebant a deo:& fruuntur.i.cũ voluptate vtuntur,iustitio tẽpli.i.intermissione vaticinij simili iustitio:quo indicto ius stabat & non exercebatur & ita fora siluerunt:vt nunc antra Cyrrhæa sicut mentiebatur virgo:nã si deus venit sub qua.i.aliqua pectora.s.virginis.i.si aliquam ingreditur,aut mors immatura.i.præceps & subitanea,est pœna numinis recepti.s.indigne:quia statim liberatæ spiritu cadebant extinctæ:quod & huic ob mẽdaciũ futurum est:aut mors immatura est præmium.i.merces numinis recepti.s.condigne: q̃a quidam nihil putabant felicius:q̃(vt Pli. dicit)aut non nasci:aut q̃ ocyssime aboleri:mortemq; finẽ esse malorũ & principium verorum bonorum.vnde & in sanctis literis.Pretiosa est in conspectu domini,mors sanctorum eius Causam mortis subitaneę affert.quippe.i.quia certe:cõpages (dicitur & cõpago).i.cõpactio & consolidatio,humana.i.corporis humani cum anima,labat.i.dissoluitur & cadit,stimulo & fluctu furoris.i.spiritus facientis furere:& pulsus deorũ concutiunt animas.s.humanas fragiles & ita nequeuntes tantam vim ferre.Sic.i.per hunc modum inquit poeta,Appius scrutator.i.inquisitor & sciscitator fati Hesperij.i.Italici,sollicitat tripodas.i.sedes trium pedum post aut inter cortinas,immotos.i.non agitatos longo tempore.i.post longum tempus p̃teritum:& sollicitat silentia vastæ.i.valde amplæ rupis ad vltima.i.extrema euenta & exitum belli Hesperij.Antistes.i.præses(qui tamen ante cæteros stat:cũ præses præ cęteris vel ante cęteros sedeat)p̃ses inquã antri Cyrrhęi,iussus.s.ab Appio nomine senatus,laxare.i.aperire,sedes verendas.i.tripodas tremendos,& immittere deis.i.inter deos aut in manus deorum vatem.s.puellam,pauidam & natura & ob mortem imminentẽ,corripuit.i.celeriter rapuit & coegit iussa capessere,Phœmonoen.s.virginem eo nomine dictam,vagam errore.i.vage errantẽ circũ latices castalios.i.latentes aquas castaliæ fõtis musis sacri,& circum recessus.i.amœna deambulatoria,nemorũ.i.syluarum amœnarum,& vacantem.i.vacuam curis:& coegit.s.postq̃ corripuit,irrumpere.i.vi transcendere:fores tẽpli.Phœbas.i.Phœbi illa sacerdos Phœmonoe,metuẽs consistere.i.diutius immorari,limine terrifico,parat.i.tentat,absterrere ducem.s.Appium,ardore.i.a vehementi cupiditate noscẽdi futura.alij legunt,futuri noscẽdi.parat dico fraude cassa.i.

pissent siccitate sunt liberati.Fine.i.mõ piandi.Aera tabificũ.Lucanis pestilentia laborãtibus respondit Phœbus Palinuri manes eẽ placandos.ob quã rem nõ longe a Velia lucũ ei consecrauerunt.Verg.Prodigijs acti cœlestib⁹ ossa piabunt.Romani quoq; pestilẽtia laborantes Aesculapiũ in vrbem aduehere iussi sunt.Nostra sæcula.hæc ętas in qua ego sum.Q; Delphica sedes q; siluit.q̃ q; nõ redduntur Delphis oracula:nam reges & principes metu ducti vetuere antistites tẽpli ne ad id queq̃ admitterẽt.Nec mœrent.i.gaudent q; non respondent.Liptote.Cyrrhæę vates Phœbades.Fruunt̃ iustitio:fructum delectationemq; capiunt ex cessatione & silentio.appellauitq; iustitium respondendi intermissionem:cum sit proprie iuris reddendi intermissio in publico luctu. Nam si quis.s.quæ eñ Phœbum cõcipiebant deorum ira aut beneficio moriebantur.Hinc Valerius ait.Vnde vt certę consulentibus sortes petuntur:ita nimius diuini spiritus haustus reddentibus pestifer existit.Immatura,subita. Pœna numis recepti,supplicium q; numẽ concepisset.Pretium,pręmium:nil enim morte vtilius dij nobis dare possunt:vt etiam Cice.docet in Tusculanis.Per eam enim in cœlum reuertimur vel dij vel cum dijs futuri. Compages humana labat.cõpositio humani corporis dissoluitur impetu furoris quem adhibet deus acceptus qui est velut ex vehementi & pestifera febre totum corpus dissoluente.Pulsus,impet⁹ & cõcitatiões.Aĩas,vitas hoim.Tripodas imotos. Cortĩas ad q̃s iãdiu nẽo accesserat:& diu siluerant,Sollicitat,vexat vt rñdeatur.Scrutator fati.idagator & explorator q̃ essẽt vltimi euẽtus belli.Antistes qui templo præerat quo nomĩe appellatur etiam quis q̃s aliqua re excellit,& pręest.Laxare,aperire.Vatem,puellam.Pauidã,morte futura.Castalios circum.Valeri.inquit Antistitem ab Appio immissam:poeta ab Antistite delectã eẽ puellam quę iuxta fontem Castalium in Parnassi radicibus vagabatur.Castalius dictus a Castalia nympha:quã cũ persequeretur Apollo sese de rupe præcipitauit & in fontem conuersa est.Recessus:loca remota.Phœmonoen.Strabo ait.Phœmonoen primam diuinãtem Pythiam fuisse ferũt.huius quoq; vocabulum a pytesche.i.iterrogare,audire,discere inclinatum esse.Mihi vero coniectare libet Phœmonoen fuisse Arcadicam.Phœthon enim Arcadiæ lacus.Ouidi.Est lacus Arcadiæ Phœmõ dixere priores.Vagã errore:vagantem & errantem.Vacantem,vacuã.Phœbas,Phœbi sacerdos.Corripuit,manu app̃hendit.Limine terrifico:iuxta foramen vbi numẽ cõcipiebatur.Cassa,inani & vana.tractum a cassibus.i.telis aranearum quæ fragiles vanæq; sũt.Improba spes veri:audax cupido noscendi vẽtura.Hiatu muto:antro nõ reddente oracula.

¶Vt Tyrijs.Tyrij Vticã & Carthaginem in Aphrica condiderunt.auctor Pli.Gades vero in mari Atlantico:moniti oraculo Apollinis vt ait Strabo coloniam mittere ad Herculis columnas. Salaminiacum meminit ma

Lucani.
Iustitium.
Mortis bõa
Antistes.
Castalius.
Phœmonoe.
Cassus.
BERO.

re. Xerxe Persarum rege inuadẽte gręciã multa oracula acceperunt græci ad minas tãti belli repellendas: vt Herodot⁹ oñdit. Veꝝ Athenieses oraculum habuerunt vt ligneis muris se crederent. i. nauib⁹: quo facto apđ Salaminam profligati fuerũt Persę ductore Themistocle. auctores sunt Herodot⁹, Plutarch⁹, & Iustin⁹. Sustulit iras telluris sterilis. qñ. s. admonuit Athenięses vt Minoa regem Cretę placarent: si fame & siccitate liberari vellent, quibus vexabanť. auctor Diodorus. Resoluit aera tabificum. i. monstrauit quomodo pestilentia sedaretur quæ ex corrupto cæli tractu prouenit. quẽadmodum qñ Romãis dedit oraculũ vt Aesculapium ab Epidauro accerserent: vt Valeri⁹ & Ouidius tradũt. Qꝫ Delphica sedes ꝙ siluit. Eusebius, Plutarchus, & Cice. referunt oracula tacuisse: & Eusebius nititur probare omnia oracľa siluisse temporib⁹ saluatoris. Iuue. quoniã Delphis oracľa cessant. Cyrrhæę vates. i. Phoebades, a Cyrrha oppido. Nec mœrent. i. non dolent sed gaudent ꝙ tacet oraculum. Compages humana labat. Virgines qñ Apollineũ spiritũ receperũt totę concutiuntur. ita vt earũ corporatura vacillet. Fati Hesperij. i. excidij Italici. Vatem pauidã. i. Phœbadẽ timẽtẽ igredi fatidicũ specũ. Castalios circũ latices. In Parnasso fons est castalius vt scribit Pli. Latices. i. aquas. Phœmonoen errore vagam. Phœmonoe Apollinis dicta est filia vt inquit Plinius. Et vt author est Eusebius Chronographus, prima hexametris versibus futura cecinisse narratur. ex quo non inscite Lucanus hic Phœbada Phœmonoen vocat ꝗppe. ꝗ prima fuit Pythia & diuina vt refert Strabo. Non probo quod ait Seruius. Sibyllam. s. cuius meminit Vergili⁹ dictam fuisse vero noie Phœmonoẽ. poniť ergo Phœmonoe pro Pythia diuinãte. Phœbas. Phœbades & Pythię dicũť puellę ꝗ Apollinis numine plenę futura pręcinũt. Cassa fraude parat. i. vana & inani. non eñ potuit absterrere Appium ab incepto. Muto hiatu. i. silente specu fatidico.

vana & inani. Nã sup. ait, O Romãe. s. Appi, quid. i. ad quid, spes improba. i. improbanda, quia stulta, veri. i. quã concepisti de vero oraculo habendo: trahit te. s. ad hũc locum: Parnassus mons Delphis vicinus conticuit. s. iam diu: hiatu muto. i. nulla dante responsa.

Phœmonoe.

Phœbades Pythię.

SVLPIT.

Delphici tẽpli cõbustio

Sibyllę eũ & libri.

¶ Pressit. opp̃ssit, & obruit. Istas fauces, hoc antrum. Duxit iter versum: diuertit alio. Python. cortina pythonis corio tecta. Barbarica lampade, Barbarorũ. Thraces enim vt supra diximus Delphicum templum combusserant. Possumus intelligere & de Xerxe q añ naualis prælij congregationem miserat quatuor milia armatorũ Delphos: & ad templũ Apollinis diripiendum: quasi non cũ græcis tantum sed cum dijs immortalibus bellũ gereret: quę manus tota imbribus & fulminib⁹ deleta est. post hęc Thespiades & Athenas & Plateas vacuatas hominibus incendit: vt ait Iustinus. De Brẽno & Gallis intelligendum nõ est quoniam ante deleti sunt ꝗ templo nocerẽt: vt Valerius memorat. In cineres. Repletæ sunt cinere cauernæ ita vt spiritus viã qua progrediatur nõ habeat. Spõte deorum. volunt enim dei eum vlterius non respondere p̃sertim Romanis qui possũt sua fata in libris Sibyllinis inspicere. Commissa. s. esse. Sibyllæ longeuæ. nota est fabula. Nam ab amatore Apolline ad numerum arenę manib⁹ haustæ annos dicitur impetrasse: & in vocem fuisse conuersam. Ea nouem libris Romanoꝝ fata mandauerat ex quibus tres tm̃ superfuere combustis reliquis: quum Tarquinius Prisc⁹ vt inqt Lactantius, siue Superbus vt Gellius in ternos trecentorum Philippeorum p̃tium denegasset. Arcere nocẽtes. non respõdere nocentibus: quod quidẽ non verum est nam supra poeta dixit. Hoc tamen expositũ cunctis nulliqꝫ negatum numẽ. Sed ideo mẽtiť. Phœmonoe vt absterreat Appium. itaqꝫ bene præmissum est illud Cassa fraude. Soluit ora, per quos loquatur vel quib⁹ rñdeat. Metus fecit fidem. indicauit: testatusqꝫ est adesse deos quos illa negabat. Numinibus negatis. ablatiuus est absolut⁹. Tunc torta. tũc caput vitta cinxit & infulam, hoc est mitellã cũ laurea induit. Phocaica, Delphica. Nam i Phocide sunt Delphi. Sacerdos, antistes. Hęrentem, dubitantem. Penetrale, locum secretum ad cauernam vnde egreditur spirit⁹. Atqꝫ deum. Mentiens virgo deum se concepisse

Conticuit: pressitqꝫ deum: seu spiritus istas
Destituit fauces: mũdiqꝫ in deuia versum
Duxit iter: seu barbarica cum lãpade Phyton
Arsit: in immensas cineres abiere cauernas:
Et Phœbi tenuere viam: seu sponte deorum
Cyrrha silet: fatisqꝫ sat est arcana futuri
Carmina longeuę vobis commissa Sibyllæ,
Seu Pęan solitus templis arcere nocẽtes
Ora quibus soluat nostro nõ inuenit æuo.
Virginei patuere doli: fecitqꝫ negatis
Numinib⁹ metus ipse fidem: tũ torta priores
Strigit vitta comas: crinesqꝫ in terga solutos
Candida Phocaica complectitur infula lauro.
Hęrentem dubiamqꝫ p̃mẽs in tẽpla sacerdos
Impulit: illa pauens adyti penetrale remoti
Fatidicum prima templorum in parte resistit:
Atqꝫ deum simulans sub pectore ficta quieto
Verba refert: nullo confusæ murmure vocis
Instinctam sacro mentem testata furore:
Haud æque lęsura ducem cui falsa canebat:
Qꝫ tripodas Phœbiqꝫ fidẽ: nõ rupta tremẽti
Verba sono: nec vox antri complere capacis
Sufficiẽs spatium: nulloqꝫ horrore comarum
Excussę laurus: immotaqꝫ culmina templi
Securumqꝫ nem⁹ veritam se credere Phœbo

Prodiderant: sentit tripodas cessare: furensq́
Appius: & nobis meritas dabis impia pœnas
Et supis quos fingis: ait: nisi mergeris antris:
Deq́ orbis trepidi tãto cõsulta tumultu
Desinis ipsa loqui. Tandem conterrita virgo
Confugit ad tripodas: vastisq́ adducta cauer-
Hæsit: & insueto cõcepit pectore numẽ. (nis

¶ Effudere minas. Milites inquit effudere. i. euomuert minas in Cæsarē. Nā vnus vice oīm, aut vnusquisq; secū ita locutus est. O Cęsar, liceat. s. p te nobis, discedere a rabie scelerū. i. a bello ciuili p scelus & rabiē incepto. Tu q̄ris terra & mari. i. p varia q̄ excitas bella, his. i. nostris iugulis ferrum. i. mucronē aut gladiū: hoc est necē nostrā: tu paras effundere aīas viles. i. sanguinē nostrū in quo sūt aīę nostrę viles tibi, quolibet hoste. i. p quēcūq; hostē. Gallia: eripuit tibi ptē nr̄i. s. corpis, hoc ē exercit⁹. aliter dixisset nostrū. & Hispania eripuit ptē nr̄i, bellis duris. i. periculose & laboriose gest. Pars. s. nostrū, iacet. i. occidit, Hesperia. i. in Italia: & exercitus. s. tuus. i. nostra vita, perit toto orbe. i. p totū orbē, te vincēte. i. licet tu vincas p nos pereuntes. Quid iuuat. i. pdest nobis, fudisse cruorē terris arctois. i. ad arcton, hoc est vrsam seu septētrionē spectātibus. Rhodano. i. accolis Rhodani hoc ē Gallis, & Rheno. i. accolis Rheni, hoc est Germāis subactis? q. d. nihil. Tu dedisti mihi. i. cuilibet nostrū, p tot bellis. s. p te feliciter gestis bellū ciuile, qđ feliciter geri nequit. quū. i. qn̄, nos cepim⁹ tecta patriæ. s. Romæ, senatu expulso, quos hoim vel quos deorū. i. tēplorꝫ licuit spoliare? q. d. nullos, qa totā pdā tibi reseruasti. Nos im⁹. i. pgredimur in oē nefas, existentes nocētes manib⁹. s. rapientibus, & ferro, cædem peragēte: non nobis sed tibi: nam existentes pij paupertate. i. per pauptatē, quia nihil nobis rapiētes paupes māsim⁹. Quis finis quęrit. s. tibi, armis. i. per arma? Quid satis est. i. sufficit tibi o Cæsar, si Roma est. i. videtur tibi parum, Et si forte expleri nequis, tamen respice. iam. i. tandem, canos. i. capillos nostros canescētes: & man⁹ nostras inualidas. s. ad militiam: tis q̄ ex ferro. Quid velut. Qꝛ ad omnem immanitatem, & Pompeij senatusq; cædem ducantur accusat. Vsq; adeo. Minat Cęsari mortē quā quidē honeste posse inferri pluribus rationibus indicat. Cuius sceleris, cuius scelerati facinoris. nam maximū pręmiū milites ex cęde ducis accipiunt. Cōperit, re ipsa inuenit Cę. Posse omnia, etiam ipm interficere ducē. Nec fas. nec prohibentur sacramento militari iure aliquo. In vndis Rheni, in bello Gallico. Hic, nūc in bello ciuili. Facinus quos inquinat. Parœmia est, qui eodem crimine sunt infecti ęquales sunt & socij appellātur. Ingrato iudice, iniquo iudicio. Virt⁹, laus virtutis. Vocatur fortuna, dicitur ab eo felicitas. Prædicat enim suo fato se vincere non militū fortitudine. Licet omne deorꝫ. q̄uis deos oēs propitios habeas tamen si tibi milites irascentur amplius bella non geres. Obsequiū, deorum benignitatem. Infesto, aduerso & truci. Sic eat. Orat deos poeta vt sināt malis moribus finem bellis imponi, cum in fide pietate & deorū benignitate nulla spes relicta sit.

¶ Animas effundere viles. quas tu o Cæsar BERO. paruipendis & de morte nostra nō curas. Bellum ciuile dedisti. quasi dicāt post bella Gallica confecta sperabamus requiem cum præmio: tu vero dedisti ciuile bellum, quod peius est & odiosius. Bellum autem dicitur per contrarium quia minime est bonū. vt ait Seruius vel a belluis quarum est pernitiosa dissentio: vt scribit Fest⁹. Patrię cum tecta. Quādo Pōpeius & senatores ex vrbe Capuā: mox Brūdusium fugerunt: deinde Italia relicta transierunt in Epirum: tunc Cęsar ingressus est vrbem Romam cum militibus: qui nunc conqueruntur q; in tanta præda nihil ipsis licuerit spoliare. Paupertate pij. Cōmittimus quidem scelera sed cum ex his nihil emolumenti consequimur. videmur esse pij, propter paupertatem. Iam respice canos, id est albescentes senio capillos. Boetius. Intēpestiui funduntur vertice cani. Inanes, siue viribus. Vsus abit vitæ. In senibus est quidem vita: sed nullus vsus vitæ. tunc enim magis animum possunt exercere q̄ corp⁹. Nam vt docet Macrobius, Septuagesimus annus creditur meta viuendi: & hoc vitæ hūanę pfectū spatiū terminatur: qđ qui excesserit ab oī officio vacu⁹ soli exercitio sapiētię vacat. Nō duro liceat morientia cespite membra ponere. Qui morit in militia aut ęgrotat, illi parat lect⁹ nō plumeus: sed ex cespite duro fact⁹: qđ vt sibi effugere liceat petūt. Nō aīa galeā fugiēte ferire. Miles q in pugna occidit, dr ferire galeā. i. tegumentū capitis aīa fugiēte. Est em̄ aīa spūs: vt ait Cicero. Atq; oculos morti clausurā q̄rere dextrā. Vt in tertio cōmentario dictū est ex auctoritate Plynij moriētib⁹ oculos opire & claudere: rursusq; in rogo patefacere Romanorum magno ritu sacrū est. Qui aūt morit ī militia, q̄rit & nō inuenit q sibi morienti oculos claudat. Vniq; paratū scire rogū. In militia q moriunt vno rogo oēs cōburūt & sepeliūt: qđ fec⁹ fit domi & inter suos occūbētib⁹: singulis em̄ su⁹ parat rog⁹ q ē lignorꝫ cōgeries q̄ cadauera cōburebātur. Aliquod sub Cæsare fatum. i.

mors aliqua sit praeter eã quæ fit gladio. Spe, trahis. pollicendo. s. maria & montes. Nec fas nec vincula iuris hoc audere vetant. Milites vt supra dictũ est sacramẽto imperatori astringebantur nunq̃ se eius militiam deserturos & quęcũq; iussisset facturos: vt scribit Vegetius nunc dicunt milites Cæsari nullum sacramentum eos prohibere quin hoc audeãt. s. recedere a castris: quoniam in bello ciuili Cæsar tanq̃ ciuis est socius eorum: qui similiter sunt ciues, non autem dux quemadmodum fuerat in bellis Gallicis. Ingrato meritorum iudice. scilicet Cæsare qui merita nostra maligne probat dicens: quicquid a nobis gestum sit fuisse fortunę beneficium cui se totũ dicauerat Cæsar: vt scribit Plutarchus. Hæc fat⁹, id est hęc locutus miles. Infesto vultu, inimico. s. & minaci. Ducem. s. Cæsarem. Moresq; malos sperare relictum. vt ait Plautus in trinũmo, Moribus mores suasit bonos. Mores autem mali, quasi hęrba irrigua succreuerunt. Discordia, scilicet militaris.

& cerne lacertos inanes, succo, sanguine, & pulpis. Vsus vitæ abit a nobis. Nos consumpsimus æuum, id est ętatem nostrã bellis. dimitte nos senes ad mortem. i. vt in pace moriamur. en (ironicos) forsan dices, vota nostra improba, q̃ ad mortẽ dimitti petimus, & q̃ petimus vt liceat non ponere, id est deponere membra. s. nostra, morientia, cespite duro. i. super cespitem durum: & non ferire anima fugiente. i. emissa violẽter galeam. s. qua armati moriamur: (sunt qui glebam legant: sed non probem.) atq; quærere. i. desyderare, dextram clausuram morti. i. nobis moriẽtibus, oculos: & illabi. i. cadere moribundum lachrymis. i. in lachrymas coniugis. i. vxoris: & scire rogum paratũ sup. esse, vni. i. sibi soli, nõ cõfuse multis vt in bello stratis. liceat finire senectã morbis non bello. sit aliquod fatum. i. exitus vitæ sub Cęsare, præter gladios. i. cędem violentam. Quid. i. ad quid trahis nos in bellum spe vana: velut ignaros ad q̃ portenta. i. q̃ portentuosa scelera, paremur, id est disponamur? q. d. scimus q̃ ad cędem Pompeij & senatus. vsq; adeo. i. nunquid intantũ nos soli nescimus cuius sceleris armis ciuilibus. i. qđ scelus perpetraturis, sit. s. constituenda maxima merces? q. d. scimus q̃ qui te interfecerit maximam cõsequetur mercedem. Nil actum est bellis. i. frustra gessimus bella, si Cæsar nondum cõperit istas. i. nostras sibi tã viles manus, posse oĩa. i. etiã cędem ducis. Nec fas. s. legis naturæ, nec vicula iuris. i. ius ciuile ad qđ se ciues deuixerãt, aut sacramẽtũ militare, vetãt nos audere hoc. s. cędẽ tyrãni. Cęsar erat mihi ĩ vndis Rheni: cũ pugnarem⁹ auctoritate senat⁹: dux. s. ver⁹ & ita metuẽd⁹: hic. i. in hoc bello ciuili ꝓpria auctoritate ipsius suscepto, est sup. mihi soci⁹. i. ęq̃li auctoritate ꝑdit⁹. Facin⁹ ęquat. i. æquales facit, eos quos inq̃nat. i. maculat. i. cũ nulla sit vera ptãs q̃ ꝑsit sceleri cõmittẽdo: quicũq; aliud cõmittũt pares sunt. Adde. s. cęteris cõtumelijs & malis: q̃ nr̃a virt⁹ perit. i. parui æstimat̃: iudice ingrato. s. Cæsare: a quo quicquid gerimus vocat̃ fortuna. s. ipsius aut geni⁹. Sciat. i. faciat vt Cęsar sciat nos esse fatũ suũ. i. per quos talia potuit. O Cęsar licet tu speres oẽ obsequiũ. i. auxiliũ deoꝝ: tñ pax erit. i. nullũ poteris mouere ꝑlium: milite. s. tuo, irato. i. nobis existentibus iratis contra te. Miles fatus. i. elocutus hec scilicet dicta in Cæsarẽ, cœpat discurrere totis castris, & deposcere ducẽ. s. Cęsarẽ, vultu infesto. i. volẽti illi necẽ inferre. O superi, inquit poeta, sic eat. i. facite vt sic ꝓcedatur in cędẽ Cęsaris: qñ. i. qm̃ pietas & fides destituũt. s. nos, & relictum est. s. nobis sperare mores malos. i. prauos. eat dico sic: vt discordia. s. militũ & ducis, faciat finem bello ciuili, per necem ducis iniqui.

SVLPI. ¶ Solitus dimittere in ꝑceps. solit⁹ ꝑcipitare magnisq; exponere discriminib⁹. Venit, it ad reprimendũ. Desæuiat, mitigetur & cesset. Medios ꝑperat. Cæsar nunq̃ tumultuantib⁹ cessit: sed semper obuiã ijt: vt Suetonius scribit. Nõ illis. Oĩa militib⁹ cõcessisset ne belli ciuilis furor extigueret̃: & nil aliud metuebat nisi ne bona mente ducti scelera nõ appeterent. Amari, quia ciuile. vl' verbum sit. Nõ pudet. obiurgat Cæsarẽ nimię in bellis ciuilibus pertinaciæ pręsertim cũ cogi quodãmodo videatur illud deserere. Manibus, militibus. Ius ferri, facultas interimendi. Lassere defatigeris. monet & consulit quid agere debeat. Scelerũ, bellorũ ciuiliũ. Nolentib⁹ recusantib⁹ bella ciuilia. Instas vrges. Aggere fulti cespitis, in loco eminenti & cespitibus congesto. Meruit, propter maiestatem suam. Dictante, subministrante. Promptum, paratum ad vulnera. Qui modo. Astute vt sibi cõciliet milites sub eorũ potestate se esse dicit. Inde vtitur callida simulatione: nam dum cohortatur ad deponenda arma & ad fugam, subnectẽdo qualia sint præmia noui milites assecuturi latenter retinet & dehortatur. Nil ausa fortiter. est enim propriũ seditiosorũ metuere fugamq; meditari. Lassata secũdis rebus, defatigata Cęsaris felicitate. Inuicti ducis, meis. Arma. q̃ vos derelinquetis. Manus, milites nouos. Vacabũt, erunt sine militibus. An ne. Argumẽtatur a minori: si Põpeio fugato & victo milites non desunt multo minus & mihi victori. Impulsi, iam præcipitis & quasi peracti. Tantum

Quẽ non ille ducẽ potuit terrere tumultus?
Fata sed in præceps solitus cõmittere Cæsar
Fortunãq; suam per summa pericula gaudẽs
Exercere venit: nec dum desęuiat ira
Expectat: medios properat tentare furores.
Non illis vrbes spoliandaq; templa negasset:
Tarpeiamq; Iouis sedem: matresq; senatus
Passurasq; infanda nurus. vult omnia Cęsar
A se sæua peti: vult pręmia Martis amari:
Militis indomiti tantum mens sana timetur.
Non pudet: heu Cæsar soli tibi bella placere
Iam manibus damnata tuis? hos ante pigebit
Sanguinis? his ferri graue ius erit? ipse per oẽ
Fasq; nefasq; rues? lassare: & disce sine armis
Posse pati: liceat scelerum tibi ponere finem.
Sęue quid inseq̃ris? quid iam nolẽtib⁹ instas?
Te bellum ciuile fugit. Stetit aggere fulti
Cespitis intrepidus vultu: meruitq; timeri

Non metuens. atq; hęc ira dictante profatur.
Qui modo i absentē vultu dextraq; furebas
Miles: habes nudū ꝓmptūq; ad vulnera pect⁹
Hinc fuge si belli finis placet ense relicto.
Detegit imbelles animos nil fortiter ausa
Seditio: tantumq; fugam meditata iuuentus
Ac ducis inuicti rebus lassata secundis.
Vadite: meq; meis ad bella relinquite fatis.
Inueniēt hęc arma manus: vobisq; repulsis
Tot reddet fortuna viros: quot tela vacabūt.
An ne fugā Magni tanta cū classe sequūtur
Hesperię gentes: nobis victoria turbam
Nō dabit? impulsi tantum quæ præmia belli
Auferat: & vestri rapta mercede laboris
Lauriferos nullo comitetur vulnere currus?
Vos despecta senes exhaustaq; sāguie turba
Cernetis nostros iā plebs Romana triūphos.
Cæsaris an cursus vestrę sentire putatis
Damnū posse fugę? veluti si cuncta minētur
Flumina quos miscēt pelago subducere fōtes
Nō magis ablatis vnq̄ decreuerit æquor
Q̄ nunc crescit aq̄s. an vos momēta putatis

¶ Q uē non ille ducē &c. Cū admiratione quadā ꝑdicat robur animi Cęsariani q militib⁹ sic tumultuātib⁹ & obmurmurātib⁹ nō solū nō supplicauit, sed vltro terrorē intulit de pricipib⁹ seditiōis supplicia sumptur⁹. Ordo est. Q uē ducem. s. ꝑter Cęsarē, ille tumultus nō potuit terrere? q. d. nullū nō potuit: & ita quēlibet aut omnē aliū potuit: sed Cæsar solitus cōmittere aut dimittere fata. i. fauorē deoꝝ & successum suū ꝓsperū, in præceps. i. periculū cadēdi a prosperitate: hoc est qui maluit aduersis obluctādo vincere: q̄ ꝓspis adiut⁹ gloriā victorię deterere, ꝓspa sua in piculosa cōmutare satagebat, gaudēs exercere fortunā suā sibi benignā: p summa pericula: vt patuit vbi nauigatiōi se credidit. venit. i. interuenit: nec expectat dū. i. donec, ira desęuiat. i. sęuitiā mora deponat: sed sup. ꝓpat. i. festinat, tētare. i. ꝓuocare, medios. i. maximos furores. s. militū. Ipe Cæsar nō negasset illis. s. militib⁹. i. potius q̄ nō amplius bellasset secū cōcessisset, vrbes sup. spoliādas. q. d. nedū vrbē ipsam & tēpla. s. deorū spoliāda: & Tarpeiā. s. arcē. i. capitoliū, sedē. i. habitationē Iouis: & nō negasset illis matres senatus. i. senatorū abutēdas, & nurus. i. sponsas & vxores patriciorum passuras infanda. i. abominanda stupra. Per hæc aūt intelligit oia indigna a Cæsare fuisse militi concedēda. Nam quid indignius q̄ summa tēpla & primarias fœmias vt sūt patricioꝝ cōiuges & filię detestandis libidinib⁹ polluere? Verū ordinē cœptū ꝓseq̄mur. Cæsar vult. i. exoptat, oia sęua a se peti. Nam hoc solū verebatur: ne sceleꝝ pertęsum militē nequiret ad prędam illicere. vult, id est cupit præmia Martis, id est belli aut dei belli, amari id est affectari a milite, aut amari Martis, id est duri belli, quia auferat, accipiat & nō pugnet. Currus lauriferos me triumphantem in curru. Defecta debilitata. Iam Romana plebs, nō amplius meus miles. Cęsaris. Fugam militum nil sibi posse nocere dicit: cū dij statuerint ipsum fore omnino victorem: & quemadmodum mare non augetur susceptis fluminibus, nec minueret si ipsum nō ingrederentur: sic eius fortunā a militib⁹ nec augeri nec minui posse. Cursus, felicitatem fatorum. Subducere, subtrahere, & non influere. Decreuerit, minuetur. Momēta, fauores & effectus.

¶ Tumultus dicitur quasi timor mult⁹. Tarpeiāq; Iouis sedē. i. capitoliū i quo colit Capitolin⁹ Iuppiter. Tarpeia aūt dr arx a Tarpeia virgie q̄ Sabinis arcē ꝑdidit. vt scribit Liui⁹. Passurasq; infanda nurus. Cęsar nō denegasset militibus matronas nurusq; patricias stuprādas violandasq;: mō non recusarent bellū ciuile ꝑagere. Mēs sana timetur. Cæsar militū mentē tantūmodo sanā timebat. i. prudentē quę. s. cognosceret bella ciuilia vtpote detestāda & iniqua esse fugiēda. San⁹ eñ refertur ad animū & corpus. Martialis. Octophoro san⁹ portatur Auite Philippus. Hūc tu si sanū credis Auite furis. hoc disticho vtrūq; expressit primo eñ versu accipitur san⁹ ꝓ bene valente. Secūdo pro prudēte. Iam manib⁹ dānata tuis. i. militib⁹. Hos āte pigebit sanguinis. Milites tui o Cæsar prius dānabūt ciuile bellū & sanguinē q̄ tu pœnitentia ducaris. Lassare. i. defatigeris tandē imponasq; finē ciuili bello o Cæsar. Te bellū ciuile fugit. Cū milites & ciues recusent gerere ciuile bellū: videt ipm bellū fugere te o Cęsar inq̄t Lucan⁹. Stetit aggere fultus Cespitis. More militari cōcionatur⁹ Cęsar stetit in aggere castroꝝ tanq̄ in pulpito cōstructo ex cespite. Meruitq; timeri nō metuens. Iuxta illud Liuij de Mutio. Metuēd⁹ magis q̄ metuēs. Ira dictāte, verba ministrante. In absentē. s. me Cæsarē. Promptūq; ad vulnera pectus. s. meū. Hinc fuge si belli finis placet ense relicto. Sēsus est. O miles tanq̄ fugitiuus potes abire e castris meis mō relinquas gladium quo alios milites succedētes armare possim. Detegit. i. denudat, ostēdit. Nil fortiter ausa seditio: quia nil pręter verba & minas pepererunt seditiosi milites. Ac ducis inuicti rebus lassata secundis. Milites tūc solent moliri seditionem quando aduersa fortuna eorū imperator periclitatur. Verum nunc ait Cęsar suos milites seditionem fecisse cum defatigarētur rebus suis felicibus. Meis fatis, id est fortunę & felicitati meę. Inueniēt hæc arma manus: quibus scilicet nunc vos exarmabo. Tot reddet fortuna viros. Fortuna quæ me diligit tot viros q̄ primū mihi parabit: quot arma vos relinquetis. An ne fuga. Magni, id est si Pompeius me fugiens habet innumerabiles qui eius fugam comitātur: ego qui sum victor nonne potero inuenire milites: qui libentius victoris q̄ victi partes sequantur. Hesperiæ gentes Italæ & Romanæ. Pompeium enim totus fere senatus comitabatur. Q uæ præmia belli auferat, id est qui succedent vobis illi non venient ad laborem: sed ad victoriam: & præmia belli quę spectabant.

ad vos ipsi auferēt. Lauriferos currus. i. triūphales. Laurus eñ triumphis dicata est: vt inquit Plynius & Ouidius meminit. Tu ducib⁹ lętis aderis: cū lęta triūphū vox canet. Cernetis. s. spectabitis tanq̄ plebeij: nō aūt tanq̄ milites eritis participes. Milites eñ laureati triūphantē sequebātur canentes carmina iocularia. Auctores Festus, Tranquillus, & Liuius. Cæsaris an cursus. i. felicitas & fortuna mea. Subducere. i. subtrahere ne in mare defluant. Q̄ nunc crescit aquis. quēadmodū oceanus neq; augetur fluminibus influētibus neq; minuitur hisdem ablatis. Ita felicitas mea inquit Cæsar damnum & detrimentū nullum patit̃ propter fugam vestram.

ciuilis: tantū. i. dūtaxat, mens sana. i. aliena a furore ciuili, militis indomiti. s. prius timetur. s. a Cæsare. hoc est id solum timebat ne miles ad sanā mentē tędio belli redactus belli ciuilis pręmia refutaret. Quocirca exclamat in eū poeta dicens. Heu Cęsar non pudet sup. te bella damnata. i. improbata, iam manib⁹. i. militibus tuis. s. per quos gerātur, placere tibi soli? Pigebit, id est miserescet aut tędebit prius sanguinis. s. effusi, hos. s. milites tuos sup. q̄te? Et ius ferri. i. militare, aut potestas interimēdi iure belli, erit graue. i. molestum: his scilicet militibus tam sęuis: & sup. ipse, id est tu ipse rues. i. pręcipitanter fereris per oēs fas & nefas, id est sine respectu aut consyderatione recti ac praui? Lassare, id est fias lassus & defatigere oro aut moneo. Sunt qui lassere legunt. Nam vtrūq; dicitur: fac & facias: veni & venias &c. quia tamen dicit & disce dicam lassare. & disce posse pati, id est q̄ possis pati, sine armis. s. tuorum. liceat tibi ponere finem scelerum. i. bellorū ciuiliū. O sæue. i. crudelis Cæsar, quid. i. ad quid, insequeris. s. milites a bello auersos, quid instas iam nolentib⁹. i. cur vrges nolētes bellare? q. d. quare nō cū ipsis desistis? Bellū ciuile fugit te: & tu p̄sequeris ip̄m. Hacten⁹ poeta Cęsarē admonuit: pergit ad rei narrationē deinceps dicēs. Cęsar stetit. s. cōspicuus, aggere. i. tumulo & editiore loco, cespitis, id est terræ cū herbis euulsæ, fulti id est sustentati & altius erecti: existens intrepidus vultu, id est habens vultum intrepidum id est non præ se ferentem timorem: & meruit scilicet per vultus constantiam, timeri scilicet a militibus, non metuens scilicet milites. Atq; profatur, id est priusq̄ quicq̄ ab illis diceretur loquitur, hæc scilicet sequentia, ira dictante. i. intus pronuntiante quę diceret. O miles qui furebas modo. i. pauloante, vultu & dextra. i. indicans & vultu minabundo, & dextra ad capulum demissa in me conceptum furorem, habes. s. in potestate tua, pectus. s. meum, nudū & promptum, id est expositum, ad vulnera. s. suscipienda. Si finis belli placet. s. tibi, fuge hinc. i. discede a me, ense. s. tuo relicto. Seditio nil ausa. i. attentans fortiter, detegit. i. arguit & declarat, animos sup. esse imbelles. q. d. quia moris est timidorū in seditione cōcitata nihil fortiter agere, si vultis nō meticulosi videri audete in me quippiam fortiter. aūt ideo patet vos esse meticulosos q̄ seditionē excitatis. & iuuent⁹ meditata tantum fugam, ac lassata secundis. i. prosperis rebus ducis inuicti, detegit animos imbelles. Et quia talia facitis. Vadite & relinquite me fatis. i. prosperitatibus, meis. i. mihi fataliter debitis. Hæc quę sub me geritis arma, inuenient manus. i. qui ea gerāt milites. nam fortuna reddet mihi tot viros vobis repulsis. i. postq̄ vos repulerit, quot tela vacabūt. i. sine dn̄o erūt. An ne. i. nunquid, gentes Hesperiæ. i. Italiæ sequentur (Sunt qui legant sequūtur: q̄d & Beroaldus.) fugā magni. i. Pōpeiū Magnū fugientē: cū classe tanta: cū quāta eū sequunt̃: & victoria non dabit nobis non fugientibus sed persequentibus, turbā. i. cōfusam multitudinē? q. d. nō est verisimile: quę. s. victoria, auferat tm̄. i. dūtaxat pręmia belli impulsi. i. fere peracti: & an mercede rapta labori vestro. i. vobis defraudatis iusto p̄mio honorū & rerū, victoria comitetur curr⁹ lauriferos. i. triūphātis Pōpeij in corona delphicę laurus nullo vulnere. s. prius accepto? O vos senes existens turba defecta. i. fere absumpta senio: Alij legūt, despecta. i. contempta: & exhausta sanguine. i. habens sanguinem exhaustum: cernetis triumphos nostros: existēs iam plebs Romana. i. recepta in domicilia Romana. An. i. an ne, aut nunquid putatis cursus Cæsaris. i. meos posse sentire, damnū fugę vestrę. i. per fugā vestrā? q. d. id stulte faceretis: quia veluti. i. quemadmodum, si cuncta flumina minentur subducere fontes. s. omnis quos miscēt pelago, ęquor nō decreuerit. i. imminutum fuerit vnq̄, aquis ablatis: q̄ crescit nūc aquis. s. crescentibus. An putatis vos o mortales, dedisse mihi vlla momenta. i. fauorem & pręsidium? Nunq̄ &c. vide sequentia.

SVLPI. ¶ Premit se, demittit & inclinat. Vacent, intēta sint. Procerū motus hęc cuncta sequuntur. omnia hæc ad principes ducesq; referuntur. qui sunt curæ deis & volunt multitudinis labores in illorū commoda verti. Viuit paucis, ad paucorum vtilitatem: nam reges & principes quibus seruit humanum genus sunt pauci. Horror. Quoniā fortior est exercitus ceruorum leone duce, q̄ leonum duce ceruo: vt Philippus Macedonum rex dicere solit⁹ est. Milites a fuga in qua sunt a pristina virtute degeneraturi deterret: nā cū sub ipsius auspicijs soliti vincere sint sub Pōpeio efficientur imbelles: idq; Labieni sui oli legati exēplo cōfirmat. Horror, met⁹. Orbis Iberi, Hispanię. Lustrat, lustrādo fugit. Cū p̄lato duce: cū Pompeio quē prętulit mihi. Nec melior. nec vos fideliores extimabo si nō militabitis sub Pompeio, q̄ si militabitis. Quicūq; eñ a me discedit & Pōpeio nō adhęret, nūq̄ vult esse meus: & venię accipere bn̄ficiū. Hic nūq̄. q igit̃ sub Pōpeio sunt aliq̄n in suā potestatē venturos cōfidit. Sūt ista. A religione argumētum. Dijs est mihi habenda gratia inquit q voluerūt re-

Vlla dedisse mihi? nunq̄ sic cura deorum
Se premit: vt vestrę morti vestręq; saluti
Fata vacēt: p̄cerū motus hęc cūcta sequūtur.
Humanū paucis viuit genus. orbis Iberi
Horror & Arctoi nostro sub nomine miles
Pōpeio certe fugeres duce. fortis in armis
Cæsareis Labienus erat: nunc transfuga vilis
Cum duce p̄lato terras atq; æquora lustrat.
Nec melior mihi vr̄a fides: si bella nec hoste
Nec duce me geritis. q̄sqs mea signa reliquit
Nec Pompeianis tradit sua partibus arma:
Hic nunq̄ vult esse meus. Sunt ista profecto
Curę castra deis: qui me cōmittere tantis

Non nisi mutato voluerunt milite bellis.
Heu quãtũ fortuna humeris iã põdere pressis
Amolitur onus: sperantes omnia dextras
Exarmare datur: quibus hic nõ sufficit orbis.
Iam certe mihi bella geram: discedite castris:
Tradite nostra viris ignaui signa Quirites.
At paucos quib⁹ hæc rabies authorib⁹ arsit:
Nõ Cæsar: sed pœna tenet: ꝓcumbite terra:
Infidumq; caput feriendaq; tendite colla.
Et tu quo solo stabunt iam robore castra
Tyro rudis specta pœnas: & disce ferire:
Disce mori. Tremuit sæua sub voce minantis
Vulgus iners: vnũq; caput tã magna iuuẽtus
Priuatum factura timet. velut ensibus ipsis
Imperet: inuito moturus milite ferrum.

¶ Nunq̃. i. non vnq̃. Cura deorum non ꝑmit. i. inclinat se vnq̃ ad tam humilia & abiecta: vt fata vacẽt. i. intenta sint vestræ morti & vestræ saluti. q. d. nihil dij propter vilem popellum faciunt: vt qui dijs curæ non est: quia cuncta hæc quæ dij curant aut mors & salus vestra, sequuntur motus procerum. i. dependent a salute aut morte principum. Genus humanũ viuit paucis. i. ad paucorum vtilitatem, quia vulgares nõ sibi sed principibus viuunt, aut viuit in paucis cum reliquorum vita sit ingloria, & ignobilis putetur nulla. O miles tu existens sub nostro nomĩe id est me duce fultus, horror. i. metus horribilis, orbis. i. climatis, Iberi. i. Hispani: & arctoi. i. septẽtrionalis, hoc ẽ Gallici Britannici & Germanici orbis: fugeres certe Pompeio duce. i. si Põpeius duceret: vnde victoria duci non militi ascribenda est: vt Sulpitius docte cõfirmauit. Confirmat & Cæsar ĩpe exemplo dicens. Labienus qui legatus fuerat Cæsaris sed ad Pompeium solus omniũ transfugit, qui (vt Appianus tradit) secutus post mortem Pompeij Scipionem & Catonem in Libyam, dum Cæsaris militibus occurreret equo per ilia confosso humi deiectus est. Labienus itaq; erat fortis in armis Cȩsareis, qui a Cȩsare missus Tugurinos Galliȩ populos ad Ararim flu. profligatos attriuit. nunc ĩpe Labienus existẽs transfuga vilis. i. cõtẽptibilis, lustrat. i. circũit, terras atq; ȩquora. i. ĩ omnia loca me fugit, cum duce prȩlato. i. cum Pompeio quẽ mihi prȩtulit. quisquis. i. quicunq; relinquit mea signa, nec tradit sua arma partibus Pompeianis. i. & nõn transfugit ad Põpeium sed militiam deserit, hic nũq̃ vult esse meus, quia se indignum ostendit qui in deditionem suscipiaṫ. Ista. s. quæ contemnitis castra. i. vestra, aliter deceret hæc. i. mea, sunt ꝓfecto i. reuera, curæ. i. ad curam, deis. s. superis, qui non voluerũt me committere tantis bellis nisi mutato milite: quia videlicet sciebant ignauiã vestram quã hacten⁹ dissimilastis. Heu, hic vox est exprobrantis tacite ignauiam militis, quantũ onus. s. præmiorum vobis si mecum permansissetis distribuendorũ, fortuna. i. euentus præter spem meã, amolitur. i. cũ molimine aufert, humeris. i. viribus animi, fessis. i. fatigatis iam põdere. s. tantarum curarũ. Datur. i. conceditur mihi a deo aut fortuna mea, exarmare. i. exuere armis, dextras sperãtes omnia. i. quæ potuissent a me omnia sperare, quibus. s. digne præmiandis si mecum mansissent, hic orbis nõ sufficit. & ita latẽter magniliqua bella nouo sim milite peracturus. Heu lætantis est hoc loco. sic & in Sylij lib. xvij. Optimus heu nomen melius maiusq; triumphis. Onus appellat curam prȩmiorum quȩ militibus dare statuerat. Amoliṫ humeris: remouet ex animo. Datur, conceditur. Sperãtes omnia: qui potuissent a me omnia sperare. & est callida ad mitigandũ retinendũq; ratio. Non sufficit: non sat est etiam si diuidaṫ. Mihi, ad meam vtilitatẽ. Viris, fortib⁹: nam vos præ ignauia viri non estis. Quirites, nõ milites appellauit: vt magis moueret. sic & alias fecit vt Suetonius tradit his verbis. Sed vna voce qua Quirites appellat, tam facile circũegit & flexit: vt ei milites esse confestim respõderint. At paucos. pauci seditionis authores remanebũt nõ in meum vsum sed vt puniantur. Hæc rabies arsit: hæc seditio ẽ excitata. Tendite, extendite. Tyro rudis, noue miles & inexperte. Robore, firmamẽto. Specta, mirare hæc exẽpla. Ferire, nocentes. Mori, si quid tale fueris ausus. Iners. bene inertẽ appellat eum neq; secedere ausum nec in Cȩsarem insurgere. Vnum caput, Cæsarem. Factura, quæ facere potuisset vt Cæsar dux nõ esset. Moturus ferrũ. iussurus ensibus vt eos quos recusarent milites ĩpi lȩderent. Heu.

PHIL. BEROALDVS.

¶ Nunq̃ sic cura deorum se premit. Dij inquit curant quidem mortalia, sed nõ adeo se premunt & inclinant, vt negotia vilium personarum & mortẽ vitamq; militum curent, solummodo fata ducũ & magnorum viroꝝ prospicientes. Procerũ motus hæc cũcta sequunṫ. Proceres sunt pricipes populi, ab eo dicti ꝙ queẽadmodum capita trabiũ quos ꝓceres appellant, eminent in ȩdificijs: ita principes eminent in populo. Authores Serui⁹ & Varro. Fata ergo vacant proceribus. Humanum paucis viuit genus. i. omnes mortales viuunt regibus principibus & illustrissimis viris: quorum causa videnṫ fata illos in lucem ꝓtulisse. Orbis Iberi horror. Ostendit milites fuisse timori, & horrori Hispanis & Gallis non eorũ virtute sed ĩpius Cæsaris ꝓ̄stãtia & felicitate: quo duce mutato dicit eos sub Pompeio futuros imbelles & fugaces. Arctoi. s. orbis. i. Galliæ & Germaniæ. Fortis in armis Cæsareis Labien⁹ erat. T. Labienus legat⁹ fuit Cæsaris: cuius opera & industria strenuissima vsus est Cæsar in Gallia vt ĩpe ostendit in Commentarijs. Exacto bello Gallico eum prȩfecit togatæ Galliæ vt scribit Hircius. vbi ab inimicis Cæsaris sollicitatus tanq̃ transfuga ad Pompeium se contulit. Cum duce prȩlato. i. Pompeio, quẽ mihi antepósuit. Lustrat. i. fugiẽdo circuit. Lustrare enim significat interdũ circuire: vt ait Macrobius. Si bella nec hoste nec duce me geritis. si non contra me pro Pompeio estis militaturi, nec mecum. Sunt ista profecto Curae castra deis. Dii ꝓfecto castra mea habẽt cordi: qui noluerunt me committere tanto bello nisi militibus prius mutatis: ex quo magno onere videor liberat⁹ de dãdis. s. prȩmijs vobis: quibus abeuntibus illa mihi reseruabo. Amolitur onus. i. remouet. Exarmare datur

Cõcęditur inquit Cæsar mihi spoliare armis dextras vestras: q̄ omnia etiã maxima emolumenta & commoda a me sperabant. Mihi bella geri. i. in vtilitatem meã: qm̄ pręmia victoriarũ nũc omnia erunt mea, q̄ ad vos peruenissent. Ignaui Quirites. i. imbelles. & eos Quirites mauult appellare q̄ milites: q̄a magis vrbem q̄ militiam desyderant. Quirites aũt dicunt̃ Romani a Curibus oppido Sabinorum qui olim cũ Romanis cõiuncti e duabus gentibus vnam fecerunt vt scribit Liuius. Ac paucos quib9 hæc rabies. Oẽs discedant e castris p̄ter authores huius seditionis qui puniendi sunt. Procumbite terræ. Vt scribit Tranquillus non pepercit huic legioni q̄ mouerat seditionẽ, nisi sumpto prius de noxijs supplicio. Tyro rudis. Tyrones dicũtur noui milites. qui quales eligendi sunt docet Vegetius: & qua disciplina imbuendi. Disce mori. s. si seditiosus fueris. Priuatũ factura. Milites timebant Cæsarem: quẽ si recessissẽt priuatum reddidissent.

SVLPITIVS.

¶ Patientia, obediẽtia militum. Prestitit iugulos, obtulit se morti: & nõ tantũ officiũ gladijs exegit: sed etiã suos iugulos obtulit. Nil magis. id vehementissime metuebat Cæ. ne amitterent audaciam Veterani qui erant sceleribus assueti. Mentes, furorem Veteranorũ. Perire, remitti: & ne recusarent exequi quod iusserat. Tunc autem perit mens scelerata cũ pia efficitur. Ictu tam diri fœderis. i. cæde authorũ seditionis quos decimauit. i. ex decem singulos puniuit. Percussi itaq; sũt authore Appiano. xij. Attingere decimis castris, peruenire intra decẽ dies: singulis em̄ dieb9 vna castra locantur.

Hydrus. Hydrus, fluuius Apuliæ qui in Adriacum effluit. Est etiam mons authore Mela. a quibus est appellatum Hydrus oppidum quod anno superiore a Turcis est crudelissime expugnatum: & vix demum a nostris receptum. Auius, flexuosus.

Taras. Taras, fluuius iuxta Tarentũ a Tara Neptuni filio: qui eam vrbem ædificauit. Leucæ. Vrbs non grandis quæ distat a Tarento stadijs quingentis, & Hydrunte centũ quinquaginta: hinc vero Brundusium quadraginta.

Salapia. Salapina Palus est in Apulia iuxta Salapiã

Sipus. ciuitatem meretrico amore Annibalis inclytam. Sipus palus etiam siue lacus ad Sipuntem: quod ędificiũ creditur Diomedis. distat a Salapia stadijs centũ & quinquaginta. Gręci eam Sipuntẽ nuncupant ab eiectis fluctu Sepijs. Inter Salapiam & Sipuntem fluuius

Gargan9. est & lacus. Torquens, inflectens. Garganus Ante sinũ Adriacum promontoriũ est Garganus qui ad stadia trecenta protendit̃ in pelagus orientem prospectans. Obnoxius: q̄a latera ad hos vẽtos versa habet. a sinistra em̄ Boream & Dalmatiam: a dextra Calabriam & meridiem spectat. Ipse petit. Composita seditione ad Placentiam Cæsar Romã se cõtulit: & cum nec Senat9 nec Cõsul ip̄m eligeret seip̄m dictatorẽ nominauit vt scribit Appianus. Sed dictaturam vltra dies nõ gessit vndecim: vnde consulem se creauit, Põpeiũq; Isauricum collegam sibi assumpsit. Pręto-

tudine pręmij p̄concepti ad reconciliationẽ inuitat militẽ. Certe ego geram iã. i. deinceps bella mihi. i. ad vtilitatẽ meã, quia nouo militi non tantum debebo. discedite castris. s. meis: & o Quirites. s. ignaui, tradite nostra signa viris. s. fortibus. At. i. licet abire vos permitto, tñ nõ Cæsar. i. non Cæsaris vsus aut vtilitas, sed pœna. i. punitio & aĩaduersio, tenet. i. retinet ne discedant, paucos (quod bene dicit ne si multos diceret: & multi sibi timerent: in ducem impetum facerent.) quib9 authoribus i. compulsoribus, hæc rabies. i. rabiosa seditio, arsit. i. tantũ incensa est. Procumbite terra. i. in terram vos ad genua demittite: & tendite. i. extendite, caput. s. vestrum infidum, sup. feriendũ: & colla infida, ferienda. s. securi. Et tu Tyro rudis quo solo i. cuius soli9 robore stabunt castra. s. mea, specta pœnas. s. veteranorũ seditiosorũ: & disce ferire. s. nocẽtes: & disce mori. i. moriendũ tibi esse si quid tale moliaris. Vulgus iners. i. sine industria animi, si em̄ animosi fuissent non tot vni supplicia dedissent, tremuit sub sæua. i. magnifica & immiti voce minãtis. s. Cæsaris. & tam magna multitudo iuuenũ, factura. i. talis q̄ facere posset, vnũ caput. i. Cæsarem ip̄m, priuatum. i. sine imperio, quia si ip̄m deseruissent nullum fuisset illi imperium, nec magistratus alius, timet vnum caput. s. eundem Cæsarem. velut. i. perinde ac si Cæsar moturus. i. in cædem cõpulsurus ferrum. i. enses, milite inuito. i. nolente quẽq̄ ferire, imperet ipsis ensibus: vt per se feriant.

Ip̄e pauet ne tela sibi dextreq; negentur
Ad scelus hoc Cæsar: vicit patientia sæui
Spem ducis: & iugulos nõ tantũ p̄stitit enses.
Nil magis assuetas sceleri q̄ perdere mentes
Atq; perire timet. tam diri fœderis ictu
Parta quies: pœnaq; redit placata iuuentus.
Brũdusiũ decimis iubet hãc attingere castris:
Et cunctas reuocare rates: quas aui9 Hydrus
Antiquusq; Taras secretaq; littora Leucę:
Quas recipit Salapina Palus: & subdita Sip9
Montib9: Ausoniã qua torquens frugifer orã
Delmatico Boreę Calabroq; obnoxi9 haustro
Appulus Adriacas exit Garganus in vndas.
Ip̄e petit trepidam tutus sine milite Romam
Iam doctam seruire togæ: populoq; precanti
Scilicet indulgẽs summum dictator honorẽ
Contigit: & lętos fecit se consule fastos.
Nãq; oẽs voces per quas iam tẽpore tanto
Mentimur dñis hęc primum repperit ætas.
Qua sibi ne ferri ius vllum Cæsar abesset
Ausonias voluit gladiis miscere secures.
Addidit & fasces aquilis: & nomen inane
Imperii rapiens signauit tempora digna
Mœsta nota. nã quo melius Pharsalic9 annus

Consule notus erit: Fingit solennia campus:
Et non admisse dirimit suffragia plebis:
Decantatq tribus: & vana versat in vrna.
Nec caelum seruare licet: tonat augure surdo.

Ipse pauet. Ordo est. Ipse Caesar, quasi diceret caput belli: & quē cūcti pauebāt, pauet. i. timet hoc solū, ne tela. i. arma inua sua eminus: & ne dextrae, quae tela iaciant aut emittāt, negent sibi ad hoc scelus. s. coeptū in ciuili bello mouēdo. Patiētia. s. militū. i. tolerantia malorū & obedientia in duris imperijs, vicit. i. superauit: & excessit spem ducis. i. Caesaris, quia plus facere parati erant q̄ ille sperauerat: & patientia militis aut miles ipse, prestitit. s. Caesari iugulos. s. suos petendos gladio, nō tm̄ i. nedum (quod minus est) enses. i. tm̄ abfuit vt illi enses negarēt vt etiā iugulos prestarent. Caesar aūt nil timet magis. i. vehementius q̄ perdere. i. amittere mētes. s. Veteranorum, assuetas sceleri: atq sup. eas perire. i. q perirēt & non exequerent impia iussa. Quies. i. cessatio tumultus & recōciliatio Veteranorū cū duce, parta sup. est, ictu tam diri foederis, in quo feriēdo nō porca foede mactabat sed miles rebellis: & iuuētus redit ad Caesarē, placata. s. Caesari cui infesta fuerat, poena. i. p poenā quā dedit, cū sperauerit Caesarē poenā daturum. Et Caesar iubet hāc s. iuuentutē placatā, attingere. i. ingredi Brūdusium, decimis castris. i. postq̄ decies castrametata fuerit. i. intra decē dies: & iubet sup. eam reuocare cūctas rates. i. naues, quas recipit Hydrus fluuius Apuliae, auius. i. flexuosus: & Taras fluui⁹ iuxta Tarētū, antiquus. i. nobilis aut ab antiquo sic dictus sup. recipit: & quas littora secreta Leucę oppidi iuxta Tarētū sup. recipiūt: & quas palus Salapina, q̄ iuxta Salapiā vrbē in Apulia ē recipit: & quas Sipus etiā lacus Apuliae subdita mōtibus, supple recipit: qua sup. pte Gargan⁹ appulus. i. mons Apulię, frugifer & torqns. i. inflectēs orā Ausoniā. i. Italicā ab Ausone denominatā: & obnoxius. i. exposit⁹ & quasi debitor petitus, boreę. s. vēto, Delmatico. i. a Delmatia flanti in sinistrum lat⁹ ei⁹: & austro Calabro. i. a Calabria in latus dextrū flanti, exit. i. terminatur & pminet in vndas Adriacas. i. maris supi seu Adriani. Ipse. s. Caesar milite iam pręmisso Brūdusiū petit Romam trepidam. s. propter aduentū eius, existens tutus sine milite. i. sine psidio aut satellitio militari. Romā dico, doctā iā seruire togae. i. etiā inermi vt Caesari sine milite. Silicet Ironia est. q. d. scire licet qua fidutia id fecit, quia indulgēs. i. indulgēter oia q̄ volebat concedens populo precanti. i. suppliciter oranti vt dictaturā acciperet: quod tamē nequaq̄ fecit: immo seipsum dictatorē ppetuū noiauit: contigit. i. cum difficultate obtinuit summum honorem existens dictator. s. a seipso creatus: & fecit fastos laetos, etiam Ironiam habet, se consule. quia nomē suum in principio fastorū illius anni poni permisit. Nāq (confirmatio Ironiae). q. d. ideo fecit laetos: quia haec aetas qua Caesar dominium occupauit: repperit primum. s. in vno homine omnes voces. i. compellationes vt sunt diuus imperator, Augustus, pater patriae, conseruator vrbis, fundator quietis &c. per quas voces nos mentimur iam multo tempore dominis. i. tyrannis. i. per quas compellando tyrannos mēdaciter, nos illis complacemus. qua. s. aetate Caesari voluit miscere gladijs. s. tyrannicis secures Ausonias. i. Italicas, hoc est potestates consulares, authoritate Senatus populiq Romani acceptas: ne vllum ius ferri abesset sibi. i. vt omni iure videatur bellum gerere: nā dictatori & consulibus eius summa potestas erat: & addidit aquilis. i. imperio, fasces. i. cōsulatum, hoc est fact⁹ ē simul rex & dictator, Imperator perpetuus & consul. & ipse rapiēs nomen imperij. i. imperatoris, inane. i. vanum & sine re: quia qui imperator vocabatur tyrannus erat. signauit tempora moesta videlicet in quibus bellum Pharsalicum commissum est: nota digna. i. praescriptione nominis sui quod eius belli infelicitares in prouincias misit. M. Lepidū in Iberiā Albinū i Siciliā. Peduceū in Sardiniā. Decimū vero Brutū Gallię pfecit: & collatis multis in populū bñficijs Brūdusium iter arripuit. Togae, ipsi Cae. inermi & vim nō inferenti. Populoq pcāti. Ironia est. nā Cae. scribit se apd Massiliā cognouisse legē de dictatore latā: seq dictatorē a. M. Lepido dictum. Indulgēs. obtēperans. Laetos. Ironia. Nāq. confirmat Ironiā. Oēs voces. vt sunt diuus. Imperator, Augustus, Pater patrię, fūdator quietis &c. Dñis, tyrannis. Qua ętate. vt plenam Cę. potestatē haberet. Gladijs secures: cōsulatū tyrannidi. Fasces aquilis, cōsulatū imperio. Imperatores eñ aquilas gerūt & arma, cōsules fasces & secures. Inane, vanū. nā re vera is Imperator dicit nō qui tyrannus est, sed qui victori exercitui pręest. Moesta, pter seruitutē & bella ciuilia. Nota digna, digno conuenienti & apto: q se consule facta est caedes Pharsalica. Cāpus, populus ad Martiū campū cōueniens. Metonymia. Fingit solennia, fingit comitia non facit vere. Dirimit suffragia: diuidit fautores. Admissę, ad suffragandum: & paucis morē comitiorum complectitur. Decantat. nominatim citat. Trib⁹, noia tribuū. Vana. quia populus infrequēs erat: & fingebāt se ex omniū consensu creare magistratus. Nec caelū. & q̄q̄ sine auspicio magistratus creari nō solerent: tm̄ nō obseruabant tonitrua & aues, psperaq esse auspicia mētiebātur. Surdo, dissimulante audire. Nā tonāte & fulminante Ioue comitia haberi fas non erat. Ci. Philippica quita his verbis docet. Ioue eñ tonante cū publicę res agi non esse fas quis ignorat?

Impator.

Vicit patientia. s. militū. Sequi spem ducis. Caesar nūq̄ tātū sperasset vt milites seditiōis authores se iugulari paterent. Tā diri foederis ictu parta quies. cōpressa est seditio interfectis seditionis authorib⁹: quorū sanguine ictū est foedus. Nam foedera fieri solebāt caeso saxo silice porco: vt ait Liuius. Vnde dicitur foedus a foedo. i. cruentato porco: qui saxis feriebat in foedere: vt ait Seruius. Redit s. ad voluntatē Caesaris. Placata poena. i. sūpto supplicio de nocētibus. Iuuētus. s. multitudo militū. Brundusiū decimis iubet hāc attingere castris. Caesar cū dictaturā per vndecim dies in vrbe Roma obtinuisset, & cōsul cū P. Seruilio creat⁹ esset, peractis latinis ferijs, comitijsq oib⁹ atq negotijs perfectis, dictatura se abdicat: vt ipse scribit in Cōmētarijs: & ab vrbe pficiscit: Brundusiumq peruenit. Eo legiones. xij. equitatū omnem venire iusserat. Sed tantū nauiū reperit vt auguste. xv. milia legionariorū militū & quingenti equites trāsportari possent. Nunc ait Lucan⁹ Caesarē iussisse vt illa legio q̄ seditionē concitauerat Brundusium se conferret decimis castris. i. decē diebus. Modus loquendi est apd historicos, & frequens apud Caesarem & Liuiū: vt quartis, decimis, ternis, & similib⁹ castris, pro dieb⁹, exercitū aliquo peruenisse dicant. Quas auius Hydrus. Hydrus siue Hydruntū oppidum est Calabriae: ad discrimen vt ait Plynius Ionij Adriaticiq maris: qua i

BERO.

Greciam est breuissimus transitus. Auius.i. inaccessus. Antiquusq; Taras. Tarētum intelligit, a Tara heroe nuncupatum vt Seruius & Strabo referunt. Hic Hydrus & Taras pro fluminibus accipi videtur. Secretaq; littora Leucę. Leuca vrbs est Apuliæ nō grandis: vt ait Strabo. vbi fons est fœtidi odoris aquam effundēs: quo fabulant̄ gigātes Leuterinos cruorem abluisse. eam ob rem & litt⁹ illud Leuterinum appellari. Distat Leuca ab Hydrunte. cl. stadijs vt refert Strabo. Salpina palus est in Apulia prope Salapiam, quę Annibal̄ meretricio amore inclyta ē: vt scri-

te infame efficiebatur quia in eius cōsulatu fiebat. nam quo.i. per quem, erit annus Pharsalicus.i. in quo Pharsalicum bellū gestum est: notus melius.i. aptius. consule.i. q̄ per cōsulem: q. d. nullo & per nullū, cum a Cōsule denominetur annus. Campus.i. populus in campo: fingit solennia.s. ad debitam electionem adhibēda, & dirimit.i. diuidit & distinguit suffragia id est puncta & vota seu voces vt dicunt, plebis non admissæ.s. ad comitia: & decātat.i. nominatim citat: trib⁹.s. Romanas: & versat in vrna vana.i. mendaci vtpote fingēte se omnium nomina tenere vt sorte exirent ad electionem faciendam. Nec licet seruare.i. obseruare cælum.i. tempestatem aeris, tonat augure surdo.i. fingente se non audire.

bit Plynius. Et subdita Sipus mōtibus. Sipus siue Sipuns siue Sipuntum, tot enim modis dicitur, ciuitas ē Apuliæ a Diomede ædificata vt ait Strabo. Græci Sepiuntem nuncupant, ab eiectis e fluctu sepijs. Appul⁹ Adriacas exit Garganus in vndas. In Apulia promontoriū montis Gargani ambitu cōtinet centū. xxxiiij. milia passuum: vt scribit Plynius. Horatius. Garganum mugire putes. Est autem Garganus exposit⁹ boreę quem Dalmaticum appellat, flantem e Dalmatia quę e regione spectat Garganum. Ipse petit trepidam. Cæsar Hispaniensi confecto bello Massiliaq; in potestatem redacta legiones in Italiam mittit: ipse ad vrbem proficiscit̄. vt tradit ipse in commentarijs. Summum dictator honorem contigit. Dictator a dicendo dictus potestatem regiam obtinebat. erat aūt semestris. Alio nomine dicitur magister populi. Authores Cicero, Varro, Seneca. a M. Lepido Cæsar dictator dict⁹ est. Et lætos fecit se consule factos. Dictatore habente comitia Cęsare consules creant̄ Iulius Cæsar &. P. Seruilius. In fastis libris nomina nouorum consulum pręscribebant̄ Omnes voces.s. adulatorias. Mentimur dominis, cos falsis laudib⁹ decorando. Ausonias voluit gladiis miscere secures. Cæsar vt quemadmodum gladij ita & iuris haberet potestatē miscuit secures Ausonias gladijs i. consularem potestatem. Lictores eñ gestabant secures: vt supradictum est. Nomē inane imperij. Cæsar habebat potestatem imperatoriam. Vnde nomen consulis quo decoratus est, erat inane sine viribus. Digna nota.i. nomine suo. nā in fastis scriptum est Seruilio & Cæsare cōsulibus. Fingit solēnia cāp⁹. In Cāpo Martio tribus dabant suffragia ad creandos consules in libertate quam vt videret̄ seruare Cæsar voluit in sui consulatus petitione adhiberi omnia solennia: ne videret̄ per vim inuadere cōsulatū. Decantātq; tribu. Popul⁹ Romanus erat diuisus in. xxxv. curias quas tribus appellant vt ait Liuius. Tribus ergo decantabant solum nomen Cæsaris vel campus.s. Martius decantat nomina Tribuum quę in vrna condebant̄, deinde citabantur secundū sortē egredientiū. Nec cælum seruare licet: q̄n tonabat vel fulgurabat dū magistratus crearētur suffragia dirimebant̄ & illud erat seruare e cælo vt Cicero & Plutarchus ostēdunt. Verum nunc tonabat visebātur aues mali ominis: & augures Cæsari assentantes dicebant auguria esse auspicatissima. Hæc Beroaldus: q in annotationibus sic disserit.

¶ Apud eundem in quinto Pharsaliæ scriptum est. Nec cælo seruare licet tonat augure surdo. quo versu plane signat poeta omnē augurū disciplinā omnēq; ritū priscorū in creandis magistratib⁹ fuisse sublatū: postea q̄ ad vnū Cæsarem cuncta delata fuerunt: qui dictator, qui consul creatus est, pręuaricato omni iure auspiciorum. In commentarijs eñ augurū scriptū erat. Ioue tonāte, fulgurāte, comitia populi habere nephas. hoc vt Cicero autumat, reipu. causa constitutū est. comitiorū eñ nō habendorū causas esse voluerunt. itaq; fulmen vitium solum esse comitiorum: q̄d idē omnibus rebus optimū auspiciū habebatur, si sinistrum fuisset. quando igitur comitia Romæ habebantur causa magistratuū creandorum solebant augures de cælo seruare, hoc est diligēter inspicere si aut fulmen vidissent aut tonitrua audiuissent: qua re p augures nuntiata, illi magistratus vitio creati esse dicebant̄: & ita se abdicare cogebant̄. nāq; vitiū teste Donato secūdū augures est, si tonet tantū: vitiū & calamitas si tonet & grandinet simul & fulminet. Inde vitiosi magistratus vitio creati dicuntur apud historicos: & hoc est quod ait Liuius expugnatum esse: vt vitiosus dictator p augures fieret. & alibi inquit. Marcello consulatum ineunti cum tonuisset, vocati augures vitio creatum videri pronuntiauerunt. Mendū est manifestarium in codicib⁹ Liuianis impressis vnius literæ immutatione. nam p tonuisset impressum est passim tenuisset. Cicero in Antonianis vitiosum consulem appellat, hoc est vitio creatū, ex augurū disciplina, q nuntiationē habebant: qua comitia auspicijs vel impedire vel vitiare possent: & p̄prie hæc obnūtiatio dicebatur. & obnuntiare dicunt̄ augures, q aliq d mali ominis sæuumq; viderint. Obnuntiatio eñ quasi mali ominis nuntiatio est id quod etymologia verbi significat. inde apud scriptores idoneos idētidem reperies mētionem fieri obnūtiationis: & hoc est quod sepissime legimus apud Ciceronem. Clodium tulisse legē ne quis de cælo seruaret, ne quis obnuntiaret: propter quam rogationē obnuntiatio (vt inquit Ausonius) qua perniciosis legibus resistebatur, erat ablata. & de hac obnūtiatione apud Tranquillum docuim⁹ esse intelligendū in eo loco. Lege Agraria p̄mulgata, obnuntiantē collegam, armis foro expulit. Sensus Lucani hic est: non licet Cæsare dominante & consulatum per vim occupante, comitiaq; cōsularia ex animi libidine habēte, seruare de cælo, nec obnuntiare per augurem, si vitium & calamitas interuenissent: hoc est fulminasset aut tonuisset: immo augeres surdos se esse simulāt: si tonitrua in comitijs audiuerint: nec Cæsari obnuntiare audent. Ex quo docet nullis auspicijs Cæsarem creasse se consulem: calcata pollutaq; omni augurum disciplina. Illud ad despectionem in auguralibus poni antiquitus pro inspectione. quia ius sacrorum authore Festo, augures habuerunt inspectione: vt videlicet auspicio rerum quas vidissent rem gererent. Olim augurib⁹ spectio data fuit sine nuntiatione, qui mox nuntiationem habuerunt de qua dudum dictum est.

SVLPITIVS.

¶ Et lætę iurantur aues. Et cum apparuisset mali augurij bubo iurabant auspices felicia

¶ Et lætæ iurantur aues bubone sinistro.

Inde perit primũ quondã venerãda potestas:
Iuris inops. careat tantũ ne nomine tempus:
Menstruus in fastos distinguit sæcula consul.
Necnon Iliacę numen quod pręsidet Albæ
Haud meritum latio solennia sacra subacto:
Vidit flãmifera confectas nocte Latinas.
Inde rapit cursus: & quę piger Appulus arua
Deseruit rastris: & inerti tradidit hęrbę:
Ocyor & cæli flammis & tigride foeta
Transcurrit: curuiq; tenens Minoia tecta
Brundusii clausas ventis brumalibus vndas
Inuenit: & pauidas hyberno sydere classes.
Turpe duci visum est rapiendi tempora belli
In segnes hęsisse moras: portuq; teneri:
Dum pateat tutum vel nõ felicibus æquor.
Expertes animos pelagi sic robore complet.
Fortius hyberni flatus cælumq; fretumq;
Quũ cepere tenent: q̃ quos incũbere certos
Perfida nubiferi vetat inconstantia veris.
Nec maris anfract⁹ lustrãdaq; littora nobis:
Sed recti fluctus: soloq; aquilone secandi.
Hic vtinam summi curuet carchesia mali:
Incũbatq; furens & Graia ad mœnia perflet:
Ne Pompeiani Phęacum e littore toto
Languida iactatis cõprẽdant carbasa remis.
Rumpite quę retinẽt felices vincula proras.
Iamdudum nubes & sæuas perdimus vndas.
Sydera pria poli Phœbo labẽte sub vndas
Exierant: & luna suas iam fecerat vmbras:
Tum pariter soluere rates totosq; rudentes
Laxauere sinus: & flexo nauita cornu
Obliquat læuo pede carbasa: sũmaq; pãdens
Suppara velorum perituras colligit auras.

¶ Et lętę &c. Prosequit̃ auspiciorũ corruptionem dicẽs. Et bu
bone existẽte sinistro. i. infausta & mali augurij aue, aues lætę.
i. felices & p̃spera portendẽtes, iurant̃. s. ab auguribus visę fu-
isse in captandis auspicijs. Inde. i. ex illo tpe, perit primũ pote
stas. s. consularis, quia Cęsar se cõsulẽ creari fecit nõ legitime:
potestas inquã, venerãda quondã. s. ab eo tpe quo primũ exa
ctis regibus fuit cõstituta: existẽs inops iuris. i. oppressa vi: &
iniuste inita a Cęsare: & ab eo nullo iure futuris derelicto. tm̃. i.
se auspicia habuisse. nam lecti magistrat⁹ ni-
si ab augurib⁹ approbarent̃ priuabant̃. Inde
ex illo tpe. Potestas, consularis. Potestas iu-
ris inops, oppressa vi, non defensa: & quę ne
quit dignitatem retinere. Tãtũ, tantũmodo.
¶ Securus. Cōstruit cū superiori sic. Pauit inq̄t scintillā ex n̄is secur⁹ belli. i. nihil timēs a bello: q̄a scit casas non esse p̄dā. i. dignas quæ ꝑ præda diripiātur: armis ciuilibus. i. ciuilia bella gerentium. O facultas vitæ pauperis, tuta. s. a direptione, & insidijs, & o lares angusti. i. domus exiles: & o munera. i. dona, deum. i. deorum, videlicet paupertas, nondum intellecta, scilicet a mortalibus. Christus tamen ea docuerat: sed suos. quibus tēplis munitis religione, aut quibus muris. i. mœnibus vrbium, potuit cōtingere hoc. s. q̄d cōtigit casę, videlicet nullo tumultu trepidare, manu Cæsarea. i. ipsi⁹ Cæsaris pulsante: quasi dicat nullis. Tū. i. deīn, poste. i. cardie aut ostio, recluso. i. apto ab Amycla, dux. s. Cæsar ait. Expecta. s. a me, maiora votis modestis. i. q̄ modeste ausis optare: & o iuuenis. s. Amycla laxa. i. extēde, tuas spes: si tu secut⁹ iussa. s. mea, vehis me sup. in hespiā . i. Italiā: tu nō debebis vltra carinę. i. nauiculę tuæ cūcta. s. q̄b⁹ viuas: & nō debebis duxisse manib⁹. i. vt sustētes manib⁹, senectā. s. tuā inopē. i. indigētē: quia inops nō erit cum ex me satis tissimum. Prębere fata: committere sortem. Deo, fortunæ vel bono euētui. Plebeio amictu, seruili veste. Indocilis loq priuata. nesciens loqui: vt deceret priuatum quem simulabat: sed magnis pollicitationib⁹, & verbis principis vtebatur. Credere, cōmittere nos. Nam sol. Sole enim occidente non apparuerūt nubeculæ rubræ: quæ futuram indicant serenitatem: vt Plinius tradit: sed in diuersas partes radios sol emisit: ita vt hinc notū: hinc Aquilonē portēderet. nam sic sparsi radij in ortu pluuiam, & ventos Plinio authore significant. Concordes, vnicolores & pares, sed diuersos. Altera, dextra. Vocabat, portēdebat Diducta luce, diuisis radijs. Exhaust⁹. Quū sol apparet, aut occidit in medio concauus, & obtusus tempestatem portēdit. Languēs debilis. Spectantisq; oculos. spectari potuit non læsa acie aspicientis. Languida, non clara: nam nigra pluuias portēdere creditur: vt Plinius inquit: & si splendens exorta puro nitore fulserit serenitatem. Surrexit, apparuit. Non gracili, non tenui, sed obtuso & crasso. vel legatur surrexit non lucida cornu gracili: nam si cornu lunæ acuminatum, atq; rigidū sit, illum pręsagit ventum in quē versum est. Inferius haustrum. vtraq; recta noctem ventosam. Haud exesa, corrosa: sed cōtinens in medio, & concauitate nubem. Recto cornu. Si quarto die luna erit directa magnam tempestatem in mari præsagiet, nisi si coronā circa se habebit, & syncęram. Rubuit. Vergili⁹: Vento semper rubet aurea Phœbe. Nota, signo & argumento. Tum, præterea. Pallens. quod est tempestatis indicium. Vergi. Luna reuertētes cum primum colligit ignes: Si nigrum obscuro comprēderit aera cornu: Maxim⁹ agricolis pelagoq; parabitur hymber. Lurida, supra modum squalida. Tristis, obscura ob futuram tempestatem. Mot⁹ nemorum. syluarum mugitus hyemē futuram denuntiat. Nec littoris ictus. Mare si tranquillo portua cursu stabit, & murmurauerit intra se, vētum prædicit: si identidem hyemem, & hymbrē. Delphin. Delphini tranquillo mari lasciuientes ventum ex qua venerint p̄te flaturum demōstrant. Incertus, dubius quo tēdat: quo indicatur diuersos vētos flaturos. Mergus. Mergi volucres quæ vrināt, aut maria, aut stagna: fugientes tempestatem significant. Vergi. Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis: Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi: Clamoremq; ferūt ad littora. Ardea, auis alba quę in medijs arenis tristis hymbrē indicat: & etiam quum altior volat. Verg. Notasq; paludes deserit: atq; altam supereuolat ardea nubem. Confisa natanti pennæ: quæ solet natare, & fidere mari. Q̄q; caput. aliud a cornice præsagium, q̄ quum vagatur per littora, & tanq̄ irrorare se gestit, tempestatem denuntiat. Gressu instabili. Vergil'. Tū cornix plena pluuiam vocat improba voce: Et sola in sicca secum spaciatur arena. Poscunt, requirūt vt nauigemus. Prębere manus: rem manibus aggredi. Vel hoc potius. vel mare, vel venti ꝓhibebūt me tibi obtemperare: potius q̄ ego.

Signa tempestatis.

Delphin.

Mergus.

Ardea.

Cornix.

BERO.

¶ Esse casas. Casa est domus pauperis a cadendo dicta: vt ait Festus. O munera nondum intellecta deum. Laudãs paupertatẽ dicit eam eẽ munus deorum: cuius bonitatem mortales diuitijs inhiantes nondum intelligũt. cum paupertas sit læta, & tranquillior, & tutior diuitijs: quas sollicitudo semper comitatur. Tum poste recluso .i. patefactis foribus. Dux ait. s. Cęsar. Expecta votis maiora modestis. Vota pauperis, & nautę qualis erat Amyclas, sunt modesta, & modica: quia paruo sunt contenti. Ait ergo nũc Cæsar Amyclam debere expectare maiora a se votis mediocribus. Laxa. i. largiores facito: quia dabo tibi maiora commoda tua spe. Me vehis hesperiam. i. Brundusium, in Italiam. Cũcta carinę debebis. Nauta debet sua bona naui: quoniam ea sibi parat viaticum. Angustos implere penates. Ne cessa inquit Cęsar o Amycla implere domum tuam angustã maximis opibus quas tibi congeram. Plebeio tectus amictu. erat em̃ Cæsar ne cognosceretur veste seruili indutus. Indocilis priuata loqui. qui nesciebat loqui tanq̃ priuatus pollicebatur enim maria, & montes more regio. Nam sol non rutilas deduxit in æquora nubes. Ponit signa, & enumerat ꝓgnostica futuræ tempestatis in quo imitatꝰ est Vergilium eadem tradẽtem in Gęorgicis. Quãdo nubes rutilantes descendunt in mare cum sole: significãt serenitatem futuræ diei: vt ait Plinius. Concordesq; tulit radios. subaudi non: vt intelligas sol non tulit radios cõcordes: nam in ortu & occasu solis si radij spargẽtur partim ad haustrum: partim ad Aquilonem pluuiam ventosq; significabunt. author Plinius. & ita nunc ait Cæsari Amyclas diductos scilicet solis radios, partim ad notum ventum meridianum, partim ad Boreã septentrionalem. Orbe quoq; exhaustꝰ medio. Sol concauus oriens pluuias prædicit.

Lunaq; non gracili. Luna nigra pluuias pertendere creditur cuius cornua erecta ventos significãt obtusa pluuiam. author Plinius.

diuitiarũ sit acceptura. Ne cessa. i. noli cessare ꝑbere deo. s. fortunæ, tua fata. i. cõditionem tibi oblatam: deo inquã volẽti implere penates tuos angustos. i. domũ tuam angustam, & exilẽ: opibus subitis. i. repente aduenientibus. Cæsar fatur sic: vt dictum est. i. magnifice: sed ne ꝑter decorũ fecisse videatur, addit q̃q̃ tectus amictu plebeio. i. vili & vulgari: tamen sup. fatur indocilis loqui priuata, id est congrua priuato, & plebeio. Tum Amyclas pauper sup. ait. Quidem. i. certe o hospes, multa ꝓhibent credere. i. ne credã nos, ponto nocturno, id est tempore noctis huius. Nam sol non deduxit in æquora, id est secum cũ descenderet in mare, nubes rutilas. i. rubicundulas, & sup. non deduxit in æquora radios cõcordes, id est vnicolores. Altera pars Phœbi, id est color alterꝰ partis solis, vocabat luce diducta, id est radijs diuisis, noton, id est vẽtum haustralem (q̃a prima corripitur non scribetur hic notum ne vltima pars abijciatur) & altera pars vocabat. i. portendebat Boream. i. vẽtum septentrionalem noto oppositum: quoq; ꝑ et sol recessit exhaustus id est concauus, medio orbe id est globo suo: & languens id est suppallidus, passus, id est admittens lumine scilicet suo infirmo id est debili: oculos scilicet meos, & aliorum spectantes. Quoq;. i. & insuper luna surrexit languida, cornu nõ gracili, id est nõ acuto: sed obtuso. aut legatur cum Aldo lucida: vt sit luna non surrexit lucida gracili cornu: hauđ id est nõ exesa, id est nõ habens exesos, recessus medij orbis, & ita puros: sed scabros: nec duxit cacumina, id est summitatem suam: tenuata, id est subtiliata cornu recto, sed obliquo: & rubuit nota, id ẽ cum signo, & indicio ventorum. tum id est insuper luna pallẽs tulit, id est protulit, ora lurida, id est supra modum squalida: existens tristis vultu ituro sub nubem, id est talis quæ se paulo post nube tegat. Sed præter hæc cælestia signa, nec motus nemorum, id est syluarum agitatio, placet mihi: nec ictus, id ẽ percussio littoris placet mihi: nec ꝙ Delphin incertus quo tendat, prouocat id est lacessit ęquora, placet mihi: aut ꝙ mergus auis amat sicca, & ꝙ ardea ausa est volare sublimis cõfisa pẽnę natanti, scilicet per aera, id est volanti: & ꝙ Cornix spargẽs caput vndis. i. aquis velut occupet, id est præueniat hymbrẽ: metitur scilicet spatiando, littora, gressu instabili id est vago, sup. placet mihi. De qua re vide post Beroaldum ãnotata eiusdem Sed si discrimina magnarum rerũ, quæ non fiunt sine magno periculo, poscunt id est exigunt audaciam in nauigãdo: haud dubitem prębere manus. i. aggredi rem manibus: vel tangam littora iussa. s. a te: vel pelagus, & flatus, id est ventus negabũt hoc potius, scilicet q̃ ego.

Puros exesa recessus. Si caligo orbem lunæ obscurauerit ventos significat. tunc habet recessus exesos, id est voratos. Ventorumq; nota rubuit. Luna rubicunda ventos significat: author Plinius. Vnde ait Vergilius. Vento semper rubet aurea Phœbe. Tum lurida pallens ora tulit. Luridus significat supra modum pallidum: vt ait Festus. Inde Lurida aconita dicuntur ab Ouidio. Sed mihi nec motus nemorum. alia præsagia futuræ tempestatis, ꝙ scilicet motus nemorum ventos significat: vt ait Plinius. & Maro. Et nemorum increbrescere murmur. Nec littoris ictus. Littora resonantia pręsagiunt asperã tempestatem. Vergilius. Aut resonantia longe æquora misceri. Nec placet incertus ꝙ prouocat ęquora Delphin. Delphini vt ait Plinius, tranquillo mari lasciuientes flatum ventorum præsagiunt. Item spargentes aquam. Item turbantes tranquillitatem. Aut siccum ꝙ mergus amat. Mergi maria, aut stagna fugientes, & sicca terra gaudentes tempestatem denuntiant. Vergilius. Quum medio celeres reuolant ex ęquore mergi. Ardea sublimis. Ardea auis est dicta quasi ardua: vt ait Seruius. quæ cum altius volauerit tempestatem significat. Vergiliꝰ. Altam supra volat ardea nubem. Spargẽs caput. Cornix sese ꝑfundens significat pluuiam: vt ait Plinius. Instabili gressu metitur littora cornix. Cornices clangores dantes, & in arena sicca spatiantes tempestatẽ significant. Vnde ait Vergilius. Tum cornix pluuiam plena vocat improba voce. Et sola in sicca secum spaciatur arena. Metitur ergo. i. spaciatur in littore.

¶ Idem in Annotationibus in Seruium dicit sic.

EX ANNOTATIONIBVS.

¶ Si Seruiꝰ curiose pẽsiculateq; annotasset ꝓgnostica tẽpestatũ: q̃ a Vergilio referunť, q̃ exeqť Lucanꝰ, q̃ enumerat Piniꝰ: ꝑfecto nõ dixisset bis idẽ dici a poeta in expositiõe carminis Maroniani. Nãq; aliud est haud dubie fragor in mõtibꝰ, tumor in mari: aliud sonitꝰ littoꝝ, aliud mugitꝰ nemoꝝ. Proiñ ad expositionẽ Vergilianorum ꝓgnosticoꝝ subiungemus verba Plinij ex libro. xviij. quæ ita aperte, ita eleganter enarrant dicta poetæ: vt ab interprete nullo aptius elegantiusve possint enarrari. Verba Plinij sunt hæc. Est & aquarum significatio. Mare si murmurauerit intra se ventum prędicit: si idẽtidem, & hyemẽ, & imbrem: littoris ripęq; si resonabunt tranquilla asperam tempestatem. & mox paulo. Sæpe & silentio mare intumescit, flatuq; altius solito: iã intra se esse ventos fatetur. Equidẽ & montium sonitus nemorumq; mugitus prædicunt tempestatem. Hæc

verba Plinij adeo poetę carminibus conueniunt: adeo quadrant: vt alter ab altero mutuatus esse videatur. & Lucanus Vergilium (vt arbitror) imitatus: talia quoq; & ipse tempestatum pręsagia recēset in .v. scribēs. Sed mihi nec motus nemorum, nec littoris ictus. & paulopost. Turbida testantur conceptos ęquora ventos. & Si murmura ponti consulimus Cori venient in mare.

Hæc fatus: soluēsq; ratē dat carbasa ventis.
Ad quorum motus nō solum lapsa per altum
Aera dispersos traxere cadentia sulcos
Sydera: sed summis etiam quæ fixa tenentur
Astra polis sunt visa quati. niger inficit horror
Terga maris: longo ꝑ multa volumina tractu
Aestuat vnda minax: flatusq; incerta futuri
Turbida testantur cōceptos æquora ventos.
Tūc rector trepidæ fatur ratis. Aspice sęuum
Quāta pet pelag⁹: zephyros ītēdat an euros
Incertū est: puppim dubius ferit vndiq; pōt⁹.
Nubibus & cælo notus est: si murmura ponti
Cōsulim⁹: veniēt Cori in mare gurgite tanto
Nec ratis Hespias tāget nec naufragus oras.
Desperare viam & vetitos conuertere cursus
Sola salus: liceat vexata littora puppe
Prendere: ne longe nimium sit ꝓxima tellus.
Fisus cuncta sibi cessisse pericula Cæsar
Sperne minas inqt pelagi: ventoq; furenti
Trade sinum: Italiam si cælo auctore recusas:
Me pete: sola tibi causa est hęc iusta timoris
Vectorē nō nosse tuum: quem numina nunq̄
Destituūt: de quo male tūc fortuna meretur:
Quū post vota venit: medias prorūpe ꝓcellas
Tutela secure mea: cęli iste fretiq;
Nō puppis nostrę labor est: hāc Cęsare ꝑssam
A fluctu defendet onus: nec longa furori
Ventorum sęuo dabitur mora: ꝓderit vndis
Ista ratis: nec flecte manus: fuge ꝓxima velis
Littora: tū Calabro portu te crede potitum
Cum iam non poterit puppi nostræq; saluti
Altera terra dari. quid tanta strage paretur
Ignoras: quęrit pelagi cæliq; tumultu
Quid prestet fortuna mihi. Non plura locuto
Auulsit laceros percussa puppe rudentes

SVLPI. ¶ Dat carbasa ventis, nauigat. Q uorū, carbasorum. Non solum. Tāta fuit fulminum spissitudo fulgetrorumq; densitas: vt viderentur sydera innumera e cælo labi, & nō modo ea quæ sunt in inferioribus cælis: sed quæ in summo, & stellato, viderentur quassari. Plinius ait. Fieri videtur & discursus stellarum, nunq̄ temere: vt non ex parte truces venti coriantur, & ex ijs tunc ꝓcellæ in mari terrisq;. Sulcos, vias & limites. Cadentia, quæ cadere videbantur. Astra, signa ipsa Zodiaci. Niger horror, obscura tempestas. Inficit terga: maculat superficiem. Volumina, inuolutiones vndarum. Tractu, spatio: quod est argumentum maioris tempestatis. Minax, prænuntians tempestatem: sed non a certo vento orituram. Conceptos, flaturos & paratos. Sæuum, tumens. Intendat, immittat. Dubius, incerti motus. Nubibus & cęlo. In cælo inquit flat notus: in mari, vt conijcimus, flabunt Cori qui veniunt ab occasu solstitiali. Gurgite, tempestate. Tanget, perueniet in Italiam. Naufragus, nos naufragi, & eiecti in vndas. Desperare viam, non vlterius ire, & reuerti. Nec fit nimium longe: nec multum distat terra propinquior. Fisus cuncta sibi. Postq̄ gubernator retrocedere statuit, & clauum e manibus abiecit, Cæ. apprehensa dextra eius, Perge inquit generose perge: nec extimesce quicq̄. Cæsarem quippe & fortunam eius vehis. Authores sunt Appianus, & Plutarchus: qui tradunt Cæsarem non ingressum fuisse mare: sed ab ostio ipsius fluminis fuisse tepulsum. Poeta vero & Tranquillus aliter sentiunt. Cessura, datura sibi locum & successura. Trade sinum, committe vela. Auctore cælo: vēto, & tēpestate dissuadentibus, & aduersis. Me, auctore. Non nosse vectorem tuum: meipsum quē vehis: nā nondum illi se indicauerat. Destituunt, relinquunt: sed fouēt. Male meretur, maleficium infert. Q uum venit post vota: quum expectat desyderari, & non præuenit. Procellas, fluctus maris. Tutela, defensione. Cæli & freti, ventorum & maris. Iste labor, hoc periculum. Hanc Cæsare pressam. Magna confidētia pollicet̄, & ꝙ nauis quæ ipsum vehit mergi non possit, & ꝙ tempestatem sit sedatura. Nec longa, id est statim cessabunt venti. Ne flecte manus: ne verte temonem in terram. Tum Calabro. Perge inquit & existima te ꝑuenisse Brundusium quum erimus in medio mari & nequiuerimus alio ire: sed illuc necessario ire cogemur. Calabro Brūdusino. Strage, maris & cęli ruina. Tumultu, perturbatione. Prestet, cōferat. blanditur enim mihi ostēdens ꝙ cum possit nocere beneficium conferat. Turbo rapax: ventus vehemens, & volubilis: q distat a vortice: vt frigora a stridore. Auulsit rudentes: abstulit funes. Alnus sonuit, nauis crepitum dedit.

BERO. ¶ Non solum lapsa per alta sydera. Si volitare plures stellæ videbuntur, ventos

nuntiāt: vt scribit Plinius. & Vergili⁹ ait. Sæ
pe etiā stellas vēto impendēte videbis p̄cipi-
tes labi cælo. vbi exposuit Seruius: q̄ stellæ
cadere nō possunt: sed sunt p̄ticulę ignis ęthe
rei q̄ simulāt casum stellarū. Nūc Lucan⁹ vo-
lēs exprimere p̄sagiū futurę maximę tēpesta
tis ait: nō solū cecidisse illa sydera: q̄ labunt̄ p
aerē volātia. Sed astra fixa cælo, q̄ sunt im-
mobilia visa esse Q uati. i. cōmoueri. Ter
ga maris. i. sup̄ficiē. Aestuat vnda minax.
Mare si murmurauerit intra se ventū p̄dicit:
vt ait Plini⁹. & Vergili⁹. Cōtinuo vētis surgē-
tibus aut freta pōti Incipiūt agitata tumesce
re. Idē nūc sentit Lucan⁹. Rector ratis. s. A
myclas. Zephyros intēdat an haustros. q̄a
mare p̄dicit flaturos vētos: ait esse incertum
an Zephyri vēti occidētales, alio nomine te
ste Plinio dicti Fauonij, an haustri sint flatu
ri q̄ sunt meridiani. Si murmura ponti con
sulimus. Si seq̄mur p̄gnostica maris ex eius
murmure cognoscitur q̄ venient Cori. Sūt
autē Cori venti flantes ab occasu solstitiali:
vt ait Plinius. alio noīe Cauri, & Argestę nū-
cupant̄. Desperare viā. Cum sit tanta tem-
pestas futura, vna est salus redire, & despera-
re hunc cursum. Nec lōge nimiū sit proxima
tellus. non est inquit recedēdum a littore: q̄a
non possemus deinde appellere naue fluctī-
bus vexata. Trade sinum. i. vela. Me pete
. s. auctore Italiam petas. Vectorem nō nos
se tuum. i. nō cognoscere quem tu vehis: q̄a
si scires me esse Cęsarem non timeres fluctus
& tempestates: nam existimabat fortunā si-
bi fauere, se comitari, illam rerū suarū curam
suscipere. vt scribit Plutarch⁹ in libro de For
tuna. De quo male tūc fortuna meretur, For
tuna male meretur de me ait Cæsar q̄n non
venit nisi rogata: quia solet vota mea p̄ueni-
re. Ait. n. Plutarchus: q̄ tunc Cæsar dixit p̄-
ge p̄ge nauta scias te vehere Cæsarem, & Cę
saris fortunam. Tutela secure mea: q̄uis sit
p̄cella, tu tamen esto securus mea tutela. A
fluctu defendet onus. i. Cæsar qui est on⁹ hu
ius nauis. Proderit vndis ista ratis. quia. s.
venti non audebunt diu turbare ęquor, p̄pter
me qui vehor hac rate, q̄ sic p̄derit vndis. Ve
lis, septimus est casus. i. ablatiuus sine p̄posi
tiōe. fuge ergo velis. i. beneficio velorū. Ca
labro portu. i. Brūdusino. Est enim Brundu
sium in Calabria: vt Plinius, & Strabo tra-
dunt. Altera terra dari. i. q̄n ita recesserimus
ab hoc littore: vt nulla sit nobis futura vicini
or, q̄ Brūdusiū & Calabria. Est enī ex Epiro
in Italiā breuissimus transitus: vt scribit Pli-
nius. Q uid p̄stet fortuna mihi. Fortuna vt
in me maximū conferre bñficiū videat̄ labo
rat vt ego oppressus pene, & obrut⁹ fluctib⁹
per ipsam seruer. Ita beneficium erit eo mai⁹
quo fuerim magno periculo obnoxi⁹, & ab
ipsa fortuna ex illo seruatus. Turbo rapax
Flat⁹ illisu ipso repercussus si depressę nubis
eruperit specu/nec sine fragore/ turbo voca-
tur proxima queq; prosternens. author Pli-
nius. Sonuit victis compagibus aln⁹. i. na-
uis dissoluta impetu fluctuum sonitum de-
dit. Vergilius. Laxis laterū compagibus oēs
accipiunt inimicum hymbrem.

Turbo rapax: fragileq; super volitantia malū
Vela tulit: sonuit victis compagibus alnus.

¶ Hæc fatus & c. Postq̄ inq̄t Amyclas oīa signa futurę tempe
statis Cæsari indicarat mercede illius illectus, licet eum non co
gnouerit nauem dissoluit, statimq; horribilis tēpestas est sub-
secuta. Ordo aūt est. Amyclas fatus. i. prius locutus hęc. s. p̄di
cta, & soluēs ratē. i. laxās retinacula, dat carbasa. i. vela carba-
sina, vētis: ad quorum. s. vento℞ (Sulpiti⁹ dicit carbaso℞) mo
tus, non solū sydera lapsa per altum aera traxere cadentia. i. ca
dendo, vel dum caderēt, sulcos dispersos p̄ aera, hoc est nō so-
lū impressiones ignitę, quę in aere gignuntur visę sunt cadere:
sed etiā astra quæ tenentur fixa summis polis. i. in firmamen-
to visa sunt quati. i. agitari. horror niger. i. caligo horribilis, in
ficit terga. i. dorsa maris: & vnda minax. s. submersionis, & in-
certa futuri flatus. i. vnde flatus fieret, ęstuat. i. feruet & bullit lō
go tractu, per multa volumina. i. gyros, & reuolutiones p̄cella
rum. Aequora turbida. i. cōmota, testantur. i. indicant ventos
conceptos sup. esse & mox flaturos. Tūc rector trepidę ratis. i.
trepidus in rate. s. Amyclas, fat̄, scilicet ad Cæsarem. Aspice
quāta. i. q̄ magna. s. pericula, pelagus sęuum. s. in nos, paret. i.
præparet. incertum est. s. pelagus: an sup. intēdat. i. augeat cō-
ceptis ventis, zephyros. i. ventos occidentales: an Euros. i. vē
tos orientales. Pōtus dubius. s. quos ventos excitet, ferit. i. cō
cutit puppim vndiq;. i. ab omni parte ventorum. Notus. i. vē-
tus humidus, scilicet hauster, est nubibus, & cælo, id est in aere
dominatur. Si nos consulimus, id est consilium petimus, & il-
lud credimus, murmura, id est a strepitu & murmure, ponti: co
ri, scilicet venti qui & cauri dicuntur, venient in mare, tanto, id
est tam vehementi gurgite, id est fluctuum agitatione: nec ra-
tis, scilicet nostra, tanget oras hesperias, id est Italicas quas pe
tis: nec naufragus, scilicet alter, aut vterq; nostrum, tāget oras
hesperias. Sola salus. i. spes salutis, est desperare. i. more despe
rantium nō perficere coeptam viam, & conuertere cursus veti-
tos. s. a tēpestate. i. reuerti. liceat. s. nobis, prēdere puppe vexa-
ta. i. agitata fluctibus, & vētis, littora. s. vnde exiuimus, nec tel
lus proxima sit nobis nimium longe. i. & vicini sumus terræ,
aut legam⁹ ne & sit: hoc sensu: liceat petere littora, ne tellus pro
xima sit nimiū lōge. Cæsar fisus. i. cōfisus, cūcta p̄icula cessisse
sibi. i. fortunę suæ, inquit: sperne minas pelagi, & trade sinū. i.
capacitatē velo℞ vēto furenti. i. licet furenti: si tu recusas. s. pe
tere Italiā, cælo authore. i. sp̄odente tibi lætum exitum: pete. s.
Italiā, me sup. authore. Hæc ē tibi sola causa timoris iusti. i. nō
reprehēsibilis: nō nosse. i. q̄ non noris: tuum vectorē. i. quē ve
his: quē. s. vectorē, hoc est Cæsarē (Accipit̄ autem hic passiue
pro eo qui vehitur. interdū & actiue.) numina. i. dij nutu oīa
potentes facere, nunq̄ destituunt. i. derelinquūt sine præsidio:
de quo. s. vectore tuo, fortuna meretur male. i. peccat in eum
tunc: quum venit post vota, id est quando non præuenit vota
o secure. i. qui debes esse securus, tutela, id est protectione mea
. i. fortunæ meæ. Iste labor. i. hoc periculum quod times, est cę
li. i. aeris, & freti. i. maris, non nostræ puppis: quia nil poterit in
puppim nostram. Onus. i. ipse Cæsar, defendet a fluctu hanc,
scilicet puppim pressam Cæsare. i. in qua sedet Cæsar. Nec lon
ga mora dabitur sæuo furori ventorum. ista, scilicet cui times
ratis proderit vndis: quia propter ipsam vndę trāquillitatem
obtinebunt: nec flecte manus, id est noli dirigere temonem in
terram: fuge velis littora proxima, & crede te potitum, tum id
est tunc, portu Calabro, id est Calabriæ, ac Brundusino, cum
iam altera terra non poterit dari nostræ puppi, & nostræ saluti,
id est quando necesse erit Calabriam petere. Tu ignoras quid
paretur. i. disponatur a deo, aut natura, tanta strage. i. cōflictu
maris: fortuna q̄rit. i. inuestigat tumultu. i. agitatiōe pelagi, &
cæli. i. maris & aeris: quid prestet, id est conferre possit mihi, id
est in me. Turbo, id est commotio ventorum, rapax id ē vio-

lenter rapiens auulsit. s. Cæsari non locuto plura. i. cum vix ea dixisset, rudētes. i. funes velorum & antennarum, laceros. i. disruptos: & hoc puppe percussa. i. penitus quassata, & tulit vela volitātia sup malū fragilem. Alnus. i. nauicula ex alno, sonuit. i. gemuit, compagibus. i. compactionibus victis. i. vi solutis.

Inde ruunt toto congesta pericula mundo.
Primus ab oceano caput exeris atlanteo
Core mouens æstus: iam te tollente furebat
Pontus: & in scopulos totas erexerat vndas.
Occurrit gelidus Boreas: pelagusq; retundit:
Et dubium pendet vento cui concidat æquor.
Sed Scythici vicit rabies aquilonis: & vndas
Torsit: & abstrusas penit⁹ vada fecit arenas.
Nec perfert pontum boreas ad saxa: suumq;
In fluctus Cori frangit mare: motaq; possunt
Aequora subductis etiam concurrere ventis.
Non euri cessasse minas: non imbribus atrū
Aeolii latuisse notum sub carcere saxi
Crediderim: cunctos solita de parte ruentes
Defendisse suas violento turbine terras.
Sic pelagus mansisse loco: nam parua ꝓcellis
Aequora rapta ferunt: Aegæas trāsit ī vndas
Tyrrhenum: sonat Ionio vagus Adria ponto.
Ah quoties frustra pulsatos æquore montes
Obruit illa dies: q̄ celsa cacumina pessum
Tellus victa dedit. non vllo littore surgunt
Tam validi fluctus: alioq; ex orbe voluti
A magno venere mari: mundumq; coercens
Mōstriferos agit vnda sin⁹. Sic rector olympi
Cuspide fraterna lassatum in sæcula fulmen
Adiuuit: regnoq; accessit terra secundo:
Qū mare cōuoluit gētes: qū littora Tethys
Noluit vlla pati: cælo contenta teneri.
Tunc quoq; tāta maris moles creuisset ī astra
Ni superum rector pressisset nubibus vndas.
Non cœli nox illa fuit: latet obsitus aer
Infernę pallore domus: nimbisq; grauatus
Deprimit̄: fluctusq; in nubib⁹ accipit imbrē.
Lux etiam metuēda perit: nec fulgura currūt
Clara: sed obscurū nimbosus dissilit aer.

SVLPIT. ¶ Congesta, collecta. Core. hic aduersus aqlonem orientalem flat Gellio teste. *Corus.* Mouens æstus: concitans tempestatem. Exeris caput oriris & flas. Ab Atlanteo oceano. ab occasu solstitiali qui est ad Atlantem. Tollēte, cōcitante, & erigente. In scopulos, in fluct⁹ scopulorum similes. Occurrit, ex contraria parte flat. Retūdit, repercutit, repellit. Pendet dubium: sustinet se ambiguū. Cui concidat: cui pareat, quē sequat̄. Rabies, vehemētia. Torsit, voluit contra Corū. Et abstrusas penitus vada fecit arenas. & fecit vt fundum maris qđ arenosum est esset vadosum, hoc est non profundum. Perfert ad saxa: perducit ad rupes littoris. Suum: quod ipse impellit. In fluctus Cori: in vndas a Coro impulsas. fluctus enim fluctibus collidebant̄. Motaq; possunt. Tanta erat maris concitatio vt etiam si venti cessarent obuijs & contrarijs fluctibus agitaretur. Minas euri: eurum vehementem & minacem. Atrum, nubilum & pluuiosum. Latuisse, inclusum fuisse in antro Aeoli regis ventorum qui regnauit in Aeolia regione iuxta Siciliam quę complectitur insulas septem in quibus & Strongile est. *Aeolus.* Ruentes, vehementer flantes. Defendisse suas terras. ne a mari mergerentur: ꝙ cum sit altius terra facile potuisset. Turbine violento, volubilitate vehementi. Mansisse loco, non egressum fines suos nec mersisse terram. Parua æquora, fluct⁹ qui immiscent mare mari vt Ionium Aegæo Ferunt, venti ipsi. Tyrrhenum, Tuscium dictumq; Tyrrheniam, id est Tusciam diluit *Tyrrhenū.* In vndas, in mare. Adria vagus: mare Adriacum. Sonat Ionio. cum sonitu impellitur ī Ionium. Illa dies, illud tempus. Obruit, submersit. Frustra pulsatos: in vanū percussos fluctibus: nam nec ꝓstrati sunt: nec mersi perpetuo remāserunt. Victa, superata a mari vel quassata terremotu. Q̄ celsa cacumina: q̄ altos mōtes. Dedit pessum, in profundum demisit: siue ꝙ subsederint siue ꝙ sub fluctib⁹ obruti fuerint. Non vllo littore. in nullo alio nisi in hoc ad quod nauigat Cęsar. Validi, vehementes. Voluti ex alio orbe: allati ex alio mari & ipso oceano. Vnda coercens mundū. Oceanus qui circuit terram. Agit sinus mōstriferos: facit mira vndarum inuolucra & fluctus immēsos. Sic rector. Sic inquit erectus fuit in maximos fluctus oceanus diluuij tempore: cum Iuppiter defessus punire nocētes fulminibus, Neptuni auxilio humanum genus mersit. Lassatum, defatigatum propter nocentium multitudinem. In sęcula, in multorum sæculorum homines. Sęculum enim non solum pro tempore sed pro humano genere ponitur. *Sæculum.* Vergi. in Gæor. Hunc saltem euerso iuuenem succurrere sæclo Ne prohibete. Cuspide fraterna: fuscia Neptuni. Accessit: addita est. Scđo regno. mari quod forte contigerat Neptuno, cū terra sors tertia esset Plutōis. Sed obruta mari. iam erat Neptuni possessio. Tethys: oceanus. Metonymia. Noluit pati vlla littora: submersit omnem terrā,

&habuit solos aeris terminos. Cęlo, aere. Tāta moles, tanti fluctus. Ni pressisset vndas fluctibus: nisi nubes fluctibus opposuisset. Nō cęli. Nox non fuit naturalis qualis fit ex cæli conuersione sed obscurior & inferna. Obsitus. Obsit⁹ obumbratus, obscuratus, squalidus. Teren. Pannis annisq; obsitus. Nimbis, vētis & pluuia. Deprimitur: infra densatur, & restringit. Fluctusq;. & maris fluctus ad nubes vsq; erigebantur. Lux metuēda: fulgur vel fulgetrū Perit, extinguitur in ipsis nubibus & pluuia. Dissilit, dissultat. Aer nimbosus, ventosus: nam ex nimbis. i. ventis & nubib⁹ oritur. Obscurum. nomen pro aduerbio.

BERO. ¶ Primus ab oceano caput exeris atlanteo Core. Ostendit magnitudinē coortæ tēpestatis ex vētis qui ex cōtrarijs regionibus inter se cōcurrere cœperūt: & primus Corus qui alio nomīe dicitur Caurus & argestes, ab occasu solstitiali flās, cœpit exerere. i. nudare caput & erumpere. Ab oceano Atlanteo. i. occidētali ab Atlante monte Mauritanię nuncupato. Te tollente. i. fluctus erigente. verbū est tempestatis vt ait Seruius. Vergili. Et mulcere dedit fluctus & tollere vento. Occurrit gelidus Boreas. Inter septemtrionē & exortum solstitialem flat aquilo alio nomine dict⁹ Boreas vt scribit Pli. Occurrit ergo Boreas Coro & contra eū flat ab occasu solstitiali vt dictum est venientem. Vento cui concidat æquor. i. mare pēdet in dubio, an Borei, an Coro concidat: quia hinc & illinc commouetur. Et abstrusas penitus vada fecit arenas. iuxta illud Vergilij. Et imis stagna refusa vadis. & furit æstus arenis. Suūq; in fluctus Cori frāgit mare. Fluct⁹ quos Boreas cōcitauerat frāgebantur in fluctus Cori e regione cōmotos. Non imbribus atrum Aeolij cessasse notum. Notus ventus est meridianus ab humore dictus: vt ait Gellius. Venti autem ab Aeolo rege in Aeolijs insulis cōtinēt: qui vt ait poeta vinclis & carcere frenat. Notus ergo est ater. i. obscurus propter imbres quos concitat. Sic pelagus mansisse loco. Cū vēti ab omnibus partibus flarent: mare in sua sede cōtinebatur: quia ne ab impetu Borei conturbaret obstabat Corus. Aegeas trāsit in vndas. Volens ostendere magnitudinem tempestatis dicit q; mare Tyrrhenum. i. Hetruscū trāsijt in mare Aegeū vi & impetu vētorū. Procellis. Procella. Procella ē vis vētorū cū pluuia vt scribit Ser. Sonat Ionio vagus Adria pōto. i. vndę maris Adriaci cōfusę sunt cū mari Ionio. Adria enim dicitur pōtus & mare ab Adria ciuitate colonia Hetruscorū vt Liuius & Strabo narrant. Montes obruit illa dies. magnitudo illius tempestatis obruit montes, qui ante nunq̄ fuerant ab vndis superati. Pessum tellus victa dedit. i. pessūdedit & īclinauit. Pessum enim significat deorsum & profundū. Mundumq; coercens monstriferos agit vnda sinus. i. oceanus cuius vnda coercet mundum agit sinus, hoc est æst⁹ & fluxus atq; refluxus monstriferos. i. præter consuetudinem. Sic rector olympi cuspide fraterna. Iuppiter e cęlo emiserat imbres & fulmia: quorum iā defatigatorum vires adiuuit ope Neptuni fratris

¶ Inde ruunt &c. Prosequit̄ tempestatē qua Cęsar periclitabatur dicens. Inde. i. deinde postq̄ tēpestas orta est: pericula. s. q̄bus Cæsar perire posset: ruunt. i. pręcipitanter in mare cadunt. cōgesta. i. accumulata (aut vt alij legunt concita. i. cōmota) toto mundo. i. ab oībus angulis mundi. O Core. s. vente aut vētus, qui & Caurus dicitur: sed au in o lōgum mutat̄: tu mouēs. i. excitans, ęstus. i. feruorem & ebullitionem maris, exeris. i. educis primus. s. ventorum, caput. s. tuum. i. primus oritis, ab oceano. s. mari, Atlanteo. i. atlantico, hoc est ab occidente seu occasu solstitiali. Pontus furebat iam te tollente. i. erigente, repete æstus: & erexerat totas vndas. s. suas: in scopulos, aut aduersus scopulos aut in scopulorum speciem. Boreas ventus septētrionalis, gelidus. i. q̄ a a frigida zona flās, occurrit. s. Coro, & retundit. i. repellit pelagus, faciēs ipsum refluere: & ęquor pendet. i. suspensum tenet̄, existens dubiū cui vento. i. vtri duorum, an coro, an Boreę. aut cui omnium cōcidat, aut pareat (vtrūq; enim legit̄). i. obtemperet: sed rabies. i. violentia aquilonis venti Scythici. i. a Scythia flantis, vicit. i. superauit Corum, aut voti compos euasit, & torsit. i. vi impulit vndas, & fecit arenas abstrusas penitus. i. solitas valde p̄fundis aquis abstrusas esse, vada. i. vt essent vada. i. pedibus pertransibilia: qa vi aquas ita propulit vt vortices in vada commutarētur. Nec Boreas profert. i. continuo impellit, pōtū. i. mare, ad saxa id ē vsq; ad scopulos: q; pro quia, Boreas frāgit suum mare. i. vndas sibi obsequētes, in. i. contra fluctus Cori. i. a Coro excitatos & impulsos: & æquora mota. i. iā excitata, possunt cōcurrere. s. a diuersis partibus inter se: etiā ventis subductis. i. a deo vel a natura subtractis. i. licet venti cessarent flare: tū vndæ sic concussę concurrerent. Ego crediderim. i. facile credere potuerim: si illic fuerim: minas euri, venti orientalis, nō cessare: licet alij venti flarent, & notum. i. haustrū, atrū hymbrib⁹. s. ab hyādo dictis, aut imbribus ab imbuēdo. i. irrigando. i. nimbosum nō latuisse sub carcere saxi Aeolij. i. sub regno Aeoli regis vētorum, qd̄ in cauernis terræ est: sed sup. crediderim, cunctos. i. simul omnes ventos, ruentes. i. violenter incumbentes, de p̄te solita, a qua flare solebant, defendisse ab impetu maris & vētorum, suas terras turbine violento. i. obsistentes turbine suo aut defendisse a turbine: & crediderim pelagus mansisse sic: eo q; venti ex omni parte ęque fortiter obsisterēt, loco. s. suo. Nā venti ferunt. s. ante se parua æquora. i. fluctus, immiscētes mare mari, rapta procellis. i. vi ventorum. Tyrrhenum sup. mare. i. Tuscum ac inferū, transit vi ventorum, in vndas Aegæas. i. maris Aegęi. Adria. i. fluctus maris Adriaci, vagus. i. incerte fluēs, sonat ponto Ionio. i. cū pōto Ionio ī quē impellit̄. Ah quoties illa dies. i. tēpestas, obruit. i. submersit vndis, frustra. i. in vanum, montes pulsatos frustra: quia non erant diu māsuri sub aquis: ęquore. i. fluctu aquarum: q̄. i. o q̄tū, celsa. i. sublimia cacumina, tellus victa. i. superata ab aquis, dedit pessum. i. deorsum sub aquas, aut immersit aquis aut protudit: fluct⁹ non surgunt tam validi vllo littore. s. alio q̄ vbi Cęsar nauigabat: & fluctus veluti ex alio orbe. i. alio climate & parte maris, venere ad nauem Cæsaris, a magno mari. i. ab oceano: & vnda coercens mundum. i. oceanus sepiens orbem terræ, agit sinus mōstriferos. i. admirādos aquarum gyros. Sic. i. hoc modo rector olympi. i. Iuppiter adiuuit cuspide fraterna. i. tridente fratris sui, videlicet Neptuni: fulmen. s. trisulcū. i. telum suū lassatum. i. fatigatum, in sęcula. i. ad multorum sęculorum homines puniendos: & terra accessit. i. addita est, secundo regno. i. regno secundi dei, videlicet Neptuni: qui cum aquarum sortitus esset imperium: & aquæ terras cooperuissent: etiam terrarum habuit imperium: tunc, quum mare conuoluit. i. obruit gētes: & cum Tethys magna. s. vxor oceani. i. aqua maris, noluit pati vlla littora. i. contineri intra quæcunq; littora, contenta teneri. i. claudi cælo. i. aere & non terra: & tanta moles maris quanta fuerat in diluuio, creuisset, quoq;. i. etiam tunc quū Cęsar temere nauigaret, in astra. i. vsq; ad sydera, ni. i. nisi, rector superum, pro superorū. s. Iuppiter, pressisset. i. detorsisset vn-

das nubibus.s.obsistentibus in aere ne altius ascēderent aquę Illa nox.i.caligo,non fuit cæli.i.naturalis ex interpositiōe terræ inter solem qui in cælo est & nos.aer latet obsit⁹.i.obduct⁹, squalore.i.terra caligine domus infernę,& deprimitur grauat⁹ nimbis.i.nubibus aquosis,& fluctus.s.maris eleuatus in aera accipit imbrem.i.incrementum aquarū,in nubibus:& lux metuenda.i.fulmen coruscum perit.s.extinctum a nimbis : nec fulgura currūt clara:sed aer nimbosus dissilit obscurum pro obscure. qui sua cuspide.i.tridente siue fuscina patefecit viā vndis oceani & obruit terras temporibus Deucaliōis vt cecinit Ouidius. Cōparat ergo magnitudinē tempestatis qua vexabať Cæsar magnitudini diluuij quod īmisit Iupiter adiutus cuspide fraterna. Regnoq₃ accessit terra scdo. Cū diluuio orbis terrarū vndis esset obrutus ipsa terra accessit tunc secūdo regno.s.aquarū. Primū em̄ regnū quod est cæli fuit Iouis: secūdū aquarum Nepuni:tertiū terrę Plutōis. Cū littora Tethys.i. oceanus. Tethys enim dea est maris,vxor oceani,mater nympharū vt ait Seruí. Cęlo contenta teneri. In diluuio cælum tanq̄ litt⁹ coercebat oceanum. Pressisset nubib⁹ vndas.i.emisisset pluuiam & aquas expressas e nubibus. Nox illa.i.obscuritas tempestatis.Verg.Ponto nox incubat atra. Fluctusq₃ in nubibus accipit imbrē.Hyperbole est poetica. dicit em̄ tantā fuisse fluctuū altitudinem vt nubes contingerent in quibus accipiebāt imbrem. Lux etiā metuenda perit.i.flamma fulminis quod mortales formidant perit:quia extinguit copia imbrium. Obscurum.i.obscure.nomen pro aduerbio.Ita Vergilius. Toruumq₃ repente clamat.

Tūc superū cōuexa fremūt:atq₃ arduus axis
Intonuit:motaq₃ poli compage laborant.
Extimuit natura chaos:rupisse videntur
Concordes elementa moras:rursusq₃ redire
Nox manes mistura deis:spes vna salutis
Q₃ tanta mundi nondum periere ruina.
Quātum Leucadio placidus de vertice pōtus
Despicitur:tantum nautę videre trementes
Fluctib⁹ e summis p̄ceps mare:cūq₃ tumētes
Rursus hiant vndę vix eminet æquore malus.
Nubila tanguntur velis:& terra carina.
Nam pelag⁹ qua parte sedet nō celat harenā
Exhaustū in cumulos:oīsq₃ in fluctib⁹ vnda ē.
Artis opem vicere metus:nescitq₃ magister
Quā frangat:cui cedat aquæ:discordia ponti
Succurrit miseris:fluctusq₃ euertere puppim
Non valet:in fluctus victū lat⁹ vnda repellēs
Erigit :atq₃ omni surgit ratis ardua vento.
Non humilem Sasona vadis:nō littora curuę
Thessaliæ saxosa pauēt: oręq₃ malignos
Ambracię portus:scopulosa Ceraunia nautę
Summa timēt.credit iā digna pericula Cęsar
Fatis esse suis. Tantus ne euertere dixit
Me supis labor est?parua quē puppe sedentē
Tam magno petiere mari?si gloria leti
Est pelago donata mei:bellisq₃ negamur:
Intrepidus quācūq₃ datis mihi numina mortē
Accipiam:licet ingentes abruperit actus

SVLPIT.

¶ Conuexa superum fremunt.Cæli concauitas resonat. Axis arduus:septētrio.de quo Verg.Hic vertex nobis semp sublimis.Poli quib⁹ sustinetur cœlum.Mota compage, ex cussa coniunctione & cardine. Chaos, elemētorū confusionem.Moras cōcordes : causas quibus coniunctæ sunt,moranturq₃ in cōcordia. Terra em̄ frigiditatis respectu est aq̄ conterma. Aqua aeri hūiditatis rōne cōiūgitur. Aer ab igne ob communē calorem non dissidet.Nox,tenebrosum chaos.Mistura manes deis:confusura infernū cœlo.Vna,sola & pręcipua.Ruina mundi:elementorum concursione.Quātum. Fluctuū altitudo rupi Leucadię cōparatur: quę quidem altissima est iuxta Ambraciam Epiri oppidū: vbi & Leucates promontoriū est:ad qđ Leucadiū mare & littus : & Leucadia peninsula quōdam Neritus appellata:in ea & oppidū Leucas Neritum dictum.Despicitur:deorsum videtur. Vertice, rupe de qua amantes se præcipitare solebant vt ait Strabo.Nautæ,Cęsar & Amyclas.Preceps,decliue.Quumq₃, quando.Hiāt,descēdunt & aperiuntur.Vergi.Bis vnda dehiscēs terram inter fluctus aperit.Vix eminet æquore mal⁹: vix apparet summitas mali.Nubila tangūtur.hyperbole.Terra, fundi maris arena. Sedet,demittitur.Non celat arenas.ostēdit imam terram qua sustētatur. In tumulos. in fluctus instar montium & tumulorum .Est in fluctibus:erigitur in fluctus & deserit ima. Artis opem vicere metus: præ metu artem obliuiscebantur. Frangat , secet. Cui cedat,quos fluctus vitet. Succurrit:auxilio est. Fluctusq₃ euertere puppim.ex fluctuū discordia nauis cōseruabatur:nam dextro eam impellēte sinister obstabat & erigebat . Victum, iam inclinatū. Surgit ardua:erigitur eminēs. Non humilem.nō metuebant inquit saxa & scopulos humiles:sed insulas montes & promontoria altissima. Sasona. Sason insula inter Brūdusium & Eprum. de qua lib.ij. Spumoso Calaber perfunditur æquore Sason. Thessalię curuę, sinus Thessalici flexi. Malignos,piculosos. Ambraciæ. vrbs ī sinu Leucadio. Summa Ceraunia,cacumina Cerauniorum quæ sunt inter Ionium & Adriacum & a quibus ex Epiro sumitur nauigatio Italiam versus. Verg. Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta. Vnde iter Italiā cursusq₃ breuissim⁹ vndis. Digna suis fatis:tāti viri mor

Ambracia.
Leucates.
Leucadia.
Leucas.

Sason.

Ambracia
Ceraunia.

ti congrua. Tãtus ne. Diffidens Cęsar euadere posse conquestus est aliquantulum & mortem ęquo aĩo laturum se dixit: solatusq; est seipsum breui suorum gestorum commemoratione: & deos precat⁹ est, vt suum cadauer in terras non deferatur: vt hostes semper metuant: & sui sperent. Tantus labor: nam facile est. Tam magno: cũ vel paruo possint. Si gloria. si in mari sum periturus. Negamur. ꝓhibemur. Festinata dies fatis: mors immatura quam fata vrgent. Ingentes actus: præclara quæ eram acturus. Arctoas Gallicas & Germanicas. Subegi arma inimica: subiugaui potentiam Pompeij metu iniecto quẽ Italia expuli. Magnum secundum: Pompeium me minorẽ. nam fui prim⁹ in vrbe. Iussa plebe. factus sum consul iussu meo quod prohibebãt etiam bello mihi illato. Tuli fasces: fui cõsul. Iussa, a me. Nulla meis. omnes titulos honoresq; Romanorum gessi.

BERO. ¶ Superum conuexa. i. cœlum & sedes deorũ: est enim mundus cõuexus. Verg. Lustrabunt cõuexa polus dum sydera pascet. Poli laborant. Duo sunt poli septemtrion. s. qui nobis semper est sublimis vt ait poeta & haustrinus qui nobis semper latet. in his vertitur mundus. Laborant. i. laborẽ patiunt. Extimuit natura chaos. i. ne mũdus in priscum chaos iterum cõfunderetur. Fuit eñ chaos illa rerum confusio, & vt inquit Ouidius, Rudis indigestaq; moles, ante dispositionem elementorũ. Nox manes mistura deis. quando erat chaos tunc oĩa erant confusa. dij manes. i. inferni superis cõmiscebant. vnde videbat iterum redire illa nox & obscuritas atra mistura manes. i. iferos dijs. s. superis. Quãtum Leucadio placid⁹. Quãta solet esse altitudo despect⁹ e Leucadio vertice q est in Epiro in mare tranquillum, nunc tanta erat altitudo fluctuum in quibus pendentes Cęsar, & Amyclas despiciebant mare. Despicitur idest deorsum spectatur. Rursus hiant vndæ. i. patescunt. ita Ver. His vnda dehiscens terram inter fluctus aperit. Mal⁹ arbor nauis Nubila tangunt velis. ita Ver. Tollimur in cælum curuato gurgite. Omnisq; in fluctibus vnda est. i. etiã vndę q̃ sunt in imo fundo fluctuant. Artis opem vicere metus. timor excussit Amyclę auxlium artis. s. naualis. Fluctusq; euertere puppim nõ valet in fluctũ. Si fluctus veniens a Borea nauem inclinabat: eã erigebat fluctus veniens a Coro: & sic discordia fluctuum seruabat puppim. Nõ humilẽ Sasona vadis. Sason insula est sita inter Epirũ & Brundusium vt ait Strabo. nota piratica statiõe vt scribit Pli. De hac re dictum est in secũdo. Oreq; malignos Ambracię portus. s. nõ pauent. In Epiro sinus est Ambracius faucibus spatiosum ęquor accipiẽs. in sinu oppidum est Ambracia. auctor Pli. Scopulosa Ceraunia, montes Epiri: quos Horatius appellat infames scopulos. Tã magno petiere mari. i. tanto impetu vndarum & fluctuũ. Petere est aggredi & ferire. Horati. Dente lup⁹, cornu taurus petit. Si gloria leti est pelago donata mei. Quoniã esset gloriosum mari q ego inquit Cęsar i eo mortẽ subirem

Festinata dies fatis: sat magna peregi.
Arctoas domui gentes: inimica subegi
Arma metu: vidit Magnũ mihi Roma scdm.
Iussa plebe tuli fasces per bella negatos.
Nulla meis aberit titulis Romana potestas.

¶ Tunc superũ &c. Prosequitur subortã tempestatem dicẽs. Tunc. i. deinde aut cũ superiora fierent, cõuexa superum pro superorũ. i. cælestium orbiũ, fremunt. s. fragore aquarum, aut tremunt (vt quidã legunt) ex confractione tonitrui: atq; axis arduus. i. septemtrionalis, qui nobis semper sublimis, intonuit. i. reboauit: oĩa autẽ hyperbolice dicit: & cõuexa cæli laborãt. i. in periculo cadendi sunt, cõpage. i. cõsolidatione qua cõstãt mota. i. agitata. Natura extimuit. i. expsse timuit, chaos. i. cõfusionem elementorum & oĩm rerũ in sua principia futuram. Elementa videntur. s. naturę, rupisse moras concordes. i. durationes elementorũ per concordiã elemẽti medij cum extremis in altera qualitatũ participanti: & nox. i. caligo profunda, mistura seu mixtura, manes. i. inferos, deis. s. superis: videt sup. redire. i. venire, rursus. i. iterum. Vna. i. vnica spes salutis sup. erat: q. s. elementa nondũ periere tanta ruina. i. per tantã ruinã mundi. i. q tale rerũ exterminium careret exẽplo. Quantũ. i. ꝑ quãtum distantię, põtus placid⁹. i. dũ est tranquillus, despicitur. i. deorsum esse videtur, de vertice Leucadio. i. Ambraciæ rupis summitate, tantum. i. per tm̃ distantię, nautæ. s. Cęsar & Amyclas, trementes. s. prę horrore altitudinis, videre. i. viderũt mare præceps. i. demissum e summis fluctibus. Cunq;. i. & cũ. i. qñ vndę tumentes. i. inflatę, hiant. i. aperiunt rursus. i. quando econtrario nauis erat inferior: & vndę superiores: tunc malus vix eminet æquore. i. vix apparet extra æquor. Nubila. i. nubes tangunt velis. s. mali: & terra tangitur carina. i. vẽtre nauis: quod simul fieri nequit nisi humiles sint nubes: sed per hyperbolẽ (vt dixi) loquitur. Nam pelagus ea parte, qua sedet. i. demittitur & nõ extollitur: existẽs exhaustũ in cumulos aut tumulos. i. moles aquarum erigendas, non celat. i. aperit, arenã: hoc est facit apparere fundum maris: q pro quia, omnis vnda. i. aqua est in fluctibus. s. sublatis: & ita nihil manet in fundo. Metus. i. timores, vicere. i. superarunt, opem. i. auxilium artis. s. nauigandi: & magister. s. Amyclas: nescit quã. s. aquã frangat. i. sulcet & secet ac interrumpat: & cui aquæ cedat non obluctans. Discordia. i. a diuersis partibus agitatio, ponti. i. maris, succurrit miseris. s. Cæsari & Amyclę, ne mergantur: & fluctus. s. vnus, non valet euertere puppim in fluctus. s. oppositos, quia quantum vnus impulit tm̃ alter repulit. aut construat potius cum sequẽti: vt sit Vnda repellens. i. in contrariũ pellens, latus. s. nauis victum vi oppositi venti, erigit. i. extollit ne reuertatur in fluctus. s. oppositos. Atq; ratis surgit ardua omni vento. i. vndiquaq; flante. nautæ. s. Cæsar & Amyclas non pauent Sasona insulam inter Brundusium & Epirũ, humilem. i. bassam, vadis. i. propter vada: & non pauent littora saxosa Thessalię, curuæ. i. sinus maris thessalici flexi: sed sup. nautæ timent summa Ceraunia. i. altissimos montes Epiri ad quorum altitudinem sublata erat nauis: Ceraunia dico scopulosa. i. sub quibus sunt plurimi scopuli. Cæsar videns tantam tempestatem, credidit iã pericula esse digna suis fatis: aut morte sua: aut volentibus per maxima quæq; pericula illustriorẽ euadere: & sup. dixit, ne. i. an tãtus labor est superis euertere. i. submergere & destruere me: quẽ sedentem in parua puppe ipsi superi petiere tã magno mari: si gloria mei leti. i. mortis meæ est donata pelago, & nos negamur bellis. s. gerẽdis, o numina. i. dei, ego accipiam intrepidus mortem quancunq; datis mihi: quia licet dies festinata fatis. i. præuenta a morte, abruperit mihi actus ingẽtes. i. licet cecidero ante diem. i. periodum vitæ

tamen ego pegi sat.i.satis magna. Nā domui gentes arctoas: Gallos, Britannos, Germanos: & ego subegi arma inimica.i. potentiam inimici mei Pompeij, metu.i.timore incusso: quia coegi ipsum fugere a conspectu meo. Roma vidit Magnum .s. Pompeium qui noluit me sibi parem, secundum.i. postpositum mihi. Ego tuli.s. Romæ, fasces.i. honores consulares: plebe iussa.s.a me: fasces inquā, negatos mihi per bella.s. mihi mota. Nulla potestas Romana aberit titul' meis.i.gessi omnes magistratus.

Leti.i.mortis. Quācunq; etiā ex naufragio Ingētes actus.i.acta mea & facinora maxima. Festinata dies fatis, hora mortis immatura. Arctoas domui gētes.i.Gallos, & Germanos. Vidit Magnū mihi Roma secūdū. Pōpeius magnus princeps esse solebat & in vrbe Roma primū haud dubie locū obtinere verū cū Cæsar illum fugauerit principatū obtinuit. & sic nūc ait q; Roma vidit Magnum .s. Pompeiū sibi secundū, quoniā ipse primū dignitatis gradū obtinere meruerat. Tuli fasces per bella negatos.i.gessi secundo consulatū quē sibi aduersarij denegabant cum tū plebiscito obtinuisset vt sui absentis in petitione cōsulatus ratio haberetur. vt scribit Tranqllus. Romana potestas. quoniā.s. Cæsar, quęsturā, ędilitatem, pturam, cōsulatū, & dictaturam gesserat. ¶Hæc Beroaldus. Politianus autē in sequētia sic.

EX MISCELLANEIS

¶De Cumano aūt fluctu dicit Politian' in Miscellaneis ca.lxxxvj. De fluctu decimo seu Decumano, cuius permulti poetæ meminerunt, Ouidij poetæ versiculi sunt in primo tristiū volumine. Qui venit hinc fluctus: fluctus supereminet omnes: Posterior nono est: vndecimoq; prior. Decumanū intelligit fluctum, qui fieri maximus dicitur: sicuti quoq; decumana dicuntur: quę maxima. Nā & ouū decimū maius nascitur. Ex hoc scuta quoq; Decumana, q̄ essent amplissima sunt appellata. Et decumana in castris porta, ab hoste auersa. Sicutiq; decumanus in agro limes ab oriente ad occasum non mihi propterea videtur dictus: quoniam quasi duocimanus: vt. M. Iunius Nypsus opinatur: id eī nimis durum, & coactū: sed qm̄ longissimus. Nam cardo ipse iam dimidiatus decumano.s.anticipante, cōsyderatur. Sed de fluctu decimo, siue decumano: etiā in vndecimo Metamor. poeta idem meminit his verbis. Vastius insurgens decimæ ruit impetus vndæ. Et Silius Italicus lib.xiiij. Non aliter Rhodopes Boreas a vertice pręceps Cum sese immisit decimoq; volumīe pontum Expulit in terras. Sed & Seneca in tragoedia Agamemnone. Hęc onere sidit: illa conuulsum latus Sūmittit vndis: Fluct' hanc decimus tegit. Valerius etiam Flaccus Argonauticon scdo sic ait. Quanta quoties & Palladis arte Incassum decimę cecidit tumor arduus vndę. Lucanus quoq; in quinto Pharsalię. Hęc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus Inualida cum puppe leuat. Vt vel hoc ipsum notabile sit: atq; insigne: tātopere decimum istum fluctum velut a conspirante poetarum choro celebrari.

Nec sciet hoc quisq̄: nisi tu quæ sola meorū
Conscia votorum es: me q̄uis plenus honorū
Et dictator eam stygias & consul ad vmbras:
Priuatum foruna mori. mihi funere nullo
Est opus o superi: lacerum retinete cadauer
Fluctibus in mediis: desint mihi busta rogusq;
Dū metuar semp̄ terraq; expecter ab omni.
Hæc fatum decimus (dictu mirabile) fluct'
Inualida cum puppe leuat: nec rursus ab alto
Aggere deiecit pelagi: sed pertulit vnda:
Scruposisq; angusta vacant vbi littora saxis
Imposuit terræ. pariter tot regna tot vrbes
Fortunamq; suam tacta tellure recepit.
Sed non tam remeās Cęsar iā luce ꝓpinqua:
Q̄z tacita sua castra fuga comitesq; fefellit.
Circūfusa duci fleuit: gemituq; suorum
Et non ingratis incessit turba querelis.
Quo te dure tulit virtus temeraria Cæsar?
Aut quæ nos viles animas in fata relinquens
Inuitis spargēda dabas tua membra ꝓcellis?
Cum tot in hac anima populorū vita salusq;

SVLPIT.

¶Nec sciet. Solus sum mihi huius rei cōscius. Nisi tu. apostrophe ad fortunā. Me q̄uis.i.q; cū pereā magistrat', morior secundū voluntatē priuatus. Plenus honorum, qui gessi omnes honores. Mori priuatū. Videtur hoc loco constituisse tyrannidem velle deponere & ciuem agere. at si legeris nesciat, interpretare priuatū.i.more priuati, hoc est sine frequētia & exequijs: precaturq; fortunā vt mortem eius celet. Funere, exequijs & pompa. Ennij sentētia est. Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu faxit. & Homerus ait. Nil ꝓsunt lachrymę vitali lumine functis. Nec vitam reuocare valent, nec fata mouere. Desint busta nō comburar, non sepeliar. Decimus fluctus qui maxim' omniū est authore Festo, & Ouidius in tristibus ait. Qui venit hinc fluct', fluct' supeminet oēs. Posterior nono est vndecimoq; prior. Oua etiā decumana dicūt quia alijs maiora nascuntur. Leuat, tollit. Nec rursus. nec pręcipitauit in decliuē patrē fluctus: sed in terram pertulit. Aggere, fluctu. Imposuit terræ. Appianus inquit q; instāte die Cæsar fortunam accusans q; felicitati eius inuidisset nautas retrouerti iussit: & nauiū in orā fluuij citā fuisse regressam. Vacant saxis scruposis: vbi non sunt aspera saxa. Scrup' eī lapis asper. a quo fit diminutio scrupulus, & possessiuum scrupeus. Verg. Scrupea tuta latent. Recepit, in suum ius accepit. Sed nō tā remeans Cæsar iam. Non ita in reditu suos fallere potuit qa iā aderat dies: vt in discessu fefellerat. Itaq; eum quidā admirabantur, quidam querelis sunt prosecuti. Remeans, reuertens. Fuga, discessu. Circumfusa. Conquesti sunt milites cum fletu & eum libere accusaue runt. Incessit, inuasit, aggressa est. Quo te dura. Licentia est: hoc est exornatio quę fit quū apud eos quos vereri aut metuere debemus

Lachrymæ inanes ꝓ defunctis.

Decimus fluctus.

Scrupus.

Licentia.

aliquid ꝓ nostro iure dicimus quod minime offendat. Temeraria, incõsyderata, & audax. Nos animas viles: nos quos spreuisti. Dabas tua membra. exponebas te morti, quam elementa & procellę recusabant inferre. In hac anima: in tua vita. Pendent. nam sine te salui esse non possunt, nec volunt. Et caput hoc. & te principem sibi maior pars mũdi delegerit Sęuitia est voluisse mori. & in te & in alios fuisti crudelis cũ ita morti te exposueris. Emeruit, merit⁹ est vt tecũ periret: nec tibi mortuo superesset. Quũ te raperet mare. quũ fluctibus agitareris nos inscij & securi dormiuimus. Pudet heu. Temeritas accusatur: ꝙ vrgentem causam tanto se discrimini exponendi nõ habuit: potuisset enim nuntium mittere. quoniam nisi necessitate cogente duces periculis se exponere nõ debent. excusatur tamen a pietate ꝙ noluerit quẽq̃ alium discriminibus tãtis obijcere. Sors vltĩa, necessitas mortis met⁹. Præmisisse, sup. decuit. Lassas, defatigatas: nam ab innumeris quib⁹ te exposuisti periculis conseruauerunt. Sufficit. ꝙ seruatus es incolumis adeo magnũ fortunę beneficiũ fuit vt videat̃ nil vlterius in bellis tibi debere prestare. Impegit, affixit, & deduxit. Hi ne vsus. sic ne vis deis abuti tentareq̃ ipsos. Vt esses naufragus felix. vt mergẽdi periculo propinquus euaderes.

BERO. ¶ Nisi tu. s. o fortuna quæ es conscia meoꝝ votorum sola scies me mori priuatum q̃uis honores gesserim illustrissimos. Et dictatoream. i. dictator & consul moriar. nã tũc gerebat consulatũ: vt supra scriptũ est: & dictatura se abdicauerat. Nullo funere. i. exequiaꝝ pompa. illud eñ est ꝓprie funus vt ait Donatus: q̃uis Seruius existimet funus esse cadauer incẽsum. Desint mihi busta. Bustum vt scribit Cicero est tũba & sepulchrũ. Rogusq̃ quo. s. cadauera cõburunt̃. Dũ metuar semꝑ. quia si mors mea fuerit in occulto oẽs mortales me semꝑ formidabũt tanq̃ aliquid noui molientẽ. Hæc fatũ decimus dictu mirabile fluctus. Oĩm fluctuũ maximus esse dicit̃ decimus qui nuncupatur decumanus vt ait Festus. a quo fluctu scribit Oui. se in Põtum proficiscẽtẽ fuisse vexatũ. Posterior nono est vndecimoq̃ prior. ait nũc Lucanus decimũ fluctum leuasse Cęsarẽ cũ puppe inualida & imbecilli & eũ ꝑtulisse ad littus vnde soluerat oram. Aggere, id est cumulo: iuxta illud Vergilij. Insequitur cumulo prærupt⁹ aquę mõs.

Scruposis saxis. Scrupus vt ait Seruius, est proprie lapillus breuis, qui pressus sollicitudinem creat. vnde etiã scrupulus dictus est & res scrupea & scruposa, difficilis & plena scruporum. Vacant, vacua sunt. Fortunãq̃ suã. i. pristinũ fortunę fauorẽ. Sed non tam remeans. Cæsar discedens e castris fefellerat vigiles, verũ remeãs non fefellit. Milites eñ viderunt pene obrutum fluctibus: qui cõqueri cœperũt & affligi ꝙ diffideret de eorũ virtute & absentium causa tanta ipsemet subisset discrimina. Et non ingratis querelis. i. quæ militũ lamentationes erant gratæ Cæsari eorũ beniuolentiam cognoscẽti. Incessit, obiurgauit. Dure. i. crudelis & in te & in nos. In q̃

Pendeat: & tãtus caput hoc sibi fecerit orbis:
Sęuitia est voluisse mori. nullus ne tuorũ
Emeruit comitum fatis nõ posse supstes
Esse tuis? quũ te raperet mare corpora segnis
Nr̃a sopor tenuit: pudet heu: tibi causa petẽdę
Hæc fuit Hesperiæ: visum ẽ cõmittere quẽq̃
Tam sæuo crudele mari. sors vltima rerum
In dubios casus & prona pericula mortis
Prępitare solet: mundi iam summa tenentẽ
Permisisse mari. tantum quid numina lassas?
Sufficit ad fatum belli fauor iste laborq̃
Fortunæ: ꝙ te nostris impegit arenis.
Hi ne vsus placuere deum: nõ rector vt orbis
Nec dominus rerũ sed felix naufragus esses?

¶ Nec sciet hoc quisq̃. Inueni nesciet: & Sulpitius dubitat an legendũ sit nesciat: verũ bene ꝓcedit dicendo nec sciet. Nã ordo & sensus est. Nec o fortuna quisq̃ nisi tu q̃ sola es cõscia meorũ votorũ. i. desyderiorũ. s. me mori priuatũ: i. eo aĩo vt velim abijsse omni magistratu inique occupato: qa dũ mors imminet oĩm male gestorũ cõscientia mordet: q̃uis eã plenus honorũ. i. magistratuũ gestorũ, & . i. simul dictator & cõsul, ad vmbras stygias. i. ad inferos. Hoc est tu sola scis ꝙ ego q̃ moriar hic dictator & consul vi constitutus, velim pius fuisse in patriã & priuatus mori. Aut potius dicamus non ꝙ voluisset magistratu abijsse (Si eñ hoc voluisset cur optasset mortẽ suã ignorari, quo etiã post mortem timeat̃ & expectetur?) sed ꝙ præsagiret id genus mortis quod priuato & non magistratui cõgruit, soli fortunæ notũ fore: vt sit. Nec quisq̃ sciet me mori priuatũ. i. more priuatorũ sine honore sepulturæ. O superi (quia occulte se moriturum putauit hoc dicit) nullo. i. non vllo, nõ est op⁹ mihi, vllo funere. i. pompa funebri, aut sepultura: & ideo retinete in medijs fluctibus, cadauer meũ lacerum. i. laceratum a piscibus, fluctib⁹, aut scopulis. Busta. i. sepulcrũ cinerũ vstorum & rogus. i. ignis incensus quo cadauer comburat̃, desint mihi, dum. i. dũmodo, ego metuar semꝑ. s. ab iimicis: & expecter. s. a meis, ab omni terra. i. ventur⁹ a qualibet terra. Fluctus decimus. i. decumanus q̃ validissimus est (vt ex Politiano iã superius admonitus es) leuat. s. Cæsarem, cum puppe inualida. i. fragili (dictu mirabile. i. q̃ res est dictu. i. vt dicat̃, mirabilis) nec deiecit sup. puppim, rursus ab alto aggere. i. summitate eleuatarum aquarũ, pelagi. i. maris: sed vnda ꝑtulit. i. ad terminũ vsq̃ tulit Cæsarem: & imposuit ipsum terræ. i. in terram sup. illic, vbi littora angusta vacant. i. vacua sunt & nõ implẽt saxis scruposis. i. minutis & asperis. Cæsar tacta tellure. i. post q̃ tetigit terrã a qua discesserat, recepit. s. in potestatem suã, pi ter tot regna & tot vrbes, & fortunam suam. Sed Cæsar remeans. i. rediens in castra sua, luce existente iã propinqua, non fefellit tam. i. tñ aut tantopere castra & comites suos, q̃. i. q̃tum aut q̃topere, fefellit. i. latuit castra sua & comites suos, fuga tacita. i. quũ tacite abnauigare vellet. Turba. i. multitudo videntiũ e q̃bus ꝑiculis Cæsar recept⁹ erat circũfusa duci. i. fusa circum ducẽ. s. Cęsarem fleuit gemitu (alij legunt gemitus) suoꝝ. i. quo gemeret si suos amisisset, & incessit. i. inuasit & reprehendit Cæsarem querelis non ingratis: quia ex dilectione ꝓfectis

O Cesar dure, quo.i.ad quæ discrimina virtus temeraria.i.im
prouida, duxit.i.impulit te, aut in quæ fata.i.ad quæ genera
mortis, tu relinquens nos existentes viles animas, dabas tua
membra spargenda procellis inuitis: cum vita & salus tot po-
pulorum, quia omnium qui Cęsari adhæserũt, pendeat in hac
anima.s.tua: & tantus orbis.i.pars orbis.s.Roma fecerit sibi
hoc.i.tuum quod tenemus, caput sibi? Sęuitia.i.immanitas in
nos est te voluisse mori. Null9ne.i.nunquid nullus tuorũ comi
tũ emeruit nõ posse esse superst es tuis fatis.i.viuere post mor-
tem tuam? quia si cognitum fuisset Cæsarem sic perijsse: actũ
fuisset de totius exercitus salute. quũ mare raperet te: tũc sup.
sopor segnis tenuit corpora nostra. Heu pudet.s.nos temerita
tis tuæ. fuit tibi hæc.i.huiusmodi causa, hesperiæ.i.Italię petẽ
dæ.s.vt Antonium cum exercitu celerius adduceres. Visum
est.s.tibi crudele cõmittere quẽq̃.s.militum vilissimorum: tam
sæuo mari: cui te commisisti. Vltima sors rerum.i.extrema ne
cessitas solet præcipitare.s.mortales in casus dubios, & pericu
la prona mortis.i.inclinata ad mortem.sup. nunquid decuit
te tenentem iam summa mundi.i.Romam: permisisse sup. te
mari? quid.i.ad quid lassas.i.defatigas tu numina.i.deos tam
tum.i.tantopere? iste fauor & labor fortunę q̃ impegit.i.intru
sit te arenis nostris & non hostilibus: aut q̃ te non submersit:
sufficit ad fatum belli.i.vt bene speres de exitu belli. Ne.i.nun
quid, hi vsus deorũ.i.quibus tu vteris deis in tentandis pericu
lis: placuere sup. tibi? vt tu non esses felix rector orbis nec do-
minus rerum.i.imperij: sed felix naufragus.i.qui dicaris felix
non q̃ imperio potitus: sed q̃ a submersione seruatus.

¶Talia iactantes discussa nocte serenus
Oppressit cum sole dies: fessumq; tumentes
Composuit pelagus vẽtis pereuntib9 vndas.
Nec non Hesperii lassatum fluctibus æquor
Vt videre duces: purũq; insurgere cœlo
Fracturum pelagus Boream: soluere carinas
Quas vent9 doctęq; pati moderamine dextrę
Permistas habuere diu: latumq; per æquor
Vt terrestre coit consertis puppibus agmen.
Sed nox sæua modum venti veliq; tenorem
Eripuit nautis: excussitq; ordinę puppes.
Strymona sic gelidũ bruma pellẽte relinquũt
Poturę te Nile grues: primoq; volatu
Effingunt varias casu monstrãte figuras.
Mox vbi percussit densas notus altior alas
Cõfusos temere immistę glomerant̃ in orbes:
Et turbata perit dispersis littera pennis.
Vt primum redeunte die violentior aer
Puppibus incubuit Phœbęo concitus ortu:
Prætereunt frustra tentati littora Lissi:
Nymphęumq; tenent, nudas aqlonib9 vndas
Succedẽs Borę iam portum fecerat auster

fata, id est quibus mortibus & cladib9. Inui
tis procellis. quia te necare nolebant. In hac
anima.s.tua o Cæsar pẽdet vita & salus innu
merabiliũ populorũ. Sęuitia est voluisse mo
ri. quia.s.mors tua eẽt excidiũ aliorũ: qui sine
te viuere non possent. Emeruit comitũ.i.ex
istimas q̃ quispiã tuorũ tibi posset esse super
stes. quia iuxta illud Polliõis. Tibi nec deesse
volumus nec superesse. Corpora segnis no
stra sopor tenuit. Cęsar egrediens castris fefel
lit comites & vigiles dormiẽtes. Sopor dicit̃
segnis quia facit homines segnes & inertes.
Visum committere quẽq̃ tã sęuo crudele ma
ri. o Cęsar aiunt milites dum existimas esse rẽ
crudelẽ & immanẽ mittere aliquẽ ex tuis mili
tibus per mare procellosum ad hoc negotiũ
peragendũ: tu caput tuũ obiectasti tãto peri-
cl'o: & sic dũ nobis parcis in te es sęuus. Sors
vltia rerũ. Sensus est q̃ extrema sorte & discri
mine periclitantur illi pręcipitant se in pericu
la mortis: te vero o Cæsar nulla sors nulla ca-
lamitas cogebat hoc audere. qui tenes Sũ-
ma mũdi, hoc est imperiũ. Tantũ qd numia
lassas. o Cęsar tu defatigas deos & fortunam
obijciendo te toties periculis: q̃a dij laborant
semp vt te seruẽt. Q̃z te nostris impegit are-
nis.i.effecit vt tu ad hęc loca iactareris a flucti
b9: vt.s.euaderes incolumis. Hi ne vsus pla
cuere deũ. Placet ne tibi o Cęs. ĩ hoc vti fauo-
re deoꝝ: vt.s.nõ te faciãt rectorẽ orbis sed feli
cẽ naufragũ? q̃a tua spõte obijcis te tẽpestati.
¶Patiẽtibus, cessantib9. Nec non impatiens — SVLPIT.
morę. Cæsar Posthumiũ Brundusiũ misit vt
Gabiniũ adducere iuberet exercitũ. Si abnu
eret, Antonio vt p̃ciperet: post Antoniũ Ca-
leno. Sin oẽs negarent epistolã ad exercitum
scripsit vt Posthumio obsequeret̃. Põpeius
vero interea paratas acies frustra educebat in
pugnas. Duces Hesperij, Antoni9 Gabini9 &
Calenus, q̃a in Italia erant. Lassatũ fluctibus
iã mitius. Boreã. Cæsariani nacti haustrũ na-
ues soluũt atq; altera die Apolloniã Dyrrha
chiũq; peruehunt̃. Fracturũ, impulsurũ. De-
xtrę doctę, hoc est docti remiges & guberna-
tores pares duxerunt. Permistas, coniũctas,
& ordinatas. Diu, hoc est interdiu: q̃a seq̃tur
& nox. Agmẽ, classis. Cogit, coniungit̃, con
uenit. Cõsertis, connexis vicinis. Vt terrestre.
vt turmę & cateruę militũ incedentiũ p̃ terrã.
Modũ, mensurã: q̃a cessauit. Tenorẽ, cõtinua
tionẽ. Excussit ordine, deturbauit. Strymõa,
fluuiũ ĩ Hæmo ortũ q̃ Macedoniã a Thracia — Strymon.
separat. hyeme congelat̃ ęstu a gruib9: frequẽ
tatur, q̃ hyeme in Nilum euolantes. Y. literã
faciũt: sed vehemẽtiori vento impulsę ordinẽ
turbant. Grues. quæ vt ait Plini9 volãt ad p̃-
spiciendum alte. Ducẽ quẽ sequantur eligũt — Grues.
in extremo agmine per vices qui acclament
dispositos habent: & qui gregem voce con-
tineãt: excubias habent nocturnis tẽporibus
lapillũ pede sustinẽtes: qui lassatis somno de
cidẽs indiligentiã sono coarguat. Cętere dor
miũt capite subter alã cõdito alternis pedib9
insistentes: dux erecto p̃uidet collo ac p̃dicit.
Figuras varias, vt. Y. A. L. In orbes, in rotũ
ditatẽ & globũ. Littera. Y. quã vt plurimum
faciunt. Perit, deletur. Pennis, ipsis gruibus.

Ventus qd. Aer violẽtior: ventus qui nil aliđ est q̄ aer im
pulsus & vehemens. Concitus ortu: surgens
oriente sole. Lissi. Lissus oppidũ in Macedo
Lissus. nia post sinum Ciricum iuxta Acrolisim: est
ꝗ citra Nymphęũ milia passuũ tria. Frustra
tẽtati. ad q̄ cursum nequicq̄ direxerãt: qa ho
stes tenebant: & alij eos persequebantur. Cæ=
sar enim sic habet. Cum nostri essent ex con=
tinẽti visi. Q. Coscõius qui Dyrrhachij clas=
si Rhodiæ pręerat naues e pottu educit: & cũ
iã nostri remissiore vento appropinquassent:
idẽ hauster icrebuit: nostrisꝗ ꝑsidio fuit & na
Nymphęũ. cti sunt portum q Nymphęum appellatur: q
portus ab Aphrico tegebat: ab haustro non
erat tutus. Sed subita fortunę commutatiõe
hauster qui per biduum flauerat ĩ Aphricum
se vertit: rostratæꝗ hostium naues. xvi. elisę
mersæꝗ sunt. Cę. duæ naues tardius confe=
cto cursu cum ignorarent quem locum reliq̄
cepissent contra Lissum in anchoris constite
runt: quas cum Otalicius qui Lissi pręerat op
pugnaret, aliq se dedidere: nõnulli occisi sunt
veterani vero cõpluribus cęsis ad suos se rece
perunt. Nudas aquilonibus: in quas non flat
aquilo. Succedens. qui flauit post Boreã. sed
contra ait Cę. vt diximꝰ. Vndiꝗ collatis. vbi
Põ. vidit iudicatis suis & Cę. viribus magno
periculo esse pugnandum coniugem in Les=
bon mittere statuit. In robur, in potentiam &
fortitudinem. Summa, extrema. Onus con=
iugij: Corneliam coniugem quã non poterat
satis commode apđ se retinere, nec absꝗ mo
lestia segregare. Tũtum, vt tuta esset. Lesbo.
Lesbos. Lesbos in troade insula est in qua oppida sũt
Tymna & Mitylene. Heu q̄tum. Cõscius suę
ĩ Pollã mẽtis poeta, Magnam inquit vim ha
bet iugalis amor ĩ iustis hominibꝰ. Pom. eñ
in medijs bellis non potuit amore non tangi.
In æquas mentes. Iniqui enim spernunt con
iugia in quibus est prima generis humani so
cietas. Iusta venꝰ: iugalis amor. Qꝫ nolles sta
re: ꝙ nolles prælijs te committere, essentꝗ ti=
bi illa molestiora. Ictu, cõflictu, & pugna. Cõ
iunx sola fuit: sup. causa, ꝙ abstinuisti. Ver=
ba destituunt, enũtiare non potest animi con
ceptum & decretum: hianti enim verba nõ suc
currebant. Blandęꝗ iuuat. differebat rem in
longum vt minori molestia afficeret coniugẽ
Ventura. i. discessum Cornelię, & prælia futu
ra. Subducere fatis: subtrahere necessitati q̄
instabat.

BERO. ❡ Fessũ pelagus. diutina agitatiõe defatiga
tũ tandẽ factũ est tranqllũ. Nec nõ Hesperij.
M. Antoniꝰ interim &. Q. Calenus qui ꝑerãt
legionibus q̄ erant Brũdusij ad Cęsarẽ exerci
tũ transportarũt vt Cęsar & Plutarchꝰ memo
rant. duces ergo Hesperij. i. Antonius & Cale
nus. Purũ Boreã. Boreas ventꝰ est sudificꝰ
. i. serenũ & sine vdo faciẽs. Vt terrestre coit
agmen. i. diu naues Antonij ꝑ ęquor fuerunt
conglobatę & consertę quẽadmodũ terrestris
Agmen. exercitus solet incedere compositus. Agmẽ
eñ est ꝓprie exercitus incedẽs vt ait Seruiꝰ.
Strymõa sic gelidũ. Cõparat ordinẽ & teno=
rẽ nauiũ tendentium per ęquor earumꝗ per=
turbationem gruibus quę hyberno tempore
quęrentes loca tepidiora reliquũt Thraciam

Vndiꝗ collatis in robur Cęsaris armis
Summa vidẽs duri Magnꝰ discrimina martis
Iam castris instare suis: seponere tutum
Coniugii decreuit onus: Lesboꝗ remota
Te procul a sęui strepitu Cornelia belli
Occulere. Heu quãtũ mẽtes dominatᷣ ĩ ęquas
Iusta venus, dubiũ trepidũꝗ ad prelia Magne
Te quoꝗ fecit amor. ꝙ nolles stare sub ictu
Fortunæ: quo mundus erat: Romanaꝗ fata:
Coniunx sola fuit. mentẽ iam verba paratam
Destituũt: blandæꝗ iuuat ventura trahentẽ
Indulgere moræ: & tempus subducere fatis.

❡ Talia iactantes. Docet quõ recepto Cęsare ortaꝗ statim se
renitate q in Italia erant ad Cęsarẽ nauigare cœperint dicens.
Dies serenus cũ sole. s. oriẽte, nocte discussa. i. fugata, oppres=
sit. i. circumfulsit Cæsarianos milites iactantes. i. ꝑ iactantiam
ad ipsum dicẽtes talia. & pelagus fessum. s. ꝑterita agitatione,
cõposuit. i. sedauit vndas tumẽtes. i. inflatas, & hoc vẽtis patiẽ
tibꝰ. i. mõ mitigatis & nõ furẽtibꝰ per impatiẽtiã. Sabellicꝰ aũt
vt visum est fo. xlviij. legit ꝑeuntibꝰ. i. remittẽtibꝰ. nec nõ. i. in
sup, duces Hesꝑij. i. q in Hesꝑia erãt derelicti, Gabiniꝰ, Anto=
nius, & Calenꝰ, vt. i. postq̄ videre pelagꝰ laxatũ. i. remissum flu
ctibꝰ, & videre Boreã vẽtũ insurgere cęlo puro. i. sine nube, fra
cturũ. i. impulsurũ aut sedaturũ pelagus. i. tumorẽ pelagi: ipsi
soluere. i. dissoluerũt carinas, quas ventꝰ & dextrę doctę. i. pitę
remigãdi habuere diu ꝑmixtas. i. mixti vẽto & remigio actas:
& agmẽ. s. nauiũ. i. classis, coit. i. dẽsa cõglobatᷣ ꝑ ęquor latum:
vt agmẽ terrestre coit. i. simul igreditᷣ. sed nox sęua. i. tẽpestuo
sa eripuit nautis modũ. i. mensuram venti, qa vti solẽt vento
ad mensurã illi extẽso velo, & tenorẽ. i. cõtinuationẽ veli: & ex
cussit puppes ordĩe. i. ne seruarẽt agmẽ coniunctũ. O Nile flu.
Aegypti grues poturæ. i. bibiturę te, relinquunt sic. i. hoc mo
do, Strymona fluuium Thraciæ, gelidum, bruma pellente. i.
qñ congelatur in bruma: & grues effingũt varias figuras lite=
rarũ primo volatu. i. cũ primũ incipiũt volare, casu monstrãte
. i. indicante illis figuras illas literarum, quas a casu nõ ab istituto
effingunt: nõ eñ figuras attendũt: sed congruũ sibi volatum
Mox. i. paulopost, vbi notꝰ. i. hauster huidꝰ, altior. s. i aere flãs
ꝑcussit alas gruũ dẽsas. i. cõsertas, ipę grues immixtę temere.
i. sine serie literaria, glomerãtur in orbes cõfusos. i. imixtos, &
littera. s. y. turbata pẽnis. s. alarũ dispsis, perit. s. ab alis gruũ.
vñ Martia. Turbabis versus, nec littera tota manebit: Vnãp
dideris si Palamedis auẽ. Vt primũ (Alij legunt cum primum
sed idẽ valent) aer violentior incubuit puppibus. s. ducũ Ita=
liæ, die redeunte, ipsi ꝑtereunt. i. pręteruolãt, littora Lissi, oppi
di in Macedonia, tẽtati. s. an possent ĩ ipsum cõsidere, frustra:
qa coacti sunt ꝑterire: & tenẽt Nymphęũ. s. portũ, appositorie
vndas nudas a qlonibꝰ. i. in qbꝰ nõ flabat aquilo. Nam hauster
succedẽs qui flauit post Boream, fecerat iam portum. s. aptũ.
Armis Cæsaris collatis vndiꝗ in robur. i. in vnum globum
& agmen: Magnus. s. Pompeius, videns. i. consyderãs, sum=
ma. i. suprema discrimia. i. pericula, martis duri. i. grauis belli
instare iã suis castris, decreuit seponere onus cõiugij. i. cõiugẽ
Corneliã q̄ oneri erat a se ablegare, tutũ. i. tutam ab armis Cæ=
saris: & decreuit o Cornelia occulere. i. occultare te, sup. in Les
bo remota procul a strepitu sęui belli. Heu condolentis vox,
quantum venus iusta, id est amor & consuetudo coniugalis,

dominat.i.vim exercet in mentes æquas.i. legitime amantes & fidē datā seruantes:q.d.plurimū nimirū. Nam o magne, amor facit te quoq.i.etiā te,q certissimus & firmissimus esse solebas,dubiū & trepidū ad pũa.quia sola coniunx fuit.s.causa, q tu nolles stare sub ictu fortunę.i.q nolles te cōmittere aleæ belli,quo.i.sub quo ictu erat mūdꝰ.i.libertas mundi tecum casura:& fata Romana sup.erant. Verba.s.dicenda Corneliæ vt abire vellet:destituūt iā mentem paratam.s.ad dicēdum:& iuuat mentem trahentē.i.meditantē ventura.s.exitia, indulgere moræ.i.dilationi blandæ:& subducere fatis .i. morti tempus. qa fata differri sed non auferri possunt vt Seruiꝰ opinatꝰ est. & septētriōales plagas: & petūt Aegyptū volātes ordine cōposito.nā vt scribit Cicero sępe efficiunt formā trianguli & ex earū volatꝰ ordie dicit Palamedes literā y.inuenisse.Q ñ proficiscuntur ducē quē sequātur eligunt:in extremo agmine per vicēs qui acclamēt dispositos habent: & q gregē voce cōtineāt. vt ait Ply. Strymō fluuiꝰ est Thracię a quo grues Strymonię nuncupantur a poeta. Bruma pellente.frigus eas pellit e Thracia ad aquas nili calidas. Tensas alas.i.expāsas.Notꝰ ventus a meridie flans.Glomerātur in orbes, cōmiscentur sine ordine quod itē fecerūt naues Antonij.Perit littera.i.cōfundit & puertit.y.litera,quā volando cōficiūt. Vñ ait Martialis. Perdideris versus nec littera tota volabit: Vnā perdideris si Palamedis auē. Violentior aer.i.vētꝰ & aura. Littora lissi. Lissum oppidū est Epiri vt scribit Cæsar : qđ Plynius ascribit Liburniæ. Vndiq collatis in robur Cęsaris armis. Iā legiones quas habebat Antonius venerāt ad Cæsarem & multę vrbes ad eū defecerant. Nympheūq tenēt.nacti portū q appellat Nympheū vltra Lissum milia passuū tria, eo naues introduxerūt vt narrat Cęsar. Iam portū fecerat hauster. Secꝰ sentit Cæsar dicēs. Qui portus ab Africo tegebat ab haustro nō erat tutꝰ. nisi Lucanꝰ posuerit haustrū flantē a meridie pro Africo flāte ab occasu brumali vt scribit Plynius. Seponere tutū cōiugij decreuit onus. Pompeius magnus vxorē Corneliā in insula Lesbo seposuit:& Mitylenēis cōmendauit:qm apud maiores ingenti turpitudini dabat si mulier castra sequeret vt ait Seruius. Vñ dixit Vergi.de Cleopatra. Sequitq nefas Aegyptia cōiunx. Castra eñ dicunt quasi casta q.s.illic castraret libido:nā his nunq̄ intererat mulier vt interpretatus est Seruius. Lesbos aūt insula ē clarissima añ Troadē vt scribit Plyniꝰ:alio noie Pelasgia & Macaria appellata. Fuit nouē oppidis inclyta. Heu quantū mentes dominat in ęquas iusta Venus. Quis esset Pōpeius bellorū maximis curis implicitꝰ,tñ vxoris obliuisci nō potuit cuius amor eū fecit trepidū ad cōserendas manꝰ cū aduersarijs. Magnā ergo habet vim Venus etiā in mentes & pręcordia iustorū & magnorū virorū. Iusta dicit Venus cōiugalis & vxoria. Cōiunx sola fuit.s.in causa. Mentē iā verba paratā destituūt.exprimit affectꝰ amoris. Pōpeius eñ cū vellet vxori persuadere vt vellet esse cōtenta secedere a bello: sępe eū verba destituebāt.iuxta illud Vergilianum. Incipit affari mediaq in voce resistit.

Nocte sub extrema pulso torpore quietis
Dum fouet amplexu grauidū Cornelia curis
Pectus:& auersi petit oscula blanda mariti:
Humentes mirata genas:perculsaq cæco
Vulnere nō audet flentē deprēdere Magnū.
Ille gemens:Nō nūc:vita mihi dulcior inquit:
Quum tędet vitę:lęto sed tēpore coniunx:
Venit mœsta dies:& quā nimiūq parumq
Distulimus:iam totus adest in prælia Cæsar.
Cedendum est bellis:quorū tibi tuta latebra
Lesbos erit.desiste preces tentare:negaui
Iam mihi.nec longos a me patiere recessus.
Pręcipites aderunt casus: properante ruina
Sūma cadūt:satis est audisse pericula Magni.
Meq tuus decepit amor:ciuilia bella
Si spectare potes: nam me iam marte parato
Securos cepisse pudet cum coniuge somnos:
Eq tuo miserū quatiūt quū classica mundum
Surrexisse sinu:vereor ciuilibus armis
Pompeium nullo tristem cōmittere damno.
Tutior interea populis & tutior omni

SVLPITIVS.

Nocte sub extrema. In diei principio. Pectꝰ grauidū. Pōpeiū sollicitū bellicis curis & impatiētē absētię cōiugis quā vnice amabat. Aduersi, oppositi. Humentes genas, lachrymabat eñ Pōpeiꝰ. Perculsa, pterrita. Deprēdere.iterpellare sermōe & q̄re fleret interrogare. Gemēs, suspiria emittēs. Nō nūc. hac oratione Pōpeius vt æquo aīo ferat abscessū conat efficere. est aūt sensus. O dulcior mihi vita felici & añ acta non psenti & misera cuius me tędet. Mœsta, qa segregationis. Nimiū, respectu bellici & publici cōmodi. Parum, respectu amoris pietatisq nrę. Totus Cæsar, totæ Cęsaris vires. Latebra, latēdi locus. Negaui iā mihi. nō potui a me impetrare. qa est incōmodū & periculo plenū q̄uis fuisset mihi q̄ suauissimū. Nec longos patiere recessus. non longe a me distabis: nec diu absq me eris. Casus pręcipites. subito eñ aut victores aut victi erimꝰ. Properante ruina summa cadūt. sententia seu parœmia. q̄ eñ sunt altissima celerius corruūt. Satis est audisse. Minus eñ dolet q audit q̄ q videt aduersa. Meq tuus decepit amor. Non amas me vere si potes interesse pręlijs: nā est mihi turpe in tātis periculis tecū cubare. Securos, quietos.i.me qetū & sine assidua cura belli vxoriū esse: & tuis vacare cōplexibꝰ. Marte, certamine. Classica quatiunt.i. quum datum est signum pugnæ quo tremunt omnes nationes. Sinu, gremio & complexu. Vereor. dubito inquit hac tristitia de te suscepta pugnare: itaq deponenda est. Nam decet pugnaturum Imperatorem hilarem esse. Committere, exponere. Late, latita. Fortuna, aduersa scilicet. Nō tota te mole premat, non te toto dolore affligat. Impulerint, euerterint. Optima pars nostri. tu ipsa

sis salua. Si fata prement. si aduersa fortuna vexabor & Cęsar me psequet̃. Sit quo velim fugisse, habeam locū in quē libēter fugiam. Infirma, nobilis animi. Cepit, continere potuit: capax eius fuit: & ei resistere quin moreretur. Cessare e pectore sensus: exanimata ē. Proferre, enuntiare. Nil mihi. A commiseratione exordit̃ & cōquerit̃ ꝙ a viro diuidatur nō morte, sed ꝙ cōtemptui habeatur. Nil relictū est queri, nō possum conqueri & incusare fata cōiugij vt Iunonē & Hymenea ꝙ nos in vita nō seruauerit. Funus, mors. Sūma fax mors ipa interpretatio. Diri, funerei. Demissa, humilis & vilis apd̄ te: vel dimissa.i.repulsa abducta. Sorte frequēti vt multis solet accidere. Plebeia, humili nā viles solēt cōiugia negligere. Hostis ad aduētū: Argumentatur ab eo ꝙ fiat qd̄ faciendū nō est. Nā par est vt amicis nō inimicis gratas res faciamus. Rūpamus fœdera. separemus cōiugiū nostrum Placemus socerum, mitigemus Cæsarem q turbatus est ꝙ simus concordes atq; coniuncti. Sic est tibi cognita. sic videor tibi infida. occurritq; illi qd̄ dixit Pom. Meq; tuus decepit amor. Non olim casu pendemus ab vno. nonne ex quo coniugium iniuimus eo connexi vinculo sumus vt vna salus ambob⁹ sit vnum & cōmune periculum.

BERO. ¶ Grauidū.i.plenū pectus.s. Pompeij. Curis, sollicitudine & anxietate ꝓpter bella. Cura em̃ dicit̃ ꝙ corvrat: & aliquādo accipit̃ pro amore. Vergili⁹. At regina graui iādudū saucia cura. Auersi mariti, q faciē habebat auersam ab vxore. Ita Iuuenalis. Si nocte marit⁹ auersus iacuit. Verū boni codices habent aduersi.i.faciē habentis Corneliā spectantē. Ita vulnera dicūtur aduersa q̃ sunt in pectore: vt apud Plyniū. Humētes mirata genas, ꝓprie locut⁹ est. Genę em̃ vt supra dictū est sūt oculorū tegumēta in quibus vtrinq; sunt palpebrę vt scribit Plynius. Nō nūc vita mihi dulcior inquit. Sēsus est o Cornelia dulcior mihi nō hac vita qua nūc fruor q̃ mihi tędio est sed dulcior illa vita beata: quā olim duxi plenus felicitatis. Totus Cæsar.i.cū oībus viribus & legionibus. Negaui iam mihi. quasi dicat ei⁹ obscessum nō min⁹ sibi q̃ illi fore molestū. Vn̄ ait negaui.s.te iā mihi. destinaui.s. priuare me tua iocūdissima cōsuetudine. Satis est audisse pericula magni. ea em̃ q̃ videntur maiore afficiūt cruciatu cū sit vehementior sensus oculorū q̃ aurium. Iuxta illud Horatianū. Segnius irritant aīos demissa per aures, q̃ quę sunt oculis subiecta fidelibus. Eq; tuo quatiunt. supple pudet me surrexisse.s.e tuo sinu Cornelia cū classica & sonit⁹ tubarū dant signū bellicū, videbor em̃ esse vxorius. Pōpeiū nullo tristē cōmittere dāno.i. vereor committere me bello ciuili nulla mœstum iactura: quoniā gesturus triste bellum deberet tristis & mœstus esse aliquo incōmodo. Late sis occlta i secessu Lesboo vbi eris tutior omnibus regibus: quib⁹ in pugna imminet discrimē. Fortuna mariti id est mea calamitas. Si numina nostras impulerint acies, id est si dij me victum, Cęsarem victorem effecerint Maneat pars optima magni.s.tu o Cornelia quæ es mei pars optima. Iuxta illud Ho-

Rege late: positaq; procul fortuna mariti
Non tota te mole premat. Si numina nostras
Impulerint acies: maneat pars optima nostri:
Sitq; mihi: si fata premant victorq; cruentus:
Quo fugisse velim. Vix tātū infirma dolorem
Cepit: & attonito cessere e pectore sensus.
Tandē vix mœstas potuit proferre querelas.
Nil mihi de fatis thalami superisq; relictū est
Magne qri. nostros nō rumpit funus amores:
Nec diri fax summa rogi: sed sorte frequenti
Plebeiaq; nimis careo dimissa marito.
Hostis ad aduentum rūpam⁹ fœdera tædę:
Placemus socerū. sic est tibi cognita Magne
Nostra fides? credis ne aliquid mihi tuti⁹ esse
Q̃ tibi? non olim casu pendemus ab vno?

¶ Nocte sub extrema. Cōmemorat quō Pōpeius dum noctu ab vxore amplecteretur illi suasit vt in Lesbon abiret: ne tanta mala videret: vt cū ordine patebit qui talis est. Dum Cornelia vxor Pōpeij, fouet amplexu.i.aplectendo, sub extrema nocte i.circa diluculū, torpore quietis.i.dormitatione & somno, pulso, fouet inquā, pectus.s. Pōpeij, grauidum curis: & petit oscula blanda mariti aduersi.i.oppositi & ad se os habentis (Alij legunt auersi quasi in alteram partē ab eo versi: sed tūc occurrit quō sit: humētes mirata genas: nisi palpitando forsan) existēs mirata genas humētes.i.fletu & ꝑculsa vulnere cæco.i.latente dolore ipsius: non audet deprēdere.i.interpellare & quęrere cur fleret, sed simulat se nō sentire magnū.s.maritū suum flentē. Ille.s.magn⁹, gemens: inquit o cōiunx dulcior mihi vita nō nūc i.ea quā nūc viuo in qua nihil est dulcedinis: quin.i. quinimo tędet vitæ: sed dulcior mihi vita.i.q̃ fuit vita tpe læto.i. ꝓspero & felici: dies mœsta.s.qua pugnandū est, venit.i.orta est: & dies quā nos distulimus nimiū: qa melius fuisset forte Cęsarē priusq̃ tantas copias habuisset oppugnasse: & distulimus parū, respectu amoris nostri, aut respectu negotij ipsius, quia nūq̃ sero venit res mala: & parū videtur distulisse mala dum amplius differri nequeunt. Cæsar adest.s.paratus & vrget iam totus in prælia, quocirca cum sis mulier, cedēdum est tibi bellis: quorum bellorum latebra tuta erit tibi Lesbos. desiste tentare preces.i.ꝓcibus me velle vincere ne illuc abeas: ego negaui iā mihi.i.cum ego a me pro amore in te meo requirerem vt mihi pręsens maneres, negaui mihi.i.ratio negauit mihi. Nec tu patiere a me recessus longos.i.diu duraturos: quia casus aderūt præcipites.i.res cito in alteram partē cadēt: nec obstat ꝙ summæ sint vtriusq; partis facultates: quia summa cadunt, ruina properante.i.quando fatale imminet excidium. Satis est tibi audisse.i.si audieris & non videris, pericula Magni. & amor tuus decepit me.i.nō vere amaueris me sicut puto me abs te amari, si potes spectare bella ciuilia.q.d.pericula & necem forte mariti tui. Nam pudet me cepisse cū coniuge somnos securos marte.i.bello parato.i.proxime gerēdo: & pudet me surrexisse e sinu aut gremio tuo, cū classica.i.sonit⁹ bellici & ꝓlij incēdi quatiūt.i.cōcutiūt anxietate mundū miserū.i.misere timētem quia cū Pōpeio libertas omniū erat extiguēda. ego vereor cōmittere ciuilib⁹ bellis Pōpeiū, hoc est me quasi dicat ducē (vn̄ de se quasi de alio in tertia ꝑsona loquit̃) tristē.i.apparētē tristē nullo dāno.i.nōdū accepto dāno: sed tristē ꝙ e tuo sinu voca-

tus sit. militib⁹ aũt tollit anim⁹ dũ tristẽ videt ducem. quocirca Aeneas. Spẽ vultu simulat, ꝓmit alto corde dolorem. Aeneidos .j. Est ergo ducis vt oratoris esse testat Fabius prae se ferre fidutiam. Late .i. occultare interea existẽs tutior populis & omni rege, quia omniũ regum res agẽda erat: & fortuna mariti .s. aduersa, nõ premat te positam procul .s. a marito, tota mole .i. pondere aduersoꝝ. si numina impulerint .s. in fugam aut euerterint, nr̃as acies, optima pars nostri maneat scilicet salua. hoc est tu. Aldus legit pars optima magni: sed significantius legitur nostri. Et si fata & victor cruentus premant me .i. cogãt fugere, sit mihi quo velim fugisse .s. ad te vbi latebis. Cornelia infirma .i. debilis animi, vix capit .i. capere vix potuit tantũ dolorẽ: & sensus .i. mens & ratio cessere e pectore attonito. Tandem, vt .i. postq̃ vox potuit, aut tandẽ vix potuit ꝑferre querelas mœstas .s. sequẽtes. O Magne nil relictum est mihi quod possim conqueri de fatis thalami .i. auspicijs coniugij: & de superis q̃ pręfuerũt illis. funus .i. mors nõ rũpit nostros amores & ita non est fatis imputandũ: nec fax summa diri .i. deorũ ira extructi, rogi .i. ignis funebris, sup. rũpit amores nostros: sed ego careo marito dimissa .q.d. repudiata: sorte frequenti & nimis plebeia, hoc est vulgari. Rũpam⁹ .s. si iustũ videtur quod tñ nõ est, fœdera tædæ .s. cõiugalis, ad aduentũ hostis .i. vt cõplaceamus hosti: placemus socerũ .s. quondam tuũ forte iratũ q̃ me Iuliæ suę superduxisti. O magne est nostra fides cognita tibi sic, vt credas te deceptũ ab amore si ꝑsens esse velim? q.d. non deberet ita esse. Credis ne aliquid esse tutius mihi q̃ tibi, hoc est me posse saluam esse alicubi, te pereũte? Non .i. nonne pendemus olim ab vno casu .i. vno cõmuni periculo? q.d. maxime.

ratij. Et serues animæ dimidium meę. Vix tãtum infirma dolorem cepit. Cornelia audito Pompeij sermone prę dolore exanimata est & vix tandem potuit respondere. Attonito pectore .i. stupefacto corde. Nil mihi de fatis thalami superisq̨ relictum est Magne queri. Non possum conqueri inquit Cornelia de fatis nostri thalami .i. coniugij quia mihi obtigisti maritus illustrissimus, nec possum etiã lamentari de superis: quoniã non eripiunt te mihi, immo te seruant incolumẽ. Funus id ẽ mors. Fax sũma rogi, quæ scilicet ignis mittitur in rogũ ad comburẽdum cadauer. Rũpam⁹ fœdera tędę .i. matrimonij. Quinq̨ enĩ tędę .i. faces in nuptijs pręferebãtur a pueris matrimis & patrimis vt ait Festus: & supradictum est ex authoritate Plutarchi. Hostis in aduentum, scilicet Cæsaris. Placemus socerum, scilicet Cæsarem. quia tu videris eũ placare velle seponendo me in insulã Lesbon. Non olim casu pendemus ab vno. Marit⁹ & vxor eidem fortunæ sorti & casibus sunt obnoxij. iuxta illud Vergilij. Commune periclum Vna salus ambobus erit.

Fulminibus me sęue iubes tantæq̨ ruinæ
Absentem pręstare caput. secura videtur
Sors tibi: cum facias etiam nũc vota perisse?
Vt nolim sęuire malis. sed morte parata
Te sequar ad mães: feriat dũ mœsta remotas
Fama procul terras: viuã tibi nẽpe superstes.
Adde q̄ assuescis fatis: tantumq̨ dolorem
Crudelis me ferre doces, ignosce fatenti:
Posse pati timeo. q̄ si sunt vota: deisq̨
Audior: euentus rerum sciet vltima coniunx.
Sollicitam rupes iam te victore tenebunt:
Et puppim quę fata ferat tam læta timebo.
Nec soluent audita metus mihi ꝓspera bella:
Cum vacuis proiecta locis a Cæsare possim
Vel fugiente capi. notescent littora clari
Nominis exilio: positaq̨ ibi coniuge Magni
Quis Mitylenęas poterit nescire latebras?
Hoc ꝓcor extremũ: si nil tibi victa relinquent
Tutius arma fuga: cum te commiseris vndis
Quolibet infaustam potius deflecte carinam.
Littoribus quęrere meis. Sic fata relictis
Exiluit stratis amens: tormentaq̨ nulla

SVLPITIVS.

Fulminibus me sæue iubes tantęq̨ ruinę Absentẽ ꝓstare caput. Allegoria ẽ: vis inqt vt ego abſẽs eodẽ afficiar dolore quo & vos q̃ ꝓlijs interestis. Secura videt. imo mœstissima est: & occurrit illi superiori: Tutior interea populis. Etiam nunc, dum assum & anteq̃ prelium ineas. Cum facias perisse vota: cũ nolis me exaudire, & patiaris me in mœstitia viuere. Vt nolim sæuire malis, vt noli in aduersitatẽ crudeliter i me agere. Parata, prompta, non lenta. Feriat dum. tamdiu supuiuã tibi q̃diu ignorauero te victum vel mortuũ esse: id vbi resciuero mihi inferam necẽ. Feriat dum mœsta remotas Fama procul terras, id est dũ fama necis aut fugæ perueniat Lesbon. Assuescis, assuefacis me: actiue posuit Tantum dolorem, quãtus est suscipiendus ex morte calamitate ve tua. Posse pati, posse dolori resistere: ne statim ex ipso enecer. Si sunt vota: si succedunt desyderia mea. Euẽtus, successus. Rupes, Lesbos ipsa aspera. Sollicitam, me timidam. Feret fata tam læta: afferet mihi tam lætum nuntium. Nec soluent audita. audita tua victoria adhuc timebo. Vacuis, desertis & sine defensoribus. Vel fugiente, etiam si fugiat. Notescent, nota fient. & refutat illd Late. Exilio nominis clari: exilio meo quæ celebror ob coniugium tuũ Quis. vnusquisq̨ enĩ scit. Latebras mitylenęas, id est me apd Mitylenas latere. Est autẽ Mitylene vrbs i Lesbo. Si nil tibi victa. si fugere cogeris per mare in Lesbũ non venias: sed diuerte quocunq̨. Infaustã, infelicẽ quia virum tam pręclarum fugientẽ vehat. & est metonymia. Exilijt stratis, rapti extra lectũ saltauit. Tormenta, dolores discessus qui erant sibi pro tormentis. Nõ sustinet pectora, non succumbit viro, non vult amplexari ab Mitylene.

æo. Sustinet, partitur. Extremus fructus: hoc est complexus ipsi & extrema voluptas diuturni amoris quam tūc capere potuissent, nō decerpit: non est grata. Perit, amittitur. Præcipitant, impellunt: nam festinant in dolores. Sustinuit dixisse vale: potuit more discedentiū salutare. Cætera damna. vt fugam ex vrbe & Italia. Durata malis, firmata & assueta aduersitatibus. Labit: cadit exanimata. Suorum, domesticorum. Ad æquoreas arenas, ad littus. Prosternit, abijcit se in terrā. Tenet, occupat membris. Illata, importata immissa Non sic, non tanto cū dolore & gemitu. Premerent, vrgerent, persequerent. Fida comes Cornelia quæ nunq̄ deseruit Magnum. Vadit sola. non ꝙ sola esset sed ꝙ sine viro. Vergilius. Sola domo mœret vacua. Quæ nox sibi proxima venit in somnos. hoc ē nox sequēs qua dormitura erat. Frigida lecto, supple fuit. Atq; insueta quies vni. tum primum iacuit sola. Nudum, quasi nudum: nō enim calebat. Qꝫ sæpe. admiratiue certe sępissime Deceptis. nā putabat se cōplecti Pompeiū.

BERO. ❡Fulminibus. prælio ciuili quod est quasi fulmen quo pcussi extinguūtur illico. Sed morte parata te sequar ad manes. vbi audiero inquit Cornelia te fuisse profligatum a Cæsare mihi mortem cōsciscā: & sic te sequar ad manes. i. inferos. Mœsta fama, afferēs mœrorē de tuis partibus profligatis. Viuam tibi nempe superstes. quasi dicat non viuā. Adde ꝙ assuescis fatis. i. me assuetā infortunijs & laboribus vis efficere. Doces. s. separando nūc me a tuo conspectu. Posse pati timeo. s. tantum dolorem vt viuam. Qꝫ si sunt vota deisq; audiar. id est si audient vota & preces meas: & te victorem facient: ego vltima intelligam victoriam: quæ prima scire deberē: & sic iam te victore ero sollicita & anxia ante q̄ nuntius victoriæ tuę ad me veniat. Rupes. quia in rupibus & scopulis sollicità expectabo nuntium & prospiciam per pelagus an aliqua nauis aduentet: quæ etiam portans lętum nuntium, tamē a me timebitur ne aliqd apportet mali. Nec soluent audita mœtus. etiam cum audiero te fuisse victorē, adhuc tñ timebo: quia Cęsar victus & fugiens facile me posset inuadere. Notescent littora. s. insulæ Lesbi in qua ego videbor exulare. Coniuge magni, me scilicet ait Cornelia. Mityleneas latebras. Mitylene ciuitas est in Lesbo clarissima vt ait Strabo. ex qua fuit Pittacus vnus ex septem sapiētibus. Tutius arma fuga, id est si victus fueris nullumq; inuenies pręsidium melius fuga: caue ne confugias huc, qm̄ hostes ibi te maxime quęrent vbi ego fuero. Infaustam carinā. i. nauem tuam infelicē. Quolibet deflecte. i. ad omnia alia littora præterq̄ Lesbia vbi ego ero. Exilijt stratis, id est lecto Strata em̄ dicunt vestimēta a sternendo. Extremusq; perit tā longi fructus amoris. quia non cōplecti, nō osculari voluit Pompeium qđ fieri solet ab vxoribus maritis recedentibus. & sic perijt extremus fructus amoris eorꝫ. Sustinuit dixisse vale. Recedētiū mos ē vt dicāt vale: qđ neq; Pōpeius neq; Cornelia dixerit. Labit infelix. corruit Cornelia ex vehemēti dolore

Vult differre mora: nō mœsti pectora Magni
Sustinet: amplexu dulci non colla tenere:
Extremusq; perit tam longi fructus amoris.
Præcipitantq; suos luctus: neuterq; recedens
Sustinuit dixisse vale: vitamq; per omnem
Nulla fuit tam mœsta dies: nā cætera damna
Durata iam mente malis firmaq; tulerunt.
Labitur infelix manibusq; excepta suorum
Fertur ad ęquoreas ac se prosternit arenas:
Littoraq; ipsa tenet: tandemq; illata carinę est.
Non sic infelix patriam portusq; reliquit
Hesperios: ſęui premerent cū Cæsaris arma.
Fida comes Magni vadit duce sola relicto:
Pompeiūq; fugit: q̄ nox sibi proxima venit
Insomnis: viduo tum primū frigida lecto
Atq; insueta quies vni: nudumq; marito
Non hęrente latus: somno q̄ sępe grauata
Deceptis vacuum manibus cōplexa cubile est
Atq; oblita fugæ quęsiuit nocte maritum.

❡Fulminibus me sæue iubes. Prosequit orationē suā querulosam Cornelia dicens, o sæue. i. crudelis Pompei tu iubes me absentē pręstare. i. exhibere fulminibus. s. belli, & tantæ ruinæ. s. rerū caput sup. meū afficiendū doloribus. quia absens cū maiora sit putatura mala, maiore afficiet dolore, q̄ si præsens esset. Quod Horatius late docet in Epodo ad Mecœnatē his versibus. Roges tuum laborē quid iuuē meo Imbellis ac firmus parum? Comes minore sum futurus i metu, qui maior absentes habet &c. Videt tibi sors. s. mea secura. i. sine curis in Lesbo habenda? q. d. id falso putes, cū facias etiā nūc cum pręsens sum, vota perisse, quia nō vis me exaudire, q̄ velim nō post te sed tecum viuere & mori. hoc aūt facis: vt nolim sęuire. i. furere & in me agere atrociter, malis. s. si viderē mala tua q̄ futura forsitan sunt. (sunt q legant seruare malis, licet victoribus qa, iniquis.) Sed (q. d. nihil agis qa) ego sequar te ad manes. i. inferos, morte parata. i. mihi decreta aut prōpta & nō lēta. Nempe. i. certe viuam tibi vt dicis supstes: sed dūtaxat, dū. i. donec, fama mœsta. s. de cæde tui, feriat. i. attōitas faciat, procul. s. a te, terras remotas. Adeo crudelis. ꝙ tu assuescis. i. assuefacis me fatis idē malis tolerandis, & doces me ferre tantū dolorē, quantus esset ex morte tua suscipiēdus. quia iam tūc eum patiebat: & ita minus forte doleret cū verus dolor adueniret. vnde addit. ignosce fatēti: ego timeo posse id est ꝙ possim, pati. i. tolerare citra mortem, dolorē de te. Qꝫ si sint vota scilicet exaudita: & ego audiar deis id est exorem deos vt vincas: coniunx scilicet tua hoc est ego, sciet vltima euentus rerum id est belli exitū. quia rupes e quibus naues obseruabo tenebunt scilicet me sollicitam, te victore id est cū fueris victor: & timebo puppim quæ ferat tam læta fata scilicet de victoria tua. Nec bella pspera, aut nec pspera. s. euēta belli, sic em̄ quidā legūt, audita soluēt mihi metus, cū ego piecta locis vacuis. i. sine psidio, possim capi a Cęsare vel. i. etiā fugiente. littora. s. Lesbi, notescēt. i. fient no-

ta & nobilia, exulis clari nominis. s. Corneliæ: & cōiuge magni s. Pōpeij posita. i. sepulta aut exulāte ibi. s. apđ Mitylenen, qs poterit nescire latebras Mitylenęas? q. d. nemo. quia oēs sciēt. Ego precor hoc extremū, si arma victa, nil relinqnt tibi tutius fuga, cum. i. postq̄ cōmiseris te vndis. i. nauigationi, deflecte s. a lesbo, carinam infaustam potius quolibet. i. ad quamlibet terrā q̄ in Lesbum, quia tu quęrere littorib⁹ meis vbi ego exulabo. Cornelia fata sic exiijt amens stratis relictis: & nulla, id ē non vlla, non vult differre tormenta. s. sua, vlla mora: nō sustinet. i. non potis est, tenere pectora magni mœsti: non colla magni, amplexu dulci: alij legūt teneri: vt sit nō sustinet pectora magni mœsti teneri. s. a se: & non sustinet colla. s. sua, teneri, dulci amplexu. s. magni: & extremus fructus tā longi amoris i. quinta linea veneris perit ob mœrorem: & pcipitāt. i. ante tēpus accelerant suos luctus: & neuter recedens sustinuit. i. potuit dixisse. s. alteri vale. & nulla dies fuit ipis tam mœsta per omnem vitam. Nam tulerunt. i. passi sunt cætera damna. i. incommoda, mente iam durata malis & firma. Cornelia infelix labit & excepta manibus suorū fertur ad arenas æquoreas & pſternit se & tenet ipa. i. per se, aut tenet ipa littora. i. cadit in terram & illata est tandem carinæ. i. nauiculæ postq̄ ex tacito dolore quem tunc passa erat ad se rediit. Ipse infelix non reliquit sic patriam & portus Hesperios. i. Italicos, cum arma sæui Cęsaris, pmerēt. i. vrgerēt fugiētes, qa iā fida comes. i. cōiunx Magni vadit sola, quia relicto duce. s. magno: & fugit Pōpeiū.

quē cōceperat a Pōpeio recedēs. Ad ęquoreas arenas. vt. s. naui imposita inde nauiget in insulam Lesbon. Non sic infelix patriā. Sēsus est nō tā vehemēter indoluit Cornelia qū quū Pompeio fugiēs Cæsarem coacta est relinquere penates Romam & Italiam, q̄ nūc perturbata est secedens ab ipo Pompeio. Fida comes Magni. i. Cornelia quæ fida fuerat comes Pompeij illū sequendo ab vrbe in Epirum nūc sola recedit sine marito: quē fugere videbatur: adeo festināter ex nimio dolore pturbata recessit. Viduo lecto. s. sine Pōpeio. nam vidua dicit fœmina marito priuata. a ve quod significat nō, & duo, vt existimat Iuriscōsultus: vl' vt ait Macrobius dicit vidua q̄si valde idua id ē valde diuisa. Iduare eñ Hetrusca lingua diuidere ē: vel vidua. i. a viro diuisa. Frigida. vxor dicit in lecto frigida esse qñ cubat sine marito. Ita Penelope ait apud Ouidiū. Non ego deserto iacuissem frigida lecto. Insueta, nō solita. Deceptis manib⁹, quia in somnis manibus torū cōplectebatur existimās se amplexari Pompeium.

In sōnis sup. fuit, ea nocte q̄ nox venit sibi pxima & tum primum fuit ipa frigida in lecto viduo: & quies insueta vni. i. soli & sine viro, & latus fuit nudū, marito nō hærente. s. illi, q̄. i. o q̄tū sæpe, ipa grauata somno, complexa est cubile vacuū manib⁹ deceptis? atq; oblita fugæ, quęsiuit maritum nocte?

Nam q̄uis flāma tacitas vrgente medullas
Non iuuat in toto corpus iactare cubili:
Seruatur pars illa tori: caruisse timebat
Pompeio. sed non superi tam lęta parabant.
Instabat miseræ magnū quę redderet hora.

Nam q̄uis & c. Cām affert cur deceptis manibus quęsiuerat nocte maritū. Nā q̄uis flāma. i. vehementi amore vrgente medullas tacitas. i. tacite cōsumente eas, aut tectas. i. occultas. i. q̄uis amore incēderet tñ nō iuuat iactare corpus. s. suum in toto cubili. i. ad eā partē quam maritus occupare solebat, quia illa pars tori in qua Pōpeius iacere solebat, seruatur. s. vacua. ipsa Cornelia timebat caruisse. i. ne esset caritura Pōpeio, hoc ē amisisse psentiā Pompeij, sed superi nō parabāt. s. Cornelię tā læta vt videlicet careret marito, quia instabat, id est proxima imminebat hora q̄ redderet. s. per visionē post necem eius, miserę. s. Cornelię, Magnū. s. Pōpeiū, qui vxori est appariturus in somnis. Et hæc quintū librum.

SVLPI.

Nam q̄uis. Licet amore vexaretur tñ non iactabat corp⁹ p totū torū vt amātes p molestia cōsueuere. sed partem tanq̄ si vir esset, seruabat intactam. Non iuuat in toto. Ouidius Esse quid hoc dicam q; tam mihi dura videntur Strata: nec in lecto pallia nostra sedēt. Et vacuus somno noctem q̄ longa peregi: Lassaq; versari corporis ossa dolent. Caruisse, penitus amisisse eius cōsuetudinē. Tam lęta. vt esset Pōpeio caritura. Hora. breue tps. Instabat, vicina erat. Quæ redderet Magnū: qua esset visura magnum victū & pereuntem.

PHI. BEROALDVS.

Flāma vrgente. i. amoris incendio. Vergilius. Est mollis flāma medullas. Seruat pars illa tori. in qua. s. Pompeius cubare solebat. Quæ redderet hora: Pōpeius mox a Cæsare profligatus venit in Lesbon: & inde abduxit vxorem Corneliam.

Io. Sulpitii argumētū in Sextum Lucani.

DYrrhachium in sexto dum Magn⁹ ab hoste tuetur:
Vallatur muro in campis: & peste laborat.
Esurit & Cæsar: pugnaq; erumpit aperta
Pompeius: Scęuę vires & nobile fatum
Thessalięq; situs: mox q̄ tulit illa: canuntur.
Hic magicā Ericto stygias vt cōsulat vmbras
Sextus adit: ciet illa deos: cogitq; cadauer
Tristia fata loqui: moritur q̄d carmie rursus.

Explanatio argumenti Sulpi. per Ascen.

DYrrhachium & c. Ordo ē. In sexto libro sup. canitur a Lucano: q; Magnus. s. Pōpeius dū tuet. i. defēdit ab hoste. s. Cæsare, Dyrrhachiū. s. oppidū in Cherroneso quod prius Epidamnos dictū est, ipe vallat ab hoste, muro. i. munitiōe & vallo, in cāpis vbi castra habebat: & laborat peste: & Cęsar esurit, id est laborat fame: & Pompeius erumpit aperta pugna, in qua victor euasit: & si victoria vti sciuisset actū fuisset de Cęsare. Et vires. i. stupēdū robur Scęuę. s. Cassij militis Cęsariani: & nobile fatū eiusdē: & sit⁹ Thessalię: & q̄ illa. s. Thessalia tulit. i. attulit aut passa ē: canūtur ī sexto lib. Hinc. i. deide Sext⁹. s. Pōpei⁹ adit Ericto magicā vt cōsulat vmbras stygias. i. infernales. illa. s. ericto, ciet. i. excitat deos & cogit cadauer loq fata tristia. i. exitū belli, q̄d cadauer morit rurs⁹ carmie. s. magico, quo fati coactū vixisse visū erat.

¶ Io. Sulpitij in Sextũ Lucani interpretatio.

Postq̃ castra duces. Cũ Antonius Nympheũ appulisset receptusq̃ esset Lissi post Otacilij fugã: Cæsar vt cũ eo se cõiũgeret: Põpeius vt venĩẽti se opponeret ꝑperabat. Cunq̃ is castra non multũ distãtia posuisset: & Antonius vnũ diem in castris se retinuisset: Cæsar ad eũ peruenit. Põpeius ne duob⁹ circũ clauderet̃ exercitibus ad Asparagũ se cõtulit castraq̃ posuit Cęsar vero missa vna legione cum ducentis equitibus in Thessaliam & Aetoliam, vnde legati venerant pollicentes omnes ciuitates eius imperata facturas, in Macedoniam iter arripuit: expugnatoq̃ in itinere oppido Partinorum tertio die ad Pompeium peruenit: iuxtaq̃ eũ posuit castra: & postridie eductis omnib⁹ copijs acie instructa potestatem decertandi Pompeio fecit. Sed cũ suos ille contineret, postero die Cęsar magno circuitu difficili angustoq̃ itinere Dyrrhachium profectus est: sperãs Pompeium aut Dyrrhachium cõpelli, aut ab eo intercludi posse: vt accidit. Pompeius eodem accelerans cum pręuentu Cæsaris esset Dyrrhachio interclusus edito loco qui appellatur Petra castra cõmunit: eo partem longarum nauium cõuenire: frumentũ commeatumq̃ vndiq̃ comportari imperat: seq̃ suis continet locis. Cæsar vero munitionibus ip̃m circũdedit ne inde posset exire. Cunq̃ ille peste hic fame afficeretur consertum est pręliũ quo Pompeiani erũpentes fuere victores. Propinqui pugnę mẽte: breui pugnaturi volũtate & consilio. Iugis, montibus Macedoniæ ad Asparagum. Admota, vicina. Par suũ, dños rerũ. sunt ip̃i qui dominant̃ in cęlo. vel par suũ dixit q̃a hi erãt in voluptatẽ spectãtiũ deorũ iter se digladiaturi vt paria in arena. Capere mœnia, expugnare ciuitates Epiri. Martẽq̃ secũdũ. negligit vllã nisi de Põpeio habere victoriam. Funestã mũdo votis petit omnib⁹ horã. letiferũ humano generi tp̃s tota mẽte desyderat. In casum, in euentũ pugnę incertum. Alea, periculũ & casus incertus. Est em̃ Alea oĩs ludus in fortunę varietate cõsistẽs traducitq̃ ad euentus incertos. Horati⁹. Periculosę plenum opus alęę tractas. Plyni⁹. Extra oẽm ingenij aleã positus. Alterutrũ, alterũ de duobus aut suũ aut Põpeij. Ter explicuit turmas, ter ad pręliũ ineundũ acies ordinauit. Signa, vexilla, aquilas. Testatus, prõptum se ostẽdẽs ad euertendũ Romanũ imperiũ. Exciri ad tumultus, ad ꝓuocatiões excitari: qm̃ intra castra suos cõtinebat. Clauso vallo, castris. Signa mouet, discedit. Tectusq̃ via: occultus per loca spinosa: alterum ex altero sequitur. Pręceps, celer. Dyrrhachij. hæc in Cherroneso colonia q̃ Epidamnos dicebatur ꝓpter inauspicatũ nomen quia velut in damnum ituris omẽ esse videbat̃ a Romanis est Dyrrhachiũ appellata: vt ait Mela.

Alea.

Dyrrhachium.

BERO.

Postq̃ castra duces pugnę iã mẽte ꝓpinquę. Cęsar omnib⁹ copijs coactis Põpeiũ ab vrbe Dyrrhachio exclusit quo oẽm cõmeatũ frumẽta & omnia ad victũ necessaria cõportauerat

Marci Annei Lucani Pharsaliæ Liber Sextus.



Postq̃ castra duces pugnæ iam mente propinqui
Imposuere iugis admotaq̃ cõminus arma:
Parq̃ suum videre dei: capere omnia Cęsar
Mœnia Graiorum spernit: martemq̃ secũdũ
Iam nisi de genero fatis debere recusat.
Funestam mundo votis petit omnibus horã:
In casum quę cuncta ferat: placet alea fati
Alterutrũ mersura caput: ter collibus omnes
Explicuit turmas: & signa minantia pugnam:
Testatus nunq̃ Latię se deesse ruinæ.
Vt videt ad nullos exciri posse tumultus
In pugnam generum: sed clauso fidere vallo:
Signa mouet: tectusq̃ via dumosa per arua
Dyrrhachii ꝑceps rapiendas tendit ad arces.

ASCENSIVS.



Postq̃ castra duces &c. In hoc sexto libro ostẽdit̃ primo quomodo duces. i. Cæsar & Põpeius vicina inter se habuere castra, parati quidẽ manus confligere sed Cæsari nondũ aduenerat pars in Italia derelicta. verũ quia argumentũ a Sulpitio satis explicatur ordinẽ dumtaxat prosequar, qui talis est. Postq̃ duces. s. Cæsar & Pompeius, propinqui iam pugnæ. i. conflictui, mente. i. quantum ad mentẽ & volũtatẽ vtriusq̃ erat: imposuere iugis. s. Dyrrhachinis, aut mõtibus Macedonię ad Asparagum: & arma scilicet ducum, sunt admota. i. facta vicina cõminus. i. ita vt conserta manu pugnare possent: & dei videre. i. viderũt suum par i. compares vires in terris aut quasi par gladiatorũ: aut dij fautores diuersarum partium, videre suũ par. i. pares hostes. Cæsar spreuit capere omnia mœnia Graiorum. i. expugnare ciuitates Epiri: & recusat debere fatis id est acceptũ ferre fatis, martem secundum. i. victoriam belli, iam. i. deinceps: nisi de genero. s. quondam suo, Pompeio: & petit omnibus votis horam i. tempestatem, funestam. i. exitialẽ exoptat, videlicet qua Pompeium vincat, nam eo victo libertas Romana perijt & cum ea fere libertas mundi: quæ. s. hora ferat cuncta in casum. i. ruinã aut in euentum pugnæ incertum: alea. i. incerta fortuna fati. i. constitutionis deorum, mersura. i. depressura, caput alterutrũ, aut Cæsaris aut Pompeij, placet scilicet Cæsari. Cæsar supple explicuit ter collibus. i. eduxit ter in colles, omnes turmas scilicet suas: & explicuit ter signa. s. aquilas, minantia pugnam. i. explicari solita dũ pugna sit ineũda: testat⁹. i. ꝓtestãs ꝑ hoc, se nũq̃ deesse. i. defuturũ, ruinę latię. i. imperij Romani. Vt. i. postq̃ Cæsar vidit generũ. s. quondã suũ Pompeiũ, nullos. i. nõ vllos, nõ posse exciri. i. euocari in pugnã ad vllos tumultus, sed sup. videt eũ, fidere. i. cõfidere vallo clauso. i. munito: ip̃e mouet signa id est vexilla sua, videlicet aquilas, id est discedit ab eo loco vbi castra habuerat vicina castris Pompeianis: & te-

ctus via.i.per opportunitatem vię in qua erāt loca dumosa & fruticosa, tendit prçceps.i.pręcipitanter p arua dumosa.i.dumis, spinis, & vepribus plena, ad arces .i. munitiones & summa castra Dyrrhachij.i.Epidamni oppidi in Cherroneso diripiendas.s.a se & a militibus suis. Pōpeius vt scribit Cęsar in cōmentarijs. Sensus itaq; est Cęsar instabat vt prçlio decerneret cū Pōpeio : postq̄ ambo duces in Epiro castra inter se vicina posuerāt in collib⁹ q vt ait Cęsar crebri illic cōsurgūt. Cōmin⁹.i. ppe Parq; suū videre dei.i. Cæsarē & Pōpeiū q erant pares inter se & post deos secūdi. Martemq; secundū.i. felicē pugnā. Horā funestā qua.s.dimicādo aut vinceret aut vinceref. In cassum.i.ruinā & pcipitium. Placet alea fati. Alea dicitur ois ludus in fortunæ varietate cōsistens. Vñ a Martiale ludus nucū dicif. Alea parua nuces &c. Hinc alea accipif pro fortuna, periculo & discrimine, Plynius. Cicero extra omnē ingenij aleā positus. Alterutrū mersura caput. aut Cæsaris aut Pōpeij. Tūc collib⁹oēs explicuit turmas. vt ipe Cęsar scribit colles plurimos occupauit in quibus castella cōmunijt. Dumuosa p arua. Cæsar cū fecisset Pōpeio pugnādi potestatem & ille recusasset, eū excludere Dyrrhachio tentauit: itaq; festināter ducto exercitu præuenit Pompeiū eumq; ab oppido exclusit vt scribit ipe Cęsar. Dumosa dicunf loca dumis hoc ē spinis & sentib⁹ plena. Vergili⁹. Resonāt Achalantidą dumi. Dyrrhachij pceps. Dyrrhachium ciuitas est in Epiro: siue vt ait Plynius in ora Macedoniæ puinciæ colonia Romanorū. prius appellabaf Epidamnū mox dicta a Romanis Dyrrhachiū: a rege Dyrrhachio vt sentit Appianus. *Alea.*

Hoc iter æquoreo præcepit limite Magn⁹
Queq; vocat collem Taulantius incola petrā
Insedit castris: Ephyreaq; mœnia seruat:
Defendens tutam vel solis turribus vrbem.
Nō opus hāc veterū nec moles structa tuef:
Humanusq; labor: facilis licet ardua tollat
Cedere vel bellis vel cuncta mouētib⁹ annis:
Sed munimen habet nullo quassabile ferro
Naturam sedemq; loci: nam clausa profundo
Vndiq; pręcipiti scopulisq; vomētibus æquor
Exiguo debet q̄ non est insula colli.
Terribiles ratibus sustentant mœnia cautes:
Ioniumq; furēs rapido quum tollitur haustro
Tēpla domosq; quatit: spūatq; i culmia pōt⁹.
Huc auidam belli rapuit spes improba mētē
Cæsaris: vt vastis diffusum collibus hostem
Cingeret ignarum ducto procul aggere valli.
Metitur terras oculis: nec cespite tantum
Contentus fragili subitos attollere muros:
Ingentes cautes auulsaq; saxa metallis
Graiorūq; domos direptaq; mœnia transfert.
Extruitur: quod non aries impellere sæuus:
Quod non vlla queat violenti machina belli.
Frangūtur montes: planumq; p ardua Cęsar
Ducit opus: pandit fossas: turritaq; summis
Disponit castella iugis: magnoq; recursu
Amplexus fines: saltus nemorosaq; tesqua
Et syluas vastaq; feras indagine claudit.

SVLPITIVS.

¶ Præuenit vel pręcepit, id est pręoccupauit breuiori enim iuxta littus via accelerauit. Limite, via, termino. Incola Taulantius. Taulantij in Lyburnia populi authore Ply. sunt ex quibus nonnulli iuxta Dyrrhachium habitatum se cōtulerunt: & ideo eos incolas appellat poeta. Est enim incola qui in alteri⁹ regione ciuitateq; habitat. Insedit, occupauit. Seruat, tuetur a vi Cęsaris. Ephyrea mœnia Dyrrhachium quod authore Strabone Corcyrei condiderūt: sed quia Ephyrei id est Corinthij Apolloniam vicinum oppidum coloniam habuere, ob vicinitatem rē poeta cōfundit. Vel solis turrib⁹, etiam solo pręsidio turriū: & sine exercitu. Est enim natura & arce munita. Non opus. Dyrrhachiū a situ laudat: & nō opere hominum, quod facile a tormentis vetustateq; soluitur, sed natura munitum esse ait. Opus ędificium. Moles structa, fabricata compositio. Facilis cedere, dissolubilis. facile enim corrumpitur quod hominū labore construitur. Cedere, ad cedēdum. Vel annis cuncta mouentibus: hoc est vetustati quæ omnia diruit. Ouidius. Tēpus edax rerum tuq; inuidiosa vetustas Omnia consumis. Licet tollat ardua q̄uis ipse labor erigat altissima & munitissima. Munimen, firmamentum. Quassabile, quod quassari euertiq; possit. Naturam sedemq;: appositio est & endiadis: id est naturalem sedē. Vndiq; clausa profundo: circūdata mari & pręcipitibus rupibus. Vomentibus, æquor id est haustos fluctus emittētibus. Debet exiguo colli. exiguus collis quo continenti iungitur efficit. Terribiles ratibus, terrentes nautas adnauigantes: nam ex eis facile lædi possent. Cautes, saxa. Sustentant mœnia, sustinent oppidum. Ioniumq; furens. haustro Ionium turbante mœnia cōcutiuntur. Spumat, cū spuma attollitur in summa tecta. Huc auidā Cæsar consilium cepit ex loci natura. Erant eñ circū castra Pom. permulti editi atq; asperi colles: hos primum præsidijs tenuit castellaq; ibi cōmuniuit. Inde vt loci cuiusq; natura ferebat ex castello in castellum perducta munitiōe circumuallare Pompeium institu- *Taulantij.* *Incola.* *Ephyrei.*

it:ne rei frumentariæ angustia laboraret:& vt Pōpeij equitatū quo valebat inutilē redderet & vt eius authoritatē minueret. Huc in hanc sententiam. Diffusus, sparsus:nam eos occupauit. Hostē ignarq;, Pompeiū improuidum Ducto ꝓcul, ꝑducto e colle in collē. Metitur: consyderat. Tantū e cespite fragili:tantūmō terra solubili. Attollere, ad attollendū. Cautes, montium partes. Euulsa metallis, excisa ex natiuis venis. de hoc verbo diximus lib. iiij. idq; significat quod vulgo minera dicitur. Domos Graiorū, materiā domorū & vrbiū Epirotarū. Extruit̄, erigit̄ munimētum

Metallum.

Sæuus aries, tormentū illud vehemens. Impellere, diruere. Vlla machina, vll⁹ apparat⁹ & instrumentū. Frangunt̄, æquant̄ muro vt per munitiones facilis sit discursus. Planūq; per ardua Cæsar ducit opus. æquū aggerem per altos montes extēdit. Pandit fossas: effodit ante murū. Disponit castella, collocat arces muro munitas. Magnoq; recessu: ingenti spatio: qđ erat mille ducētorūq; stadiorū vt scribit Appianus. Saltus, syluosa pascua Tesqua, loca vt inquit Cice. aspera & difficilia. Sunt etiā loca Augurio designata. Indagine. Apto verbo est vsus:ē ēm indago circuitus ille inquisitionis & retiū quo feræ clauduntur. Pabula, pascua. Mutat castra. amplitudo septorū ostendit̄: q̄ tanta erāt, vt intra ipa sine incōmodo castra mutaret. Flumina. diuersa peryphrasi immensum ambitum munitionum ostendit. multa enim flumia intra ipas oriri & lōgo cursu defatigata ī mare submergi dicit. Illic, intra munitiones. Summa operum, vltimū aggerē. Intermanet.i. noctē ducit, quoniam cōtinuo itinere sine intermissione tantū nequibat spatium peragrare.

Tesqua.
Indago.

PHI. BEROALDVS.

¶ Pręcepit.i. p̄occupauit nō tamē vt vrbem ipe Pompeius posset intrare. Quemq; vocat collem Taulantius incola petram. Pompei⁹ interclusus a Dyrrhachio edito loco qui appellatur Petra, aditumq; habet nauib⁹ mediocrem castra communijt. vt tradit Cęsar:& nūc tāgit Lucanus. Taulantius incola. Taulantij populi sunt Epiri: quos tamē Plynius collocat in Lyburnia. Epireaq; mœnia seruat, id est Dyrrhachiū ne Cæsar inuadat. Est enim Dyrrhachiū natura loci munitissimū Humanusq; labor facilis.i. nō artificū man⁹ nec structurę magnitudo defēdit Dyrrhachium, nec human⁹ labor: q facile aut bello aut vetustate dissipat̄. Nā vt ait Seneca. Omne humana manu op⁹ cōfectū mortale ē. iuxta illud Propertij. Iam steterant Thebę magnaq; Troia fuit. Exiguo debet ꝙ non est insula colli. Dyrrhachium vndiq; mari cigeretur & esset insula nisi colle & tumulo continenti annecteretur. Vt vastis diffusum collib⁹ hostem cingeret. Erant circa castra Pompeij crebri editiq; tumuli: hos Cæsar castellis communire:& castello in castellum perducta munitiōe: cirūuallare instituit vt ipse scribit. hoc nunc exequitur Lucanus. Nec cespite tantum contentus fragili. Cæsar non solum ex cespite, id est hærbosa terra erexit muros quibus Pompeium circumuallaret: sed cautes

Nō desunt campi: nō desunt pabula Magno
Castraq; Cęsareo circundatus aggere mutat.
Flumina tot cursus illic exorta fatigant
Illic mersa suos: operūq; vt summa reuisat
Defessus Cæsar mediis intermanet agris.

¶ Hoc iter æquoreo pręcepit &c. Recitat vt Pompeius pręuenerit & p̄ripuerit iter ad Dyrrhachiū:& ipm Dyrrhachiū facile ab incursu Cęsaris tutatus sit: verū ab eodē obsessus & vallat⁹ e qua tamen obsessione fortiter erumpendo sit liberat⁹: vt suborordine patebit. Ordo aūt est. Magn⁹.i. Pompeius, pręcepit.i. pręripuit & p̄occupauit p̄ueniēdo, (Sūt qui legāt p̄uenit, sed meli⁹ quadrat p̄cepit, vt in Bucolico, Si lac p̄ceperit ęstus &c. Est autē p̄cipere hoc modo prius capere) hoc iter.s. qđ Cæsar faciebat ad Dyrrhachiū occupādū, limite æquoreo.i. faciēdo iter ad mare, quod breuius & facilius erat:& insedit.i. occupauit castris collem, sup. eū quē incola Taulātius.i. ex Lyburnia ꝓfectus, sed iuxta Dyrrhachiū incolens agros, vocat Petram s. cognomine:& seruat mœnia Ephyręa.i. Corinthia, hoc est Dyrrhachina dicta Ephyræa, eo ꝙ Corinthij illi vicinā habuere coloniā, Apolloniam noie. Nam Ephyre quondam dicebatur q̄ nunc Corinthus. Sępe aūt a colonis denominatur locus vt Cumę a Vergilio Chalcidicæ & Euboicæ, & Massilia a poeta hoc Phocaica, seu Phocen̄. defendēs vrbē.s. Dyrrhachium tutā vel.i. etiam solis turribus.i. munimine suo sine p̄sidio exercitus. Opus.i. ædificiū & structura, veterū.i. maiorū, nec mobiles structa.i. fabrica artificialis, nō tuetur.i. protegit & defendit hanc.s. vrbē dictam:& humanus labor non tuetur hanc, labor inquam humanus existens facilis cedere.i. vt cedat: licet tollat i. erigat ardua.s. ędificia: cedere inquā vel bellis, vel annis.i. tępori & vetustati, mouentibus.i. labefactantibus cuncta: quia oia senescūt & labascūt in tēpore. Sed sup. vrbs.s. Dyrrhachium, habet munimen.i. protectionem, nullo ferro quassabile.i. quod nullo ferro quassari potest, videlicet naturā & sedē.i. naturalem situm loci: nam ipa vrbs clausa.s. fere, ꝓfundo.s. mari, p̄cipiti.i. multū fluenti, & scopulis vomentibus.i. reijcientibus & respuentibus vndiq;.i. ex omni parte, æquor.i. aquam marinā, debet exiguo colli.i. hoc accepit ab exiguo colle qui ad cōtinentē extendit̄ ꝙ nō est Insula.i. aquis penit⁹ insita: qa si non esset collis qui ad continentē adhæreret, insula haberet̄ Cautes.i. duræ rupes, terribiles.i. formidandæ ratibus, sustentāt mœnia.s. Dyrrhachij:& Ionium.s. mare, furens, quū tollit̄ i. erigit̄, haustro rapido, quatit tēpla.s. deorū, & domos priuatorū:& pōtus.i. mare, spumat in culmina.i. ita vt in culmina tectorū iaciant̄ spumę. Spes improba.i. iprobāda, belli.s. cōmittēdi, rapuit huc.i. ad hāc vrbē tā munitā, mētē.s. Cęsaris auidā i. valde cupidā belli: iō vt ipe diffusus.i. sparsus cum exercitu, vastis.i. valde amplis collibus: cingeret hostē.s. Pōpeiū ignarū.i. improuidū aut insciū quid moliret̄ Cęsari. Metit̄ oculis.i. cōsyderat vidēdo, terras.i. magnitudinē terrę, aggere valli ducto ꝓcul.i. delōge: nec cōtentus.i. & ipe nō cōtent⁹ attollere.i. erigere muros subitos.i. subito factos, tm̄ cespite fragili.i. cito dissolubili, transfert.s. in opus illud, cautes.i. lapides duros, ingētes:& saxa auulsa metallis.i. mineris, aut ad eruēda metalla & trāsfert domos Graiorum & mœnia direpta.i. a diuersis ad hoc opus rapta. Extruitur.s. munimen a Cæsare, quod aries sęuus.i. machina bellica sæuienti arieti similis, non queat impellere.i. impellendo deijcere:& quod vlla machina belli violenti non queat impellere. Montes frangunt̄.s. a Cæsare:& Cęsar ducit opus planū.i. veluti in plano ęque altū, ꝑ ardua.s. loca:& pādit.i. extēdit fossas:& disponit castella turrita, sup.i sūmis iugis.s. mōtiū:& amplexus fines.i. limites magno recessu id est ingenti spacio, claudit vasta indagine, id est amplo circuitu, inquirēdę feræ, hoc est Pompeij captandi gratia, saltus

& tesqua.i.loca aspera & difficilia ac nemorosa:& syluas & feras.i.oia quæ erãt in ambitu muroꝝ quos circũduxit. Verum cãpi nõ desunt magno,& pabula.i.pascua nõ desunt magno: & ipse circundatus aggere Cesareo.i.licet esset inclusus tñ mutat castra. Flumina exorta illic,fatigant illic tot cursus suos.i. multa illic oriuntur:& tot flumina mersa illic.i.ingredietia mare fatigant suos cursus:& tam magnus erat ambitus ꝙ Cæsar vt reuisat opᵘ.s.suum,intermanet medijs agris.i. cogitur cessare,existens defessus.i.defatigatus. & ingentia saxa ad munitionẽ solidiorem cõficiendã adhibuit. Auulsaq; saxa metallis.i. effossa ex lapicidinis.nã metalla dicũtur vt supra dictum est venç:quia vbicunq; inuẽta est vna vena, ibi inuenitur alia: vt scribit Plynius. & metalla dicuntur auri argenti & marmorũ venç. Graiorũq; domos.s.Epirensium qui sunt Græci. Aries, machina muralis de qua dictum est in tertio. Frangũtur mõtes.ait Plynius. Cędimus mõtes trahimusq;, & alpes cęduntur in mille genera marmorum. Turritaq; summis disposuit castella iugis. Cæsar, vt ipse refert, castellis xxiiij. effectis. xv. milia passuum circuitu cõplexus est. Nemorosaq; tesqua. Tesqua loca sunt aspera & syluestria & plena dumis: vt scribit Porphirio. Horatius Inamœnaq; tesqua. Feras indagine cingit. Indago vt ait Seruius est ferarum inquisitio. Vergilius. Saltusq; indagine cingunt. Indaginẽ appellat hanc Cęsaris munitionem: cuius magnitudo non solum Põpeiũ sed & feras & nemora circũuallauit. Cæsareo circundatus aggere mutat. Pompeius vt Cæsarẽ diduceret:& ipse plurimos colles cœpit occupare: vt scribit Cæsar. Defessus Cęsar medijs intermanet agris. Tãta erat munitionis magnitudo qua Põpeium Cæsar circũuallauerat: vt quãdo ipse opera suorũ reuisere volebat defatigatus quiescere cogeretur in medijs agris nec vno cursu omnem munitionem posset ambire.

Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros:
Ascribatq; deis:fragili circundata testa
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.
En quãtũ Tygris quãtũ celer ambit Orontes
Assyriis quantum populis telluris eóæ
Sufficit in regnũ:subitum belliq; tumultu
Raptum clausit opus:tanti periere labores.
Tot potuere manus adiũgere Sestõ Abydo:
Ingestoq; solo Phryxeum elidere pontum:
Aut Pelopis latis Ephyren abrũpere regnis:
Et ratibus longæ flexum donare Maleç:
Aut aliquem mundi quis natura negasset
In melius mutare locum. Coit area belli:
Hic alitur sanguis terras fluxurus in omnes:
Hic & Thessalicæ clades Libyçęq; tenẽtur.
Aestuat angusta rabies ciuilis arena.
Prima quidẽ surgens operũ structura fefellit
Pompeium:veluti medię qui tutus in aruis
Sicaniæ rabidum nescit latrare Pelorum.
Aut vaga cũ tethys Rutupiaq; littora feruẽt:
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.
Vt primũ vasto septas videt aggere terras:
Ipse quoq; a tuta deducens agmina petra:
Diuersis spargit tumulis:vt Cæsaris arma
Laxet:& effuso claudentem milite tendat.
Ac tantum septi vallo sibi vendicat agri:

SVLPI.

¶Nunc vetus. In fabulosam vetustatem vtitur Ironia industriã celeritatẽq; Cęsaris extollẽdo. Attollat.iactet & laudet. Fabula. Fabulosum est eñ ipsos a Phœbo & neptuno lyrę sonitu fuisse constructos. Iliacos, Troianos ꝗ ferunẽ habuisse in ãbitu quadraginta milia passuũ. Babylõia mœnia. Ambitᵘ Babylõis cuius murus ex coctis laterib⁹ & aspaltho cõstabat, trecenta sexaginta stadia dicitur habuisse. eam Semyramis cõdidit. Testa fragili, lateribus non duris. En quantũ. spatiũ munitiõnum a cõparatione poeta cõmendat. Orõtes, Syriæ fluuius e Libano profluens. Ambit, circuit. Assyrijs quãtũ. quantum spatiũ occupant vrbes Assyriorum vt Babylõ,& Ninos quæ quadringenta octoginta stadia cõplectebatur. Tumultu trepidatione. Raptũ, raptim acceleratũ. Periere: in cassum cõsumpti sunt. Manus, operarij. Adiungere Seston Abydo .i. Europã Asiæ iungere mari repleto. Sestõ vrbẽ Europæ. Abydo, vrbi Asiæ. Elidere, suffocare, obruere, replere. Põtum Phryxeũ, Hellespontũ, qui angustus est & Asiã ab Europa distermiat. Abrũpere Ephyren, Isthmũ effodere & separare a Peloponneso ita vt Corinthus insula fieret. Ephyrẽ, Corynthum: qđ Sisyphus cõditor sic appellauit. Regnis Pelopis, Pelopõneso vbi Pelops late regnauit. Donare ratibus flexum.i. facere rectã nauigationem & Maleã pmontoriũq; ipsum tollere: qđ quidẽ inter Meseniacũ & Laconicũ sinũ .l. milibus passuũ ptẽdit. Quis natura negasset: licet videretur cõtra naturã fieri. Area, locus ille clausus tanꝗ area in qua esset dimicãdum. Coit, cõiungitur clauditur. Hic, intra areã vbi erant Põpeiani. Sãguis, innumeri militis. In oẽs terras. In Europa, Asia,& Aphrica. Clades Thessaliç.i. perituri in Thessalia & Aphrica. Arena. Metaphora a theatro & gladiatoribus sumpta: qui in arena cõmittuntur,& digladiantur. Rabies ciuilis, sęuitia belli. Angusta. non quidẽ ꝙ breuis esset: sed respectu innumerę multitudinis ex oĩbus regionib⁹ mũdi poterat breuis videri. Aestuat, sæuit. Pria quidem. Pompeius principio nõ aduertit se a Cæsare Claudi. Veluti, vt qui in media Britãnia oceani sonitũ nõ percipiũt. Peloꝝ, pmõtoriũ iuxta qđ latrat scylla. Vaga Tethys, ma

Ilij mœnia.

Ilij ãbitᵘ. Babylõis ambitus.

Orontes.

Sestos. Abydos

Ephyre.

Rutupinum. Calydõia re oceanũ. Rutupina. Rutupinũ littorale Britanniæ oppidũ. Calydonios. Calydonię syluæ in Britãnia meminit Plyni⁹ lib. iiij. ꝑ qua secunda producitur, q̃ pro oppido in Aetolia corripitur. Vt primũ. vbi Põpeius aduertit se concludi a Cęsare a mari: Dyrrhachioq; nolle discedere statuit: cum munitiones Cæsar prohibere non posset: nisi vellet prælio decertare: qđ eo tpe faciẽdũ nõ erat: q̃plurimos colles occupauit vt copia Cæsarem distineret, id q; accidit. Castellis eñ. xxiiij. effectis. xv. milia passuũ circuitu amplex⁹ est. hoc spatio pabulabatur. Aggere, munitionib⁹. A petra tuta: a loco illo munito. Tumulis, collibus. Laxet, extendat distineat. Tendat, producat. Vẽdicat, munit sibi ipse Põpeius. Septi, circũdati.

Aricia. Aricia, oppidũ in Latio ad quītũdecimum ab vrbe lapidẽ. illic nemus Dianę & Virbio sacrum. illic & lacus Dianæ Myceneæ: quia ab Iphigenia & Oreste qui Mycenei fuerũt, dea ex Taurica aduecta est dedicata: de qua varia scribunt authores. Quoq; mõ. Triãgularẽ videtur formã designare: nã a Roma ad Ostiã intersunt quatuordecim milia passuũ: ad Ariciam. xv. ab Aricia ad Ostiam fere totidem. Prelapsus, qui prælabitur. Torqueat, flectat, sed eat recto cursu.

BERO. ❡Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros Fabulæ ferunt, quod etiã canit Ouidius, Neptunũ & Apollinẽ pactos cum Laomedonte mercedem construxisse mœnia Troiana & illa nobilitata Pergama: quæ nunc Lucanus postponit munitiõi Cæsarianę. Iliacos. i. Troianos. Ilium eñ fuit ciuitas Troiæ ab Ilo rege condita vt Strabo & Diodorus tradunt. Vnde omnis rerũ claritas: vt ait Plyni⁹. Deis. s. Apollini & Neptuno. Fragili circundata testa mœnia. Babylõ a Semiramide cõstructa fuit cuius muri lateribus, arena, pice, bitumine interstrato fuere cõpacti. authores Curtius & Iustin⁹. lx. milia passus amplexa muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis: vt Plynius & Herodot⁹ tradiderũt. Plura de Babylone dicta sunt in principio huius opis. Refugi Parthi. Epitheton est Partho℞ qui fugientes bella cõficiunt: vt ait Plutarchus & Ouidius. Tergaq; Parthorum. Tigris, fluuius est Armenię. de quo in tertio cõmentario dictũ est. Orontes, fluuius Syrię. Subitũ belliq; tumultu raptũ clausit opus. Munitio Cæsaris subito & tumultu bellico facta clausit tãtum agri quãtũ Assyrijs sufficeret in regnũ: nã quindecim milia passuũ circuitu amplexus fuerat.

Adiungere Seston Abydo. Inter Seston ciuitatẽ Europę, & Abydõ Asiæ interfluit Hellespontus: cuius latitudo septẽ est stadiorum vt Plynius & Solinus tradunt. potuissent milites Cæsariani: qui hãc munitionẽ construxerũt cõiungere Sestõ Abydo ductis muris in Hellespõto, quẽadmodũ oli Xerxes facto põte cõiunxit. Phryxeum pontũ. i. Hellespontũ qui dicitur Phryxeus a Phryxo qui ariete vectus est cũ sorore Helle: quæ in mare labẽs nomen dedit Hellesponto: vt supra dictum est. Aut Pelopis latis Ephyren abrũpere regnis. Corinthus alio nomine dicta Ephyre, vt ait Plyni⁹, in medio Pelopõnesi Isthmo sita est

Parua Myceneę quantum sacrata Dianæ
Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.
Quoq; modo Romę ꝓlapsus mœnia Tybris
In mare descendit: si nusq̃ torqueat amnem.

❡Nunc vetus &c. Postq̃ inquit tam latas munitiones fecerit Cæsar: attollat fabula muros Iliacos &c. quasi dicat merito nõ ausit: nec sit ãpli⁹ locus fabulę: cũ maiora sint facta per hoiem. Nõ ergo credendũ est Neptunũ & Apollinẽ cõdidisse pergama cũ maiora iam fecerit Cæsar. quia vt in arte dicit Flaccus. Nec deus intersit nisi dignus vindice nodus Inciderit. Hoc est neq; inuocãdus est de⁹ neq; dixisse aut fecisse qđ inducet vbi humano ingenio locus est. Vtitur ergo hic poeta figurata preceptione q̃ vim prohibẽdi habet dicens. Fabula vetus attollat . i. extollat & laudet nunc muros Iliacos. i. Troianos, hoc est pgama: & ascribat eos deis. i. operę deo℞. s. Neptuni & Apollinis: & Parthi refugi. s. a Scythis orti, mirent. i. prę admiratiõe laudent mœnia Babylonia, circundata. s. a Semiramide, testa fragili, cũ Cęsar tãtũ ambitũ circũdederit muro nulla machina q̃ssabili. En opus. s. Cæsaris subitum & raptũ. i. raptim factũ, tumultu. i. trepidatione belli, clausit. i. inclusit sup. tantum spatij, quantũ Tigris fluuius Mesopotamiã amplectẽs, ambit. i. circuit: & quantũ Orontes fluuius Syriæ, celer. s. influxu ambit: & quantũ sufficit in regnũ. s. possidendũ: populis, telluris . i. terræ, eoæ. i. orientalis. quanti. i. o quanti labores periere. tot manus. i. tot operarij, quot Cæsar vsus est, potuere adiungere Seston vrbẽ Europæ, Abydo vrbi Asiæ: sicut & Xerxes fecit & potuit elidere. i. exterminare, pontũ Phryxeũ. i. Hellespontũ, & facere vbi nunc põtus est aridam, solo ingesto. i. terra cumulatim ingesta: aut potuere abrũpere. s. fodiendo Isthmon . i. linguam terrę inter duo maria, Ephyren. i. Corinthũ, latis regnis Pelopis. i. Peloponneso: & potuere donare ratibus. i. nauibus flexum Maleę longę, vt vbi nũc longe flectuntur rates recto cursu dirigantur interciso Maleę promontorio: aut potuere mutare in melius. i. ad cõmodiorẽ vsum mortaliũ, aliquem locũ mundi: q̃uis natura negasset. i. diu repugnasset. Area belli. i. locus ille clausus, in quo erat dimicandũ, coit. i. coniungit & claudit. hic. i. intra hęc septa alitur sanguis fluxurus in oẽs terras: quia in Europã, Asiam, & Aphricam: & clades. i. capita cladis Thessalicę, & Libycæ, tenentur hic. i. intra hęc septa. Rabies ciuilis æstuat. i. intenditur, & sæuit in angusta arena. i. loco gladiatorio. Quidẽ. i. certe, prima structura operũ, surgẽs. i. iã fere perfecta, fefellit. i. decepit Pompeium, quia non percepit eam fieri. Veluti is qui tutus in armis medię Sicanię. i. Siciliæ, nescit Pelo℞ promõtoriũ a quo nõ lõge latrat in mari Siculo Scylla, rabidum latrare. i. canino furore percitã Scyllã vicinã. Aut cũ Tethys vaga. i. vxor oceani seu oceanus ipse vagabũdus, & littora Rutupina. i. Britãnica feruẽt. s. ęstu maris, vnda turbata fallit, quia ab eis nõ ꝑcipitur, Britãnos Caledonios. i. iuxta syluam Caledoniam habitantes in Britannia. Scribitur per e ad differentiã Calydonię patrię Meleagri. Vt primũ Põpeius vidit terras in quibus castra habebat, septas. i. circundatas aggere vasto. i. valde amplo: ipse quoq;. i. etiam ipse Pompeius, deducens agmina, a petra tuta. i. in qua tuta poterant remanere, spargit. i. distribuit copias suas tumulis. i. colliculis diuersis, vt laxet. i. disgregando laxiora faciat arma Cæsaris: & vt tendat. i. extendat milite. s. suo effuso, Cæsarem sup. claudentem. i. includentẽ ipm militẽ: ac Pompeius vendicat. i. sibi ꝓprium facit, tantũ agri septi. s. per Cæsarẽ vallo, quãtũ. i. per quantũ agrorũ, Aricia nemoralis. i. oppidulum illud Italię nõ lõge a Roma (vñ Hora. in sermonibus. Egressum magna me cepit Aricia Roma) habens iuxta se nem⁹ Dianę & Virbio sacrum. Aricia inquam parua respectu Romæ, & sacrata Dianę Mycenęę. i. a Myceneis Iphigenia & Oreste fratre eius e Tauri

ca regione in Italiam aduectę, distat ab excelsa Roma. quocꝫ .i. & quomodo Tybris pręlapsus. i. qui pręlabitur mœnia Romę, descendit in mare, si nusq̄. i. in nullam partẽ torqueat amnem. i. si recto cursu in mare descendat. i. forma fere triangulari: vt est ab Roma in Ostiam: & ab Ostia in Aricia͂: & ab Aricia in Romam. vt Sulpitius declarat.

qui quidem Isthmos quinqꝫ miliu͂ passuu͂ interuallo angusta ceruice Peloponnessum annectit Grecię: quare longus est & anceps nauium ambit⁹. Quam ob causam perfodere nauigabili alueo angustias Isthmi tentauere Demetrius rex: dictator Cæsar: Caius priceps: & Domiti⁹ Nero infausto, vt omniu͂ patuit exitu, incepto. quod dictum est in primo. Ait Lucanus tot manus Cæsarianorum potuisse abrumpere Ephyren .i. Corinthu͂ regnis Pelopis. i. a Peloponesso quę a Pelope nomẽ accepit: vt Strabo & Diodorus docẽt. Flexu͂ donare Maleę. Malea ꝓmo͂toriu͂ est Laconię periculosu͂ nauiga͂tib⁹. Vñ est ꝓuerbiu͂. Cu͂ ad Malea͂ deflexeris domesticos obliuiscere: vt Strabo tradit. Vergili⁹. Maleęqꝫ sequacibus vndis. nu͂c ait Lucan⁹. Tot man⁹ potuisse donare nauib⁹ flexu͂ Maleę rupto. s. Isthmo: quia no͂ cogerent̃ deinceps flectere ad Malea͂. Hic. i. intra istas munitio͂es. Libycęqꝫ q̄. s. clades. deide in Libya factę su͂t Iuba, Scypio͂eqꝫ Po͂peianis ꝓfligatis. Rapidu͂ nescit latrare Peloru͂. Pelorus promo͂toriu͂ est Sicilię ad Italia͂ vergens. author Plyni⁹. Ibi Scylla & Charybdis vulgatissima noīa sunt. Scylla vt inquit Ouidi⁹, pube p̄mit rabidos inguinibusqꝫ canes. Vñ dicit̃ latrare Pelorus: ꝓpter vndas latratu͂ canu͂ imita͂tes. qui ergo est in media Sicilia no͂ sentit hos canu͂ latrat⁹ qui ad Peloru͂ fiu͂t. Rutupinaqꝫ littora feruẽt. Rutupiu͂ ciuitas est Britannię littoralis: vt ait Ptolemęus. sensus est ita Po͂peiu͂ latuit Cæsaris munitio: quẽadmodu͂ ęst⁹ q̄ fiu͂t circa littora Rutupina no͂ sentiu͂tur a Brita͂nis Caledonijs. Est eñ Caledonia sylua Brita͂nię vt Solin⁹ & Plyni⁹ meminneru͂t. Petra, nomẽ est loci ī quo castrametat⁹ fuerat Po͂pei⁹. Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma. Aricia cẽtu͂ sexaginta stadia distat ab vrbe Roma. vt refert Strabo. Sacrata dicit̃. Dianę Mycenęę: quia Orestes Mycene⁹ simulachru͂ Dianę qđ ex Taurica asportauerat, Ariciæ consecrauit. de qua re dictum est in tertio. Romę perlapsus mœnia Tybris. Tyberis vrbẽ Romam intrat & mox descendit in mare Tyrrhenum quod interuallum est circiter. xvj. milium passuum.

Classica nulla sona͂t: inuisaqꝫ tela vagantur.
Et fit sępe nefas iaculum tentante lacerto.
Maior cura ducis miscendis abstrahit armis
Po͂peium exhaustę ꝑbẽda ad gramina terræ:
Quę currẽs obtriuit eques: gradibusqꝫ citatis
Vngula frondentẽ decussit cornea campum.
Belliger attonsis sonipes defessus in aruis
Aduectos cum plena ferant presepia culmos
Ore nouas poscẽs moribu͂d⁹ labitur hęrbas:
Et tremulo medios abrumpit poplite gyros.
Corpora tum soluit tabes: & digerit artus.
Traxit iners cœlum fluidę contagia pestis
Obscuram in nubem. tali spiramine Nesis
Emittit stygium nebulosis aera saxis:
Antraqꝫ letiferi rabiem Typhonis anhelant.
Inde labant populi: cœloqꝫ paratior vnda
Omne pati virus durauit viscera cœno.
Iam riget atra cutis: distẽtaqꝫ lumina rumpit:
Igneaqꝫ in vultus & sacro feruida morbo
Pestis abit: fessumqꝫ caput se ferre recusat.
Iam magis atqꝫ magis pręceps agit oīa fatum
Nec medii dirimu͂t morbi vitamqꝫ necemqꝫ.
Sed la͂guor cu͂ morte venit: turbaqꝫ cadentu͂
Aucta lues: dum mista iacent incondita viuis

SVLPI.

¶ Classica nulla sona͂t. no͂ dat̃ signu͂ pugnę a ducib⁹. Iniussa, temere emissa. Vagant̃, erra͂t. Nefas, cędes. Tẽta͂te iaculu͂. studio eñ exercẽdi lacertos & emittẽdi iaculu͂ milites inscij faciebа͂t cædes. Maior cura, Po͂pei⁹ eñ peste & pabulorꝫ pẽuria laborabat. Cęsar rei frumẽtarię iopia vexabat̃. Terrę exhaustæ. cura terrę priuatę hęrbis, & pabulorꝫ pẽuria. Vngula co. de. ca. fro͂. gressus equoru͂ euertit hęrbas virentes. Atto͂sis, depastis sine hęrba. Aduectos cu͂ ple. hoc est cu͂ clausi intra p̄sepia paleis abundarẽt. Fera͂t, sustineа͂t. Labit̃ moribu͂d⁹, cadit moriens desyderio graminis. Et tremulo medios. & currere nequit: sed in medio cursu & flexu cadit ex iedia & debilitate. Tremulo poplite, tremẽtib⁹ crurib⁹. Corpora. Initiu͂ pestis ex corporib⁹ corruptis ostẽdit. Tabes, corruptio. Soluit corpora, putrefecit cadauera. Digerit, dissipat. Cœlu͂ iners, aer q̄et⁹. Traxit co͂tagia, infectu͂ est & ī nigra͂ nubẽ dẽsatu͂. Pestis fluidę. pestẽ appellat cadaueris saniẽ q̄ fluebat

Nessus.

Nessus, cadauer. Nessi cęsi ab Hercule ī Calydo͂ia ad Euenu͂ fluuiu͂ vbi cẽtaurorꝫ sepulcru͂ est ex quo teterrim⁹ odor egredit̃. Placet etia͂ legatur Nesis, q̄ insula est in sinu Puteolano tetru͂ odorẽ emittẽs. Eius meminit Seneca in epistolis. Spiramiẽ, exhalatio͂e. Stygiu͂, mortiferu͂. Antraqꝫ: & ipsę spelu͂cę sub q̄b⁹ est Typhoeus: q̄ Inarimæ insulę subiacet: a qua Nesis ipsa no͂ multu͂ distat. Letiferi, pestiferi. Anhelant rabiẽ, emittu͂t sulphureu͂ odorẽ. Inde, ex aere nubilo & fœtore. Vnda paratior cœlo. na͂ facilius aqua q̄ aer inficit̃. Virus, venenum & pestilẽtia͂. Durauit cœno, strinxit adeo ventres vt no͂ possẽt egerere. Ia͂ riget, obscurabat̃ cutis vẽtris duritie. Distẽta͂t lumina, corru͂pit oculos tumidos hulcerat. Abit ī vult⁹ inflammabant̃ eñ rubore & vlcerabant̃ hoim ora. Seneca in œdipo. Piger ignauos alligat art⁹ languor & ęgro rubor in vultu: maculęqꝫ caput sparsere leues tu͂ vapor ipsam corporis artẽ fla͂meus vrit: multoqꝫ genas sa͂guie tingit: oculiqꝫ rigent: & sacer ignis pascit̃ artus. Sacro, execrabili & diro. Q̄ꝫ q̄ est etiam morbus

Nesis.

Sacer ignis.

Corpora: nam miseros vltra tentoria ciues
Spargere funus erat. tn̄ hos minuere labores
A tergo pelagus: pulsusq; Aquilonibus aer:
Littoraq; & plenę peregrina messe carinę.
At liber terræ spatiosis collibus hostis
Aere nō pigro nec inertibus angitur vndis:
Sed patitur sæuam veluti circundatus arcta
Obsidione famem. nondū surgentibus altam
In segetem culmis: cernit miserabile vulgus
In pecudū cecidisse cibos: & carpere dumos
Et foliis spoliare nemus: letumq; minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus hęrbas.
Quę mollire q̄unt flāma: quę frāgere morsu:
Queq; per abrasas vtero demittere fauces:
Plurimaq; hūanis antehac incognita mensis
Diripiens miles: saturū tamen obsidet hostē.

quidā qui dr̄ ignis sacer. de quo lege apd̄ Cel-
sum li. v. Recusat ferre. p̄ dolore & grauedine
sustinere non pōt. Pręceps fatū, subita mors.
Nec morbi dirimūt. iā nō ęgrotabāt: sed lan-
guore subito moriebāt. Lues, pestis. Aucta.
quo em̄ plures peribant eo tetrior erat odor &
cœlū magis letiferū. Incōdita, insepulta. Nā
miseros. qm̄ tn̄mō extra tētoria efferebant &
nō sepeliebāt nec exequijs p̄seq̄bant. Sparge
re, p̄ijcere & sparsos dimittere. Fun⁹, exequia
rū pōpa. Tn̄ hos. Salutaris īquit fuit vēt⁹ qui
a libera aggeris regiōe aerē infectū pellebat: &
rerū copia q̄ p mare aduehebat. At liber. Cæ.
q̄ nūero militū erat inferior, copias Pō. maxi
mas cōtinebat: sed frumēti inopia laborabat.
Idq; singulari patientia milites ferebāt. Pec⁹
ob lac in honore habebāt: & radicib⁹ hęrbæ q̄
Cara. Cara appellat lacte admisto famem leuabāt.
ex hac panes effectos cū in colloquiis Pō. fa-
mē nr̄is obiectarēt vulgo in eos iaciebant vt
spē eorꝝ minuerēt. Nō pigro, nō pestifero. In-
ertibus vitiosis. Arcta, stricta. Surgētib⁹ cul-
mis: crescētibus calamis siue turgētib⁹ inflāti
busq; se. In cibos pecudū: vescebāt ei hęrbis
& frōdib⁹. Dumos, spiarꝝ fruct⁹ & mora. Foli
is, frōdib⁹ arborꝝ ex quibus panes faciebant.
Letūq; minātes, p̄iculosas & venenatas. Du-
bias, vt sunt Helleborꝝ Samoniū vitis alba &
nigra Mādragola. Vellere, capessere, effodere.
Mollire flāma, decoq̄re vt coria. Abrasas, læ-
sas & hulceratas asperitate esculentorꝝ. Diripi
ens plurima, rapiēs & comedēs. Antehac: an̄
hoc tēpus. Saturū, abundantē cibis.

BERO. ¶ Et fit sępe nefas. i. hoies necant telis temere
emissis. Pōpeiū exhaustæ p̄bēda ad gramina
terrę. Pōpei⁹ interclusus a Dyrrhachio pabuli
& aquarꝝ penuria laborare cœpit: vt scrib. Cę
sar: adeo q̄ ei⁹ equi importato pabulo vti co-
gebant. Quāobrē oīa iumenta interfici iussit.
Deinde odore tetro vitiatis aquis, & quia loci
mutatio negabat, pestilētia Pōpeij inuasit ex-
ercitū: vt tradit Cæsar: & nunc refert Lucan⁹.
Pōpeiū ergo abstrahebat ab armis inopia pa-
buli ad equos alēdos necessarij: & si qua erant
in illis locis pabula equorꝝ pedib⁹ cōculcabā-
tur. Vngula cornea. s. equorꝝ. Aduectos cul-
mos. quia vt ait Cæsar pabulo importato vte
bant quod equis solet esse fastidio recētes hęr
bas affectātib⁹. Moribūd⁹. i. moriēs vt docet
Gelli⁹. nō aūt moriēti sit is qd̄ Seruio placuit,
Tabes. & Prisciano. Tabes corruptio aeris & cibi &
corporꝝ. Digerit art⁹. i. cōsumit. Nā tabes est
pthisis: vt scribit Cor. Cels⁹: qua corpa ad sū
mā maciē redigūt. Iners cœlū. i. aer corrupt⁹.
Vergili⁹. corrupto cœli tractu. Tali spiramine
Nessis. Nessis insula est Cāpanię: vt Plyni⁹ &
Seneca meminerūt odorē tetrū exhalans. oīa
em̄ Cāpanię loca sūt cauernosa & sulphurea
vt ait Strabo. male interp̄tant qui legūt Nes
sus de Cētauro intelligētes. Antraq; letiferi ra
biē Typhonis anhelāt. oīs Cāpanię tract⁹ vs-
q; Siciliā ignit⁹ & sulphure⁹ est atq; cauerno-
sus: vt docet Strabo. Vn̄ Pindar⁹ poeta lyri-
cus cecinit sub his locis sepultum iacere Ty
phonē: qui anhelās spiraret animā letiferā. qd̄
nūc sētit Lucan⁹. Cœlo paratior vnda. A quę
facilius corrūpunt & virus. i. venenū concipi

¶ Classica nulla. i. nullę tubę bellicę sonant: & tela vagant. i. in
aera mittunt iniussa. i. sine iussu impatoris: & nefas vt cędes cō
ciuis, fit sępe, lacerto tētante. i. eiaculāte ad piculū seu expimē
tū faciēdū, iaculū. i. telū missile iactu. Maior cura. i. sollicitudo
abstrahit duces. s. Cęsarē & Pōpeiū, armis miscēdis. i. a p̄lio cō
mittēdo cōsertis manib⁹. Cura inquā abstrahit Pōpeiū ad gra
mina. i. pabula & hęrbas, terrę exhaustę. i. defalcatę aut opp̄ssę,
p̄bēda. s. eqs: q̄. s. pabula, eques currēs. i. obequitās obtriuit. i.
cōculcauit pedib⁹ equinis. q; p quia, vngula cornea. s. equina,
decussit citatis. i. festinis gradib⁹. i. cursibus, cāpū frōdentē. i.
hęrbidū pri⁹. Et ita: sonipes. i. equus cū sonitu pedū igrediēs:
belliger. i. aptus bello gerēdo, defessus. i. defatigat⁹ in aruis at-
tōsis. i. attritis & demessis, cum p̄sepia plena ferāt. i. sustineāt
culmos aduectos. i. stipulas & paleas, labit moribundus, quia
no luit gustare culmos: poscēs ore hęrbas nouas. i. recētes & vi
rides: & abrūpit. i. nō perficit, poplite tremulo. i. crure labāte &
deficiēte p̄ iedia: gyros medios. i. ad mediū actos circūcursus.
Tū. i. insup, tabes. i. putrefact⁹ sanguis, soluit corpa. s. equorꝝ
& digerit. i. dissoluit art⁹. i. neruos: cœlū iners. i. aer nō mot⁹ vē
to, traxit cōtagia. i. infectionē, pestis fluidę. s. ex sanie fluēte, in
nubē obscurā. i. ita vt inde nebula fœtida oriret. Nesis insula i
sinu Puteolano (qd̄ mallē dicere q̄ Nessus, eo q̄ subdit rabiē
Typhonis &c.) emittit tali. i. cōsili, spiramie. i. exhalatiōe, aera
stygiū. i. q̄lis e styge emāat, saxis nebulosis: i. p saxa nebulo
sa: & ātra. s. vicina Inarimes, anhelāt. i. expirāt rabiē. i. saniē &
fœtorē sulphureū, Typhōis. i. gigātis q & Typhoeus dicit, le
tiferi. i. inferētis vicinię pestē. Inde. i. post corruptionē aeris, po
puli labāt. i. cadūt in mortē: & vnda. s. infecta paratior. i. aptior
cœlo. i. q̄ aer, pati. i. ad patiendū oē vir⁹. i. infectionē venenosā
durauit. i. idurauit viscera. i. intestina, cœno. i. oleto cōdēsato.
iā. i. postq̄ non poterāt milites ęgerere, cutis riget. i. fit tensa &
aspera, & rūpit lumia distēta. i. oculos in diuersa tractos: & pe-
stis ignea & feruida morbo sacro. i. execrabili, abit in vult⁹. i. fa
ciē: & caput fessum recusat ferre se. s. ipsum: & iā fatū. i. mors
p̄ceps agit magis atq; magis oīa: nec morbi medij. i. interme-
dię ęgrotatiōes dirimūt. i. separāt vitā & necē: sed lāguor venit
cū morte. i. vt primū languescunt moriūtur. & lues. i. infectio
aucta sup. est turba. i. p multitudinē cadētiū: dū corpora incon

dita.i.insepulta cadauera iacent mixta viuis. Nam funus erat .i.ꝓ sepultura reputabat̃, spargere ciues miseros vltra tẽtoria. tñ pelagus a tergo.s.existẽs & recipiẽs cadauera, & aer pulsus Aquilonibus, & littora.s.vicina, & carinę plenæ messe peregrina.i.aliunde vecta, minuere hos labores.s.Põpeianoꝝ. At hostis.s.Cæsar, liber.i.nõ circũdat⁹ vallo, nõ angitur in collibus spatiosis aere pigro: nec vndis inertib⁹.i.stagnantibus aquis: sed patitur sęuam famẽ veluti circũdat⁹ obsidiõe arcta, & hoc culmis nõdũ surgentib⁹ in altã segetẽ.i.nõdũ granatis: & ipse cernit vulgus.s.militũ, miserabile, cecidisse in cibos pecudũ.i. hęrbas & frõdes, & carpe dumos & spoliare nem⁹ folijs: aut vt Aldus legit morsu.i.mordicus: & vellere hęrbas dubias.i.periculosas & minãtes letũ.i.necẽ, ab radicib⁹ ignotis.q̃.i. q̃s res queũt mollire.i.coq̃re flãma: & q̃ q̃unt frãgere morsu: & q̃ queunt demittere vtero.i.in vterũ, ꝑ fauces abrasas.i. amaritudie circũrosas: & miles diripiens plurima incognita ante hoc.s.tẽpus, mensis humanis, tñ.i.nihilomin⁹ obsidet hostem.s.Pompeianũ militẽ: saturum.s.cibo.

unt q̃ aer. Distẽtaq; lumina.i.oculos rigentes & turgidos. Sacro morbo.i.execrabili. & videtur ignẽ sacrũ notare. Nec medij dirimunt. in cæteris ęgrotationibus inter mortẽ & vitã est interuallũ & ipe morb⁹: verũ pestilẽtia ilico necat. Aucta lues .i. pestilẽtia augebat̃ ꝓpter cadauera inhumata. Spargere funus erat.i. sepulcrum erat spargere cadauera vltra tẽtoria. Pulsusq; Aquilõib⁹ aer. Oim vẽtoꝝ saluberrimus est aquilo: vt ait Plyni⁹. hic ergo spirãs aerẽ reddidit purgatiorẽ. Et plenæ peregrina messe carinę.i.minuerunt pestilentiã: nã ex insulis frumenti copia in Põpeij castra cõportabatur. Peregria messe.i.externo & aduectitio frumento. At liber terrę spatiosis collibus hostis. Cęsar vero inopia frumenti & cõmeatuũ valde ꝓmebat̃ adeo vt magis obsessus q̃ obsidẽs videretur. Cernit miserabile vulgus In pecudũ cecidisse cibos. Exercitus Cęsaris penuria frumẽti oppressus hęrbis vescebat̃: & vt scribit Cæsar erat gen⁹ radicis qđ appellat̃ Cara, quę lacte admixto inopiã leuat. ea famẽ tolerabat eius exercitus. pecudũ ergo cibis vescebantur. Plynius celebrat Lapsanam qua Cæsaris milites apud Dyrrhachiũ vixisse refert. Letũq; minãtes.i.hęrbas venenatas. Vellere.i.extirpare. Quę mollire q̃at flãma. vt Plutarchus & Trãquillus tradũt, Cęsariani panes ex hęrbis cõfectos ĩ castra Põpeij cõiecerũt: quo viso Põpei⁹ sibi rẽ cũ feris esse dixit. Saturũ tñ obsidet hostẽ. Milites Cæsaris voces sæpe iactabãt se prius ex arborũ cortice victuros q̃ Põpeiũ e manib⁹ dimissuros. Itaq; oia incõmoda ęquo animo tolerabant & obsidebãt Põpeianos saturos rerũ copia abundantes.

Vt primum libuit ruptis euadere claustris
Pompeio: cunctasq; sibi permittere terras:
Non obscura petit latebrosæ tẽpora noctis:
Et raptum furto soceri cessantibus armis
Dedignatur iter: latis exire ruinis
Quęrit & impulso turres confringere vallo:
Perq; ois gladios & qua via cęde paranda est.
Opportuna tamen valli pars visa propinqui
Quę Numici castella vocãt: & cõfraga dẽsis
Arboribus dumeta tegũt, huc puluere nullo
Prodit⁹ agmẽ agit: subitusq; ad mœnia venit.
Tot simul e campis latiæ fulsere volucres:
Tot cecinere tubę, ne quid victoria ferro
Deberet: pauor attonitos confecerat hostes.
Quod solum valuit virtus: iacuere perempti
Debuerãt quo stare loco. qui vulnera ferrent
Iam deerãt: & nymbus agens tot tela ꝑibat.
Tum piceos voluũt ĩmissæ lampadis ignes.
Tum quassę nutãt turres: lapsumq; minatur.
Roboris ĩpacti crebros gemit agger ad ict⁹.
Iam Pompeianæ celsi super ardua valli
Exierant aquilę: iam mundi iura patebant:

¶ Vt primum.,statim vt cõstituit Põ. erũpere media luce aciebus structis castella Cę. est aggressus vt per medios hostes euaderet. Poeta vnius dũtaxat ꝓlij meminit cũ Cæsar scribat vno die sex ꝓlia facta: tria ad Dyrrhachiũ & totidẽ ad munitiões. Cecidere in ijs ex Põ. ad duo milia aduocati & mãipulares cẽturiõesq; complures: & sex signa militaria amissa sunt. Cæsarianoꝝ amplius q̃ viginti oib⁹ sunt prę lijs desyderati. Sed oẽs qui in castello milites erãt vulnerati sunt. Ex vna cohorte quatuor cẽturiões oculos amiserũt. milia sagittarũ circiter triginta in castellũ cõiecta sunt. Claustris munitionibus Cæ. Permittere, cõcedere sibi ad euagandũ. Dedignatur iter raptũ, spernit clandestinã fugã & sine pręlio. Furto, secreta fuga. Vallo impulso, aggere ꝑcusso. Opportuna, apta expugnationi. Castella Numici. siue a conditore sic appellata sunt siue a fluuio eiusdẽ nois cui⁹ est ille in latio: in quo ꝓducit̃ penultima. Dumeta cõfraga, spineta aspera densa & sese frangentia. Agit agmen, ducit exercitũ Cæsarianis nõ aduertẽtib⁹. Prodit⁹, indicatus. Volucres, aquilæ & signa militaria Ne quid victoria ferro deberet: ne opus esset pręlio victoriã cõsequi solus metus ex tubis & signis sic hostes exanimauerat: vt resistere & pugnare nõ auderent. Quod solum valuit. id solum fortiter pręstiterũt vt e custodiæ loco se nõ mouerint: sed ibi ceciderint. Qui ferrent, q paterentur: quia oẽs cæsi fuerãt. Nymbus, impetus & vis velut venti. Agẽs, impellens. Peribat, neminẽ feriebat. Tum piceos. inde faces pice sparsas iactabant. Lampadis, facis. Quassę: percussę & quassatę ariete. Nutant, tremunt. Agger, murus munitionum. Gemit, resonat. Roboris impacti: arietis impulsi. Iam Pompeianę. iam signiferi vallum cõscenderant. Mũdi iam iura patebant. iam liber erat obsidione Põpeius poteratq; per mũdum vagari. Toto Cæ. totis copijs Cæsaris.

SVLPI.

Numici castella.

Vnus, solus Sceua qui hosti victoriam eripuit, & castellum sua virtute seruauit. Victoribus, Pōpeianis quos eiecit. Strato, cæso. Sceua. de hoc Cassio Sceua lege Cæsaris cōmentarios & Valeriū Maximū lib. iij. & Suetoniū qui inquit. Sceua excusso oculo trāsfixus femore & humero &c. xx. ictibus scuto perforato custodiā portę commissi castelli retinuit. Huius scuto ad Cæsa. relato vt Cę. ipse scribit donauit eū ducētis milibus æris: & ab octauis ordinibus ad primipilum traduxit. Reliqua de eo apud Plutarchū lege: qui cū Appiano non cōuenit. Merebat in plebe: militabat inter gregarios. Ante gentes Rhodani: ante bellū Gallicū. Promotus, ad dignitatem euect⁹ vulneribus suis & cęde quā fecit. Latiā gerit vitē, cēturio est. Vitis eīm est insigne cēturionū qua solebant interdū percutere milites. Iuuenalis. Nodosam post hęc frangebat vertice vitem. Sic etiā Marcus iurisconsultus vbi scribit de re militari, docet. Silius lib. vj. Leuinus ab alta Priuerno vitis latię p̄signis honore. Longo ordine: multitudine militum. Et qui nesciret: & qui non intelligeret quāta crudelitas sit in bellis ciuilibus fortitudinem exercere.

Sceua. Vitis.

BERO. ¶ Latis exire ruinis quęrit. Pompeius facturus eruptionē non captauit tēpus nocturnū: sed luce serena munitionem Cæsaris confringere cœpit. Turres valli, quas. s. Cæsar in vallo erexerat vt castella essent munitiora. Quæ Numici castella vocant. Pōpeius eruptionem fecit ea parte castrorū Cæsaris: quā Numici⁹ legatus Cæsaris custodiebat: & sic appellabātur castella Numici. Et confraga densis arboribus dumeta tegūt. Dumeta loca sunt plena dumis. i. spinis qualia senticeta. Confraga dicuntur aspera & inaccessa situ locorū. Puluere nullo proditus agmen agit. Maximus incedens exercitus magnā vim pulueris excitare solet: qui indicat hostiū aduentū. Verū Pōpeius nullo puluere excitato duxit exercitum. Agit, ducit. Agere eīm est āte se mittere. & vt ait Seruius, Agi proprie dicūtur pecora. Latię fulsere volucres. i. apparuerunt signa Romana in quibus sunt aquilę vt in primo commentario dictū est. Attonitos hostes. i. stupefactos Cæsarianos subito Pōpeianoꝝ impetu. Iacuere perempti debuerant quo stare loco. vt Plautus & Sallustius scribūt. Et quem quisq; locū viuus ceperat eū mortuus retinuit. Quotidie tumultuariæ fiebāt pugnę inter Cæsarianos & Pōpeianos in quibus oīb⁹ victor erat Cæsar: vt Plutarchus ait. Vna dumtaxat excepta, in qua impetū faciente Pōpeio nullus Cæsarianorum valuit resistere: & tunc repletę sunt cadaueribus fossæ. Nymbusq; ferēs tot tela peribat. Tāta frequentia emittebātur a Pōpeianis tela vt nymbū imitari viderētur. nā vt tradit Cęsar itra vnū castellū trigita milia telorū a Pōpeianis immissa reperta fuerunt. Tū piceos voluūt. cœperunt iaculari in castella Cæsaris ignes plenos pice: vt maius esset incendiū. est eīm pix ignis nutrimentum Lapsumq; minantur. i. ruinam. Roboris impacti. i. arietis qui e trabe roborea cōfect⁹ capite pręferrato muros quatit. de quo supra. Ad ictus ergo arietis agger & vallum Cæsaris

Ago.

Quē non mille simul turmis nec Cęsare toto
Auferret fortuna locum: victoribus vnus
Eripuit: vetuitq; capi: seq; arma tenente
Ac nondum strato Magnum vicisse negauit.
Sceua viro nomē: castroꝝ in plebe merebat
Ante feras Rhodani gētes. ibi sanguīe multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.
Pronus ad omne nefas: & q nesciret in armis
Q̄ magnū virtus crimen ciuilibus esset.

tantundem alteri affert. Cęsar vix senserat, senserat tamen, pręlia quæ Pompeius erumpens excitauerat: & quæ ignis elatus e specula. i. alta fenestra turris, prodidit. i. manifestauit Cęsari. Et sup. adueniens inuenit muros impulsos. i. pstratos, puluere presso. i. sedato, iam. i. paulo ante. Et vt. i. postq̄ deprendit signa veteris ruinę. s. valli, frigida. i. iam in cinerem resoluta: ipsa pax. i. tranquillitas, & silentium loci scilicet deserti accendit furorem: & quies Pompeiana. i. q̄ Pompeius erat iam in quiete, & somnus. s. altus & quietus Pompeianorum Cæsare victo. i. eo q̄ vicerant Cæsaris exercitum, mouit. s. Cæsari furorem, & properat ire. i. perseq Pompeiū: vel. i. etiā si in clades sup. iret: dū. i. dūmodo turbet gaudia. s. Pompeianorum. Inde. i. deinde Cęsar ruit, minax. i. minitās, Torquato, legato Pompeij: q̄ videt arma Cæsaris, haud. i. non segnius. i. tam festinanter: q̄ nauta subducit. i. subtrahit, pcellæ circeæ. i. ortæ iuxta circęos campos in mari Tyrrheno, omnia vela: quia non audet extensis velis illic nauigare, malo tremente. i. dum malus tremit, cōcussus vi ventorū: & recepit agmina. s. sua, interius & ita longius ab armis Cæsaris, muro breuiore: quia duos extruxerat Cęsar in quorum interiorē se retraxit Torquatus: vt copias cōiūctiores & ita fortiores ad resistendum haberet: hoc est vt dispo neret arma. i. suos armatos, dēsius. i. compressius, corona parua. i. circuitu, & ambitu modico. Cæsar transierat (quia in interiorem munitionem hostis se receperat) munimina primi valli quum. i. quādo, magnus. s. Pompeius emisit, super. i. insuper e totis collibus. i. vndiq̄ vbicūq̄ erat dispersum, agmen. i. instructam aciē suam, & effudit acies in hostē obsessum, aut obseptum. i. circūseptum. Quā rem similitudine declarat dicens. Habitans in vallibus Aetneis. i. in pede Aetnæ mōtis Siciliæ flāmas crebras demittere soliti, non sic horret Enceladū. i. motū Enceladi gigantis illic sepulti: q quoties motat fessum lat⁹: vt fabulatur Vergi. ænei. iij. crebros ignes expellit: noto. i. vēto haustrali, spirāte. i. flante: quum tota ætna egerit. i. euomit aut euacuat, cauernas. i. sulphura in viscerib⁹ suis clausa: & torrens. i. ardens defluit in campos. s. subiectos. Alij legūt Encelado spirante notū. vt sit notū. i. vētū illū humidum Encelado spirante. i. efflante flāmas quas notus in tecta & segetē defert.

Cęsaris castella. Mutandæq̄ iuuat permissa licentia terrę. i. delectat Pompeium q̄ nō amplius est inclusus a Cæsare, & potest mutare sedem. Sic pleno Pad⁹ ore tumet. Comparat impetū Pōpeij aggredietis castella Cæsaris Pado stagnanti, & totos agros cōcutiēti. Est em̄ in Italia fluuioꝝ rex Eridanus: vt ait poeta. de quo supra dictum est. Cumulūq̄ furentē vndarū nō passa ruit. Padus aliquando tanto impetu inundat: vt tellus nō possit pati cumulū vndarū: & sic ruit, & dissipatur iuxta illud Vergilij. Camposq̄ per oēs cum stabulis armenta tulit. Apent sibi gurgite, nouum facit alueum. Illos terra fugit domi nos. Sępe alluuio fluuiorū, vt scribit Iuriscōsultus, agros alienos adiudicat nouis dominis: & sic alios ditat, alios priuat. Quæ pdidit ignis. s. pl̄ia manifestauit ignis, vel qui p̄ ueniebat ex cōbusta munitione Cæsaris, vel ex signo diurno. Ignis em̄ est diurnū signum vel potius nocturnū: cum interdiu signū detur ex fumo. & sic indicat nocturno tempore castella Cęsaris a Pōpeianis fuisse combusta. Specula, locus est e quo speculamur a lōge. Vergilius. Specula Misenus ab alta. Vt veteris ruinæ. i. tanq̄ iāpridē gestę, & cōmissę: nullū em̄ apparebat recēs indicium. Mouitq̄ furorē Pōpeiana qes. Incitat⁹ est vehemēter Cęsar q̄ Pompeiani quiescerent, postq̄ sua castella prostrauerant. Torquato ruit inde minax. Torquatus erat Pompeianus cōtra quē Cæsar impetum fecit, quem venientem prævidit haud segnius. i. non tardius, q̄ nauta visa procella colligat vela: & sic cōtulit se intra munitionem. Circeæ procellæ. Procella est vis ventorum cum pluuia ab eo dicta q̄ omnia procellat: vt scribit Seruius. Circæam appellat a Circeis in Campania sitis. & quondā fuit insula: vt scribit Plinius. vel Syrtę a Syrtibus quæ sunt procellosæ. siue sit nomen procellæ: quale apud Plinium nomen Typhonis, & Ecnephię. Parua corona, scilicet militibus stantibus in corona. Munimina valli, id est primas munitiones. Obsessum magnus in hostem. tunc Pompeius omnes copias effudit in Cæsarem. Non sic Aetnæis habitans in vallibus horret Enceladum. Sensus est non ita habitantes prope Aetnam timent Enceladum gigantem, qui per Aetnam flammas dicitur eructare: quemadmodum milites Cæsaris Pompeianorum impetum formidabant. Spirāte noto. Aetna est cauernosa & sulphurea: quapropter spirante vento eructat incendium: cui suppositus est Enceladus: vt canit poeta.

Cęsaris vt miles glomerato puluere victus
Ante aciem cæci trepidus sub nube timoris
Hostibus occurrit fugiens: inq̄ ipsa pauendo
Fata ruit: totus mitti ciuilibus armis
Vsq̄ vel in pacem potuit cruor: ipse furentes
Dux tenuit gladios, felix ac libera legum
Roma fores iurisq̄ tui: vicisset in illo
Si tibi Sylla loco. dolet heu semperq̄ dolebit
Q̄ scelerū Cęsar prodest tibi summa tuorum
Cum genero pugnasse pio. Pro tristia fata.
Non Vticæ Libye clades: Hispania Mundæ

SVLPI. Victus: territus aduentu Pompeij. Ante aciem anteq̄ manum cum hoste adueniente confereret, & ipsum videret. Cæci: quia qui timent quid sint acturi non prouident. Ruit in fata: in mortem inscius quid ageret se præcipitat. Totus cruor. potuit hic fieri omnis cædes futura: ita vt pax sequeretur. Dux. Pompeius repressit milites ne Cæsarianos p̄sequerentur. Felix. exclamatio cum commiseratione. Sylla. Historiam poeta confundit nisi p̄ Syllā aut Pompeiū ipsum, aut quēpiā Pōpeianū accipiam⁹. Sed pfecto nō seruato tēpore & loco. P. Syllā q sub Cæsare militabat demōstrat: de quo in pl̄io supiori vbi pijt Scæua sic ait Cæsar. Interim certior factus P. Sylla quē descendēs castris p̄fecerat Cæsar, auxilio cohorti venit cū legionibus duabus: cuius aduētu facile sunt repulsi Pōpeiani: neq̄ vero cōspectū, aut īpetū nostroꝝ tulerunt: primisq̄ adiectis reliqui se verterunt: & loco cesserunt. Sed insequentes nostros ne longius persequerentur Sylla reuocauit:

Sylla.

ac plerique existimãt, si acri⁹ insequi voluisset, bellum eo die potuisse finiri. Tibi, ad tuã vtilitatem, & nõ ad Cęsaris: vt vincere Sylla potuit. Sũma scelerũ, maximũ inter scelera tua videlicet q̃ piũ generum oppugnaueris. Libye. Aphrica nõ vidisset tot cædes ad Vticã factas, nec Hispania ad Mundã: nec Nil⁹ Põpeij fuisset cruore infectus. Cadauer, Põpeij. Phario rege, Ptolemęo rege Phari isulę Nili. Nec Iuba, rex Numidarũ. Marmaricas. Marmaridę ppłi sunt ad Syrtĩ maiorẽ vsq̃ porrecti. Vmbras Pœnorũ, Aphricanorũ q̃ sũt Romani sanguinis auidi. Scipio, q̃ dux erat exercit⁹, & reliqarũ Pharsalię. Vitã, viuẽtes ipsi, & illi⁹ sęcli hoĩes. Exire e medijs potuit Pharsalia fatis. potuit non fieri pugna pharsalica Deserit. Cæsar a Pom. fugatus in Thessaliam se contulit. Pompeius inuitis suis qui eũ hortabantur, vt in Italiam reuerteretur, eum est persecutus. Sed Cęsar cum primum illuc peruenit coniuncto cum Domitio exercitu, Gõphos oppidum expugnauit, & militibus diripiendum cõcessit. Inde Metropolim quę primum portas clauserat exemplo Gõphorũ territam in deditionẽ accepit. Postea nulla Thessaliæ ciuitas fuit, quæ Cæ. non pareret: pręter Larisseos qui magnis Scipiõis exercitibus tenebantur. Pompeius vero cũ primũ aduenit Scipionis est milites adhortat⁹: vt parata iam victoria pdę, ac pmiorũ velint esse participes: receptisq̃ omnibus in vna castra legionibus suum cum Scipione honorẽ partitus est. Sedem, munitiones suas. Auerso, irato quia victus fuit. Agmine lacero, exercitu fugato & fracto. Comites: Pompeiani. Patrias sedes: Romam. Reddam me patriæ: reuertar in patriam nisi dimisso exercitu facta pace.

Marmaridæ.

Scipio.

BERO.

¶ Victus ante aciẽ. anteq̃ pugnã iniret fuit victus solo pauore. Inq̃ ipsa pauendo fata ruit. milites Cæsaris pauentes fugiebãt, & fugiendo hostibus occurrebant, & ruebãt in ipsam mortem. Ipse furentes dux tenuit gladios. Põpeius cũ totũ Cęsaris exercitũ delere potuisset, seu pietate commotus, seu casu retardatus, vt scribit Plutarch⁹ milites suos in castra reduxit. Vicisset in illo si tibi Sylla loco. ait Lucanus o Roma nunc tu esses libera, si Sylla qui fuit crudelissimus in hoc loco dimicasset contra Cæsarẽ: non enim fecisset qd̃ Pompeius: sed omnes ad vnum trucidasset. Cum genero pugnasse pio. i. cũ Põpeio: qui maluit videri gener parcendo Cęsari tanq̃ socero, q̃ hostis oẽs Cæsarianos trucidando. Non Vticę Libye clades Hispania Mundæ flesset. si Pompeius illo prælio voluisset vti victoria, & aduersarijs nõ parcere: nũq̃ deinceps Cato se Vticæ confodisset, non liberi Põpeij apud Mũdã Hispanię ciuitatem fuissent a Cæsare debellati, nõ ipse Põpei⁹ fuisset a satellitibus Ptolemæi interemptus. Libye ergo. i. Aphrica, non flesset clades Vticę propter mortem Catonis, & Hispania non flesset clades Mundę propter filios Pompeij alterum interfectum, alterum profligatum: vt dictum est in primo. Sanguine infando: s. Pompeij, cui⁹ cadauer iacuit in Nilo. No-

Flesset: & infando pollutus sanguine Nilus
Nobilius Phario gestasset rege cadauer.
Nec Iuba Marmaricas nudus p̃ssisset arenas:
Pœnorumq̃ vmbras placasset sanguine fuso
Scipio: nec sancto caruisset vita Catone.
Vltimus esse dies potuit tibi Roma malorũ.
Exire e mediis potuit Pharsalia fatis.
Deserit auerso possessam numine sedem
Cęsar: & emathias lacero petit agmie terras.
Arma secuturum soceri quacunq̃ fugasset
Tentauere suo comites diuertere Magnum
Hortatu: patrias sedes atq̃ hoste carentem
Ausoniam peteret. Nunq̃ me Cæsaris inquit
Exemplo reddam patrię: nunq̃q̃ videbit
Me nisi dimisso redeuntem milite Roma.

¶ Cæsaris vt miles &c. Narrat consternationem militũ Cæsarianorũ ex assultu impetuoso Pompeianorũ dicens. Vt. i. postq̃ aut qñ, miles Cæsaris, vict⁹ puluere glomerato. i. sic territus ex solo aduentu Pompeianorũ: vt iã victus merito censeatur occurrit hostibus fugiens trepidus ante aciẽ, anteq̃ manũ conferet cum hoste: sub nube. i. caligine, timoris cęci. i. ipsum excęcantis: & ruit pauẽdo. s. fata, in ipsa fata. i. mortem. tũc sup. totus cruor. s. emittendus bello ciuili, potuit mitti. i. emitti, bellis ciuilibus vsq̃ ad pacẽ. i. cõsummationẽ belli: qa interfectis illis quos Cęsar tunc habebat, pax subsecuta fuisset. Ipse dux. s. Põpeius veritus ne Sylla rursus occurreret: tenuit gladios. s. suorum, furentes. s. in cędem fugiẽtium. Declarat aũt cũ lamẽtatione quadã cur suos retinuerit, dicẽs. O Roma tu fores felix ac libera legũ. s. tyrãnicarum. i. ab imperio, & dñatu Cęsaris liberata, & tui iuris, si Sylla (q vicit non p̃sentia, nec armis: sed sola opinione: & timore: sicut prius militem Cæsaris victũ dixit metu hostis aduẽtatis. non ergo confundit historiam) vicisset in isto loco tibi. i. ad tuam vtilitatem. i. si pte prius vicisset Sylla: & nũc iterũ vinceret: qa Põpeiũ solo metu a persecutiõe hostiũ reuocãs Põpeiũ quodãmodo vincebat. Heu o Cęsar dolet, & dolebit. s. mihi, & oib⁹ bonis ciuibus semp: q̃ summa. i. maxima ps, & caput scelerũ tuorũ, videlicet pugnasse cũ genero pio. s. in rẽp. pdest tibi. qa nisi eũ expugnasset nũq̃ rerũ potit⁹ fuisset. Pro fata tristia q̃ ipsum Cęsarẽ vincere pmiserãt: qa si vict⁹ fuisset: Libye. i. Aphrica, nõ vidisset clades Vticę. i. apud Vticã vrbẽ in Aphrica factas: & Hispania nõ flesset clades Mũdę vrbis suę: & Nil⁹ pollut⁹ sanguine infando. s. Põpeij q p infandũ scel⁹ effusus postea fuit: nõ gestasset. s. in ripa sua, cadauer nobilius rege Phario. i. q̃ si esset regis Aegyptij qa gessit cadauer Põpeij. Nec Iuba rex Mauritanię, q Põpeianas ptes secutus Curionẽ iteremerat: p̃ssisset nud⁹. s. spoliat⁹ armis & militibus: arenas Marmaridas, aut Marmaricas. i. Marmaridarum populorum Aphricæ ad Syrtim maiorem vsq̃ porrectorũ (Legit Marmaridas: vt sit patronymicũ p patrio a noiatiuo singulari Marmaris, & Marmaricas adiectiue) q̃ p et Scipio sup. nõ placasset sanguie. s. suo, fuso a Cęsarianis, vmbras. i. manes, Pœnorũ noi Scipionũ ifensorũ. Nec vita. i. ętas illa, caruisset Catõe sancto. i. icorruptibili, & iuicto a vitijs. aut sit Hypallage, p eo qd̃ est nec Cato sanctus caruisset vita. qa o

Roma ille dies potuit eẽ tibi vltim⁹ malorũ tuorũ:& Pharsalia potuit exire e medijs fatis.i.vitare fatalẽ effuſionẽ ſanguinis Romani apud Philippos futuram:ſi videlicet Pompeius pſequi inſtetiſſet.ſed quia retinuit ſuos,Cęſar deſerit ſedem.i. ſtationem in Epiro:poſſeſſam a numie aduerſo.i. deo aliquo ſibi inimico. Sulpitius tamen & Beroaldus legunt auerſo.i.of fenſo & inimico.& petit agmie lacero terras Emathias.i.Theſ ſaliam.Comites vt erant ſenatores,tentauere.i.conati ſunt di uertere.ſ.ab incepto,Magnum.ſ.Pompeiũ ſecuturum.i.qui decreuerat perſequi,ſocerum.ſ.ſuum Cęſarem:quocunq; aut quacunq; fugaſſet eũ:tentauere inquã ſuo hortatu.i.hortãtes vt peteret ſedes patrias atq; auſoniam.i.Italiam carentem ho ſte.Sed Pompeius inquit:ego nunq̃ reddam me patrię exem plo.i.ad exemplum Cæſaris:& Roma nunq̃ videbit me rede untem niſi milite dimiſſo,& ita pacificum.

bili⁹,cadauere regis Ptolemæi qui paulopoſt trucidatum Pompeiũ in Nilo perijt vt ſcribit Cæſar.Phario ergo rege.i.Ptolemęo Aegy ptio a Pharo inſula de qua dictum eſt ſupra. Nec Iuba marmaricas nud⁹ ꝓſſiſſet arenas Põpeius ſi voluiſſet tunc peritus profligare Cęſarem non fuiſſet conſecuta mors Iubę & Scipionis.Iuba enim rex Mauritanię cũ Sci pione & Afranio reliquias cladis Pharſalicæ in Africa contra Cęſarem refouebat.verum Cæſar ſumma felicitate vſus vno die trinis potitus eſt caſtris,tribus ducibus profligatis .ſ.Scipiõe ſocero Pompeij,& Afranio,atq; Iuba rege.Iubę filius nomine Iuba a Cæſare deinde ductus fuit in triumphũ.author Plu tarchus.Iuba Afranius & Scipio ſibi mortẽ conſciuerũt. Arenas Marmaricas.i.Libycas.Sũt enim Marmaridę populi in Libya Mareotide. author Pli nius. Pœnorumq; vmbras.Gens Cornelia ſiue Scipionum inuiſa eſt Pœnis.i.Carthaginenſibus quoniam a duobus Scipionibus ſtipendaria facta & funditus euerſa eſt.Vmbrę ergo Pœnorũ placatæ videtur eſſe ſan guine Scipionis ſoceri Pompeij. Exire e medijs potuit Pharſalia fatis.i.ſi tũc Pompeius vſus fuiſſet victo ria nunq̃ deinceps fuiſſet ipſe in Pharſalicis campis ꝓfligatus & ſic Pharſalia exiſſet e fatis. Auerſo numine .i.dijs iratis. Et Emathias lacero petit agmine terras.Cæſar prope Dyrrhachium vna acie deuictus iter fecit in Macedoniã contra Scipionem ſocerum Pompeij: vt ſcribit Plutarchus: & nũc refert Lucanus.Emathias terras,Macedonię.ſ.q̃ a rege Emathio dicta eſt vt in primo ſcriptum eſt. Diuertere.i.ab incepto reuocare ne .ſ.vellet ſequi Cæſarem fugientẽ ſed vt veniret in Italiã hortabanť. Nũq̃ me Cæſaris inquit exemplo reddã patrię.nolo inquit Pompeius imitari Cæſarem qui Italiam inuaſit & Romam cum exercitu,quã non ſum in traturus niſi priuatus & dimiſſo exercitu.

Heſperiam potui motu ſurgẽte tenere:
Si vellem patriis aciem committere templis
Ac medio pugnare foro: dum bella relegem
Extremũ Scythici tranſcẽdam frigoris orbẽ:
Ardenteſq; plagas.victor tibi Roma quietẽ
Eripiam:qui ne premerẽt te prælia fugi:
Ah potius nequid bello patiaris in iſto:
Te Cæſar putet eſſe ſuam.Sic fatus in ortus
Phœbæos conuertit iter:terręq; ſecutus
Deuia qua vaſtos aperit Candauia ſaltus
Contigit Emathiã:bello quam fata parabant.
Theſſaliã qua parte diem brumalibus horis
Attollit titan:rupes oſſea coercet.
Qũ per ſumma poli Phœbũ trahit altior ęſt⁹
Pelion opponit radiis naſcentibus vmbras.
At medios ignes cęli rabidiq; leonis
Solſtitiale caput nemoroſus ſubmouet Otris.
Excipit auerſos Zephyros & Iapiga Pindus:
Et maturato præcidit veſpere lucem.
Nec metuens imi Boream habitator olympi
Lucẽtem totis ignorat noctibus Arcton.
Hos inter montes media qui valle premunť:

SVLPIT.

¶Surgente motu.In principio belli.Vellem committere aciem:voluiſſem pręliari. Dum bella relegem.modo procul ab Italia bella ca lamitateſq; abigam:non erit mihi moleſtum extremas mundi regiões adire. Scythici.ibo vltra Scythas ſeptemtrionales. Ardẽtes pla gas,deſerta Aphricæ,Aethiopiam,Indiam quę ſolis ęſtu infeſtanť.Victor tibi Roma qe tẽ eripiã.certe non,nec me victore vexaberis Ah potius bello ne q.p.in iſto Te Cæ. putet eſſe ſuã. Dummodo ſis expers dãnorum te cæſ.poſſideat.Candauia,mons Epiri qui Il lyricum a Macedonia ſeparat.Contigit,teti git.Bello quã fata para.in qua fata conſtitue rant vt certareť.Theſſaliam qua parte.Topo graphia.Theſſalia inquit ab oriente bruma li Oſſam,ab occidente æſtiuo Pelion,a Meri die otrim,ab occidente Pindum,a ſeptemtri one olympum habet. Sed in hoc errat poeta ꝙ inter oſſam & olympum Pelium,qui ad o riẽtem hybernum eſt interponit:& Oſſa ad æ ſtiuum:vt Ptolemęus,& li.vij.Herodot⁹do cẽt.& ipſe mox dicet olympum Oſſæ coniũ ctũ.Pelium ergo pro Oſſa & Oſſam pro Pe lio poſuit.Eſt autem Pelij altitudo vt Plini⁹ tradit.M.cc.l.paſſuum.Coercet,terminat & ſtrigit. Attollit diem:erigit lucẽ ſuã. Qũ p. ab oriẽte ęſtiuo Peliõ eſt. Opponit vmbras. iaciuntur enim in occidentem recta ab orien te linea.Otris,mons. Submouet me.ig.cę.re pellit meridianum ſolem & Otrim eſſe altiſſi mum indicat.Caput ſol.leonis.æſtum leõis & ſolſtitij:qđ eſt ſexto calendas Iulij apđ Co lumellam. Sole vero exiſtente in cancro & nõ proprie in leone. Pindus,mõs qui ad occidẽ tem verſus a tergo Zephyros excipit. Ia piga ventũ quẽ Phauorinus Caurum exiſti mat.Eum Appuli vocant Iapiga. Præcidit lucem,ſubſtrahit lucem & inumbrat Theſſa liam:quam præ eius altitudine ſol occidens

Candauia.

Theſſaliæ deſcriptio.

Pelion.

Otris.

Pindus.
Iapix.
Cauus.

Perpetuis quondam latuere paludibus agri
Flumina dum campi retinẽt: nec peruia tẽpe
Dant aditus pelagi: stagnũq; implentib9 vnũ
Crescere cursus erat: postq̃ discessit olympo
Herculea grauis Ossa manu: subitęq; ruinam
Sensit aquæ Nereus: meli9 mãsura sub vndis
Emathis æquorei regnum Pharsalos Achillis
Eminet: & prima Rhoeteia littora pinu
Quæ tetigit Phylace: Pteleosq; : & Doriõ ira
Flebile Pieridum: Trachin: pretioq; nefandæ
Lãpados Herculeis fortis Meliboea sagittis.

spectare non potest. Vespere maturato: fine diei accelerato: nam prius noctem inducit q̃ sol occiderit. Habitator, qui incolit radices olympi quę ab interiori parte Borea vexari nõ possunt: Septẽtriones & vrsam maiorem nõ cernit. Perpetuis quondam. Thessaliæ planities inquit olim fuit palus ab Hercule desiccata. Retinẽt, retinebant. Tempe, locus inter Ossam & olympum quinq; miliũ passuũ longitudine & ferme sex latitudine vltra visũ hominis attollẽtibus se dextra lęuaq; leniter conuexis iugis. Intus sua luce viridante allabit Peneus: viridis calculo: amœnus circa ripas gramine: canorus auium concentu. Accipit amnem orcõ nec recipit olei modo supnatantem. Oui. Est nemus Hęmonię prærupta qđ vndiq; claudit Sylua: vocãt tẽpe per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo spumosis voluitur vndis. Peruia, patẽs: nã tũc illac flumina non egrediebantur. Nec dant aditus pelagi, nec sinebant in pelagus labi. Implentibus, in implenda Thessalia occupatis. Cursus erat crescere. loco cursus crescebãt. Postq̃ di. postq̃ Ossam ab olympo Hercules separauit: etsi Herodotus lib. vij. dicit a Neptuno siue terręmotu id factũ. Nereus, mare. Ruinã, impetũ. Melius mansura sub vndis. præstitisset eñi vt habitabilis facta non esset. Eminet, apparuit tũc. Pharsalos. Locus vbi ędificatũ est oppidũ Pharsalos qđ duplex est vetus & nouũ iuxta qđ est Tethydis fanũ. & hanc orã Achilli subiectã fuisse suspicant: vt ait Stra. Phylace, oppidũ prope Thebas Phiothicas ex quo fuit Prothesilaus q prim9 bello Troiano peruenit in litt9 primusq; cęsus est. Oui. Sors quoq; nescio quẽ fato designat iniquo. Qui primus Danaũ Troada tãgat humum. Pinu, naui. Rhœthea, Troiana. Aequorei, nati ex Nympha ęquoris Tethyde. Pteleos oppidũ. Dorion, op. Magnesiæ. Statius lib. quarto. Getico quos flebile vati Dorion, hic fretus doctas anteire canendo Aonias multos Thamiras damnatus in annos Ore sim[illegible] Citharaq; qs obuia numina temnat Conticuit præceps: qs nõ certamia Phoebi. Nosset, & illustres satyro pendẽte Celenas. Trachin. huius nominis oppida esse diximus in Phocide, & in Bœotia. puto autẽ hic esse legendũ Atracem qđ esse apud Larissam Stra. docet. Meliboea, vrbs littoralis Magnesię ppinqua Thessalię patria Philoctetæ absq; quo sagittas Herculeas afferente Troia capi non poterat. Pretio nefandę lãpados: ob pretiũ incendij sacri. Hercules enim ea lege sagittas pharetramq; Phyloctetæ concessit vt eius rogũ incenderet ossaq; conderet, & in cęlum raptũ vulgaret: iurareq; id coegit. Nefandæ: qa nõ licebat de rogo quicq̃ effari. Lampadis, ignis & rogi.

Tempe.
Pharsalos.
Phylace.
Prothesila9
Pteleos.
Dorion. vide Ascẽsiũ.
Trachin.
Meliboea.
Philoctetes
BERO.

¶Motu surgente. i. bello ciuili incipiente. Et dum bella relegem. inquit Pompeius dũmodo bella relegem & remoueã a patria ego sum paratus adire extremas orbis regiones frigidissimas. s. & ardentissimas. Scythici trãscendam frigoris orbẽ. i. ibo vltra Scythas q̃ regio æterno pmitur gelu: vt Pli. tradit. In ort9 Phœbęos cõduxit iter. i. versus orientẽ

¶Hesperiam potui. Verba sunt adhuc Põpeij ad suos ita dicẽtis. Ego potui tenere Hesperiã. i. Italiam motu. s. ciuili, surgente. i. in principio belli ciuilis. vnde prudenter innuit se non fugisse timore: sed abijsse consilio. si vellẽ. i. si tunc voluissem cõmittere aciẽ. i. præliari, tẽplis patrijs. i. añ tẽpla deo℞ patriorum: ac pugnare medio foro. s. Romano. Ego transcendã. i. velim transcẽdere extremũ orbẽ. i. vltimũ clima: frigoris Scythici. i. septẽtrionalis plagę: & transcendã plagas ardẽtes. i. torridã zonã, dũ. i. dummõ, relegẽ. i. lõge a patria mittã aut trahã bella ciuilia. O Roma (apostrophe Pathos habẽs) eripiã. i. putas neq; ego eripiã victor. i. nunc qñ vici, quietẽ. i. tranquillitatẽ tuã, qui fugi. i. abij veluti fugiens, ne p̃lia p̃merent te. i. fierẽt in Italia? Ah (alij legũt ac) Cæsar putet potius te esse suam. i. in ditione sua: ne patiaris, quid. i. aliquid detrimenti, in isto bello. s. ciuili. Ipse fatus sic conuertit iter. i. profectus est in ortus Phœbęos. i. orientem versus: nam p Candauiã venit in Thessaliam: & secutus deuia. i. de via breuiore abducentia loca terræ. i. per terram, non p mare abiẽs, qua. s. parte, Cãdauia mõs Epiri Illyricũ a Macedonia separans, aperit saltus vastos. i. loca syluosa & saltuosa valde ampla: secutus inquã deuia, contigit Emathiã. i. venit in Thessaliã, quã fata parabãt bello. i. ad bellũ futurum. Quia vero moris est priusq̃ gesta in loco aliquo perscribant, locũ ipsum describere: per Topographiã describit Thessaliã dicens. Rupes Ossea. i. Ossę mõtis asperitas, coercet. i. limitat Thessaliam ea parte, qua titan. i. sol, attollit diẽ. i. erigit lucẽ suã, horis brumalibus. i. tempore brumę. hoc est Thessalia claudit ab oriente brumali Ossa monte. sed quũ. i. qñ altior æst9 solis, trahit Phœbũ. i. solẽ per summa poli. i. qñ est in oriente ęstiuo, tũc Pelion mons Thessalię opponit radijs. s. solis, nascentibus. i. orientibus, vmbras. s. suas. hoc est ab oriente æstiuo habet Pelion quo clauditur. At. i. sed Otris etiam mons Thessaliæ, nemorosus. i. syluosus, submouet. s. a Thessalis, medios ignes cæli. i. æstus meridionales, & submouet caput solstitiale. i. tendens ad solstitium, leonis rabidi propter nascentẽ calorẽ. hoc est a meridie Otrim habet. Pindus quartus mons Thessalię, excipit Zephyros ventos occidẽtales, & Iapiga. i. Caurum vt ex sententia Phauorini censet Gellius, qui ab Appulis dicitur Iapix: & ab eo Iapigia Apulia: auersos. i. a sole, hoc est tergo occidentẽ versus extensos: & p̃cidit. i. abbreuiat lucẽ. s. diurnam solis, vespere maturato. i. accelerata parte noctis propter interpositionem montis. Nec. i. & non, & habitator olympi montis etiam Thessaliæ, imi. i. ad radices eius, non metuens Boream a septemtrione flantẽ, qa non potest in pede mõtis interpositi habitãtes attingere ignorat Arcton. i. non videt vrsam, lucentem totis noctibus. Agri qui p̃munt inter hos montes media valle, latuere quondã perpetuis paludibus: dum campi retinent & nõ demittunt in ma-

re flumina: nec tempe loca amoeniſſima Theſſaliæ, peruia qa non erant peruia, nec dant. i. concedunt aditus pelagi, aut pelago: & dum creſcere. i. augeri, erat fluuijs implentibus vnũ ſtagnũ, curſus. i. loco curſus. Poſtq̄ Oſſa mons grauis diſceſſit .i. ſeparatꝰ eſt olympo, manu Herculea ſecundũ hũc, & Nereus .i. mare, ſenſit ruinã ſubitę aquæ, Emathis. i. Emathia, melius pro po. Romão, manſura ſub vndis. i. ſtagno illo(Eſt autẽ ꝓ lepſis: nam nondũ diſcebatur Emathia, & Pharſalos appoſitiue regnum. ſ. futurum Achillis ęquorei. i. habentis matrem q̄ eſt dea ęquorea, eminet. i. apparet ſine aquis: & Philace patria Protheſilai, quæ tetigit per Protheſilaum littora Rhœteia. i. Troiana p̄ria pinu. i. naui, & Pteleos vrbs, & Dorion, diceret vt ſtatim dicam, flebile ira pieridũ. i. propter iram muſarum, & Trachin, & Meliboea fortis. i. multum potens ad euerſionem Troiæ, ſagittis aut pharetris Herculeis, pretio. i. obtentis pretio, nefandæ lampados. i. tacendæ concremationis Herculis repete in ſingulis, eminet. Sane vt dixi ſcribendum fuerat Lucano, Dotiõ: ſed non ſcripſit, quocirca non mutaui. Q: autẽ ſcribẽdũ fuerit ita affirmat Hermolaus Barbarus in quartum lib. Plin. cap. ix. Dotion Gnidiorum fuit colonia & ob id regio illa nuncupatur Cnidia. Nomen vrbi a Dotia Elati filia, ſiue a Doto quẽ nonnulli Dotin vocãt: magna Lucani in. vj. hallucinatione qui Dorion non Dotion vocauit hãc illo verſu. Quæ tetigit Phylace, Pteleoſq; & Dorió ira. fle. pie. cũ Dorion vbi Thamyrę vati ſuccẽſuere Pierides in Achaia: ſit non Theſſalia Homero teſte & Papinio. Hæc ille ex Stephano fere deprompta.

profectꝰ eſt in Theſſaliam. Deuia. i. inacceſſa & aſpera loca. Qua vaſtos aperit Candauia ſaltꝰ. ex Epiro in Macedoniã via eſt Egnatia ad orientẽ ſpectans. cuiꝰ prior pars vt ſcribit Strabo vocatur Candauia a monte Candauia qui Illyricũ Macedoniãq; diſtermiat. ꝑ Candauiã ꝓfectus eſt Pompeius in Emathiam cuius campi Pharſalici bello deſtinabãt a fatis. Theſſaliam qua parte diem brumalibus oris. Topographia eſt. i. loci deſcriptio Theſſaliæ enim ſitũ & naturã deſcribit. Theſſaliã ab ortu brumali claudit Oſſa mõs nobiliſſimꝰ vt ait Pli. ab ortu vero ſolſtitiali includit Pelion mons & Otris. quod hic notat Lucanus. Per ſumma poli. i. ꝑ altiores partes & nobis viciniores. Nemoroſus Otris, mõs Theſſaliæ Lapitharũ ſedes vt ſcribit Plinius Excipit aduerſos Zephyros & Iapiga Pindꝰ Pindus mons Theſſaliæ ad occaſum vergit teſte Plinio & ſic excipit Zephyros & Iapiga ventos flantes ob occidente. Iapigis vẽti meminit Vergilius. Vndis & Iapige ferri. & Horatius. Obſtrictis alijs pręter Iapiga. Maturato veſpere. i. accelerante veſpertino tempore. eſt enim veſper ſtella veneris ſubſequẽs ſolẽ antecedens vero dicit̃ lucifer. Cicero & Pli. authores. Nec metuens imi Boream. Olympus mons eſt Theſſalię vergens ad Arcton. i. ſeptemtrionem & ſic ſubmouet Boream. vñ q olympi habitãt ima. i. partes inferiores non timent impetũ Borę, & propter altitudinẽ montis arctos. & ſeptẽtrio non eſt illis ſemꝑ ſublimis ſed ex aliqua parte occultatur. Perpetuis quondã latuere paludibꝰ agri. Antiquis ſęculis vt fama eſt totus Theſſalię campus ſtagnabat. Terrę autẽ motibus factis abſciſſa eſt Oſſa ab olympo qua parte Peneus effluxit in mare & Theſſaliam ſiccatam reddidit. Author eſt Strabo nunc Lucanus. more poetico dixit Theſſaliã fuiſſe ſiccatam ab Hercule q Oſſam abſcidit ab Olympo. Nec peruia tempe dant aditus. Tẽpe loca ſunt Theſſaliæ nemoroſa per q̄ Peneus fluuius labitur vt Plin. & Ouidius referunt. prius tempe non erant peruia & penetrabilia: deinde vel terrę motu vel manu Herculea patefacta ſunt. Subitęq; ruinã ſenſit aquę Nereus. abſciſſa Oſſa ab Olympo omnis aqua effluxit in mare quę prius Theſſaliam ſtagnum fecerat: & ſic Nereus. i. mare(Eſt enim deus maris) ſenſit ruinã aquæ ſubitę. Melius manſura ſub vndis Emathis ęquorei regnũ Pharſalos Achillis. Siccata Theſſalia apparuit Pharſalos q̄ meliꝰ mãſiſſet ſemꝑ ſub vndis & ſic in campis Pharſalicis non fuiſſet vnq̄ inter Cęſarem & Põpeiũ decertatum. Fuit autẽ duplex ciuitas Pharſalos vetꝰ. ſ. & noua vt ſcribit Strabo. & prope vtrãq; phanũ Thetidis viſebat̃ ex quo Achilli ſubiectam fuiſſe tradunt. vnde nunc a Lucano Pharſalos Emathis. i. Theſſala dicitur regnũ Achillis æquorei. i. geniti ex Thetide dea æquorea. Et prima Rhœteia littora pinu q̄ tetigit Phylace. Phylace ciuitas eſt Theſſalię ſub imperio Protheſilai vt ait Strabo qui primus pinu. i. naui tetigit littora Rhœteia. i. Troiana & primus græcorum fuit interemptus vt inquit Auſonius. Pteleoſq;, ciuitas Theſſalię. Et Dorion ira flebile Pieridũ. Doriõ ciuitas eſt multiplex: vna in Meſſenia Pelopõneſſi, altera in Euboea, tertia in Theſſalia de qua nũc loquit̃. in hac muſę muſica & oculis priuaſſe dicunt̃ Thamyram cantorem vt refert Strabo: & canit Homerꝰ. Vñ Doriõ dr̃ flebile ob iram Pieridũ. i. muſarum, q̄ Thamyrã ita multarũt. Alij hoc referunt ad Dorion Peloponneſiacã vrbẽ ſiue montẽ ſiue cãpum. Trachin ciuitas Theſſalię in qua regnauit Ceyx: vt ſcribit Ouidius. Herculeis fortis Moelibea ſagittis. Theſſalię annnexa Magneſia eſt cuius oppidum eſt Meliboea vt ait Plinius: quę dicitur fortis Herculeis ſagittis q̄m Hercules ſagittas donauit Philoctetę Melibenſi q face pyrã ſuccẽdit in qua Hercules ſe combuſſit vt tradit Diodorus. pretium ergo nephandæ lampadis qua Philoctetes pyram ſuccendit fuerunt ſagittæ Herculis.

Dorion. vide Aſcenſij finem.
Thamyras

Atq; olim Lariſſa potens: vbi nobile quondã
Nũc ſuꝑ argos arãt: veteres vbi fab'la Thebas
Mõſtrat Echionias: vbi quondã Pẽtheos exul
Colla caputq; ferens ſupremo tradidit igni
Queſta q hoc ſolum nato rapuiſſet Agaue.
Ergo abrupta palus multos diſceſſit ĩ amnes.
Purus in occaſus parui ſed gurgitis Aeas
Ionio fluit inde mari: nec fortior vndis

SVLPITIVS.

Lariſſa, Achillis p̄ria. Potens, Aeaco, Peleo, Achille. Nobile Argos. Stra. lib. viij. ait Argos ipſum Pelaſgicũ: plæriq; vrbẽ Theſſalicã opinantur ſuperiori tempore Lariſſæ propinquam. Quę hac ætate nullibi eſt. Alij non vrbem ſane ſed Theſſalorum campum hoc vocabulo nuncupatum. quod quidẽ nomen Abas ex Argo hęc ad loca migrans impoſuit. Vbi fab'la. Fabuloſum eſt qđ de Thebanis terrigenis dicitur & muro ab Amphione ſtructo. poeta vero confundit nomĩa. Nã hic indicat Thebas Ptiothicas & loquitur de Echionijs. Echion vero vnus fuit ex terrigenis natis ex dentibus draconis a Cadmo ceſi Vbi quondam. Agaue Cadmi filia Echiõis

Lariſſa.
Argos.
Thebę.
Echion.
Agaue.

vxor materq; Pēthei fuit: quē Bacchi numē
spernentem sorore adiuta dilaniauit: cum eū
per furorem aprum esse existimarent. Pēthe
os, Pēthei. Questa. cum enim in bonam mē
tem redisset doluit q᷑ plus de filio non rapu=
isset vt rogis posset imponere. Igni supremo
pyrę. Pal⁹, Lerna q̄ Thessaliā mergebat. Dis
Aeas. cessit, diuisa est & exhausta. Aeas, fluuius q
Inachus. occidentem versus in Ionium fluit. Pater Isi
dis. Inachus qui fuit Argiuorum rex & pa=
Io. ter Ius, versus fuit in fluuium qui est in Pelo
ponneso, a quo qui in Thessaliam venerunt
hunc etiam Inachū appellarūt. Auectæ, trās
Oeneus. portatę a Ioue in Aegyptum. Oeneus, pater
Deianyræ Acheloo desponsatæ, inde tradi=
tæ Herculi: sed orto inter eos certamie victo
ri Herculi cessit: qui Acheloo i palęstra cornu
Echinades curtauerat. Echinadas. Echinades insulæ
sunt i sinu Corinthiaco ex opposito ad Eli=
dem & in ostijs Acheloi. Statius in secundo
Thebaidos. Turbidus obiectas Achelous
Echinadas exit. Oblimat, limo inficit. Caly
Calydon. dona, vrbem Calydoniæ patriam Meleagri
quam Euenus fluuius iuxta quem cæsus est
Sperchios. Nessus cētaurus dicitur separare. Sperchios
Thessaliæ fluui⁹ cui Achilles vouerat comas
Maliacus sinus. si redisset e Troia. Malliacas. Maliacus sinus
iuxta Pagaseum est & Opuntium. Amphry
Amphrysos. sos, fluui⁹ Thessalię lympidis aquis apd̄ quē
Apollo Admeti regis pauit armēta. Anau=
Anauros. ros, dictus q᷑ ex se neq; aurā neq; nebulam e
mittat. Per se, alueo & nomie suo. Nam cū
alia ingrediunt̄ nomen amittunt & nō per se
deferunt̄ in mare. Donauit aquas, īfluit & in=
Peneus. greditur Peneum qui oritur iuxta Gōphos
interq; Ossam & olympum nemorosa cōual
le defluens quingentis stadijs dimidio ei⁹ spa
Apidanos tio nauigabilis. Apidanos, velox Thessaliæ
Enipeus. fluuius. Enipeus, lenis est sed mistus Apida
Asopos. no fit velocissimus. Asopos. hic fuit Aegnę
pater: mergiturq; in Apidanum & cōcitatur
Phœnix. ab eo. Phœnix fluui⁹ Thessalię. In nomē vn
Titaresos. dæ, Peneum. Defendit, tuetur. Titaresos, q
& Orchos dicitur. de quo Pli. Peneus accipit
amnē Orchon nec recipit: sed olei modo su=
pernatantem vt dictum est ab Homero bre=
ui spatio portatū abdicat: pœnales aquas di=
risq; gēitas argēteis suis misceri recusat. Pro
siccis aruis: p alueo. Manare, egredi. Memo=
rem, Orchon. Capitis, originis suæ. Vilis, Pe
nei quē vilem prę se ducit. Timorē, reuerentiā
& cultū. Patuerunt: remāsere patentia. Emis=
sis, eductꝪ. Bœbicio. Bœbicij illic arare cœpe
Bœbicij. runt & alij populi. Bœbe vna est ex vrbibus
Bœbe. adiacentibus Demetriadi. vbi est & Bœbeis
Bœbricia. locus vicin⁹ Pheris vt li. no. Stra. docet. Bœ
bricia autem Bithynia est. Discessit, diuisus
Leleges. est. Lelegum. Leleges populi sunt in atrita q
Pigmenidi cognominantur: hi qdē in Thes=
saliā habitatū se contulerunt. Descendit, im=
missū est. Eolidæ, qui ex Aeolia in Thessaliā
Eolidę. iuerunt. Dolopes, qui Homeri testimōio ad
Dolopes. extrema Phthię locantur ad Pindum montē
& sub Peleo Achille & Pyrrho militauerunt.
Magnetes. Stra. sic ait. Eos vero Magnetes
Magnetes. q a poeta in vltimo Thessalonicorū catalogo
numerātur existimauerim Macedonibus Pie

Labitur auectę pater Isidis: & tuus Peneu
Pene gener crassis oblimat Echinadas vndis.
Et Meleagreā maculatus sanguine Nessi
Euenos Calydona secat: ferit amne citato
Malliacas Sperchios aquas: & flumine puro
Irrigat Amphrysos famulātis pascua Phœbi.
Quiq; nec humētes nebulas nec rore madētē
Aera nec ventos tenues suspirat Anauros.
Et qsquis pelago per se non cognitus amnis
Peneo donauit aquas: & gurgite rapto
Apidanus: nunq̄q; celer nisi mistus Enipeus.
Accipit Asopus cursus: Phœnixq;: Melasq;.
Solus in alterius nomen quum venerit vndæ
Defendit Titaresus aquas: lapsusq; superne
Gurgite Penei pro siccis vtitur aruis.
Hūc fama est stygiis manare paludib⁹ amnē:
Et capitis memorem fluuii contagia vilis
Nolle pati: superumq; sibi seruare timorem.
Vt primum emissis patuerunt amnibus arua:
Pinguis Bœbicio discessit vomere sulcus.
Mox Lelegū dextra pressum descēdit aratrū.
Eolidę Dolopesq; solum fregere coloni:
Et Magnetes eqs: Minyię gēs cognita remis.

Atq; sup. hic erat Larissa patria Achillis vn̄ & Larissęus dicitur: potens olim. s. regibus suis Aeaco, Peleo &c. & vbi arāt nūc Argos. s. Hippiū, nobile quōdā: & vbi fabula mōstrat veteres Thebas Echionias. i. ab Echione structas, qui socius Cadmi in condēdis Thebis erat. Sed nomen pro nomine ponit & rem pro re. Nam non Echioniæ Thebæ, sed Pthiothicæ illic erant. neq; fabula dicit eas sic conditas. Verum poetæ gaudent vicina confundere & nomen pro nomine ponere. Vn̄ Vergi. Reuocato sanguine Teucri pro Dardani. & domitus Pollucis habenis: pro Castoris dixit. Quę etiā diuersis sed eiusdē nominis conueniunt quasi vnius sint recitant. Et vbi Agaue (quę res etiam Echioneis Thebis attribuēda erat: aut vt Stra. sentit Scholo vico sub Cytherone) Cadmi regis Thebarū filia, exul quondā aut a filio cum bacchantibus cæteris proscripta, aut a se alienata, & ita secum non habitans, ferens colla & caput. i. caput cum parte colli, Pentheos. s. filij sui a nominatiuo Pentheus, tradit sup. illa igni supremo. i. rogo funebri: questa. i. conquerens q᷑ rapuisset hoc solum. s. caput, nato. i. filio suo: aut quia ad se reuersa voluisset totum corp⁹ exequijs funebrib⁹ mandare, aut q᷑ nōdum sedato furore voluisset ipm penitus discerpsisse. Ergo palus. s. Lerna, abrupta. i. dissecta discessit. i. diuisa est in multos amnes: sed Aeas fluuius parui gurgitis, fluit inde existens purus in occasus. i. occidentē versus, mari Ionio. i. in mare Ioniū: nec pater Isidis auectæ. i. Ina

chus fluuius Thessaliæ dictus ab Inacho fluuio Argiuorū denominato ab eorū rege Inacho, patre Isidis, hoc est Ius, auectæ.s. ab Ioue, in Aegyptum, labitur nō fortior vndis.i.nō habens fortiores vndas: & o Oeneu pater Deianyræ, tuus gener pene.i. Achelous fluuius qui pene fuerat tuus gener nisi Hercules obstitisset, oblimat.i. ipinguat vndis crassis Echinadas insulas. & Euenos latie Euenus flu. maculatus sanguie Nessi ab Hercule occisi, secat.i. interfluit, Calydōa vrbē Meleagreā.i. patriam Meleagri. Sperchi⁹.s. flu. Thessaliæ, ferit amne citato.i. impetuoso fluctu, aquas Maliacas: quæ sunt iuxta sinū Pagasæum: & irrigat puro flumine Amphrysos appositorie pascua Phœbi.i. Apollinis, famulantis.s. Admeto regi: dum priuatus diuinitate illius armenta pascebat. Quiq3.i. & qui, & Anauros flu. qui nec suspirat.i. exhalat nebulas humētes nec aera madētem rore, nec ventos tenues. vnde & nomē accepit. Et quisquis amnis nōn cognit⁹ pelago per se.i. proprio alueo & nomine, quia priusq̄ ad mare veniret nomē amisit, donauit aquas Peneo.i. influit Peneum: & Apidanus gurgite rapto.i. præcipiti, & Enipheus nunq̄ celer nisi mistus Apidano. Asopos & Phœnix (Aldus legit Penis) & Melas accipit cursus.i. fluit illic: & Titaresus flu. (Gręce a Stephano dicit̄ Titaresios τιταρήσιος. Sumpsit autem hęc car. Lucan⁹ ex Homero) cū venerit in nomen alterius vnde.s. Penei, defendit.i. tuetur solus aquas, & lapsus superne.i. desuper, vtitur gurgite Penei ꝓ aruis siccis id est tanq̄ essent arua sicca & alijs aquis nō occupata. Fama est hunc amnem.s. Titareson q & Orchos dicit̄, manare.i. egredi paludibus stygijs, & existentem memorem capitis.i. originis, nolle pati contagia.i. commixtionem fluuij vilis, & seruare sibi timorem superum: qa dij timent iurare & fallere numen stygis. vt primum arua patuerunt.i. aperta sunt, amnibus emissis in mare, sulc⁹ pinguis discessit id est diuisus est vomere Bœbicio, id est a Bœbe vrbe dicto. Et mox.i. paulo post aratrū pressum dextra Lelegum id est colonorum eorum, descendit.s. in terram: coloni Eolidę, & Dolopes fregere id est sulcauerunt solum: & Magnetes gens cognita.i. nobilitata equis, & Minyię gens cognita remis fregere &c.

tijs vicinos qui intra tempe a Peneo atq3 Ossa vsq3 ad Pelium trans Peneum loca habēt mari tenus. Equis.s. sunt enim optimi equorū quibus abundant domitores. Minyię: populi in Thessalia qui cum Iasone nauigarunt. Minyiæ.

¶ Veteres vbi fabula Thebas mōstrat Echionias. Thebę in Bœotia sunt dictę Echionię ab Echione qui Cadmum iuuit in ędificādis Thebis. author Ouidi. Sunt Thebę in Thessalia. nunc alludit ad Bœotias. Vbi Pentheos exul. queādmodū Pentheus a matre Agaue fuit laceratus dictū est supra. Aeas fluuius est Thessalię. Pater Isidis. Inachus fluui⁹ est grȩciæ qui pater fuit Ionis quę deinde facta est Isis dea Aegyptiorū. Et tuus Oeneu pene gener. Achelous intelligitur qui e Pindo monte ꝓfluens Acarnaniam diruit ab Aetolia. author Pli. Pene.i. quasi fuit gener Oenei cū Deianyrā Oenei filiam ipe & Hercules peterent in coniugiū: ex quo dimicando victus fuit Achelous vt inquit Ouidius. Achelous Oblimat.i. limo & cœno replet. Echinadas, insulas ante Aetoliā quæ ab ipso Acheloo cōuectę existimant̄: vt ait Pli. Euenus Calydona secat. Calydon oppidum est Aetolię iuxta Euenū amnē vt ait Plin. dr̄ Meleagrea a Meleagro filio Oenei, qui Calydone regnauit. Euen⁹ vero maculat⁹ est sanguie Nessi, qm̄ Nessus portitor ab Hercule occisus eē tradit̄ in hoc fluuio: cum inter traijciēdū Deianyram violare conaretur: vt scribūt Stra. & Diodorus. Maliacas Sperchius aquas. Sperchios est fluuius Thessaliæ ingrediens sinum Maliacū. author Strab. Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi. Amphrysos flui⁹ est Thessaliæ vbi regis Admeti pecora, & armenta Apollo pauit iussus decē annis seruire quia Cyclopas interfecerat, qui fulmen fecerant quo Aesculapi⁹ eius filius a Ioue fuerat interemptus. author est Prob⁹. Anaurus, fluui⁹ est Thessaliæ nullas spirans auras. Vnde Anaurus dr̄ quasi sine aura: qd̄ nūc expressit Luca. It gurgite rapto Apidanus. Flumina Thessaliæ clarissima sunt Apidan⁹, Enipheus, Asop⁹ Phœnix, & Melas, & ante cūctos claritate Peneus: vt tradit Pli. Defēdit Titaresus aquas. Titaresus alio nomie dictus Orcus labit̄ in Peneū fluuiū: verū vt ait Pli. olei mō supnatat: tanq̄ Peneus recuset aquas Orci pœnales dirisq3 genitas misceri suis quæ sunt argenteę. Titaresus ergo lapsus per vndas Penei supiores illis vtit̄ tanq̄ siccis aruis: quia supnatat tanq̄ in sicca terra. Et capitis memorē. quia Titaresus scit suum caput & originem esse a Stygia palude inferorum: ideo indignatur miscere vndas suas vndis fluuij vilis.s. Penei quem sui respectu vilē iudicat. Vt ait Strabo, vndę Titaresi sunt ex quadā materia crassa ex quo non cōmiscent̄ Peneo. Vt primū emissis. Siccata Thessalia emissis in mare fluminib⁹ habitata est varijs gētibus. Bœbricij eñ & Leleges Dolopes atq3 Magnetes eam tenuerūt: nā teste Strabo. oīs græcia a nationibus Barbaris habitata fuit. Mox Lelegū dextra pressum descendit aratrū. Leleges & Cares ijdem populi a nonnullis esse credunt̄. Leleges errabundi interpretantur: nā antiquis temporibus vt Stra. & Aristoteles tradūt oēs gręcię fere regiones coluerūt. Eolidę Dolopesq3, populi sunt Thessalię. Verg. Dolopū meminit. Et Magnetes eq̄s. Thessalię annexa est Magnesia vt refert Pli. Magnetes optimi fuerunt eqtes. Minyiæ gens cognita remis. Minyię populi Thessaliæ qui Iasonē in Colchos ad vellus aureū secuti sunt. vñ dicit̄ gens optima remis qa remigum officiū prestiterūt Argonautis. Ouidi. Iāq3 fretū Minyię Pagasea puppe secabant.

BERO.

Calydon.

Sperchius.

Illic semiferos Ixionidas Centauros
Fœta Peletroniis nubes effudit in antris.
Aspera te Pholoes frangentē Monyche saxa:
Teq3 sub Oetheo torquentem vertice vulsas
Rhœte ferox q̄s vix Boreas iuerteret ornos.
Hospes & Alcidę magni Phole: teq3 ꝑ amnem

¶ Nubes, quæ erāt in Iunonis formam quā Ixion ausus fuerat stupri interpellare. Fœta grauida. Peletronijs. Peletroniū oppidum ī Thessalia. Semiferos, qui erant dimidia parte hoīes, & reliqua inferiore equi. Ixionidas, Ixionis ex nube filios quos noīatim recēset. Monyche, Centauri nomen. Pholoes, mōtis Oetheo vertice, cacumine Oethę, montis. Inuerteret, inuertere potuisset. Phole. Phol⁹ hospes Herculis fuit quum in Nemęum Leonē se contulit. Vector. Nessum dicit qui Herculi Deianyram quā is trās Euenum fluuium vehendam tradiderat, cum post transitum in al

SVLPIT.
Ixion.
Peletroniū.
Centauri.
Ixion.
Monych⁹
Oetha.
Pholus.
Nessus.

teram ripam auferre tentasset, eius sagittis occubuit. Lerneas, tinctas veneno hydræ quæ fuerat in Lerna palude. Chiron. Chiron, centaurus Achillis magister, qui Saturni & Phyllires fili⁹ iustissim⁹ omnium cũ tractaret sagittas Herculis vnaq; ex eis lapsa pedem vulnerasset, post nonum diem in signum sagittarium versus est. Ouidius. Nona dies aderat quum tu iustissime Chiron Bisseptẽ stelis corpore cinctus eras. Gelido sydere: quia hyeme sol ipsum ingreditur. Impetis, valde petis & inuadis. & hoc ideo quia iuxta & contra Scorpium situs est. Scorpius. Maiorem, q̃ tu sis. Scorpius enim obtinet spatium duorum signorum suisq; chelis facit signum libræ. Hæmonio, Thessalico ab Hæmo monte. Semina Martis, principia preliorum. nam inquit Plinius, Equo vehi Bellerophontem primum adinuenisse: frænos & strata equorum Peletronium pugnare ex equo Thessalos, qui centauri sũt appellati habitantes iuxta Pelium montem. Equ⁹ prim⁹ Primus. Equus primum natus est in Thessalia cum Neptun⁹ cum Pallade certans de nomine imponendo Athenis tridente saxum Thessalum percussit. conuenerat autem inter eos vt a prestãtia rei quę nasceretur ex ictu ipsorum victoriam consequerentur. Illa percussa terra cum olea apparuisset victrix euasit. Omen: augurium & signum. Feralibus mortiferis. Exilijt, ort⁹ est. Chalybem frenos. endiadis, id est frænos ferreos & Chalybeos & hoc propter cẽtauros qui a Lapithis primũ in equis aspecti existimati sunt semiferi. Lapithę. Lapithæ, gentis quæ a Peleo genus traxit: solitaq; est cum centauris pugnare. Prima fretũ. Plini. libro septimo, docet longa naue Thessalum Iasonem primũ nauigasse. Pagaseo. sinus Pagaseus in Thessalia est. Emporium enim Phere habent Pagasas: vt ait Strabo. Terrenum. qui intra terræ terminum versari debebat. Inundas, in maria. Ionos. Ionos, rex Thessaliæ & Apollinis filius primus argentum & aurum signauit auaritiæ & omnium malorũ originem. Nummi inuentor. Strabo vero libro octauo, tradit Phælonem nummum mensuras & pondera primum adinuenisse. Percussit in formam, signauit in monetam. Fregit, diuisit auri massam. Aera, metalla ęris. Q đ, q̃ res. Impulit. & ideo Lycurgus, vt ait Iustinus, auri argentiq; vsum velut omnium scelerum materiam suis legibus sustulit. Python. Python, serpens quã Apollo puer adhuc interfecit. eius corio tripos Delphicus strat⁹ est. Fluxit, repsit Delphos. Ad Pythia: ad festa Apollinis de Pythonis victoria: quæ quum celebratur dei templum Pythia. non Delphica, sed Thessalica lauro ornatur. Aloeus, Titanis filius qui Iphimediam vxorẽ habuit cum qua coiuit Neptun⁹: ex quo peperit Zethum & Ephyaltem, qui Aloidę sũt Aloeus. Aloidæ. dicti. hi cum singulis mensibus nouem digitis crescerent in nouem vlnas erecti sunt: insurrexeruntq; in deos & montibus prope cõpositis cęlum aggressi sunt. Impius, crudelis in superos. Pelion, mons. Inseruit, quasi immiscuit quia vicinus erat. Incurrens, occurrẽs & retinẽs cęlũ ne verteret̃. Hac tellure Thessalia. Damnata fatis, deputata ad oĩa scelera

Improbe Lerneas vector passure sagittas:
Teq; senex Chiron gelido qui sydere fulgens
Impetis Hęmonio maiorem Scorpion arcu.
Hac tellure feri micuerũt semina Martis:
Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
Exiliit: primus chalybem frenosq; momordit:
Spumauitq; nouis Lapithę domitoris habẽis.
Prima fretum scindens Pagaseo littore pinus
Terrenum ignotas hominẽ proiecit in vndas.
Primus Thessalicæ rector telluris Ionos
In formam calidæ percussit pondera massæ:
Fudit & argentum flammis: aurumq; moneta
Fregit: & immensis coxit fornacibus ęra.
Illic (quod populos scelerata impegit in arma)
Diuitias nũerare datũ est: hic maxima serpẽs
Descendit Python: Cyrrhęaq; fluxit in antra
Vnde & Thessalicæ veniunt ad Pythia laur⁹.
Impius hinc prolem superis immisit Aloeus
Inseruit celsis prope se quum Peliõ astris:
Syderibusq; vias † incurrens abstulit Ossa.
Hac vbi damnata fatis tellure locarunt
Castra duces: cũctos belli præsaga futuri
Mens agitat: summiq; graue discriminis horã
Aduentare palam est: propius iã fata moueri
Degeneres trepidãt animi peioraq; versant.

¶ Illic semiferos. Prosequitur reliquos Thessaliæ populos feroces & monstruosos innuẽs vero simile esse: vt vbi terra tot monstra protulerit dij voluerint tantum sanguinis effundi. Ordo est. Nubes cum qua in specie Iunonis rem habuit Ixion, siue Ision, fœta. i. grauida facta ex semine Ixionis effudit illic, videlicet in Thessalia, in antris Peletronijs, id est existentibus iuxta Peletronium oppidum Thessaliæ, Ixionidas, id est filios Ixionis, siue Isionis ex nube, appositorie, centauros semiferos, id est semiequos: quia pubetenus inferne sunt equi, superne homines: quod fingitur quia cum primi essent in equis conspecti: crediti sunt habere pedes equinos & caput humanum: effudit in quã o Monyche te frangentem aspera saxa Pholoes, montis Thessaliæ, & o Rhœte ferox, effudit te torquentem, id est vi iaculantem, sub vertice Oethæo, id est cacumine Oethæ mõtis, ornos, id est arbores altas sic dictas: quas Boreas ventus septemtrionalis qui vehemens sane est, vix. i. cum difficultate euerteret. i. in terram missis radicibus sursum deijceret: & effudit te, o Phole hospes Alcidę. i. Herculis magni: & effudit te o Nesse, iprobe vector. i. q fueras iprob⁹ traductor Deianyrę Hercul' amicę: p amnẽ. s. Euenũ: p quẽ traductã

violare voluit:te inquã o Neſſe,paſſure.i.qui tunc eras paſſu=
rus,aut talis vt patereris,ſagittas Lerneas.i. hydrino ſanguie
infectas & in te trãs flumẽ ab Hercule miſſas. Et effudit o Chi
ron ſenex,q ſcdm Homeꝝ centaurorũ iuſtiſſimus,& Achillis
nutritius fuit,te q fulgens.ſ.tranſlat⁹ in cælũ & factus ſagitta
ri⁹,ſydere gelido:quia hyemali tẽpore ſol ip̃m ingredit̃: impe
tis.i.ĩpetu iuadis,arcu Emõio.i.Theſſalico, Scorpiõ maiorẽ.
ſ.te contra quẽ ſitus es.declinat̃ aũt ꝓ paĩali hic ſcorpius aut gręce ſcorpios. vñ hic accuſatiu⁹ ſcorpion. Scorpio aũt teli & fla=
gelli genus eſt. Semina.i.prima adiumenta ſiue elemẽta,Mar
tis feri.i.belli,micuerunt.i.exiluerunt hac tellure:quia ſonipes
.i.equus ſonantibus pedibus ingrediens , appoſitorie omen.
i.indicium & oſtentum bellis feralibus.i.ꝙ illic gerantur bella
feralia.i.letifera:quia vt in tertio ęnei.dicit Maro,bello armã=
tur equi:bellum o terra hoſpita portas:exilijt primus.i.primũ
illic natus eſt,ſaxis.ſ. Theſſaliæ percuſſis ab cuſpide ęquorea
.i.dei æquorum, videlicet Neptuni:& momordit illic primus
chalybem,& fręnos.i.fręnos chalybeos:quia illic primũ domi
tus eſt:& ſpumauit nouis habenis Lapithæ populi Theſſalici
domitoris.ſ.eius.Præterea prima pinus.i.prima ratis aut na=
uis longa, videlicet Argo,ſcindẽs.i. ſulcans fretum.i.mare lit=
tore.i.ad litt⁹ aut incipiens a littore Pagaſeo.i.portu illo Theſ
ſalię,proiecit hominem terrenũ.i.natũ vt terrã non maria inco
leret,in vndas ignotas.i.inexpertas & nulla adhuc naue peti=
tas.Itẽ Ionos rector telluris Theſſalicę.i.rex Theſſaliæ & fili⁹
Apollinis,percuſſit in formam.i.monetam,hoc eſt percutien
do ſignauit moneta,pondera maſſę calidę.i. ęris calefacti & in
formam nummi redacti:& fudit argentum flammis. i. calore
ignis,& fregit aurum moneta.i.in monetam ſignãdam,& fre=
git ęra.i.metalla alia,& coxit fornacibus immẽſis.i.maximis
& datum eſt per inuentionẽ nũmi numerare diuitias.quod.i.q̃
res,hoc eſt pecunię inuẽtio,impegit.i.impulit,illic populos in
arma ſcelerata. Præterea Phyton ſerpens maxima(potuit di=
cere maximus:ſed metro obtẽperauit)deſcẽdit, hinc ex Theſ
ſalia:& fluxit in antra Cyrrhęa.i.in Parnaſſũ vſqꝫ vbi Cyrrhęa
ſunt antra:vnde & laurus Theſſalicę.i.ex Theſſalia aduectæ,
veniunt ad Pythia.i.feſta victoriæ Apollinis celebranda. Itẽ
Septimus. Septimi libri argumentum ita complectitur Omībon⁹. Septim⁹ liber cōtinet primo somnium Pompeij, in quo existimabat se Romę in theatro esse qđ ipse magnificentissimū ędificauerat, & ibi plausu maximo a Po. Ro. excipi. Deinde quomodo vict⁹ tandē incolumitati suorum arma nō negauit magis q̄ cōcessit. Postea describit pugna cōmissa inter vtrūq; exercitū: in qua tandē vict⁹ Pōpeius aufugit relictis castris. Postremo inuehitur poeta primo in Cæsarem q; cæsorum corporū prohibuerit sepulturam: deinde in Emathiā tantæ cladis solum. Ordo autem versuum Sulpitianorum est. Septim⁹ sup. liber, vt. i. postq̄ narrauit somnia magni. s. Pōpeij, q somniauit se in theatro suo Romæ plausum captare, plorat. i. deplorat, fata. i. iniquā sortem ducis. s. Pompeij. mox. i. paulo post in eodem libro, omnis turba. i. totus exercitus, poscit sibi prælia. s. in Cęsarem paulo ante victum. Tullius. s. Cicero cupidus. s. liberandæ patriæ, aut belli, censet. i. approbat idem, sup. esse faciendum. i. pręliandum: ore facundo: quia eloquentię parens habetur. dux. s. Pompeius, dat. i. concedit, id. i. prælia fieri, inuitus. Poeta. s. Lucanus, scribit tum. i. deinde, dira prodigia quæ apparuerunt ante conflictum: & scribit acies instructas: & verba ducum factura suis. s. militibus animos. Et o Cæsar sæuissime, qui non passus es cadauera sepeliri, poeta inuehitur in te, damnās campos Pharsali. i. Philippos iuxta Pharsalum oppidum, completos sanguine.

M. Annei Lucani Pharsalię Liber. VII.

Segnior oceano: q̄ lex ęterna vocabat:
Luctificus Titan nunq̄ magis æthera contra
Egit equos: cursumq; polo rapiente retorsit:
Defectusq; pati voluit: raptæq; labores
Lucis: & attraxit nubes: non pabula flammis:

Io. Sulpitij Verulani in Septimum Lucani Interpretatio.

Segnior oceano. Cū pręlij dies certo fato instaret: Sol mœst⁹ inquit poeta ort⁹ est solito segnius: & voluit eclypsim pati: seq; nubibus inumbrauit: ne puris in Thessalia radijs luceret. Luctificus, mœstus, luctusq; nūcius. Segnior, tardior. Lex ęterna, institutum ei a natura impositum: vt certo tempore oriatur certūq; cursum peragat. Vocabat oceano, euocabat e mari vnde videt egredi. Egit equos, impulit quadrigas. Cōtra ęthera. cōtra motū mūdi q est ab oriēte in occidentē: cum ipe vehatur cursu cōtrario ab occidente in orientem. Ouidi⁹. Rapido cōtrarius euehor orbi. Retorsit

Sed nę Thessalico purus luceret in orbe.
At nox felicis Magni pars vltima vitæ
Sollicitos vana decepit imagine somnos.
Nam Pompeiani visus sibi sede Theatri
Innumeram effigiē Romanæ cernere plębis:
Attolliq; suum lętis ad sydera nomen
Vocibus:& plausu cuneos certare sonantes.

SEgnior oceano &c. Dicit solem inuitum reuexisse diem quo tam durum bellum inter Romanos cōmittendum erat. Verũ nocte pręcedente q̃ vltima erat Pompeio inter tempora felicis vitæ visus est sibi Pompeius per somnum versari in Theatro Romano: vt cum ordie explanabitur. Ordo autem est. Titan.i.sol qui vnus e titanibus, luctificus.i.facturus ingentem luctum, aut mœstus & sibi luctũ tantũ concitans, vocabat.i.euocabat oceano (vt vult Sulpitius: sed sic subintelligendum est &) existens segnior q̃ lex æterna.i.q̃ cursus naturę a deo vt talis perpetuo seruetur institutus: & sup. egit equos &c. Aut dicamus sic Titan luctificus egit, id est expulit equos.s.q̃driugos, oceano.i.e mari, existēs segnior q̃ lex æterna vocabat.i.exigebat: egit dico cōtra æthera.i.contra orientē: ita sup. vt nunq̃ magis: quod sanctæ literæ negent: sed datur venia poetæ, in re quæ penitus commentitia est: & titan retorsit cursum, aut vt quidam legunt currum polo rapiente.i.cum polus raperet cursum motu suo in occidentem, retrorsit ipsum in orientem: & voluit pati defectus.i.eclypsim, & labores.i.imminutiores lucis raptæ.s.a luna interposita: & retraxit nubes: nō pabula.i.nō vt essent pabula & fomenta flammis.i.radijs suis qui sine aqua labefactātur: sed ne luceret purus in orbe.i.climate Thessalico. At.i.sed, nox.s.p̄cedēs, existens vltima pars vitæ felicis Magni.s.Pompeij, decepit vana imagine.i.visione, somnos.s.Pompeij, sollicitos.i.ipsius solliciti. Nam Magnus sup. visus est sibi cernere in sede Theatri Pompeiani.i.qđ ipse Romę extruxerat, innumeram effigiem.i.innumeras facies, plebis Romanæ: & nomen suum.s.Pompeij attolli ad sydera lętis vocib⁹: & cuneos.i.populos per cuneos distributos, certare sonātes.i.certatim sonare, plausu, id est applausu quo Pompeio applaudebant.

cursum: contra nixus est. Polo rapiēte. cogēte ipsum ad motũ mundi sequendum: cui repugnabat ne oriretur, & futurā cladē spectaturus esset. Defectum, eclypsim. Labores raptæ lucis. Videtur enim sol laborare quũ nobis eius splēdor per lunę interpositionem aufertur. Non pabula flammis. non vt aleret se ipsum. Nam ignes cœlestes humore nutriri primo libro super eo versu docuim⁹ Flāmiger an titan vt alētes hauriat vndas. At nox. somnum Pōpeij cōmemorat quod ei occurrit ĩ illa vltima nocte felicitatis. Pars vltima. appositio est. Post hac enim infelix fuit. Sollicitos, inquietos. Imagine, somno. Pompeiani, quod ipsemet extruxerat. Cornelius tacitus sic habet. Quin Cn. quoq; Pompeium incusatum a senioribus ferunt q̃ mansuram Theatri sedem posuisset: nā antea subitarijs gradibus & scæna in tempus structa fuerat: sed cōsultum parsimoniæ: q̃ perpetua sedes Theatro locato sit potius q̃ immēso sumptu singulos per annos consurgeret ac strueretur. Theatrum Põpeianũ. Effigiem plebis, imaginem populi Romani Attolli, erigi clamore. Cuneos sonātes. multitudinē in Theatro certatim clamare & plaudere.

PHILIPPVS BEROALDVS.

SEgnior oceano q̃ lex æterna vocabat. In principio huius libri refert quēadmodum sol illo die quo in cāpis Pharsalicis pugnatũ est pigrior solito exit ex oceano plenus luctu & magis reluctans mundo q̃ vnq̃ antea: ĩ quem aduersum nititur vt ipse inq̃t apud Ouidium. qui ne videret illam cladē Pharsalicā voluit pati defectũ. Titan ergo.i.sol pigrior q̃ vocabat lex æterna prodijt ab oceano defectusq; pati voluit.i.eclipsim. Rapteq; labores lucis. Ver. Solisq; labores. Quippe manifestũ est solē lunę interuentu occultari: q̃ suo interpositu solis radios aufert terræ vt scribit Pli. & tunc sol dicitur laborare. Non pabula flāmis. Sydera humore terreno pasci certũ est: & maxime solis sydus cuncta sorbens: vt ait Pli. Sol ergo attraxit nubes non vt his nutriretur: sed vt obscuraretur propter cladē futuram. At nox felicis Magno pars. Pompeio p quietē visum est ad suum Theatrũ se proficisci atq; in eo sibi Romanum populum applaudere: ipse templũ Veneris m̃ltis spolijs ornare videbatur vt refert Plutarchus. quod nunc narrat Lucanus dicens illā noctem quæ fuit vltima in vita felici & fortunata Pompeio illusisse dormienti immittendo vanam imaginem: q̃.s. videbatur excipi plausu ĩ suo Theatro: cũ nunq̃ amplius Romam redierit. Et plausu cuneos certare fauentes. Cunei ordines sunt Theatrales a quibus ipsum Theatrũ Ver. dixit cuneatum. Videbantur omnes homines sedentes in cuneis Theatri Pōpeio applaudere certatim. Cunei.

Qualis erat populi facies clamorq; fauentis
Olim quum iuuenis primiq; ætate triumphi
Post domitas gētes quas torrēs ambit Iberus
Et quęcunq; fugax Sertorius impulit arma:
Vespere pacato pura venerabilis ęque
Q̃ currus ornante toga: plaudente senatu:
Sedit adhuc Roman⁹ eques: seu fine bonorũ
Anxia venturis ad tempora læta refugit:
Siue per ambages solitas contraria visis

VSLPI.

¶Facies populi. apparētia & lætitia illa quũ primũ triũphauit e Sicilia Aphricaq; reuersus Perpēna, Domitio, & Hiarba victis. Iuuenis. quartũ eñ & vigesimũ annũ agebat. Iberus torrens, fluui⁹ in Hispania velox & vehemens. Iberus. Ambit, circuit. Sertorius Ro. exul q̃ cum totam Hispaniam suscitasset in bella victus est a Pom. vt diximus libro.ij. Vespere, Hispania, & occidente qui sub stella vespere est. Aeque, tam venerabilis. Pura toga, candida veste & non picta. Q̃ ornante currus. q̃ triumphali illa quæ stellata palmata ve fuit. Eques adhuc. ante enim q̃ senator esse & ante legitimos annos etiam Sylla improbante triumphauit. Seu. vnde cōflatum fuerit somnium perscrutatur poeta. siue inquit mēs animaduertens finem bonorum & calamitatem

futuram cõuertit se ad elapsam felicitatẽ. Siue id se obtulit somnium per contrariã significationem vt lætitia verteretur in luctũ. Siue cum non concederetur ei post hac Ro. videre voluit fortuna vt saltẽ per somnium intueretur. Anxia venturis. mœsta futura calamitate. Fine, deest in. Ad tẽpora læta, ad pristinam fortunam. Per solitas ambages, per circuitiones & implicationes. nam somnium

Somnium. proprie est auctore Macrobio quod velat ambagibus, celat figuris. Visis, somnijs. Quæ q̃ vi

Visum. sum proprie est phantasma, quod inter vigiliã & adulterinã quietẽ occurrit. Tulit omina. attulit auguria & fuit prænũtius. Vltra, post hac. Sic per somnium. Dedit, concessit, obtulit. Ne rumpite. per commiserationem apostrophe vtitur inquiẽs nolite excitare Pom. quia nox sequens erit ei inquieta dirisq; imaginibus agitabitur. Nulla tuba. hypallage. Crastina quies, nox sequẽs. Dira, inquieta. Diurna imagie: his q̃ videbit in die, videlicet exercitum profligatum. Feret, offeret, repręsentabit. Funestas, funeribus affectas. Vnde propter quod. Pares somnos, somnia populum & duc noctem felicem. Vel sic, etiam per somnium aut victum fugatũ. Donassent vtinam, vtinam per diem tibi esse licuisset in vrbe Romana vt populus sciret te periturum amissurumq; pariter libertatem: vt mutua inter vos charitatis officia vt lætitiam & luctũ ostenderetis. Fructum, affectus veneratiões & lachrymas. Fati, calamitatis. Vterq;, populus & tu. Velut moriturus, tãq̃ rediturus Romę victor. Semper sibi conscia. quæ semper continet firmum desyderium tui nõ putauit te alibi periturum. Rati, firmi. Hęrere, fixum esse & euenire posse. Hoc scel⁹. vt te tuoq; tumulo priuaretur. Quoq;, etiam. Sic dilecti: tã amati & culti. Misto luctu, confusis lachrymis. Iniussus, non iussus a parentib⁹: sed spõte. Vulgus fœmineum, matronę. Ceu Bruti fu. Iuniũ Brutum, qui reges eiecit, vniuersæ matronæ deplorauere & per annum luxere. Tela, Cęsaris violentia. Funera, mortẽ. Sed dum. non modo priuatum & profestis dieb⁹ sed etiam festis & quando Cæsar triumphabit. O miseri. miseros eos dicit qui metu doloris significationẽ cogebantur dissimulare, & non publice ipsum deplorauerunt. Gemitus odere dolorem. hypallage est.

BERO. ℭ Qualis erat. i. qualiter olim eidem plauserunt triumphum reportanti ex domito Sertorio in Hispania. Primiq; ætate triumphi Primũ triumphum dicitur Pompeius reportasse ex Aphrica subacta. Scd̃m vero domito Sertorio: vt Plinius & Plutarchus meminerunt: cum adhuc esset adolescens & tãtum modo Romanus eques: & vt ait Plinius totius impator anteq̃ miles. Vespere pacato. i. Hispania subacta quę dicitur Hesperia q; occasui subiecta. q̃uis aliter dictum sit supra Pura venerabilis ęque. toga pura. i. candida tyrones induuntur. author Plinius. Pompeius cum propter ætatem adhuc gestaret togam purã qñ. s. de Sertorio triumphauit nõ min⁹ toga pura erat venerabilis q̃ triumphali toga q̃ erat picta. & dicitur palmata. Seu si

Vaticinata quies: magni tulit omina planctus:
Seu vetito patrias vltra tibi cernere sedes
Sic Romam fortuna dedit. ne rũpite somnos
Castrorũ vigiles: nullas tuba verberet aures.
Crastina dira quies: & imagine mœsta diurna
Vndiq; funestas acies feret: vndiq; bellum.
Vnde pares somnos populi noctemq; beatã?
O felix si te vel sic tua Roma videret.
Donassent vtinam superi patriæq; tibiq;
Vnum Magne diẽ: quo fati certus vterq;
Extremum tanti fructum caperetis amoris.
Tu velut Ausonia vadis moriturus in vrbe.
Illa rati semper de te sibi conscia voti:
Hoc scelus haud vnq̃ fatis hærere putauit:
Sic se dilecti tumulum quoq; perdere Magni:
Te misto flesset luctu iuuenisq; senexq;
Iniussusq; puer: lacerasset crine soluto
Pectora fœmineum ceu Bruti funere vulgus.
Nunc quoq; tela licet paueant victoris iniqui
Nunciet ipse licet Cæsar tua funera: flebunt.
Sed dum tura ferũt: dum laurea serta tonãti:
O miseri quorũ gemitus edere dolorem:
Qui te non pleno pariter planxere Theatro.

ℭ Qualis erat. Apta similitudine ostẽdit qualem applausum visus est sibi habuisse Pompeius: qualem videlicet habuerat in primo triumpho: quẽ nimirum libentissime acceperat: nam primus ad honorem grad⁹ dulcissimus est: ea autem quæ nos plurimum affecerunt in somnis occurrere solẽt. Ordo est. Facies. i. vultus & clamor populi fauentis. s. Pompeio, sup. apparuit talis: qualis erat olim. i. militãte, quum. i. quando ipse iuuenis & ætate primi triumphi qui cõtigit anno. xxiiij. post eas gentes, videlicet Hispanicas: quas Iberus flu. Hispaniæ, torrẽs. i. rapidus, ambit. i. circũfluit, domitas. s. ab ipso Pompeio & post arma. i. armatos milites, quæcunq;. i. quoscunq;: Sertorius exul Romanus, fugax. i. frequenter fugere solitus, impulit. s. ad rebellandum secum senatui populoq; Romano: pacato. s. iam vespere. i. quicũq; sub vespero seu hespero sunt: hoc est Hispanis: ipse inquã iuuenis & venerabilis ęque. i. tam: toga pura. i. veste candida & nullo adhuc insignita, q̃. i. quãtum venerabilis sup. fuisset, toga ornante currus. i. toga triumphali quæ stellata aut palmata fuit: sedit. s. in Theatro suo: aut in curru triumphali: existens adhuc eques Romanus: qui medi⁹ est ordo: & nondum senator, qui primus est. Hoc autem somnium siue hæc visio apparuit ei, seu. i. siue, sup. q; quies. s. nocturna, anxia venturis. i. propter ventura mala, sup. in fine bonorum. i. cum non amplius Pompeius erat visurus bona: refugit ad tempora. s. antea acta, læta: quia prospera: siue q; ges

vaticinata contraria visis: quia somniantibus læta sæpe eueniunt tristia & econuerso: quod ob id saltem verum est ꝙ qui læta somniauerint dolent id non euenisse, & cõtra qui tristia. Vaticinata inquā per ambages. i. dubias apparitiones & figuras, solitas. s. fieri in somnijs, tulit. i. obtulit aspectui aut oculis, omina. i. auguria aut indicia, plāctus. i. luctus & doloris magni. s. Pompeij, aut magni. i. vehementis luctus: quia extremum gaudij fere luctus occupat. seu. i. siue, O Pompei, fortuna dedit tibi vetito cernere vltra. i. deinceps sedes patrias. i. Romā dedit inquam tibi cernere Romam sic. i. saltem per somnium nocturnum. O vigiles castrorum ne rūpite somnos. s. Magni q. d. finite illum saltem falsa ducere gaudia: & tuba nullas aures verberet. i. impellat ad arma: quia qes crastina. i. quā Pompeius habebit post crastinam pugnam, existens dira, & mœsta imagie diurna, id est propter tristem suorum necem & fugam quam interdiu viderit, feret. i. præsentabit illi vndiq3 acies funestas: & vndiq3 bellum. vnde. i. (vt censet Sulpitius) propter quod o Pompei, pares. i. licet ꝑpares & disponas tibi, somnos populi in quibus populus tibi applaudat, & noctem beatam: quia non diu duratura est, nec similis ventura. Sunt qui interrogatiue legant, o Pōpei vnde pares. i. parare posses tibi somnos populi. i. quos de poplo somniasti, & noctem beatam? q. d. a nulla spe. O felix si Roma tua videret te vel. i. etiam sic. i. per somnium: aut potius qualis eris in fugam versus. O Magne vtinam superi donassent patriæ & tibi vnū diem, quo vterq3. s. & patria & tu (Est ergo implicita conceptio generum) certꝰ fati. i. miserabilis finis sui, patria seruitutis, & tu fugę & paulo post necis, caperetis. s. mutuo consolando & complexando fructum extremum. i. extremam voluptatē tāti amoris: quo. s. vterq3 alterum ita amauistis vt pria tenō dereliqrit donec seruire coacta sit: nec tu patriam donec fugere & mori coactꝰ sis. Tu vadis. i. tali aīo progrederis in bellum, velut moriturꝰ in vrbe Ausonia. i. Roma, illa. s. patria, conscia semper sibi voti. i. desyderij rati. i. opinati de te: semꝑ bene opiata & rata de te & euentu belli, nunꝗ putauit hoc scelꝰ. s. se perdere quoq3. i. etiā, tumulum. i. sepulturam Magni dilecti. s. sibi, sic. i. per victoriā tyranni, & fraudem regis Aegypti, hærere. i. fixum & immotū sedere fatis. i. decretis deorum. Si sup. Romę sepultus fuisses iuuenis & senex & puer iniussus. i. licet non fuisset iussus, flesset. i. fleuisset te, luctu misto. i. confuso: & vulgus fœmineū lacerasset pectora. s. sua plāctibꝰ, crine soluto. i. passo prius, ceu. i. veluti sup. in funere Bruti. s. Iunij Lucretiæ vindicis quem ꝑ annum luxerunt: & sup. iuuenis senex & puer, licet paueant tela victoris iniqui, videlicet Cæsaris: & licet ipse Cæsar nuntiet tua funera vt sibi congratulentur: tamen ipsi flebunt nūc quoq3. i. etiam nunc cum tua sepultura carebūt: flebunt inquā sed dum tura ferunt. s. deis pro victoria Cæsaris: & dum ferunt. i. offerunt tonanti. s. Ioui capitolino: serta laurea. s. ob victoriā Cæsaris: quia simulantes lætitiam flebūt in corde. vnde addit O miseri quorum gemitus odere dolorem: pro eo qđ est quorum dolor odit gemitus. i. non audet prodere gemitum. Aldꝰ autem impressit edere vt sit absumpserunt & suppresserunt dolorem: a verbo edo es. quin & Beroaldus edere legit: quos non verear sequi. & o miseri qui non planxere te o Pompei pariter in Theatro pleno: quod fecisset omnes, si victor in patria obijsses.

ne bonorū anxia. interpretaī somnium, q. s. quies anxia rebus venturis refugit ad pręterita gaudia quibus in somnis fruebatur: vel ꝙ omnia contraria vaticinabatur. Seu vetito patrias vltra tibi cernere sedes. vl' significauit inquit illud somnium o Pompei te non esse amplius visurum vrbē Romam & ideo fortuna eam tibi in somnis repręsentare voluit. Ne rumpite somnos castrorū vigiles. admonet Lucanus vigiles ne aut strepitu aut classico rumpant somnos Pōpeij vt diutius possit frui ista voluptate: qua. s. in quiete afficiebatur spectando Romā: & plausum sui Theatri excipiendo. Crastina dura quies. dies q hanc noctem secutus est erat dirus & plenus mœrore quoniam eo acies vtrinq3 concurrerunt in campis Pharsalicis. Donassent vtinam superi. vtinam dij inquit Lucanus ante hanc cladem concessissent diem vnicum tantum Pompeio & Romæ vt frui posset vterq3 extremo fructu tanti amoris & se vicissim intueri. Tu velut. Pompeius recedēs ab vrbe Roma existimabat se rediturum cū victoria: & ideo non cepit extremū fructum amoris patriæ. Illa rati. Roma vero existimans Pompeium in hoc bello vsurum sua pristina felicitate nunꝗ credidit Pompeium non amplius se visurū esse. Sic se dilecti tumulū quoq3 perdere Magni. Roma nunꝗ putauit se ꝑdituram sepulchrum Pompeij Magni sic dilecti quem. s. singulari amore complectebaī. Te misto fleret luctu. si nunꝗ te rediturum o Pompei credidisset iuuenes & senes pueri te fœminę te deflessent. Iniussusq3 puer, sua spōte nullo admonente. Fœmineum ceu Bruti funere vulgus. Iunius Brutus regum exactor, libertatis auctor, primus Romanus cōsul, congressus cum Arunte Tarquinio infestis telis occubuit Arūte tñ interfecto, matronę Romanę defūctū Brutū ꝑ annuū tempus luxerūt. auctor Liu. vulgꝰ ergo fœmineū idē fecisset ꝑ Pompeio quod fecit in funere Bruti. Nunc quoq3 tela licet. quis nunc timeant victorē Cæsarem tñ deflebunt lugebūtq3 Pōpeium. Sed dum tura ferunt. i. dum sacrificant Ioui etiam ꝑ victore Cæsare tunc Pompeium flebūt. Thus enim dijs sacrificatur & a thyo qđ significat sacrifico dictū est. author Seruius. Martialis. Da pia thura Ioui. Edere dolorem. i. consumpsere. Thus.

Vicerat astra iubar: quū misto murmure turba
Castrorū fremuit: fatisq3 trahētibꝰ orbē
Signa petit pugnæ miseri pars maxima vulgi
Non totum visura diem: tentoria circum
Ipsa ducis queritur: magnoq3 accēsa tumultu
Mortis vicinæ properantes admouet horas.
Dira subit rabies: sua quisq3 ac publica fata

SVLPITIVS.

Vicerat astra iubar. Lucifero iquit orto stellę alię obscurabantur. Q uum misto. cum turba superioribus elata victorijs circūstetit Pō. & petijt vt signū pugnæ proponeretur. Erat autem signū pugnæ vestis purpurea siue cruenta: vt ait Appianus. Sed huc ex historia aliquid afferamus. Cum Pompeiani de diuidēdis bonis & honoribus Cæsaris & eius exercitus, deq3 tabellis ferendis inimicitijsq3 psequendis inter se certarent & consultarent: Cęsar parata re frumentaria confirmatisq3 militibus tentandum existimauit quidnam Pōpeius propositiaut voluntatis ad dimicādū Signū pugnæ.

haberet,ex castris eduxit exercitum aciemq;
instruxit pauloq; a castris Pompeij longius
vt progrederetur ille e castris suis. Pōpei⁹ ca=
stris in colle habitis ad infimas radices mon=
tis aciem instruebat:semp vt videbatur expe
ctans si iniquis locis Cæsar se subijceret. Cæ
sar nulla ratiōe ad pugnam elici posse Pom.
existimās,castra ex eo loco mouere & passim
frumentari constituit. Signoq; profectionis
iam dato tabernaculisq; incensis animaduer
sum est longius a vallo esse aciem Pom.pro
gressam: vt non iniquo loco posse dimicari
videretur. Tunc Cæs. ad suos cum iam esset
agmen in portis,differedum est inquit iter in
præsentia nobis & de prælio cogitandū. Tra
hentibus orbem,mundum in perniciem im=
pellentibus.Non visura totum diem, peritu
ra ante noctem. Tentoria,prætorium castro
rum. Accensa tumultu,inflammata concur=
su. Admouet,propinquas facit & accelerat
Dira subit rabies.quisq; irascitur & prælium
cupit. Præcipitare:vrgere sine vllo sui & pu=
blico respectu. Segnis .arguebāt Pom.ꝙ pi
gerq; timidus esset & ꝙ gauderet bella ꝓtra=
herē,vt diutius in regno perseueraret. Nā to
ti orbi & etiā regib⁹ imperabat. Vnde, vt Ap=
pianus scribit, eum regem regum & Agamē
nona appellabant. Indulgens regno, incum
bēs imperio. Iuris,potestatis. Timeret pacē.
ne imperium & ius in gentes esset depositur⁹
Reges, vt Deiotarus Ariarathes & Taxiles
Bella trahi:prælium differri.nam cum superi
ores numero essent certā sibi victoriam pol=
licebantur. Hoc placet. Cum admiratione cō
queritur,ꝙ dij eos quos euertere statuerunt
in errorem & suę culpam calamitatis inducūt
Vertere,aphęresis. Crimen,culpam. Irruim⁹
vltro imus. Pharsalia,locus ille perniciosus
& conflictus. Est votum. in Pōpeianis castris
vehemēter optatur. Cunctorum voces. vn⁹
Cicero pro omnibus Pompeianis est allocu
tus. Maximus auctor eloquij. Fabius sic ait
Dono quodam prouidentiæ genitus in quo
totas vires suas eloquētia experiretur. Idem.
Apd posteros vero,id est cōsecutus:vt Cice
ro iam non hominis nomen:sed eloquentiæ
habeatur. Sub iure:potestate consulari. To=
gaq;,pacifico consilio & iustitia. Sęu⁹, in pa
triam impius. Pacificas secures, cōsulatum
Non enim vi sed consilijs Catilinæ coniura=
tionē deleuit,& ipsum eiecit. Pertulit voces,
locutus est. Iratus bellis,ferens iniquo aīmo
bella. Rostra. vnde cōcionaretur ad populū
aut senatui consuleret. Forum, vbi causas a
geret. Miles qui militabat sub Pompeio. Fa
cūdia. eloquentia sua firmauit & persuasibilē
fecit causam infirmam .non enim erant satis
validę ad ineundū certamē. Hoc pro tot,sua
dens Cice. facilemq; victoriam pollicens pri
mum a felicitate argumētatur. Adhortatur=
q; Magnum ne fortunā suam pristinam dese
rat:inde elicit argumēta ab auctoritate popu
lorum & regum & indignitate rei & pigritie
fugienda:a deorum procliui benignitate:a vi
& contemptu fugiendo. Cōcluditq; per sim=
plicem complexionē. Tot meritis,q̄ in te cō=
tulit. Velis vti se:vt vtaris ipsa. Proceres,pri

Ciceronis laus.

Præcipitare cupit:segnis pauidusq; vocatur
Ac nimium patiens soceri Pompeius:& orbis
Indulgens regno:qui tot simul vndiq; gentes
Iuris habere sui vellet:pacemq; timeret.
Nec non & reges populiq; queruntur eoi
Bella trahi patriaq; procul tellure teneri.
Hoc placet o superi quū vobis vertere cūcta
Propositum:nostris erroribus addere crimē.
Cladibus irruimus nocituraq; poscim⁹ arma.
In pompeianis votum est Pharsalia castris.
Cunctorum voces Romani maximus auctor
Tullius eloquii:cuius sub iure togaq;
Pacificas sęuus tremuit Catilina secures:
Pertulit:iratus bellis cum rostra forumq;
Optaret passus tam longa silentia miles.
Addidit inualidæ robur facundia causæ.
Hoc pro tot meritis solū te Magne precaē
Vti se fortuna velis:proceresq; tuorum
Castrorum:regesq; tui cum supplice mundo
Affusi:vinci socerum patiare rogamus.

¶Vicerat astra iubar. Narrat vt orto sole exercitus ducem ac=
cessit signa fatalis pugnæ ab eo postulans. Vtq; Tullius facun
do ore illius moras damnauit dicens. Iubar .i. splēdor solis ori
entis aut lucifer, vicerat .i. depulerat astra .i. minora sydera, quū
.i. quando, turba castrorum .i. militum in castris degētium, fre
muit murmure misto .i. cōfuso, & petit pro petijt: signa pugnę
.s. committendę vt tunicam rubeam sanguine aut purpura, &
hoc fatis trahentibus orbem .i. impellētibus ipsum ad ruinam
imperij. Maxima pars vulgi miseri .i. miserandi, vtpote nō vi
sura diem .s. illum totum, quia moritura ante occasum solis, q̄
ritur .i. conqueritur circum ipsa tentoria .i. prętoria ducis .s. Po
peij, & ipsa accensa .i. inflammata, magno tumultu .i. cōcursu,
qa alius aliū stimulabat, admouet .i. appropiquare facit, horas
pperantes .i. festinanter aduētantes, vtpote mortis vicinę. Ra
bies dira .i. deorū volētium imperium perdere ira immissa, su
bit .s. præcordia exercitus. quisq; cupit præcipitare .i. vrgere si
ne respectu salutis, fata sua .i. necem priuatam: & fata publica
id est imperij ruinam. Pompeius vocatur, id est incusatur
a murmurātibus, segnis .i. non acer sed torpens & ignauus, &
pauidus .i. timidus, aut saltem timens, ac patiens soceri nimiū
.i. nimis pie affectus in Cęsarem, ipsum tam diu tolerans cum
extinguere posset, & indulgens .i. auide incumbēs regno .i. im
perio regis, quo potiturus erat tantisper dum bellum trahebat
vnde addit, qui vellet .i. gauderet, habere sui iuris .i. in potesta
te sua, vndiq; .i. ex omni parte mundi, simul tot gentes: & qui
propterea timeret pacem: quia cum pace abiturus erat impio.
Necnon .i. etiam reges, vt Deiotarus, Ariarathes, & Taxiles
& ppli Eoi .i. orientales, q̄runtur .i. cōq̄runt bella trahi .i. tm̄ p=
longari, & teneri .s. se, procul patria tellure .i. regione sua. Quia

vero hæc vota & stulta & impia erant: stulta qdē, q per pugnā victurus est Cæsar q sine ea ad deditionem compellēdus erat: impia vero, q ciuium Romanorum affectabant sanguinis effusionem. ideo exclamabat poeta in deos qui talem furorem immiserant dicens. O superi placet hoc vobis, quum propositum. i. constitutum & decretum est vobis, vertere cūcta. i. simul totum imperiū, placet addere nostris erroribus. i. q cæci nescimus quid petimus, crimen. i. impietatem in conciues. A d miscet autem poeta personā suam: quasi vnus fuerit illorum. Nos irruimus cladibus. i. præcipites & vltronei incurrimus necem, & poscimus arma nocitura. s. nobis & imperio. Pharsalia .i. campus perniciosus apud Pharsaliam, est votum. i. vnicū desyderium, in castris Pompeianis: quia nihil aliud petebatur illic q̄ posse confligere cum Cæsare. Tullius. s. Marcus Cicero maximus auctor, & fere author. i. parens, eloquij Romani, cuius secures pacificas. i. quas in cōsulatu gessit pacificus, vt pote sub iure & toga: vnde quia in toga triumphauit de Catilina gloriabundus dixit. Cedāt arma togę: cōcedat laurea linguæ. Catilina, patricius Romanus, sæuus. s. in patriam & ciues, qa in eam & eos coniurauerat, tremuit. i. multum timuit: Tullius inquā pertulit. s. ad aures Pompeij, voces cunctorum. i. loco omnium locutus est: existens iratus bellis quum. i. quandoquidem optaret rostra. s. Romana. vnde cōcionaretur ad populū & forum vbi causas diceret, & existens miles. i. militās sub Pōpeio passus tam longa silentia, aut quia diu non orauerat, aut quia nihil in Pōpeium dixerat. ideo facundia eius addidit causæ inualidæ. i. suasioni non vtili, robur. i. vires & apparentiam vtilitatis. Principium autem orationis eius est tale. O Magne fortūa precatur te hoc solū pro tot meritis. s. suis in te: vt sup. velis vti se. i. fauore suo, & nos proceres tuorum castrorum, & reges tui. i. tibi militantes, affusi. i. submissi in genua, cū mūdo supplice, rogamus sup. vt patiare socerum, scilicet tuum olim, videlicet Cæsarem, vinci: quasi aliud non obstet nisi mora prælij.

cipes. Tui, tibi fauētes. Affusi, submissi & genu flexi. Socerum vinci: vt Cæsar vincatur. Rogamus, syllepsis est directa: & deest nobiscum. BEROALDVS.

¶ Vicerat astra iubar. i. orto sole solus lucifer apparebat: qui astra vicere dicitur quia cū sydera ortu solis occultētur, ipse lucet solem antecedēs. Iubar dicitur q iubas lucis effundat: vt Seruius interpretatur. Vergili⁹. It portis iubare exorto. Tentoria circum ipa ducis queritur. Pompeij consilium erat cum Cæsare non pugnare: sed illum includere & difficultate cōmeatuū opprimere: vt scribit Plutarchus. Verum obtrectatiōibus suorum coactus est in certamen descendere. Alij enim eū dicebant Agamemnonē & regem regum: alij cupiditate longioris imperij pugnam recusare. Sua quisq ac publica fata. omnes festinabant præcipitare & se & rempublicam simul pugnam expostulantes. Et orbis indulgēs regno. Domiti⁹ Aenobarbus Pompeiū appellabat Agamemnonem & regē regum: vt ait Plutarchus. Pacemq timeret. qm. s. facta pace cogeretur ponere imperium. Nec non & reges. qui. s. erāt in castris Pompeij. Bella trahi. i. in longum produci. Hoc placet o superi cum vobis vertere cuncta propositū est. Sensus est placet dijs quando decreuerūt oīa euertere: addere erroribus hominum crimen quemadmodum nunc militibus Pompeianis addebant cupiditatem pugnæ qua erant perituri. Cladibus irruimus. nostra spōte inquit Lucanus irruim⁹ in mortem & exitium. In Pōpeianis votum est Pharsalia castris. Pōpeiani optabāt exitium suum flagitantes sibi dari copiam dimicādi in campis Pharsalicis in quibus erāt morituri. Cūctorū voces Romani maximus auctor. Marcus Tullius Cicero Romanę eloquentiæ fons & princeps apud Pompeiū noīe totius exercitus orationem habuit rogās ne diutius prælium differatur: sed vt q̄primum cum socero Cæsare certare velit q iā victus est. Pacificas sæuus tremuit Catilina secures. Cicero in suo cōsulatu coniurationē Catilinæ discussit: & remp. liberauit vt dictū est supra. & res notissima apud Sallustium Ciceronē, & Appianum. Catilina ergo timuit secures Ciceronis, quas alligatas fascib⁹ virgarum lictores gestare solebant vt Plutarchus ait. Iratus bellis cum rostra forumq optaret. Cicero bella odio habebat & illa q̄ primum finiri voluisset vt in foro Romano & rostris eloquentiam suam posset ostentare: quæ tacuerat per multos annos. Miles. s. Cicero tunc exercens militiam. Vti se fortuna velis. ait Cicero. O Pompei fortuna te rogat vt velis vti suo fauore q̄ semper tibi fuit secunda.

Humano generi tam longo tempore bellum
Cæsar erit? merito Pompeium vincere lente
Gētibus indignum est a trāscurrēte subactis.
Quo tibi feruor abit? aut quo fiducia fati?
De superis ingrate times? causamq senatus
Credere diis dubitas? ipsę sua signa reuellent
Prosilietq acies. pudeat vicisse coactum.
Si duce te iusso: si nobis bella geruntur:
Sit iuris quocunq velint concurrere campo.
Quid mundi gladios a sanguīe Cęsaris arces?
Vibrant tela manus: vix tela morantia quisq̄
Expectat: propera ne te tua classica linquant.
Scire senatus auet miles te Magne sequatur:

SVLPIT.

¶ Humani. a rei indignitate locus. Merito est indignum: non iniuria cēsetur iniquum. Vincere lente: non accelerare victoriam. Gentib⁹ subactis te transcurrente. Argumento a maiori ad minus: hoc est cum transcurrēdo persequendoq Mythridatem multas viceris nationes: vt Iberes Albanosq & adiacētes Bosphoro ad Tanaim vsq. Ingrate. q tot victorias a dijs accepisti nūc desperas. Feruor, magnanimitas. Causam, quæ iusta est. Credere committere deorum potestati. Signa, aqlas Prosilient, incurrent in hostes. Pudeat vicisse coactum. cogeris vincere cum tuo dedecore. Si duce te. argumētatio necessaria: si senatus inquit creauit te ducem: & bella geruntur pro publica libertate, habeat ius senatus cōserendi prælium arbitrio suo vel te inuito. Iusso, a senatu. Nobis, in publicum vsum. Cōcurrere, prēliari. Quid mundi. Quid illum viuere finis quem omnes cupiunt mori? Vibrāt quatiunt in Cæsarem. Vix signa. maxima est omnium pugnandi auiditas. Propera, ad victoriam. Ne te tua. ne te contempto milites p̄

lium ineât. Scire senat⁹. simplex complexio est. cui⁹ altera parte deleta concluditur esse pugnandum. nam ꝙ senatus militet sub Pompeio non fatebimur. Si fateamur: erit dilema & non complexio. Rector, Pompeius. Esse dolos. videlicet ꝙ pugna tā acriter posceret. Si placet hoc. Clam imprudentię accusat exercitum: culpam in deos transferēs, excusās ꝙ se & ostendens potuisse sine sanguine & sola fame hostem superari: qui quidem in eā desperationem iam tum venerat vt mori pugnando optaret. Cęsarem vero metu maloꝝ non magnanimitate esse audacē ait: scelusq̧ esse, committere fortunæ certam victoriam. Inde cōqueritur pluribus optatq̧ mori: eo ꝙ tanta cæde peracta is qui victor erit efficietur infamis, qui victus calamitatibus affligetur. Tēpus. hoc negotium in quo versamur. Milite, vt militis non vt ducis officium agat. Nil morabor: parebo vobis, nec impediam fata. Inuoluat, euertat humanum genus. Nouissima, vltima. Magnæ parti, quæ peribit. Accepisse. non constituisse sed ab alijs constitutum accipere. Potuit stare tibi nullo vulnere. potuisti absq̧ sanguine vincere. Stare, cōstare. Captiuum, captum. Subactum, subiugatum Cæsarem: ex cuius traditione pax sequeretur. Quis furor o cæci. eos ab imprudētia immanitateq̧ arguit: nam in bello ciuili refugienda est cruenta victoria, dandaq̧ opera vt sine cæde vincatur. Abstulimus terras, fugauimus eos. Exclusimus, expulimus, nam victus est. Toto, quoniā plurima nostra classe tenetur. Ieiuna, esurientia, & famelica. Ad præmaturas rapinas seg. ad rapiendam segetē quæ primum facta est esui apta. Effecim⁹ votum. fecimus vt voueret & optaret. Meis, mortibus meorum. Belli pars. sententia est. Non est vltimus inquit ad victoriam gradus cum effectum est, vt tyrones pugnare nō metuant: modo id pugnandi furore faciant: at multi sunt qui metu pugnare volūt. Sed fortissimi est instantia mala differre: & nō desperare. His. illis ducibus: & hoc dicit quia fugauerat hostē: bis vicerat: & ad famē redegerat.

BERO.

¶Merito Pompeium vincere tarde gentib⁹ indignum est. indignant oēs gētes quę in castris tuis sunt o Pompei te tarde vincere Cæsarem, cū olim summa celeritate ipsas gentes subegeris. qñ. s. contra piratas missus est Pō. & contra Mithridatem atq̧ Tygranem: in quibus expeditionibus summa celeritate cūcta subegit. Credere dijs dubitas. i. committere voluntati deorum. Ipsę sua signa reuellent. o Pompei si non das militibus tuis signum pugnæ ipsi sua sponte ducent signa in hostes & te inuitum vincere facient. Sit iuris. i. liceat Arces, remoues & depellis. Vibrant tela manus. tātus est ardor pugnandi militibus tuis iniectus vt iam tela concutiant. Auet. i. desyderat senatus scire an sequatur te tanq̄ miles & ob hoc ad pugnam paratus, an tāq̄ comes quod est officium pacificorum. Ingemuit rector. Pompeius auditis Ciceronis verbis ingemuit. Suæ menti. quæ. s. erat vincere non pugnando. Si milite Magno. quia tanq̄ miles iubebatur dimicare. Nouissima. i. vltima

An comes? Ingemuit rector: sensitq̧ deorum
Esse dolos: & fata suæ contraria menti.
Si placet hoc inquit cūctis: si milite Magno
Nō duce tempus eget: nil vltra fata morabor.
Inuoluat populos vna fortuna ruina:
Sitq̧ hominum magnę lux ista nouissima pti.
Testor Roma tamē Magnū quo cūcta pirēt
Accepisse diem: potuit tibi vulnere nullo
Stare labor belli: potui sine cæde subactum
Captiuumq̧ ducem Romanæ tradere paci.
Quis furor o cæci scelerum ciuilia bella
Gesturi metuunt ne non cū sanguine vincāt?
Abstulimus terras: exclusimus æquore toto:
Ad pręmaturas segetum ieiuna rapinas
Agmina cōpulimus: votumq̧ effecim⁹ hosti
Vt mallet sterni gladiis: mortesq̧ suorū
Permiscere meis. belli pars magna peracta est
Iis quib⁹ effectū est ne pugnā tyro paueret.

¶Humano generi. &c. Prosequitur orationem Ciceronis ad Pompeium dicentis. Erit Cæsar. i. sines ne vt Cæsar sit tam lōgo tempore bellum humano generi. i. inferēs bellum reip. Romanæ, quæ totius generis humani monarchiā tenet? quocirca senatus Romanus quasi regum cœtus habebaẗ oim regū q̄d iustum æquumq̧ esset petentiū commune p̄sidium: qui ergo cum rep. Romana pugnabat cum genere humāo pugnabat. Pompeium vincere lētę. i. paulatim & remisse, est. i. reputatur merito. i. iure optimo, gētibus subactis te: aut vt alij legunt a vt sit a. s. te transcurrente. i. quum quasi transcurrens tot gētes subegeris: indignum est te in vno Cæsare vincendo tam lente agere. Quo. i. ad quem locum, aut in quem teporem, feruor. i. ardor martius, abit pro abiuit: vnde vltimā producit: tibi: aut quo abit fidutia fati. i. de fatis bene cōfidendi spes & ratio? O ingrate, qui tot testimonia fauoris deorum habes, times. i. diffidis de superis, & dubitas credere dijs. s. equissimis & potētissimis: causam senatus tam æquissimam? Ipsę acies. i. milites instructi ad bellum sine te ductore, reuellent. i. refigēt & quæ fixa sunt mouebunt ad procedendum contra hostem, sua signa. i. vexilla vt aquilas, & prosilient. i. saltim exibunt in hostem. O Pompei, pudeat te vicisse coactum. s. pugnare a tuis. Si bella geruntur te iusso. s. a senatu, & ita authoritate senatus, & si bella geruntur nobis. i. ad communem omnium nostrum, nō ad tuam vnius vtilitatem, sit iuris. i. habeatur in iure senatorum, concurrere. i. præliari quocunq̧ campo velint. Quid. i. ad q̄d arces. i. prohibes differendo bellum, gladios mundi. s. vniuersi, a sanguine Cęsaris? Manus. s. omnium militum, aut copiæ ipsæ, vibrant. i. quatiunt in Cęsarem & splendere per aerem faciunt: vt qui impatienter pugnam differunt: & vix quisq̄ expectat signa morantia. i. nimias moras trahētia. Propera. i. festinanter accelera, ne tua classica linquant te. i. eāt in hostem sine te duce suo. Senat⁹ auet. i. auide cupit scire, o magne. s. Pōpei, an sequatur te miles. i. tanq̄ miles, & ita te tyrannum agas

in hoc bello nō obtēpando sed impādo etiā senatui: an sequatur te comes.i.communi authoritate & cōmunis vtilitatis grā tecū pficiscens. Miles eñ nil sibi pter stipendiū & ptē pdę meret, est eñ in ęre & impio ducis. Comes in bello duci socius est hoc solo illo minor, q illi in alios est ius impandi. Senat⁹ ergo cū Pōpeiū p rep. pugnaturę elegerit ducē: nō erat illi miles: vt fuisset si ad eius vni⁹ impiū pugnādū fuisset: sed comes in causa: licet ille pesset in honore. In eo aūt verbo maxima vis inest. nā si senatui obedire recusasset se fere tyrānū declarasset: ideo q p illud Cicero porat: sciēs grauissima q̄q in fine locāda. Ad hæc aūt inqt poeta, rector.s.exercit⁹ Pōpeius, ingemuit.i.valde & ex itimo corde gemuit: q p qa, sēsit eē dolos deorū q dū vlcisci volūt aut pdere quēq̄ ipsum sine consilio recto faciūt: aut rectū cōsiliū recusantē: sicut Troiani Cassandrę monita nō credebant: & sensit fata contraria suæ menti, & inqt: si placet hoc cunctis: & si tēpus eget Magno milite.i.vt tanq̄ miles authoritatē senatus sequatur: & nō duce: vt suo cōsilio innitatur, ego nihil morabor vltra.i.vlteri⁹ fata.i.deorū q nobis iniq sunt de nobis constituta. Inuoluat.i.permittam vt fortuna inuoluat, populos vna.i.communi ruina: & sit ista lux.i.dies, nouissima.i.vltima magnæ parti hominum.s.interimēdorum. tamē.i.nihilomin⁹, ego testor.i.protestor, Magnum.s.me, accepisse.s.a senatu & populo Romano, non sumpsisse per me, diem quo cuncta.s.iura & bona vrbis perirēt. O Roma labor belli potuit stare, id est constare tibi: nullo vulnere tuorum: & potuit: aut ego potui tradere paci Romanæ.i.ad vtilitatem reipub. Ro. confectæ, ducem, scilicet Cæsarem subactum & captiuum sine cæde.i.strage aut nece alicuius. O cęci scelerum, id est qui non videtis scelera vestra: q̄s furor sup. est, q gesturi ciuilia bella metuant ne vincant non cum.i.sine sanguine? Posse autem vincere sine sanguine docet. Nam nos abstulimus Cæsari terras: exclusimus eum toto æquore: compulimus agmina ieiuna ad præmaturas, id est nōdum maturas rapinas segetum: & effecimus hosti votum, id est desyderium: vt mallet sterni gladijs, scilicet q̄ fame & permiscere mortes suorum meis, id est meorum mortibus, q̄ vt solus moriatur: magna pars belli peracta est ijs, scilicet ducibus, hoc est nobis, aut his, id est per hæc facta mea: quibus effectum est ne tyro, id est nou⁹ miles qui didicit vincere, paueret pugnam.

qa maior pars mortaliū perijt. Nouissim⁹ eñ vltimum & postremum significat: quo verbo tamen vt inquit Gellius, Cicero nunq̄ vti voluit, vel raro. Accepisse diē.i.testor te o Roma q ego tanq̄ miles accepi hunc diem pugnæ & non dedi tanq̄ dux. solet enim imperator militibus dare diem pugnę non accipere. Stare labor belli.i.o Rōa tibi omnis belli labor potuit stare, id est constare nullo vulnere quasi dicat non pugnando Cæsarem debellare potuisti. Sine cæde, id est sanguine tuorum. Violatę tradere paci. quam scilicet ipse Cæsar violauerat. Abstulimus terras. ait Pōpeius se Cęsarem terra & mari exclusisse & ad extremam famam eius exercitum compulisse. Votumq effecimus hosti. Cæsar vt ipse scribit in commentarijs semper hoc optabat vt sibi cum Pompeio dimicandi copia daretur. vnde ait ipse. Sumus ad dimicādum parati. mallebat ergo Cęsar sterni & leto dari gladijs q̄ opprimi inopia commeatuum.

Si modo virtutis stimulis iræq calore
Signa petunt. multos in summa pericula misit
Venturi timor ipse mali. fortissimus ille est
Qui prōptus metuēda pati: si cōmin⁹ instent:
Et differre potest. placet hæc tā prospera rerū
Tradere fortunæ? gladio permittere mundi
Discrimen? pugnare ducem q̄ vincere malūt.
Res mihi Romanas dederas fortūa regēdas:
Accipe maiores: & cæco in marte tuere.
Pompeii nec crimen erit nec gloria bellum.
Vincis apud superos votis me Cęsar iniquis.
Pugnatur: quantum scelerū quantūq malorū
In populos lux ista feret? quot regna iacebūt?
Sanguine Romāo q̄ turbidus ibit Enypheus?
Prima velim caput hoc funesti lācea belli:
Si sine momento rerum partisq ruina
Casurum est: feriat. neq enim victoria Magno
Lętior: aut populis inuisum hac clade peracta.
At hodie Pompeius erit miserabile nomen.

SVLPITIVS.

Signa, pręlij. Qui promptus. Aristoteles in æthicis ait. Viri autem fortis est quæ hominibus terribilia videntur & sunt, ea subire: qa decorum sit & ita facere & turpe non facere. & ibidem. Mortem vero appetere ob fugiendam paupertatem, aut amorem, aut alid qc q̄ graue: non fortis est sed magis timidi. Ouidius. Nam timidi est optare necem. Aristoteles. Desperans quidem meticulosus est. & Cicero. Nūq̄ omnino periculi fuga committendum est vt imbelles timidiq videamur: sed fugiendum etiam illud ne offeramus nos periculis sine causa: quo nihil potest esse stultius. Differre, non longe producere & remorari. Hæc tam prospera, certam victoriam. Placet tradere fortunæ. vultis periculo exponantur. Discrimen, periculum. Malunt, milites mei. Ducem, meipsum. Res mihi. iam quasi desperatis rebus ad fortunam apostrophe vtitur. Res, imperium. vt Postq̄ res Asiæ. Maiores. auxit enim ipse Romanam potentiam. Tuere, defende. Pompeij nec crimen. nec culpam, nec gloriam belli volo mihi ascribi. Vincis me iniquis votis. Cum iniquum sit in bello ciuili manus conserere: tu tamen cōtra meam pietatem a deis id impetras. Pugnatur. non indicat sed conqueritur. Regna, reges & nationes. Iacebunt, peribunt. Enypheus, fluuius in Pharsalia. Prima velim: vtinam inquit ego primus peream modo id fiat sine damno, & calamitate partium mearum. Funesti, mortiferi. Caput hoc, meum. Momento, motu & calamitate. Partis, meæ. Neq enim victoria Magno lætior. non plus lætitiæ ex victoria consequar

Fortis.

Res.

q̃ tristitiæ si victus ero. Inuisum nomen. si vicero habebor odio: vt tantę cladis auctor: si fuero victus ero miserabilis. Omne malum, incommoditas. Nefas, scelus & causa mali. Laxat frænos: cōcedit prelium. metaphora ab equitibus habenas lentantibus. Et vt victus. sic egit inquit vt nauta qui a ventis superatus relicta arte vela & nauim ventis permittit. Coro, vento ab occidente solstitiali. Dat regimē, tradit se regendum. Onus puppis ignauum. puppis grauis & iners sine moderatore. Castra, exercit⁹, milites. Truces, sæui Pulsant pectora ictib⁹: vexant se affectib⁹ varijs: vt spe, metu, ira, cupiditate. Fato, morti. Conderet fatum. nouum impiū & fortē cōstitueret: & ob id pliū Romanā rē obscuraret Nescit, nō sentit, nō cōsyderat. Maiore, principū & reip. Quis littora. argumentū a simili nullus est eni q̃ cernens mundū mergi, & cęlū cadere, timeret sibiipi. Obruta pōto, submersa mari. Aequor in summis mōtibus, diluuium. Nō vacat, nō vacuū est & nō intēdit aim ad metuēdū de se. Pro se ferre met⁹: sibi metuere. Vrbi Magno. Pompeio duci & reipub.

BEROALDVS.

¶ Multos in summa pericula misit vēturi timor ipse mali. Sensus est. multi cupiunt pugnam non stimulati a virtute sed pauore vēturi mali compulsi cui pares esse non possunt quæ res mltos precipitauit in exitiū. Et differre potest. i. prolongare & in longum trahere. Pugnare ducem q̃ vincere malunt. milites potius volunt me pugnare inquit Pompeius q̃ vincere: quia sine sanguine & cęde bellū confici posset. Pompeij nec crimen erit nec gloria bellum. Ad me inquit Pompeius non spectabit neq; gloria neq; crimē huiusce belli in quo non meo sed alieno iussu regor. Vincis apud superos votis me Cæsar iniquis. O Cęsar inquit Pompeius vota tua q̃uis iniqua dij magis audiuerunt q̃ mea: quia ex desyderio tuo pugnabitur. Sanguine Romano q̃ turbidus ibit Enypeus. Ista dies inquit faciet Enypeum sanguine Romanorum cęsorū rubicūdum & turbidum. est autem Enypeus fluuius Thessaliæ. auctor Plinius. Primave lim caput hoc funesti lancea belli. vellem inquit Pompeius caput meum primum lancea feriri si mors mea nō esset futura exitio & detrimento partium mearum. Neq; enim victoria Magno lætior. non esset mihi victoria iucūdior inquit Pompeius q̃ mors. Aut populis inuisum hac clade peracta. Sensus est. nomē meum inquit Pompeius hodie finito prælio aut erit inuisum populis, scilicet si vicero: aut erit miserabile scilicet si vincar. Cū itaq; vtrunq; sit malum, mors est præferenda victoriæ. Omne malum victi. si ego ero victus omnia mala me sequentur: si vero ero victor omnia scelera mihi ascribentur quæ scilicet a victoribus per insolentiam exerceri solent. Et vt victus violento nauita coro dat regimen ventis. Pompeius ita militibus remisit frenos & dedit libertatem arma tractandi quemadmodum nauta victus impetu cori venti occidentalis regimen & cuncta pmittit ventis. Arte relicta. s. naues gubernādi.

Enypeus.

Omne malū victi: quod mors feret vltima rerū:
Omne nefas victoris erit. Sic fatur & arma
Permittit populis: frenosq; furentibus ira
Laxat: & vt victus violento nauita coro
Dat regimen ventis: ignauumq; arte relicta
Puppis onus trahitur: trepido cōfusa tumultu
Castra fremūt: aiq; truces sua pectora pulsāt
Ictibus incertis. multorum pallor in ore
Mortis venturę est: faciesq; simillima fato.
Aduenisse diem qui fatum rebus in æuum
Conderet humanis: & quęri Roma qd esset
Illo marte palam est. sua quisq; pericula nescit
Attonitus maiore metu. quis littora ponto
Obruta: quis summis cernēs in mōtib⁹ ęquor
Aetheraq; in terras deiecto sole cadentem
Tot rerum finem: timeat sibi? non vacat vllos
Pro se ferre metus: vrbi Magnoq; timetur.

¶ Si modo &c. Prosequitur orationem suam seu responsionem Pompeius: vñ sententia condepēdet superiori. Nā ordo est. Magna quidē pars belli pacta est: Si modo. i. dūmō aut siq dē q̃ pugnam non pauet, petunt signa. s. pro ferri, stimulis virtutis. i. vrgente virtute, & calore irę q̃ fortitudinē secundū Peripateticos iuuat. tacite aūt dicit non stimulo virtutis sed furoris eos signa petere: qa statim dicet: pugnare ducē q̃ vicere malunt. Cōfirmat aūt q; stimul⁹ virtutis multū facit ad victoriā, p cōtrariū: qa ipse timor mali venturi misit multos in summa picula, in quę non venissent si nō timuissent. Ille est fortissim⁹ q̃ propt⁹ est pati metuēda, si. s. metuēda instēt cōmin⁹. i. depto pe: & ipse potest ea differre: qa si nō posset differre, & conaretur differre, stult⁹ eēt: si tñ nollet differre cū id cōmode posset teme ran⁹ eēt. at nūc innuit Pom. cōsultius eē diff[illegible] placet .i. nunqd placet ipsis tradere fo[illegible]. incerto euētui belli, hec tā psp̃a rez. i. has res tā psp̃as, & pmittere gladio. i. plio, discrimen. i. periculum mundi: qui si exercitus Pōpeian⁹ ceciderit in seruitutē redigat? q. d. id stultum esse, qa sine plio breui fit Cæsarē supaturus & ad deditionē cōpulsurus. id tñ placet: qa malunt ducem. s. suum. q. d. me, pugnare. s. cum Cæsare: q̃ vincere Cęsarē. qa sine pugna certe vincat: & pugnādo res in summū discrimē agat: qa vna sal⁹ victis nullā spare salutē, vt dicit Maro. Ideoq; qa nō pōt cōsilio suo vti, conqrens alloquit fortunā dicēs. O fortuna tu dederas mihi res. s. Romanas regendas. i. impium regēdū, accipe. i. recipe a me maiores. s. q̃ eas dederas, & tuere. i. defende eas, in marte. i. plio, cæco. i. incerto: & ita bellū nec erit crimen Pompeij. i. meum, si male pugnabitur nec gloria, si psp̃ere. O Cæsar tu vincis me apud supos votis iniqs. i. poti⁹ exaudiunt & concedunt a supis vota tua iniqua: q̃ mea quę sunt æquissima: tu enim vis vt pugnet: ego vt sine sanguinis effusione bellū ciuile sedetur: tu aūt vicis, qa pugna tur. i. constitutū est vt pugnet. Quātū. i. o quātū scelerū & quātū malorū ista lux. i. dies in qua pugnabit, feret in populos? q. d. plurimū. quot regna iacebūt. i. subacta erūt? q. d. plurima & q̃. i. o q̃tū turbid⁹. i. turbat⁹ sanguie Romāo Enypheus fluui⁹

Pharsaliæ, ibit id est fluet q.d. plurimū. Ego velim vt supple prima lancea funesti belli feriat hoc.i.meū caput, si ipm casurum est.i.cadere possit, sine momēto.i.immutatione & casu rerū.i.imperij, & sine ruina partis scilicet meæ. Docet cur mortē optet.cū pro q̄a victoria nō erit lętior.s.q̄ mors, Magno, hoc est mihi, qui aut inuisus aut miserabilis ex bello futurus sum. Nam Pompeius erit hac clade peracta, aut nomē inuisum populis si per ipm tot ciues ceciderint, aut nomē miserabile: si ipse ceciderit aut fugerit. Omne malū.s.pœnæ.i.omne incōmodū quod.s.malum vltima sors rerū, hoc est mors ipa fert.i.affert, aut feret.i.afferet erit victi.i.partis victę q̄ occidet: & omne nefas erit victoris, quia nefas est cōciuē occidere. Pompei⁹ fatur sic, & permittit populis.i.multitudini, arma.i.authoritatē p̄liādi, & laxat frenos.i.maiorē facit licentiā, furentibus.s.suis, ira i.furore in Cæsarem: & vt.i.veluti, nauita.i.gubernator nauis, vict⁹ coro.i.vento illo q̄ & caurus dicit violento, dat vētis regimen, & ignauū onus puppis, aut puppis existens on⁹ ignauū: quia arte.s.gubernādi relicta.s.a gubernatore, trahit.s.a vētis modo huc modo illuc: sic sup.castra.i.milites castrorū, confusa.i.confusi, tumultu trepido.s.ab effectu, fremūt: & animi truces.i.sæui, pulsant.i.afficiunt sua pectora, ictib⁹.i. affectionibus incertis.i.varijs. Et pallor mortis venturę est in ore multorū: & facies.i.imago, simillima fato.i. morti. Palam est.s.omnibus diem aduenisse illo marte .i. per illud bellum qui conderet.i.constitueret reb⁹ humanis i.imperio mundi quod tunc Romæ erat, fatum.i.exitium, in æuum.i.in æternum: & queri.i. q̄ quęreretur ab ignorantibus quid esset Roma. hoc est futurum esse vt Roma quæ tunc erat notissima: sic trahatur in ignorationem vt cum nominetur quæratur quid esset. Quisq; nescit.i.non sentit, sua .i.propria pericula, existens attonitus maiore metu, quia reipublicæ. quod fieri potuisse exemplo probat. Nam quis cernens littora obruta ponto.i.diluuium fieri, & quis cernens æquor in summis montibus: & æthera.i.axem cęli, cadentem in terras sole deiecto: & supple cernens finem tot rerum, timeat sibi.i.exitio suo solius quasi dicat nemo: & ita non vacat Pompeianis ferre vllos metus pro se, sed timetur.s.ab omnibus, vrbi scilicet Romæ, & Magno .s. Pompeio.

Castra fremunt animiq; truces sua pectora pulsant. data pugnandi potestate milites Pōpeiani in castris fremere cœperūt: quorū animi solliciti corda micantia faciebant: & vt ait Plautus, Eorum pectora artem ludicram facere cœperunt palpitando & saliendo. Et mors ventura.i.color mortis. Aduenisse diem qui fatum rebus inęuum. dicebant & manifestum erat aduentasse diem quo in omne ęuum finis & fatum rebus humanis imponeretur. Illo marte.i.illa vētura pugna. Sua qsq; pericula nescit. non cogitabant de proprijs periculis sed solliciti erant omnes de Pompeio & vrbe Roma: quemadmodū si elemēta rerum cōfunderent nemo sibi timeret sed mundo. Quis summis cernens in montib⁹ ęquor. quis esset ille qui timeret sibi & reb⁹ suis videns terras obrui fluctib⁹ ęquoreis & cælum in terras corruere: quasi dicat nullus esset. Vrbi Magnoq; timetur. tanq̄ charissimis ne aliquod discrimen patiantur.

Nec gladiis habuere fidē: nisi cautib⁹ asper
Exarsit mucro. tunc omnis lancea saxo
Erigitur: tendunt neruis melioribus arcus.
Cura fuit lectis pharetras implere sagittis.
Auget eq̄s stimulos frenorūq; aptat habenas.
Si liceat superis hominum conferre labores:
Non aliter Phlegra rabidos tollente gigātes
Martius incaluit siculis incudibus ensis:
Et rubuit flammis iterum neptunia cuspis:
Spiculaq; extenso Pęan pythone recoxit:
Pallas Gorgoneos diffudit in Aegida crines:
Pallenęa Ioui mutauit fulmina cyclops.
Non tamen abstinuit venturos prodere casus
Per varias natura notas. nam Thessala rura
Cū peterent: totus veniētib⁹ obstitit æther:
Inq; oculis hominū fregerūt fulmina nubes:
Aduersasq; faces: immēsoq; igne columnas
Et trabibus mistis auidos typhonas aquarū
Detulit: atq; oculos ingesto fulgure clausit.
Excussit cristas galeis: capulosq; solutis

SVLPI. ¶ Nec habuere fidē. sed magis acuerunt vt melius penetrarēt. Mucro: ensis. q̄q̄ proprie cuspidē aciemq; significat. Cautib⁹, cotibus Exarsit, splenduit. Erigitur saxo. recta imponitur cotibus vt acuatur ducēdo ferrum: vel cotes vertendo. Tendūt, flectunt & cōtēdūt. Neruis, chordis. Auget stimulos: parat & acuit calcaria. Si liceat. si parua magnis & humana diuinis cōferre licet non aliter acuerūt arma dei in bello giganteo. Phlegra, campo in Thessalia. Tollente, erigente: quia montibus montes imposuere. Martius: Martis. Incaluit incudibus siculis. recoct⁹ reformatusq; est in antro Vulcani apud Vulcanias insulas quæ sunt inter Siciliā & Italiam: vbi Lypara: in qua antrū Vulcani: & Hyera Vulcano sacra. illic Brontes Steropes & Pyragmō arma & fulmina fabricant: qui Neptuni & Amphitrites filij Cyclopes dicūtur. Cuspis, telum. Rubuit. ignitum & tictum. Spicula, ferrum, sagittas post Pythonē occisum. Crines Gorgoneos: serpentes Medusę cuius caput in ægide sculptum gerebat, quod aspicientes vertebantur in saxa. Aegis dicit munimētum pectoris in numine. In homine vero lorica thoraxq; dicitur: vt indicat libro decimo Martialis. Cyclops. Pyragmō vel vn⁹ ex fratribus. Mutauit renouauit. Pellenęa. Pellena op. est in Achaia ad Sicyonē. Pallana vero in Laconia situm: vt Strabo docet. Sed legēdum arbitror Phallenęa id est Thessalica a Phalenis op. iuxta Phlegram vt Plynius habet. ibi gigātes sunt fulminati. Non tamen. prodigia cladis nuntia indicat. Prodere: manifestare. Notas. signa. Quum peterent Thessala rura Valerius Maxi. ait Pōpeio egresso a Dyrrhachio aduersa agmini

Mucro.
Vulcaniæ.
Cyclopes.
Aegis.
Lorica.
Thorax.
Pellena.
Pallana.
Phalenæ.
Vide post Beroaldū.

eius fulmina iacta fuisse: signa examinibus
obscurata: subita tristitia implicatos militū
aīos totius exercit⁹ terrorib⁹ & hostias ab al=
taribus fugisse. Obstitit: quasi ꝓhibēs acces=
sum. Fregere. rupere. oriunẗ eī ex ipsis nubi
bus vt primo libro dixim⁹. In oculis, a facie
Faces. ipsorū. Faces. Faces vestigia lōga faciūt prio
Bolis. re parte ardente. Bolis vero ꝑpetua ardēs lō=
Columna. giorē trahit limitē. Colūnaiꝗ. Plynius inqt
Vocaẗ & colūnæ quū spissat⁹ humor rigēsꝗ
ipse se sustinet. a cuius similitudine colūnam
Trabes. igneā poeta appellat. Trabib⁹. Trabes bolis
similes sunt: eas docas vocant: quales appa
ruere quū Lacedęmonij classe victi imperiū
Gręcię amiserūt. Auidos phytonas. legēdū
censeo typhonas. Fiunt eī typhones cum
venti arctius rotati nubē effregerint sine ful=
Typhones mine, & verticē faciunt ꝗ typhon. i. vibrat⁹
vocatur vt Plynius ait. Apulei⁹ vero si igni
tum non fuerit fulmen inquit, Typhon vo=
catur. Clausit: perstrinxit & terrefecit. Inge=
sto: quasi immisso: siue ꝙ extixerit aliquem
Cristas: ornamēta & insignia galearum. Per=
fudit capulos. manubria ensium liquefecit
ensesꝗ. Capulos ipos. Capul⁹ manubrium
est. Liquauit, liquefecit. Erepta pila: tela e mi
litum manibus ablata. Ferrum nocens: iniu
sta tela. Ferrum. arma dissoluta sunt. Exami
ne: apiū multitudie. pręterea examen in aris
constitit vt ait Appianus. Maiori pondere.
signa inquit grauiora erant quia sudabant la
chrymas & maiore signiferum labore afficie
bāt. Mersere: inclinauere. nā maiore onere ꝑs
sus caput demittere cogebaẗ. Admot⁹ supe=
ris. Victima quæ aufugit Pompeio deprēdi
non potuit inquit Appianus. Compositaꝗ
trepidatione orta ante lucem in castris quum
profundo somno correptus esset, excitatus
ab amicis somnium rettulit paulo ante tem=
plum se Romę consecrare visum Veneri vi=
ctrici, voti Cæsaris ignarus. Admotus supe
ris: deputatus sacrificio. Discussa, quā disie=
cit siue concussit. Iecit se præceps: pręcipita=
uit. Sacris funestis: in sacra funesta.

PHIL. BEROALDVS.

¶ Nisi cautibus asper exarsit mucro. Mucro
nes & enses cotibus acuerunt & saxis aspera
runt vt in pugna ad hostes necandos essent
acutiores. Cos enim acutum reddit ferrum:
exors ipsa secandi vt inquit Horatius. Cura
fuit lectis. erant curiosi in eligendis optimis
sagittis. Frenorumꝗ artat habenas. Equi=
tes suorum equorum rationē habentes strin
gebant habenas frenorum vt illos facilius
in pugna regere possent. Si liceat superis ho
minum cōferre labores. Si fas est inquit Lu=
canus componere magna paruis & compa=
rare labores mortalium laboribus deorū in
bello giganteo non aliter dij erant solliciti in
acuēdis telis & parādis armis ꝗ nūc essēt Pō
peiani in armoꝝ apparatu occupati. Nō ali=
ter Phlegra rabidos. Phlegra vt ait Plynius
oppidū ē Macedonię & teste Solino in cāpis
phlegręis gestū ē bellū inter deos & gigātes
Sūt & campi phlegręi in Italia vt ait Diodo=
rus: in quibus Hercules contra gigantes di=
micauit. hic intelligitur de Phlegra Macedo

Perfudit gladiis: ereptaꝗ pila liquauit:
Aethereoꝗ nocēs fumauit sulphure ferrum.
Necnon innumero cooperta examine signa
Vixꝗ reuulsa solo: maiori pondere pressum
Signiferi mersere caput: rorantia fletu
Vsꝗ ad Thessaliā Romana & publica signa.
Admotus superis discussa fugit ab ara
Taur⁹: & Emathios ꝓceps se iecit in agros:
Nullaꝗ funestis inuēta est victima sacris.

¶ Nec gladijs habuere fidē. Prosequiẗ diligētē ꝓparationē mi
litū Pōpeianę ꝑtis ad pugnā ineūdā dicēs. Nec milites sup. ha
buere fidē. i. nō satis cōfisi sunt, gladijs, hoc est aciei gladiorū:
nisi mucro asp. i. ensis acut⁹, exarsit. i. splēduit, cautibus. i. coti
bus quib⁹ gladij acuunẗ. Sane idem lapis diciẗ cos cotis & cau
tes, qa au mutaẗ in o. Et oīs lancea erigiẗ tūc. s. ad acuendū fer
rū ꝓfixū, saxo. i. ad saxū, vtpote cotē: & milites tendūt arc⁹. s.
suos, neruis. i. siccatis chordis meliorib⁹ sup. ꝗ prius tensi fue
rant. Et cura fuit sup. militib⁹ implere pro implendi, pharetras
i. thecas sagittarū, sagittis lectis. i. electis. Eques auget. s. equo
aut calcarib⁹ stimulos. s. ad pūgendū equū, & aptat. i. apte dis=
ponit, habenas frænorū, vt. s. trahat & retrahat equū suū quo
& vbi velit. Si liceat cōferre supis. i. labori aut opi suporū, labo
res hoīm, ensis martius. i. ipius Martis dei belloꝝ, aut ensis bel
licus, nō incaluit aliter, sup. in incudib⁹, siculis: & hoc Phlegra
i. cāpo illo in Thessalia, tollēte. i. erigēte, gigātes rabidos. i. fu=
riosos. Et cuspis. i. fuscina aut tridēs Neptunia. i. ipius neptūi
rubuit iterū. i. ignita est & tincta flāmis. s. fornacis cui imposi=
ta fuit cuspis vt iteꝝ acuereẗ cōtra gigātes: & Pęan. i. Apollo,
recoxit. i. iterū coxit & acuit igni, spicula. i. iacula & sagittas su
as, Pythone. s. dracone, extenso. i. pri⁹ ꝓstrato. nā dū pugnant
serpētes cōtrahūt se, ꝓstrati autē & exanimati extenduntẗ. ideo
aūt recoxit, quia obtusa facta erāt in Pythone ꝓsternēdo. Pal
las. i. Minerua, diffudit in ęgida. i. in thoraca suum, crines Gor
goneos. i. caput Medusę simul cū serpentib⁹ quos pro capillis
recepat. Gorgones aūt appellatę sunt filię Phorci, quarū nobi
lissima erat Medusa. Et Cyclops vt Brōtes Steropes aut Py=
ragmō minister Vulcani, mutauit. i. imutauit, Ioui. i. ad vsum
ipius Iouis fulmina, Pallenęa. i. Thessalica, hoc est quibus vta
tur iuxta Pallenen oppidū nō lōge a phlegręis cāpis: vbi Gi=
gātomachia cōmissa diciẗ. Vide annotanda post Beroaldū. Et
licet miles tali studio se accinxerit ad pręliū: tñ fortuna aut po=
tius (vt Sabellicus adnotauit) natura non abstinuit ꝓdere. i. in
dicare & prenūciare casus vēturos ꝑ varias notas. i. varia signa
& portēta seu indicia. Nā cū Pompeiani peterēt ex Epyro rura
Thessala. i. Thessaliæ cāpos, totus ęther. i. mirāda tēpestas ae=
ris, obstitit veniētib⁹: ꝓhibēs accessū & admonens ꝑ hoc ne in
Thessaliā abirēt: & fulmina fregerūt nubes i oculis. i. cōspectu
hoīm, & faces. i. tales impressiones, aduersas. i. añ oculos eoꝝ
positas, & colūnas. i. impressiōes ignitas i formā colūnarū, im
mēso igne. i. cōstātes maximo igne: & detulit. i. deiecit typho=
nas id est vortices & turbines auidos aquarum vt per pluuiam
dissoluantur: & hoc trabibus. i. exhalationibus aut impressio=
nibus habētibus formam trabis, mixtis id est admixtis (Scri
bo per x quia sic notius puto, licet Sulpitius per s scripserit se
cutus Priscianum qui videtur sentire mistum esse scribēdum)
Atꝗ æther sup. clausit oculos, scilicet militum, fulgure inge=
sto id est vi immisso in eos. Et excussit galeis quas in capite ha
bebant, cristas. i. conos & supereminentias: & perfudit scilicet
fulgur, id est penitus resoluit, capulos. i. manubria gladiorum
gladijs solutis id est liquefactis: vt sæpe fit non læsa vagina: &

liquauit.i.liquefecit.pila quæ sunt Romanorum tela,erepta.i. vi rapta e manibus militum:& ferrū nocens.i. iniusta tela, aut nocēs mi iti ipm tenenti,fumauit sulphure æthereo.i.ab ęthere demisso.Necnō.i.insuper(nam aliud erat prodigium)signa .s.militaria vt aquilæ,cooperta innumero examine.i. innumera multitudine apum.& vix.i.cum summa difficultate reuulsa sunt solo.i.e terra,& signa Romana & publica rorantia fletu.i. sudantia lachrymas ponderosas,mersere.i.inclinauere & oppressere caput signiferi,maiori pondere.s.q̄ si signa nō essent rorantia, vsq; ad Thessaliā.i.per totum iter in Thessaliā vsq;. Et taurus admotus superis.i.vt mactetur superis,fugit ab ara discussa.s.per cornua ipsius:& ipse taurus præceps.i.præcipitanter aufugiens iecit se in agros Emathios.i.Thessalicos:& nulla victima est inuenta,sacris funestis.i.ad peragēda sacra,quæ per hoc noscebantur funesta.

nica. Martius incaluit siculis incudib⁹ ensis. In insulis Vulcanijs prope Siciliam sunt officinę Vulcani in quibus Cyclopes tela Iou fabricāt. de quibus ait Vergilius. Vulcani domus & Vulcania nomine tellus Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro &c. Mars ergo ensem asperauit in siculis incudibus:quę ab eo dicūtur q̄m in his cuditur.i.feritur ferrū.author Seruius. Neptunia cuspis.i.tridēs siue fuscia. Pęan.i. Apollo. Spicula recoxit.i.ferreas cuspides sagittarum in fornacibus refecit quibus Phytonē serpentem interemerat. Pallas Gorgoneos diffudit i Aegida crines. Aegis est munimentū pectoris in quo ē caput Gorgoneū:de qua dicetur latissime in no no. Pallenęa fulmina. Pallenę oppidū est Macedoniæ prope Phlegram vt scribit Plyni⁹: siue Thessaliæ vt ait Seruius: a qua fulmina dicunt Pallenea quib⁹ vsus est Iuppiter contra gigantes in campis Phlegreis. Totus venientibus obstitit æther. enumerat p̄digia q̄ Pompeio futurā cladē portēderūt:cui egresso a Dyrrhachio fulmina crebra euenerūt vt scribit Valerius:& nunc tangit Lucanus dicēs q̄ totus ęther.i.fulmina obstiterunt venientibus in Thessaliā. Immensosq; igne columnas.emicant & trabes quas docos vocant.author Plynius.ait ergo Lucanus emicuisse columnas & trabes igneas quæ Pompeio portendebant infelicitatem. Auidos Typhonas aquarū.venti rotati sine igne hoc est sine fulmine vorticem faciunt qui typhon vocatur.i.vibratus vt scribit Plynius. Aethereo sulphure. fulmina & fulgura sulphuris odorē habēt ac lux ipa eorū sulphurea: vt author est Plynius. Innumero coopta examine signa. Ait Valerius examinibus apum Pompeij signa obscurata fuisse:q̄ ostenta faciunt vt tradit Ply. Maiori pondere pressum signiferi mersere caput. Apū examina in signis Pōpeij cōsederūt q̄ a solo reuelli nō poterāt a signifero:cuius caput merserāt grauiori pōdere. Rorantia fletu. Signa Romana & publica quales sunt aquilę a Dyrrhachio vsq; in Thessaliā maduerunt fletu:quod erat portentū lachrymarū. Fugit ab ara taurus. Ait Valerius ab ipis altaribus factam esse hostiarum fugam. Vnde ait Lucan⁹ nullam inuentam victimam ad peragenda sacra funesta & nefanda.

Aegis.

Pallenę.

Hęc Beroaldus.quibus addamus adnotata in Sulpitiū per Gyrardum Versellanum.

Gyrardus Versella.

¶Phallenea. Falli videtur interpres dū corruptos Plynij textus,& in hac parte sequit. Propterea legēdū crediderim Pallenęa. Idq; ex Steph.qui Pallene inquit Thracię est ciuitas cui Sithonis filia & eadem Cleti vxor vt in Palleniacis Aegesippus scribit, nomen dedit,cum prius vocaretur Phlegra. Hic aūt gigātū fuisse bella memorant. Theagenes in Macedonicis aliter historiā tractat scribēs:Phlegrę incolas ob morū immanitatē dictos gigātes. Atq; in eos dū Hercules pugnā capesseret fulmia a cęlit⁹ excidisse vt Herculi victoria cesserit. Hic vulgo emanasse vt gigantū in deos bellū hic gestū crederet. Et alio in loco idem Steph. Phlegra inquit vrbs est Thraciæ quam Eudoxus postea Pallenen ait vocatam. Fuit& Palleneus gigas.

At tu quos scelerū supos:quas rite vocasti
Eumenidas Cæsar:stygii quæ numina regni
Infernumq; nefas:& mersos nocte furores:
Impia tam sęue gesturus bella litasti:
Iam dubium monstris ne deū nimiove pauori
Crediderint:multis concurrere visus olympo
Pind⁹: & abruptis mergi conuallibus Aem⁹.
Edere nocturnas belli Pharsalia voces:
Ire per Ossæam rapidus Bœbeida sanguis:
Inq; vicem vultus tenebris mirantur opertos:
Et pallere diē:galeisq; incumbere noctem:
Defunctosq; p̄res & cūctas sanguinis vmbras
Ante oculos volitare suos.sed mentibus vnū
Hoc solamen erat:q̄ voti turba nefandi
Conscia:quę patrū iugulos q̄ pectora fratrum
Sperabat:gaudet monstris mētisq; tumultu.

SVLPITIVS.

¶At tu. In Cæsarem poeta inuehit q̄ fuerit cupid⁹ nimium pugnæ:sed eum stygios inuocauisse insimulat: cum constet ipsum media nocte perfectis sacris Martem inuocauisse eiusq; parētem Venerem & templum Victoriæ fauenti gratis Romæ dedicaturū vouisse si rite peregisset. vt ait Appianus. Cum aūt fulgur e cælo labēs e Cæsaris a d Pōpeij castra penetrasset ibidēq; extinctus esset:qui in exercitu Pompeij aderant quippiam splēdidum ab hostibus ad se futurū prędicabāt. Cęsar autem se in Pompeium insurgentem gloriam eius extincturum. Litasti, placasti. Quos superos.illos deos scelerum quos vocasti. Numina. deos inferos & tartareos. Iam dubium.dubitandum est inquit an hęc quæ dicemus prodigia fuerint vera: an prę metu hæc oculis militū sint subortę imagines. Cōcurrere: concertare vt mons monti illideret. Aemus. mons in vallem conuerti. Edere nocturnas. visū fuit audire voces & clamores pugnantium e Pharsalia. Valerius Maxim⁹ inquit. Constat in delubris deum sua sponte signa conuersa:militarem clamorē strepitūq; armorū adeo magnum Antiochiæ & Ptolemaide auditū vt in muros cōcurrerent. Sonitū tympanorum Pergami abditis delubris editum. & cætera. Ire per Bœbeida. fluere p

Aemus.

Bœbeidem lacum qui est ad Demetriadē vt dixim⁹ supra. Ossæam. quę apud Ossam est montem. Rapidus. velox in torrentis similitudinem. Inq; vicem, tmesis. Opertos tenebris. caput vmbra circundatum videbantur habere. Incumbere. circũfusam esse. Patres. manes parentũ & consanguineorũ. Mẽtib⁹. militum. Q; turba cõscia. ꝙ auiditate certã di appetebãt patres fratresq; aliarũ partiũ iugulare. Tumultu, metu & ꝑturbatione. Subitos furores, ipa prodigia & imagines. Omẽ scelerum. augurium ad scelera perficienda. Quid mirũ. nõ mirum est inquit breui morituros fuisse furore correptos: si mens hominum solet futura mala prenoscere. Lymphato: furioso. lymphati eñ & lymphatici furiosi appellant a vitio lymphę. i. aquę: sicut ceriti a cerere. Presaga: prescia. Tyrijs qui gadibus. Romani omnes qui tũc apud exteras nationes hospitabantur eo die mœsti fuere mœrorisq; cãm ignorabant. Gadib⁹. insula in Hispania in qua Tyrij Gades oppidũ ędificarũt vt dixim⁹ li. v. Araxem: fluuiũ qui ꝑ Armeniã lenissimus labit. Inde vero pręcipitatur. Sub quocũq; die. hoc est luce & regiõe q̃ sub syderibus est. Ignorat: causas doloris. Quid perdat: qui ꝓpinqui pereãt. Euganeo. Euganeus Venetiæ mons ad Patauium vbi optima pascua. Aponus: fluui⁹ in agro Patauino q ex fonte nebulas exhalat. Timaui. Timauus Venetię fluuius qui delatus e montibus cadit i ꝓfundũ: deinde infra terram absorptus stadijs circiter trecentis &. xxx. erũpit in mare vt Possidoni⁹ ait: est & Timauus portus & lucus. Antenorei: ad quem Antenor Troianus cum duobus milib⁹ hominũ & quingentis venit. Dispergitur: diuidit. habet eñ septem fontes. Impia arma cõcurrũt prælium ciuile conseritur. Notauit animaduertit & presensit hoc ex tonitru & fulminib⁹ hoc est ex Pyromantia. Perspexit: cognouit Totum Aethera: omnia sydera. Obsistere: non obtemperare & solitos cursus non agere. Seu numen. siue solis obscuritas & pallor prelium indicauit.

Lymphati. Ceriti. Gades. Araxes. Euganeus. Aponus. Timauus. Antenor.

PHI. BEROALDVS.

❡ At tu quos scelerum superos. Cum Pompeius habuit omnia infelicitatis indicia, contra Cæsar egregie litauit: quem dicit Lucan⁹ inuocasse furias & deos infernales hoc est, Numia regni Stigij. Litasti. Litare ē facto sacrificio deos placare vt Macrobius ait: & supra monstratum est. Iam dubium monstris. est dubium an crediderint mõstris deorum an pauori: quo authore omnia etiã vana credebant esse verissima. Multis concurrere visus olympo Pind⁹. Refert monstra quę a nõ nullis visa fuerunt: primo ꝙ Olympus mõs Thessaliæ vt ait Plynius est visus concurrere contra Pindum alium Thessaliæ mõtem & Aemus mons eiusdem regiõis, qui tamẽ in Thracia locat a Plynio, visus est mergi & absorberi: & multa talia. Ire ꝑ ossęam rapid⁹ Bœbeida sãguis. Bœbeis lac⁹ ē i media quodãmodo Thessalia ꝓprijs inclusus collib⁹ author Strabo. dicit ossęa ab ossa mõte Thessalię. Inq; vicẽ vultus tenebris mirant opertos

Atq; omen scelerũ subitos putat esse furores.
Quid mirũ ꝓpꝛos quos lux extrema manebat
Lymphato trepidasse metu: præsaga malorũ
Si data mẽs hoi est: Tyriis q Gadib⁹ hospes
Adiacet: armeniũq; bibit Romanus Araxem:
Sub quocunq; die: quocunq; est sydere mũdi
Mœret: & ignorat causas: animũq; dolentem
Corripit: Emathiis quid ꝑdat nescit in aruis.
Euganeo: si vera fides memorãtibus: augur
Colle sedens: Aponus terris vbi fumifer exit:
Atq; Antenorei dispergitur vnda Timaui:
Venit summa dies: geritur res maxima dixit.
Impia concurrunt Pompeii & Cæsaris arma:
Seu tonitrus ac tela Iouis presaga notauit:
Aethera seu totum discordi obsistere cælo:
Perspexitq; polos: seu numẽ i æthere mœstũ:
Solis in obscuro pugnam pallore notauit.

❡ At tu quos scelerũ superos. Per amarã inuectionẽ interrogat Cęsarẽ quos deos inuocauit: vbi litauit. i. vota impetrauit. An supos, qđ quia nõ est verosimile, nã a superis bona petuntur: q̃rit an supos scelerũ, quos nullos putat, an potius Eumenidas. i. furias infernales. & cætera inferorũ numina: q̃ si inuocauit miratꝰ ꝙ litauit. Ordo aũt est. At. i. sed ecõtrario, tu o Cæsar quos supos scelerũ vocasti. i. inuocasti? q. d. non esse supos scelerũ authores: & tñ nõ potuisse ab alijs vota impetrasse: vñ cũ litauerit necesse ē supos scelerũ ponere: & si nõ supos vocasti, quas Eumenidas. i. furias infernales vocasti rite. i. decenter ita vt litares: & q̃ numina. i. quas potẽtias diuinas, regni stygij. i. infernalis tristitię, & sup. qđ nefas infernũ. i. qđ apud inferos sit tã dirũ vt non licet noiare, & sup. quos furores, mersos. i. abstrusos, nocte. i. caligine ꝓfunda? Litasti. i. nunquid litasti. i. impetrasti vota & deos placasti gesturus impia, quia ciuilia. bella, tam sęue. i. tã crudeli aio affectus: vt etiã cadauera sis ꝓhibiturus sepultura? Nõ vacat qđ addit sęue. Nã põt res impia nõ sæue fieri vt ab ignorantib⁹: aut a coactis metu maioris incõmodi. Iã dubiũ sup. est, ne pro an Cęsariani p̃cipue, crediderint. i. persuasi fuerint, mõstris. i. portẽtis, deũ. i. deoꝝ ea fieri ꝑmittẽtiũ, ne ꝑ an, nimio pauori. i. ꝓpterea ꝙ nimis pauẽtes visi sunt sibi videre q̃ nõ viderint. Quia Pind⁹ mõs Thessalię, visus est multis cõcurrere Olympo, alteri eiusdẽ monti: & Aem⁹ etiam Thessalię mõs visus ē mergi. i. in abyssum verti, cõuallibus abruptis. i. hiãtib⁹ quasi sint ꝑ diluuiũ abruptę: & Pharsalia sup. visa ē edere. i. emittere nocturnas voces belli. i. p̃liantiũ: & sanguis rapid⁹. i. celeriter cũ fluctu rapt⁹, sup. visus ē ire. i. fluere, ꝑ Bœbeida. i. vallẽ illã, ossęã. i. q̃ apud ossam est montẽ, cui⁹ meminit Ply. lib. xxxvj. ca. xvj. & mirant inuicẽ vult⁹. s. alter alterius optos tenebris: & mirant diẽ pallere. i. pallidos esse solis radios: & noctẽ. i. caliginẽ, incũbere. i. ingruere, galeis. i. tegminibus ferreis capitum: & mirãtur patres defunctos. i. maiores suos, & cunctas vmbras sanguinis. i. ꝓgeniei suę, volitare añ oculos suos. Sed hoc vnum erat solamen mẽtib⁹. s. Cæsarianorũ, ꝙ turba conscia nefandi voti. i. desyderij. i. q̃ sciebat se desyderare mortẽ consanguineorum & maiorum suorũ in exercitu Pompeiano existentiũ: q̃ sperabat iugulos patrũ sup. in

cidere:& q̃ ſpetabat pectora fratrũ ſup. trãſfodere gaudet mõſtris & tumultu.i.cõmotione mẽtis: atq; putat furores ſubitos i.ex improuiſo ortos eſſe omen.i.portentũ ſcelerũ.i.q; ſint ſcelera que ſperabant peracturi. Quid mirum ſup. eſ? quaſi dicat, nihil eſt mirandũ,populos quos extrema lux.i.dies vitæ,manebat.i.expectabat ad mortem inferẽdã,trepidaſſe metu lymphato.i.furioſo,aut a furore excitato: ſi.i. ſiquidem aut quia mẽs p̃ſaga.i.pręſcia,malorum.ſ.futurorum,eſt data homini. quod probat ęxemplis. Nam hoſpes.ſ. Romanus, q adiacet Gadibus Tyrijs.i. a Tyria gente conditis.& hoſpes Romanꝰ qui bibit Araxem fluuiũ Armeniũ,hoc eſt qui tũc ĩ Armenia erat hoſpitatus,& ſup. Romanꝰ, q ſub quocunq; die.i. climate & ſole viuit, ve pro vel ſub quocũq; ſydere mũdi, mœret.i. triſtis eſt naturaliter & ignorat cauſas, & corripit.i. arguit, aĩm dolentem,dicens videlicet.quare triſtis es anima mea & quare conturbas me? Ideo aũt corripit aĩm,quia neſcit quid perdat, quia libertatẽ,in aruis Emathijs.i. Theſſalicis. Si vera.i.indubitanda fides eſt ſup.memorãtibus.i.ijs q talia memorauerũt potius q̃ ſi fides ſup.eſt habẽda,memorantibꝰ.i. recenſentibꝰ vera.quis em̃ dubitet vera dicentibus fidẽ abhibẽdã? Augur ſ.C. Cornelius, vt Beroaldꝰ docet,ſedens in colle Euganeo.i. Veneto iuxta Alpes, vbi Aponꝰ fluuius Venetię, fumifer,hoc eſt exhalans fumũ & nebulã,exit terris.i. venis ſubterraneis. ſ. in cãpos,atq; vnda Timaui.ſ.fluuij Venetię, Antenorij.i.quẽ Antenor ſuperauit(vt æneі.j. Antenor potuit medijs elapſus achiuis Illyricos penetrare ſinus:atq; intima tutꝰ Regna liburnorum & fontẽ ſupare timaui &c.)diſpgit.ſ.per nouẽ oſtia:qđ Maro dicit. Vñ p ora nouẽ vaſto cũ murmure montis It mare &c. Augur inquam illic ſedẽs,dixit,ſumma.i.extrema dies.ſ. imperij Romani venit.maxima res gerit.ſ.modo:quia impia arma Põpeij & Cæſaris cõcurrunt ſup. modo. Diſquirẽs autẽ poeta vñ id ſciuerit dicit. Ipſe augur notauit.i. aĩaduertit, ſeu tonitrus ac tela Iouis.i.fulmina & coruſcationes.p̃ſaga.i.ex q bus præſagiunt Pyromãtici, ſeu notauit totũ æthera.i.oĩa ſydera,obſiſtere.i.obſtare cælo diſcordi:& ita ex diſcordia cælorũ conceperat diſcordiã terrarũ:& pſpexit polos ſup.mœſtos aut diſcordes:ſeu numen aliqđ, alij legũt lumẽ, mœſtũ ĩ ęthere.i.aliquẽ planetarũ,indicare caſum magni viri cui p̃erat, ſeu ſup.notauit pugnã in obſcuro pallore ſolis:qui tunc erat, vt ſequentia atteſtantur.

Milites viciſſim mirabant̃ ſuos vultus eẽ obſcuratos & vmbras defunctorũ maiorũ ante oculos volitare. Voti turba nefãdi. gaudebãt mõſtris milites quorũ erãt vota iugulare patres & fratres. Omẽ ſcelerũ.i.auguriũ. Quid mirum populos. nõ eſt mirum inquit Lucanus ſi milites trepidabãt territi mõſtris q paulo poſt erant morituri, cũ extremę orbis terrarum gẽtes mœrerẽt & dolerẽt ignorãtes cauſã lachrymarũ. Lymphato trepidaſſe metu. Metu lymphatꝰ dicit̃ furioſus:& irremediabilis eſt:a lymphis.i.aquis quarũ metꝰ letalis eſt morſis a cane rabioſo vt ſupra mõſtratũ eſt. Vl̃ dicit̃ lymphatꝰ qm̃ ĩ aq̃s imagines videnſ̃ q̃ hoĩes faciũt inſanos. Vñ lympholenti nuncupant̃: vt Feſtus & Varro tradunt. Tyrijs q gadibꝰ hoſpes. Gades in mari Atlãtico conditę fuerũt a Tyrijs vt Plynius & Strabo tradunt. Armeniũq; bibit Romanꝰ Araxem.i. oẽs Romãi mœrẽt & dolẽt q colũt araxẽ fluuiũ Armeniæ de quo ſupra. cuius meminit Vergilius Pontẽ indignatꝰ araxes. Euganeo ſi vera fides memorantibꝰ augur. Patauij C. Corneliꝰ Augur Liuij familiaris ea die qua ĩ cãpis Pharſalicis dimicatũ eſt aſtantibus dixiſſe fertur ſe videre Cęſarem & Pompeium manus conſerentes:modo pugnam inclinari,modo reſtitui:& tandem quaſi furens exclamauit vincis Cæſar:& ea oĩa poſtea compertum eſt fuiſſe veriſſima. Authores Liuiꝰ Plutarchus & Gellius.quod nunc narrat Lucanus. Euganei autẽ ſunt montes Venetię regionis vt ait Liuius: & Euganeę gentes genere pręſtantes vt ait Plynius: inde nomine accepto. Iuuenal̃. Euganea quãtũuis mollior hagna. Aponꝰ terris vbi fumifer exit. ppe Patauiũ fons ẽ & Balnea q̃ Aponi dicunt̃: a Claudiano celebrata multis verſibꝰ quorũ eſt principiũ Fons Antenoreę vitã qui porrigis vrbi. Martialis. Cenſet̃ aponi Liuio ſuo tellus. Fumifer dicit̃ ppter aquas calẽtes & ſulphureas quas emittit. Antenorei Timaui. Timauꝰ fluuiꝰ ẽ Venetię regionis.authores Ply.& Strabo. dicit̃ Antenoreꝰ ab Antenore q cõdidit Patauiũ. Vergi.& fontẽ ſupare Timaui. Tela p̃ſaga.i.fulmĩa q̃ p̃ſagãt.i.p̃ſentiũt & notãt futura. Aethera ſeu totũ diſcordi obſiſtere bello. vel cęlo. Sẽſus eſt ille dies quo pugnatũ eſt in cãpis Pharſalicis diſſimilis fuit oĩbus alijs:quos explicat natura:ſiue Cornelius augur Patauinꝰ cognouit elemẽta confundi cęlo diſcordi, ſiue deos animaduertit in cælo eſſe mœſtos.

Lymphatꝰ — *C. Corneliꝰ*

Diſſimilem certe cunctis quos explicat egit
Theſſalicum natura diem. ſi cuncta perito
Augure mens hoĩm cęli noua ſigna notaſſet:
Spectari toto potuit Pharſalia mundo.
O ſummos hoĩm quorum fortuna per orbem
Signa dedit:quorũ fatis cælũ omne vacauit.
Hęc & apud ſeras gentes populumq; nepotũ
Siue ſua tantum venient in ſecula fama:
Siue aliquid magnis noſtri quoq; cura laboris
Nominibus pdeſſe poteſt:quũ bella legent̃
Speſq; metuſq; ſimul pituraq; vota mouebũt:
Attonitiq; omnes veluti veniẽtia fata (bũt.
Nõ trãſmiſſa legẽt:& adhuc tibi Magne faue

¶ Egit, eduxit. Diſſimilẽ,quia fuit magis pdigioſus. Explicat,emittit, aperit. Si cũcta. ſi hoĩes diuĩatore adhibito pdigia obſeruaſſent facile cędẽ Pharſalicã p̃ſenſiſſent. Pharſalia, cędes ĩpa. Spectari, cognoſci, intelligi. O ſummos hoĩm. admiratione plena laudatio in Romanos q ea tẽpeſtate fuerũt:qm̃ totus mũdus & cũcta ſydera de calamitate eorũ ſigna dederũt. Fatis, morti. Vacauit, itẽtũ fuit. Hęc & apđ ſeras. quũ legent̃ audient̃ ve hęc a minoribꝰ tantis cõcitabunt̃ affectibꝰ vt nõ p̃terijſſe hęc mala, ſeđ vẽtura eſſe ſint exiſtimaturi. Fama ſua. quia tã mirãda ſunt vt ſeniores ſint iunioribꝰ narraturi. Siue aliqđ. ſiue ego meis illa carminibꝰ illuſtrabo. Vota peritura. deſyderabũt fruſtra lectores vt Põpeius victor futurus ſit. Non trãſmiſſa: non pręterita. Venientia, futura. Miles vt aduerſo. quo ordine Pompeius acies ſtruxerit narrat. Sed latius apud Appianum & Cæſarem

SVLPI. — *Exercituũ diuiſiones.*

leges. Vterq; Italos in tres acies diuisos in
fronte collocauit modico interuallo inter se
distantes. Supra hos equites p partes corni-
bus attribuit: quibus sagittarij & funditores
immisti erant. Sociorum vero copias veluti
ad ostentationē quandā ptulerunt. Radiat⁹,
repercussus a sole oriente. Lumine, armorū
splendore. Non temere immissus. ordinatus
Duces Pōpeiani. in aciē. Phalangem vt ait Appian⁹ in medio
regebat Scipio Pōpeij socer. In sinistro cor-
nu Domitius. In dextro Lentulus constitit.
Afranius & Pompeius exercitus curæ pfue
re. Cæsari duces aderāt Sylla, Antonius, &
Duces Cæsariani. Brut⁹. Cęsar ipe vt affuerat legioni decimę p
sedit. Cæsar duo supra. xx. milia militū secū
Numerus copiarum. habuit inter quos eqtes circa mille annume-
rantur. Pompeiū bis totidem secuti sunt. In
quibus septē milia equitum fuere. Qui autē
de ijs verisimiliora loqui existimant. lxx. mi
lia Italorū hoc plio in vnū cōcurrisse memo
rant: qui minorē numerū describūt. lx. milia.
qui rem magis extollūt quadringenta milia
extitisse aiūt. Horum sexcuplum Pompeio
Alij tribus ex partibus duas illi ascribunt.
Cornus. Cornus, genitiuus antiquus quo sæpe Ply-
nius vtit. Veteres eñ hic cornus & hic genus
dicebāt. Lētule, poetę cum Appiano & Plu
tarcho nō conuenit. Domiti. L. Domitius in
Domitij. Pōpeij castris. Gn. vero in Cæsaris erat. Ad-
uerso numine: quia infelix in plijs. Frons de
xtri martis, dextrū cornu. Robur, firmitatē
mediam. Densant, spissant. Terris Cilicum.
Cylices qui sub Scipione militabant in me-
dio erant. Miles in hoc. militem appellat: sed
certum est cum eo Pompeiū imperium adæ
quasse: quum primum in Thessaliam venit.
In orbe Libyco. i Libya quo Pharsalicæ reli
quiæ se recipient. Cappadocum, quorū rex
Ariaratthes aderat. Ponticus, ex pōto regio
ne. Largus habenis. qui laxis loris vtit. Plu-
rima, magnam partem. Tetrarchę. Is Tetrar
cha dicitur qui quartam regni partem obti-
Tetrarchę. net vt Taxiles q pricipes Armenos itra Eu-
Taxiles. phratē adduxerat, & Magabares supra Ar-
Magabares. meniā qui pręfectus erat Artapi regis, & De
Deiotarus. iotarus Gallogreciæ rex. Omnis purpura:
omnis rex. metonymia. Ferro, potētię & im
perio. Illuc, in postrema ad fluuios acie. Cy-
dones. hi Cretēses sunt qui Solino authore
Cydones. primi remis sagittisq; valuerunt. dicti a Cy-
done vrbe. vnde & spicula Cydonia dicūtur
Ithurei. & mala. Ithureis. Ithurei populi malefici in
Laodicea apud Libanum montem authore
Strabone. Inde, a media acie. Truces Galli.
eos intellige qui cum Roscilio & Egeo Allo
brogibus fratribus a Cæsare ad Pompeium
transfugerant. In hostem solitum: in Cæsa-
rem contra quem pugnare in Gallia soleba-
tis. Iberia, Hispani. Cetras, scuta līata. Liui
us libro. xxviij. Pelta cetræ haud dissimilis ē
Eripe victori. cohortatio vt omnem exerci-
Cetræ. tum & gentes de quibus triumphauit in cla-
dem emittat: vt desint Cæsari quibus impe-
ret.

PHIL. BEROALDVS.

Thessalicū natu. diē. Dies Thessalic⁹ dicit
quo i Thessalia i cāpis Pharsalicis pugna illa

Miles vt aduerso phœbi radiatus ab ictu
Descendens totos perfudit lumine colles:
Nō temere immiss⁹ campis stetit ordine certo
Infelix acies. cornus tibi cura sinistri
Lentule cum prima: quę tū fuit optima bello:
Et quarta legione datur: tibi numine pugnax
Aduerso Domiti dextri frons tradita Martis.
At medii robur belli fortissima densant
Agmina: quę Cilicum terris deducta tenebat
Scipio miles in hoc: Libyco dux prim⁹ i orbe.
At iuxta fluuios & stagna vndantis Eniphei
Cappadocū mōtana cohors: & larg⁹ habenis
Ponticus ibat eques. sicci sed plurima campi
Tetrarchę regesq; tenent magniq; tyranni:
Atq; omnis latio quę seruit purpura ferro.
Illuc & Libye Numidas: & Creta Cydonas
Misit: Ithyræis cursus fuit inde sagittis:
Inde truces Galli solitum prodistis in hostem.
Illic pugnaces cōmouit Iberia cetras.
Eripe victori gentes: & sanguine mundi
Fuso Magne semel totos cōsume triumphos.

Dissimilē &c. Prosequit poeta rōnē icœptā dicēs. Certe. i. re
uera potuit notare pugnā i pallore sol, qa natura egit. i. extulit
tūc diē Thessalicū. i. q i Thessalia illuxit, dissimilē. i. ppter pdi
gia differētē, cūctis. s. dieb⁹, quos explicat. i. emittit & apit: Si
cūcta mēs hoim notasset augure perito. i. p declaratione augu
ris periti, noua signa cęli, Pharsalia. i. pugna Pharsalica, potu-
it spectari. i. p signa cognosci & q̄si videri, toto mūdo. i. p totū
terrarū orbē. Quocirca in pstātia Romanorū exclamat. O sū-
mos hoim. i. o hoies maximi momēti, & plurimi apd deos esti
matos, quorū fortuna. i. clades futura, dedit signa p orbē. s. ter
rarū: & quorū fatis. i. exitio, vacauit. i. operā dedit aut itētū fuit
omne cęlū. i. oia sydera. Quū. i. qn hęc bella legent, &. i. simul
apd gētes seras. i. lōgo tpe post vēturas, & apd ppłos. i. multi-
tudinē nepotū & descēsurorū ab Romanis, siue veniēt i sęcula
i. i notitiā sęculorū futurorū, tm̄. i. dūtaxat sua fama. i. p magni
tudinē famę suę, ita vt prib⁹ narrātib⁹ filijs fama sine scripto p-
petua sit, siue cura nr̄i laboris. i. hui⁹ opis cōscriptio, pōt pdesse
aliqd quoq;. i. etiā magnis noib⁹. i. hoib⁹ magni nois & famæ:
hoc ē siue erūt p suā famā diuulgata, siue p scripta nr̄a: ipa mo
uebūt. s. in legētib⁹, spes. s. de victoria Pōpeij: & met⁹ de victo-
ria Cęsaris: metuētes videlicet ne Cęsar vicat: & vota peritura
i. frustra suscepta, qa iā tū actū erit: & oēs attōiti. i. stupefacti de
magnitudine periculi, legēt fata veniētia. i. tāq̄ veniētia sint: &
non transmissa: & o Magne. s. Pompei, ipi fauebunt adhuc ti
bi quia pro te suscipient vota. Graphice exprimit poeta natu
ras hoim: quia qn alicui⁹ probi ac ingenui siue populi siue pri
cipis legitur excidium: tametsi transactum sit, inter legēdum
tn̄ fauēt iusto & pbo: vt q Troianorū captionē quo modo Ma
ro eam descripsit legūt, licet sciant Sinonē voti cōpotē euasis

ſe: tũ optant vt apto equo inſidię ei⁹ dep̃hendant. Narratis autẽ ſignis q̃ añ bellũ viſa ſunt, pſequit̃ inſtructionẽ acierũ vtriuſq́; partis in pugnã dicens. Vt. i. poſtq̃ miles. ſ. Põpeianus, radiatus. i. repcuſſus ppter arma, ab aduerſo ictu Phœbi. i. ſolis in arma incũbentis, deſcẽdentis. ſ. collibus. aut legat̃ radiantis hoc ordine. Vt. i. poſtq̃, nubes deſcẽdẽs ab aduerſo ictu Phœbi radiãtis: pfudit totos colles lumine. i. fulgore armorum, exiſtens immiſſus cãpis. i. in cãpos, nõ temere: acies infelix ſtetit certo ordine. i. bñ inſtructa & ordinata, o Lentule cura ſiniſtri cornus (a ntõ cornus, pro quo nũc cornu dicim⁹) dat̃ tibi cum prima legione q̃ fuit tũc optima bello. i. ad bellũ gerendũ: & cũ quarta. O Domiti (a ntõ Domitius) pugnax. i. bellicoſe, numine. i. deo aduerſo, quia infeliciter audax fuit ſicut Turn⁹ Vergilianus, frons dextri martis. i. dextrũ cornu bellantiũ, eſt tradita tibi. At. i. ſed agmina fortiſſima denſant. i. denſe ſtipant: robur medij belli, q̃. ſ. agmina fortiſſima, deducta terris cilicũ. i. e Cilicia tenebat Scipio exiſtens miles. i. ſubditus Pompeio, licet Põpeius cũ eo imperiũ adęquauerit, in hoc orbe. i. in Pharſalia: ſed prim⁹ dux ĩ orbe Libyco. i. in Libya quo reliqę Pharſaliæ ſe recipient. At. i. ſed, cohors montana. i. dura & in montib⁹ verſari ſolita, Cappadocũ. ſ. populorũ quorum rex Ariatthes aderat, & eques ponticus. i. ex põto regione, largus habens. i. laxis vtẽs loris pro more patrię, ibat. ſ. agminatim vt ĩſtructus erat, iuxta fluuios: & ſtagna Enyphei flu. vndantis. i. vndis abundãtis. Sed Tetrarchę. i. quartã regnorũ partẽ tenẽtes, & reges & magni tyranni. i. dñi, atq́; oĩs purpura. i. om̃is regia maieſtas, q̃ ſeruit. i. q̃ ẽ ſubiecta, ferro latio. i. armis Romanis, tenẽt plurima. i. plurimas partes, cãpi ſicci. Libye miſit &. i. etiã illuc. i. in illũ locũ ad flu. aut ad campũ ſiccũ, Numidas. i. populũ ſuũ ſic dictũ: & Creta miſit Cydonas etiã populos ſuos, hoc eſt cretẽſes: & curſus fuit inde. i. a media acie ſagittis. i. ſagittarijs, Ithureis aut Ithyreis. i. cæloſyrijs ſeu Laodicẽſib⁹: & o Galli truces vos prodiſtis inde. i. ab illa parte, in hoſtẽ ſolitũ. i. in Cęſarẽ: quẽ prius hoſtẽ habuiſtis: ſed victi ab eo eidem adhęſiſtis donec ad Põpeiũ trãſfugiſtis. Iberia. i. Hiſpania, cõmouit illic in alia parte, cetras. i. ſcuta lunata, pugnaces, quas pugnaces geſtare ſolẽt. O magne cũ tot habeas milites & oẽs velint ſub te militare, eripe victori. ſ. Cæſari gẽtes de quib⁹ triũphet: & quib⁹ dominet̃: & ſanguine mundi fuſo. i. occiſis fere omnib⁹ mortalib⁹, conſume ſemel. i. deſtrue vnico conflictu, oẽs triũphos. i. materiam triũphorũ oĩm: quia ſi nõ extarẽt de quib⁹ triũphet Cęſar, cũ omnes ſint ab eo interempti, nõ poſſit de eis triumphare.

atrox & funeſta inter Cæſarẽ & Pompeiũ cõmiſſa eſt. Si cũcta perito augure mẽs hoim. Senſus eſt ſi animi mortaliũ notaſſent om̃ia ſigna q̃ dij demonſtrarũt indicantia cladem Pharſalicã: potuit Pharſalia toto mũdo ſpectari: quia toto mũdo viſa ſunt pdigia. O ſũmos hoim. Sũmos & eminẽtiſſimos appellat Cæſarẽ & Põpeiũ: ppter quos p orbẽ data ſunt tot ſigna & omne cælũ videt̃ vacaſſe eorũ fatis. Hęc & apud ſeras gentes populoſq́; nepotũ. Sẽſus ẽ dũ hęc bella ciuilia legent̃ apud poſteros, ſpes & metus lectores in dubio retinebunt vtpote ſollicitos de exitu Põpeij cui in legẽdo magis fauebunt q̃ Cæſari. Seras gẽtes populoſq́; nepotũ. intelligit poſteros & natos natorũ & q naſcet̃ ab illis vt inqt Verg. Noſtri quoq́; cura laboris. i. mea carmina ſi quid pdeſſe poterũt poſteritati Cæſaris & Põpeij. Nõ trãſmiſſa legẽt. expreſſit affectũ legentis qui exiſtimat ea q̃ legit nondũ eſſe tranſacta. Miles vt aduerſo. Oriẽte ſole milites deſcẽderũt in campũ & pfuderũt colles. Lumine, hoc eſt ſplendore armorũ. Cornu tibi cura ſiniſtri Lẽtule. Põpeius ad hunc modũ aciẽ inſtruxerat. In ſiniſtro cornu erat ĩpe Põpeius vna cum Lẽtulo: ĩ dextro vero cornu erat Domitius. In media aũt acie erat Scipio ſocer Pompeij. Authores Plutarch⁹ & Cæſar. Lẽtulus duas habebat legiones primã & quartã q̃uis Cęſar tradat in ſiniſtro cornu fuiſſe tertiã. Tibi numine pugnax aduerſo Domiti. O Domiti inquit tibi datũ ẽ cornu dextrũ aduerſo numie, qm̃ ĩ eo pręlio occubuit. Scipio miles ĩ hoc. Scipio ſocer Põpeij pręerat medijs partibus: qui in Pharſalia erat tanq̃ miles: deinde in Africa fuit ductor belli cõtra Cęſarẽ. Vndãtis Enyphei. vt ſupra mõſtratũ ẽ, Enypheus fluui⁹ eſt Theſſalię iuxta quẽ Põpeius collocauit cohortes Cappadocũ. Tetrarchę dicunt̃ qui quartã regni partẽ tenẽt & ſunt potẽtes. Cęſar in Cõmẽtarijs ait. Põpeius a regib⁹ oĩbus Dynaſtis atq́; Tetrarchis pecuniam exegerat. Oĩs purpurati.

purpurati q ſeruiũt Impio Romano.. Ithyręis curſus fuit inde ſagittis. gens Ithyreorũ eſt in Syria q̃ Cœle dicitur vt tradit Ply. a quib⁹ ſagittas appellat Ithyręas Vergiliũ imitat⁹. Ithyręos taxi curuãtur ĩ arc⁹. Pugnaces cetras. Cetrę ſunt clypei quib⁹ vtuntur Hiſpani. Vnde apud Cæſarem cohortes cetratę dicuntur. Iberia. i. Hiſpania ab Ibero fluuio dicta author Ply. altera eſt Iberia pontica. Eripe victori gentes. i. o Põpei hac acie fuſo ſanguine omnium gentium eripe illas Cæſari ne in victos latius dominetur. Ithyrei. Cetræ.

Illo forte die Cęſar ſtatione relicta
Ad ſegetum raptus moturus ſigna repẽte
Conſpicit in planos hoſtẽ deſcẽdere campos:
Oblatumq́; videt votis ſibi mille petitum
Tempus: in extremos quo mitteret oĩa caſus.
Aeger quippe morę flagrãſq́; cupidine regni
Cœperat exiguo tractu ciuilia bella
Vt lentum damnare nefas. diſcrimina poſtq̃
Aduentare ducum ſupremaq́; pręlia vidit:
Caſuram fatis ſenſit nutare ruinam.
Illa quoq́; in ferrũ rabies promptiſſima paulum

¶ Illo forte. Diximus ex Appiano hiſtoriã. SVLPI. Statiõe, caſtris. Moturus ſigna, pfectur⁹ frumẽtatũ. In campos planos. ſuperioribus em̃ diebus a montis radicibus Põpeij acies non diſceſſerant. Aeger morę, impatiẽs & ad omnia ſubitus. Flagrans, ardẽs. Damnare, maledicere, deteſtari. Exiguo tractu: paruo ſpatio quo pugna differebatur. Vt lẽtum nefas: vt ſcelus tardum. Ruinam nutare. calamitatem inſtare. tranſlatio a trementibus ædificiis. Rabies, furor pugnandi. Languit, refrixit cogitatione periculi & met⁹. Audax ſpõdere: confidens & victoriam ſperãs. Quam, mentem. Nec ſua fata. quum em̃ ſuã felicitatem cõſyderabat nõ metuebat: quũ Põpeij, non ſperabat. Merſa, diſſimulata vel pulſa. Proſilit, exorit̃. Fidutia, ppoſitum ex ſua fide ſuſceptum. O domitor regni. Diuerſis rationib⁹ excitaturus, & maxime a pręmiorũ

magnitudine si vicerint: & a metu supplicio
rum si fuerint supati, facilē victoriā pollicet:
exorditurq; a beniuolētia a persona militum
& sua. Regni. qđ Pōpeius parat. Fortuna, fe
licitas. Copia, facultas. Votis. vouere deis ꝓ
pugna. Accersite fatum, aduocate mortē. In
manib⁹, in potestate. Quātus sit, quātuscūq;
siue magnus siue paruus, siue felix siue infe
lix. Promissam. eos datę fidei admonet. Mi=
lites eñ dextris elatis ꝓmiserant se vltum ire
iniurias Cęsaris & tribunorū, facturosq; oia
& etiā patriam incēsuros. Rubiconis, flumi=
nis de quo libro primo. Cuius spe. de victo=
ria non dubitam⁹. Vetitos triumphos remea
re. vt triumphi quos ducere non potuim⁹ re=
dirent recuperarent & eis potiremur. Hęc ea=
dem. locus ab vtili & iocūdo. Pignora, filios
Penates, domos & domesticos deos. Et eme
rito faciat vos Marte colonos. quæ liberabit
vos a militia cū pmijs q̄ dant emeritis hoc ē
qui militię tp̄s & officiū impleuere. Hęc fato.
argumentū a spe gloriæ: & infamię metu. nā
illorū qui vicerint cā quasi deis iudicibus ꝓ=
banda videbit. Si ꝓ me. a maiore ad min⁹ ar
gumētatio. Ferro flāmaq; petistis: iuistis in
patriā parati elicere & incendere si oportuis=
set. Truces, terribiles & crudeles. Exoluite
gladios culpa. efficite vt dicat vos pro iusti=
tia dimicuisse. & est loc⁹ a metu ꝓbri. Est pu=
ra, habet innocens. Mutato iudice. si sub ad=
uersario iudicatur hoc ē si vicerit aduersari⁹.

BERO. ¶ Illo forte die Cæsar statione relicta. Cæsar
vt ip̄e scribit nulla ratione ad pugnā elici Pō
peium posse existimans, hanc sibi commo=
dissimam belli rationem iudicauit vt castra
ex eo loco moueret: vt commodiore passim
frumētaria re vteretur. his constitutis rebus
signo iam profectionis dato tabernaculisq;
incensis animaduersum est longius a vallo
esse aciem Pompeij progressam. Tunc Cæ=
sar ad suos cum iam esset agmē in portis, dif
ferendum est inquit iter in pręsentia nobis &
de pręlio cogitandum: sicut enim semper de
poposcimus animo sum⁹ ad dimicandum
parati: non facile occasionem postea reperie
mus. Confestimq; expeditas copias educit.
quod nūc Lucanus exequitur. Aeger quip=
pe morę, id est impatiēs morę. Vt lentum dā=
nare nefas. Cęsar videns pugnam differri &
bellum protrahi damnare cœpit tanq̄ nefas
& scelus lentum atq; tardum quod scilicet tā
diu differatur. Discrimina postq̄ aduentare
ducum. id est istare extremum periculum &
aleam tam ipsius q̄ Pompeij: & postq̄ vidit
Cæsar nutare & vacillare ruinam quæ erat al=
terutrum mersura caput: paulum rabiem il=
lam suam & promptitudinem ad arma tra=
ctanda remisit. Mens stetit in dubio, scilicet
Cæsaris. Nec sua fata timere. Cæsaris mens
nō permittebatur timere suū excidium, nec
sperare fatū Pompeij. O domitor mundi re=
rū fortuna mearū. Verba sunt Cæsaris mili=
tes hortantis vt animo forti & lęto pugnam
capessant: quos dicit esse fortunam rerū sua=
rum tanq̄ ip̄i milites illi sint qui Cæsaris po=
tentiam augere possint vel minuere. Optatę
copia pugnæ. scilicet a me & a vobis: nam

Languit: & casus audax spōdere secundos
Mens stetit in dubio: quā nec sua fata timere
Nec Magni sperare sinunt: formidine mersa
Prosilit hortādo melior fiducia vulgo.
O domitor mundi: rerum fortuna mearum:
Miles: adest toties optatæ copia pugnæ.
Nil opus est votis: iam fatum accersite ferro.
In manibus vestris quātus sit Cæsar habetis.
Hæc est illa dies mihi quā Rubicōis ad vndas
Promissam memini: cuius spe mouim⁹ arma:
In quā distulim⁹ vetitos remeare triumphos.
Hęc eadē est hodie q̄ pignora quæq; penates
Reddat: & emeritos faciat vos marte colōos.
Hæc: fato q̄ teste probet: quis iustius arma
Sūpserit: hęc acies victū factura nocētem est.
Si pro me patriam ferro flammisq; petistis
Nūc pugnate truces: gladiosq; exoluite culpa.
Nulla manus belli mutato iudice pura est.

¶ Illo forte die. Cū Cęsar cōmeatus inopia laborās cogeretur
exercitū pabulatū dimittere, & iā agmē mouisset, videbat aci=
es hostiles in se instructas ꝓcedere: & primo quidē aspectu stu=
pefactus, mox vbi fortunæ suæ fidutia fretus aim collegerat,
concione vocata, militū aios breui ꝓ tpe orone ad pugnā inflā
mat: quā poeta graphice enarraturus est. Ordo autē est. Cæsar
moturus signa ad raptus segetū. i. iā iāq; dimissurus exercitū
vt eat frumentatum, statione. i. loco vbi castra firmauerat, reli
cta. i. deserto forte illo die. s. quo Pompeianus exercitus cōtra
ip̄m instructus venit. nō erat fortuitum q̄ reliquerat stationē:
sed q̄ illo die. i. tunc quum hostis adueniret. ip̄e inquā motur⁹
signa, cōspicit repente. i. subito, hostem. i. exercitum Pompe=
ianum descendere in campos planos, cum prius in collibus se
continuisset: & videt tempus petitum sibi mille votis esse ob=
latum. s. ab hoste, aut a fortuna id cōmenta: quo. s. tpe ip̄e mit=
teret. i. posset mittere, omnia. i. omnes res mundi, in extremos
casus, ita vt in summo sint periculo. Quippe. i. quia ipse, ęger
morę. i. moleste ferens moram & dilationem, & flagrans. i. ar=
dens, cupidine. i. cupiditate, regni. i. tyrannidos, cœperat exi=
guo tractu. i. modico spatio paulo añ trāsacto, dānare. i. vitu=
perare & detestari, bella ciuilia, vt. i. veluti, nefas lentū. i. nimis
tardū & plusculę moræ. Sed postq̄ vidit discrimina. i. pericula
aut discernicula seu discretiones vt quib⁹ discernatur vter vi=
uat, ducum vtriusq; exercitus, & suprema. i. vltima pręlia, q̄
dimicaturi erant non vter regnet sed vter viuat, aduentare. i.
appropinquare: ip̄e Cæsar sensit ruinam. i. alterius calamitatē
casuram. i. euenturam fatis. i. dijs ita volentibus, nutare. i. ꝓxi
mam esse casui. i. imminere e proximo. Illa quoq;. i. & etiā illa
i. notissima, rabies. s. Cæsaris prōptissima. i. paratissima i. i. ad
ferrū. i. arma tractāda, languit paulū. i. repressa est magnitudie
periculi: & mens. s. Cæsaris audax spondere. i. promittere sibi,
casus secundos. i. euenta ꝓspera, stetit in dubio: vtpote quam
nec sua. i. propria, quæ semp fuerāt ꝓspera, fata sinunt timere:
nec fata Magni. s. Pōpeij, itidē felicia sinūt sperare. Sed sup. tā

dem melior fiducia.i.de bono exitu ex merito cōfidentia, prosilit.i.promit se in vultu Cæsaris, hortando vulgo.i.ad hortādū vulgus.i.vulgares milites:& hoc formidine mersa.i.occultata:sicut de Aenea Maro dicit. Spē vultu simulat, p̄mit alto corde dolorē. Cōposito ergo vultu & fiduciā prę se ferente affatur suos dicens. O miles domitor regni.i. per quem factū est, vt Pompeius q̄q̄ molitur nondū regnet. Plures tñ legunt mūdi:vt sit per quē fere mundum domui, fortuna.i. conseruator meārū rerū:copia pugnæ toties optatę, adest.s. vobis. Nil op⁹ est votis.i.vt vota faciatis ꝑ bellandi potestate habēda: accersite iam fatum.i.celeriter ne elabatur occasio fatum vobis prosperū ad rem vocate & exercete ferro.i.armis. Vos habetis in manibus vestris.i.in potestate vestra quantus Cæsar: sit.s.futurus. Hæc est illa dies quā ego memini ꝓmissam mihi.s. a vobis:ad vndas Rubiconis : nam vt dictū est lib.j. promissioni Lęlij, cunctę simul assensere cohortes. Elatasq; alte quæcunq; ad bella vocaret Promisere manus &c. Vnde paulopost. Cęsar vt acceptū tam prono milite bellum Fataq; ferre videt &c. Cuius.s.diei spe ꝙ esset ventura:nos mouimus arma: & in quam .i. vsq; ad quā, nos distulimus triumphos, vetitos remeare. s. ad me, hoc est ad Cęsarem, viuēte Pōpeio.

vt ipse scribit semper depoposcerat pugnandi potestatē. In manibus vestris. i. potestate & arbitrio vestro. Quantus sit Cæsar.i. quātę sint meę vires. Rubiconis ad vndas ꝓmissam memini. Cæsar, vt supra mōstratū est, cū esset transitur⁹ Rubiconē qui Italiam ab eius prouincia disterminat, dixit ad commilitones adhuc regredi possumus ꝙ si ponticulū transierimus oīa armis agēda erunt: & cōcitatus trāsiuit: vt Plutarchus ait. Vetitos remeare triumphos. Vetitus erat Cęsar agere triumphū Gallicum: vt in primo dictum est: quē deinde victor egit. auctor Tranquillus. Emeritos marte.i. liberos a bello:& emeritę militiæ. Hęc acies victum factura nocentē est. Qui fuerit hac acie victus ille existimabitur fuisse nocens & suscepisse iniustam causam. Gladiosq; exoluite culpā. Efficite inquit gladio vt victoriā cōsecuti nulla culpa impliciti iudicemur. Victor eñ innocens, victus nocens reputabitur.

Hæc eadem.s.dies est quæ reddet nobis hodie pignora.i.liberos vxores & necessarios:& quæ reddat penates.i. deos domesticos cum domibus nostris:& quæ dies faciet vos colonos emeritos Marte.i.exemptos ab onere belli deinceps gerendi. Hæc sup.est dies:quæ probet.i.comprobet, fato teste.i.attestante:quis.i. vter nostrum sumpserit arma iustius:quia videntur dij iustiorē causam foturi. Hęc acies factura est victū.i. vteruter victus fuerit, nocentem .i.reputatū ꝓ nocēte. Si petistis ferro & flammis patriā.s. vrbem, pro me.i.ne ego excludar:pugnate nūc.s.pro me truces:& exoluite.i.liberate culpa.ꝑ victoriā.i.gladios.s. vestros:quia nulla man⁹ belli.i. nullus exercitus, est pura.i.reputatur innocens:iudice mutato.i.si victus ab inimico iudicetur.

Non mihi res agitur:sed vos vt libera sitis
Turba precor:gētes vt ius habeatis in oēs.
Ipse ego priuatæ cupidus me reddere vitæ:
Plebeiaq; toga modicum componere ciuem:
Omnia dum vobis liceant:nihil esse recuso.
Inuidia regnate mea. nec sanguine multo
Spem mundi petitis: Graiis delecta iuuētus
Gymnasiis aderit:studioq; ignaua palęstrę:
Et vix arma ferens:& mistæ dissona turbæ
Barbaries:nō illa tubas:non agmine moto
Clamorem latura suum. ciuilia paucæ
Bella man⁹ faciēt. pugnę pars magna leuabit
His orbē populis: Romanūq; obteret hostē.
Ite per ignauas gētes famosaq; regna:
Et primo ferri motu prosternite mundum.
Sitq; palam quas tot duxit Pompeius in vrbē
Curribus:vnius gentes non esse triumphi.
Armenios ne mouet Romana potentia cui⁹
Sit ducis:aut emptū nimio vult sanguine q̄sq̄
Barbarus Hesperiis Magnū ꝑponere rebus:
Romanos odere oēs:dominosq; grauantur

SVLPI.

¶Nō mihi res agitur. Beniuolentiam captat ꝙ non in suam, sed in militum vtilitatē bellū geratur. ipse eñ priuatum & modestū ciuem agere statuit: modo illi prēmia consequantur. Mihi, ad meam vtilitatem. Libera, non subiecta Pompeio. Cōponere, cōstituere. Modicū. temperatū, modestū, nō ambitiosum, nō impotētem. Plebeia, vili, populari. Recuso esse nihil. patiar fieri qualiscūq;, etiā rex. Inuidia: vt ego odio habear. Nec sanguine. facilem victoriam de tyronibus & ignauis fore ostēdit. Gymnasijs. Gymnasiū proprie locus est vbi corpora exercētur : dictū a γυμναξω quod est exerceo: siue a γυμνοσ qđ est nudus: nam expediti & nudi certare & luctari solebant. Ignaua, imbellis, mollis. Barbaries dissona. Barbari diuersarum linguarū. Quare Vegetius ait. Necesse est tardius ad victoriam peruenire: q discrepant anteq̄ dimicent. Non latura clamorem. terrendā & fugiturā solo clamore exercitus sui. Ciuilia paucę. suos a paucitate eorum in quos sunt pugnaturi confirmat. Oēs enim norant Pom. esse numero supiores : a qua re trepidationē diminuit. Paucę manus facient. paucę multitudines pugnabunt. Magna pars pugnę leuabit his orbem populis. magna ex parte Romanoꝝ hostes Barbari occidentur. Leuabit, alleuabit tanq̄ pressum. Famosa, q̄ fama tantū valent non re & virib⁹: & sic dixit famosa quasi numerosa. Mundū: reges & populos. Sitq; palam. contemnit res aduersarij, ꝙ de imbellibus triumphauit. Sitq; palā, manifestetur. Tot curribus, triumphis. Non esse vnius triumphi: non sufficere vni triūpho nostro. Armenios ne mouet.i.curant ne Armenij qui Romæ præsit? & his verbis suos liberat metu, ostendens Barbaros Pom. odisse:& facile fugituros. Nimio sanguine, multorum morte. Præponere Magnū: ꝙ ꝑponatur Pō.

Gymnasium.

& regnet. Grauãt dños. moleste ferũt: & quos nouerũt magis odere. Sed me fortuna. Meliori se loco q̃ sit Pom. esse ostendens suos sibi cõciliat. ille em̃ inimicis se credidit: ipse fortes & suę dignitatis amicissimos defensores habet. Meorꝝ, amicorꝝ. Quorũ testem. quorum toties virtutẽ spectaui. Trãsit coelũ, volat per aera. Non fallar: quia noui cuiusq̧ vires. Qz si signa. vt ex animi affectu vultũ componant astute hortatur. Videor fluuios. certam sibi victoriã pollicetur si rem truci aio gesserint. Sed mea fata moror. quia prõptos cernit seipsum arguit: cũ fortes adhortatiõe non egeant. Trepido, dubio. Haud vnq̃ vidi. a deorꝝ benignitate locus. Tã prope me: tam ꝓpitios: hi em̃ qui fauent nobis prope nos esse dicuntur & ꝓpitij. Absumus a votis: distamus a victoria. Limite: spatio termino. Ego sum. a summorum pręmiorum spe adhortatio.

BEROALDVS.

¶ Ius. i. potestatem. Modicum. i. priuatum & mediocrem. Omnia dum vobis liceant nihil esse recuso. i. ego sum paratus vnãquãq̧ subire fortunã & vilissimã cõditionẽ dũmodo vobis omnia liceant & sitis domini rerũ. Graijs delecta iuuẽtus Gymnasijs aderit. Inquit Cęsar Põpeianos milites esse cõtẽnendos cũ vix arma sciant ferre, soliti exercere se in Gymnasijs & palęstris Gręcorꝝ: qui vt ait Plyni⁹ oim vitiorꝝ fuerunt genitores. Gymnasia dicuntur loca in quibus nudati iuuenes exercebantur. Vnde Gymnasiũ pro loco cuiuslibet exercitij & pro exercitio vsurpare solemus. Ciuilia paucę bella man⁹ facient. ex multis militibus Põpeij pauci erũt qui faciẽt prælių cum reliqua ois turba sit imbellis & ignaua. Famosaq̧ regna. i. infamia in quibus hoies sunt meticulosi & effœminati. Prosternite mundum. quia si viceritis hac acie ꝓsternetis totum terrarũ orbẽ & gentes quæ in partibus sunt Põpeij. Sitq̧ palam. sensus est efficite vt oibus sit manifestum oẽs has gẽtes de quibus Pompeius tris triũphos reportauit adeo esse imbelles & molles vt qui eas deuicerit vnum triumphum non mereatur. attamen Põpeius tertiũ solũmodo triũphum duxit de istis Asiaticis: quorũ nunc sectatur ignauiam. Armenios ne mouet. Creditis ne inquit Cæsar q̧ Armenij curent quis dux Romanorũ sit habiturus potẽtatum an ego an Pompei⁹? quasi dicat nõ. oẽs em̃ Barbari odio habent omnes Romanos: & ideo q̃uis sint in castris Pompeij non magis vellent esse dominum q̃ me: nec volẽt effundere sanguinẽ pro Põpeio. Magnum. s. Pompeium. Quos nouere magis. & ideo magis grauabuntur Põpeiũ dominũ quẽ nouerunt. Sed me fortuna meorꝝ commisit manibus. Cum Pompeius habeat milites barbaros & incognitos qui eum oderunt: ego vero ait Cæsar habeo milites fidissimos & Romanos quorum forti & optima opera vsus sum in bellis Gallicis: quos non modo noui sed etiam lanceas & enses cuiusq̧ cognitos habeo. Qz si signa ducem nunq̃ fallẽtia vestrũ. cum video inquit Cæsar vultus & oculos vestros plenos minarum quę signa nunq̃ me fefellerunt, profecto vicistis milites. Videor

Quos nouere magis: sed me fortuna meorũ
Commisit manibus: quorum me Gallia testẽ
Tot fecit bellis. cuius non militis ensem
Agnoscã? cœlumq̧ tremẽs quũ lancea transit
Dicere nõ fallar quo sit vibrata lacerto.
Qz si signa ducem nunq̃ fallentia vestrum
Conspicio: faciesq̧ truces oculosq̧ minaces:
Vicistis, videor fluuios spectare cruoris
Calcatosq̧ simul reges: sparsumq̧ senatus
Corpus: & immensa populos in cęde natãtis.
Sed mea fata moror: qui vos in bella ruentes
Vocibus his teneo: veniã date bella trahenti
Spe trepido. haud vnq̃ vidi tã magna daturos
Tã prope me superos: cãporum limite paruo
Absum⁹ a votis. ego sum cui Marte peracto
Quæ populi regesq̧ tenent donare licebit.

¶ Non mihi. Prosequitur orationem suã captans beniuolentiam ab vtilitate quã suis nõ sibi ꝑtendere se docet. Cõcitat etiã aios eorꝝ a facilitate victorię: cũ hostes sint armorꝝ exercitij imperiti: & in libris potius q̃ in cõflictu eruditi: & a magnitudine pręmij: cũ ea victoria mundi totius dñi sint euasuri. Ordo est. Res nõ agitur mihi. i. ad vtilitatẽ meam: sed ꝓcor vt vos sitis turba libera. i. ita pugnetis: vt non redigamini in seruitutẽ Põpeij, sed contra: vt habeatis ius. i. ditionem, in oẽs gẽtes. Et ne quęrant cur sibi nõ petat ius in gentes, dicit. Ipse ego cupid⁹ reddere vitę priuatę. i. extra magistratũ, me: & cõponere. i. constituere, ciuem modicũ. i. modico contentũ. s. in toga plebeia: ego nihil recuso esse. i. velim esse etiam abiectissimus: dum. i. dummõ oia liceãt vobis. Regnate. s. vos inuidia mea. i. in me cõuersa, licet regnare nolim. Nec petitis spem mundi. i. imperij in gẽtes, multo sanguine. i. effusione multi sanguinis vestri: q̧ iuuentus. i. multitudo iuuenũ, delecta. i. ad militiam de multis lecta, sup. ex Gymnasijs. i. locis vbi ad palęstrã nudi exercebãtur: aut potius ex ludis literrarijs, Graijs. i. Gręcorum (vide Mariũ Sallustij) & iuuentus ignaua. i. iutilis studio. i. in studio, aut ad studiũ palęstrę. i. exercitationis ad cursum & luctam, & vix ferens arma, & Barbaries. i. barbarorꝝ colluuies, dissona. i. diuersarum linguarũ: vtpote turbę mistę. s. ex multis linguis & nationib⁹: aderit. s. ad ꝓliandũ. Illa. s. iuuẽtus ignaua & inexperta, nõ est latura. i. toleratura, tubas: & nõ est latura suũ clamorẽ agmine moto. i. qui fit dũ agmen mouetur ad cõfligendum. Paucę manus facient ciuilia bella. i. paucæ pugnabunt contra nos: quia plurimi milites fugient anteq̃ ꝓlium ineatur: & magna pars pugnę. i. nõ pugnantiũ sed ad pugnã instructorũ, leuabit. i. deonerabit aut exonerabit, orbẽ. s. terrarꝝ his populis: q a licet nõ faciãt ciuilia bella: occidẽt tñ a vobis: & obteret. i. ꝑdet, hostẽ Rõanũ. i. eos qui cũ sint hostes ipij, tñ ad pugnã cõtra nos assumpti sunt. Ite. i. irrũpite ꝑ gẽtes ignauas: & ꝑ regna famosa. i. fama tñ valentia: & prosternite mũdum. i. omnes hostes quos habemus in mundo: & quibus stratis mũdo potiemur, primo motu ferri. i. primo conflictus ipetu: & sit palam. i. manifestetur, gentes quas Pompeius duxit in vrbẽ tot curribus. s. triũphalibus, hoc est tot triũphis: non esse vni⁹ triumphi. i. nõ sufficere vni triumpho. Mouet ne Armenios. i.

putatis neq Armenij curent vsq ad mortis certamen, cuius ducis sit potentia Romana? q.d. id nō esse verosimile: & ideo defecturos imperatorem: aut quisq̄ barbarus vult Magnum emptum.i.comparatum sibi, nimio sanguine.i.multorū morte pręponere reb⁹ Hesperijs? q.d. ne quaq̄ id credatis: quia oēs qui sub Pōpeio sunt, odere Romanos: & grauant.i.moleste ferūt dn̄os: quos magis nouere.i.a quib⁹ victi & subacti sūt. Sed fortuna.s.bona & fauēs, cōmisit me manib⁹ meorum.s.amicorum: nō quos subegi: sed quib⁹ alios domui: quorū.i.quorū virtutis & fauoris in me, Gallia fecit me testē tot bellis. Cuius militis nō agnoscā ensem? q.d. nulli⁹, ita vniuscuiusq agnoscā. & quū.i.qn̄ lancea tremens.i.agitata, trāsit sęuū.s.aerem, ego nō fallar.i.sciam vere, dicere quo.i.cuius militis lacerto sit vibrata.i.vi torta & emissa. Q si ego conspicio signa nunq̄ fallētia, p q̄ nunq̄ fefellerūt, ducē vestrū.i.me: & si cōspicio facies truces & oculos minaces.s.hosti, vicistis. tam certo sciam vos victuros vt iam dicam q viceritis. Ego videor spectare fluuios cruoris.s.hostilis, & reges calcatos sil.s.a vobis, & corp⁹ senat⁹.i.collegiū senatorum, sparsum.i.pstratū, & pp̄los natantis.i.fluentes in immēsa cęde.i.cruore p cęde effuso. Sed ego moror.i.detineo in mora, mea fata.i.victoriā mihi fataliter debitā, q teneo his vocib⁹.i.per hāc exhortationē vos ruētes.s.spōte vr̄a, in bella.i.pliū cōtra hostē venientē. Date trahēti.i.plōgāti bella.s.mihi veniā, mihi inquā trepido.i.festināti & agitato, nō metu, sed spe. Ego haud.i.non, vidi superos daturos.s.nobis vnq̄ tam magna: vt.s.nūc dabunt: & nō vidi vnq̄ supos tā ppe me.i.tam pn̄tes & fauentes nobis. Nos absumus a votis.i.a victoria diu optata, paruo limite.i.interuallo cāporū. Ego sum cui licebit Marte.i.bello pacto, dare.s.vobis, sup.ea oia, quę reges & populi tenent.s.nunc. fluuios spectare cruoris.ex aspectu vestro minaci ego videor spectare riuos sāguinis quos s.facietis, & mortes regum quos trucidabitis. Sed mea fata moror, i.felicitatē meam retardo tam longa oratione vos tenēdo iam ruentes ad arma. Sed campi limite parui.breue est interuallū & distantia cāporū a votis nostris quæ sunt de victoria. Ego sum cui Marte peracto.i.finita hac pugna bona & opes regum omnium & populorum erunt in mea potestate & mihi licebit illa donare & effundere.

Quo ve poli motu: quo cœli sydere verso
Thessalicæ tantum superi permittitis orę?
Aut merces hodie bellorū aut pœna paratur:
Cęsareas spectare cruces: spectare catenas
Et caput hoc positū rostris: effusaq membra:
Septorumq nefas: & clausi prælia campi.
Cum duce Syllano gerimus ciuilia bella.
Vestri cura mouet: nam me secura manebit
Sors quęsita manu. fodientem viscera cernet
Me mea: qui nōdum victum respexerit hostē.
Dii quorum curas abduxit ab æthere tellus
Romanusq labor: vincat quicunq necesse
Nō putat in victos sęuum distringere ferrū:
Quiq suos ciues q signa aduersa tulerunt
Non credit fecisse nefas. Pompeius in arcto
Agmina vestra loco vetita virtute moueri
Quū tenuit: quāto satiauit sanguine ferrum?
Vos tamen hoc oro iuuenes ne cędere quisq̄
Hostis terga velit: ciuis qui fugerit esto.
Sed dum tela micant: non vos pietatis imago
Vlla: nec aduersa cōspecti fronte parentes
Cōmoueant: vultus gladio turbate verēdos.
Siue quis infesto cognata in pectora ferro
Ibit: seu nullum violabit vulnere pignus:
Ignoti iugulum tanq̄ scelus impetat hostis.

SVLPI. Quo ve poli. Admiratur Thessalię fatum & potestatē. Quo sydere verso. qua cōuersione aut regressione planetæ. Tantum. vt sit rerū dominium creatura. Thessalicę orę. vbi pugnandū est. Cęsareas. ab incōmodis futuris si hostis vicerit euitandis argumentatur. Rostra. Positum rostris, affixum in suggesto quod erat in templo cui nomen rostra. Effusa, dilaniata. Nefas septorum, multos reges & dominos sua oīa libidine moderaturos. Septorum. Septa. Septa dicitur locus tabulis in campo Martio clausus in quo magistratus creabātur. & ideo per interpretationē inquit, Prælia clausi campi: alludens ad quatuor legiones quæ in villa publica campi Martij iussu Syllæ cæsæ fuerunt. Cum duce Syllano. cum Pompeio qui Syllanus fuit & Syllæ imitabitur crudelitatem. Vestri cura. Conciliatio est. Nam me. Confutatio. Sors quęsita manu, mors manu facta. Dij quorum. Locus cōquestionis qua suam clementiam pietatemq indicat & aduersariorum iram & crudelitatē significat. Quorum curas tellus & labor Ro. qui curatis terrena & Romanum imperiū. Abduxit ab ęthere: remouit vt non solum cœlestia consyderetis. Quicunq. non est sæuiturus in victos: & qui seruaturus est inimicos. Pompei⁹. Suos irritans in odium Pompeij adducit q se in ipsos crudelissime gesserit quum pugnatum est ad castellum cui præerat Torquatus vt diximus libro superiore. Virtute vetita moueri. hoc est quū in angusto clausi non possetis vestram fortitudinem exercere. Sanguine, cęde Vos tamen hoc oro Iuuenes. Quia Romanū est parcere subiectis & debellare supbos: pertinacibus veniam dari nō oportere, & cedentibus ignoscēdū suadet. Fuit autem hoc vsus Stratogemate in media pugna: quum præcones iussit discurrere clamando: vt a Romanorum cæde abstineretur, q solum in socios sæuiretur. Esto ciuis, habeatur p amico. Dū micant tela, dū micando emittunt & exercēt. In fronte aduersa. in facie hostili. Cōmoueāt, mitigēt. Turbate vultus verendos gladio. ferite faciem venerandorū patrum. In pectora

cognata,in fratres & propinquos. Pignus,ꝓpinquum aut affinem aut charū. Impetat iugulum hoſtis ignoti tanq̄ ſcelus. ea atrocitate hoſtē ignotū inuadat. q̄ inuaderet neceſſariū & cognatū. Vallū. adhuc caſtra egreſſi nō erāt Ruina,aggeris. Nō ſparſa,nō diſſipata ſed ordinibꝰ ītegris. Parcite ne caſtris. nolite caſtris hoſtiū abſtinere. Tēdetꝫ,tētoria affigetis. Acies,hoſtilis. Vix cuncta locuto. Cum vix perorasset. Quēq; ſuū munus trahit. ſuū officiū quiſq; obiuit. Sumpta cereſq;. corpus prādio curauerunt: qđ facere conſueuerunt, auctore Vegetio, vt citatiores redderentur & vt longiore conflictu nō fatigarētur inedia. Pręſagia, prędiuinationes,auguria quæ Cæſar dixerat. Nullo ordine. immo ſtruxit acies Cæſar aderāt q; ei duces Sylla, Antonius, Brutus: & ipſe decimæ legioni præſedit vt diximus ex Appiano. Soceros, inimicos Pōpeij qualis ipſe. Petentes regna, Romanum imperiū affectantes. In Marte, in acie.

BERO. ¶ Quo ve poli motu. i. quo curſu ſyderū & mundi a dijs tm̄ permittitur huic horę qua cōfligemus. Aut merces hodie bellorꝫ aut pœna paratur. Si vicero merces mihi paratur inquit Cæſar: ſi vincor ſuppliciū. Cęſareas ſpectate cruces. quibus. ſ. me ſuffigent ſi fuerimꝰ victi. Et caput hoc poſitū roſtris. caput meū pro roſtris ponetur ab hoſtibus victoribus inquit Cęſar queādmodū olim caput Ciceronis in roſtris poſitum fuit: vt Euſebius & Plutarchus tradunt. Sunt autē roſtra pulpita in foro ex quibus concionantur: vt ſupra mōſtrauimus. Septorūq; nefas. Dictū eſt in ſecūdo: queādmodum Sylla innumerabiles trucidari iuſſit in villa publica ad ouilia in campo Martio atq; alijs locis. vñ ait Cęſar ſibi & ſuis militibus ſi victi fuerint eadem imminere ſupplicia: qm̄ Pompeius Syllanus eſt & Syllę veſtigia libenter ſequitur. Septa aūt loca ſunt in cāpo Martio tabulatis clauſa. vt ſcribit Seruius Martialis. In ſeptis mamura diu multūq; vagatꝰ. Cū duce Syllano. ſ. Pōpeio. Veſtri cura mouet. de vobis inquit Cęſar ſollicitus ſum: de meipſo ſecurus: qm̄ ſi vincar memet interimā. Qui nōdū victo reſpexerit hoſte. i. ſi qſpiā e meis militibꝰ ante deuictum hoſtē retro aſpexerit & fugā molieť videbit ille me ꝓpria manu necantem. Dij quorꝫ curas abduxit ab æthere tellus. Senſus eſt o dij: qui magis nūc curatis negotia terreſtria & Romāos labores q̄ res cœleſtes trāquillas, efficite vt illi ſint victores q nō putabūt neceſſariū interficere aduerſarios victos & cōuerſos ī fugā. Cęſar em̄ nullū interfici voluit niſi in acie: vt ſcribit Trāquillus. Diſtringere ferrū. i. nudare. Vergiliꝰ. Strictāq; aciē veniētibꝰ offert. Quiq; ſuos ciues. vincat inquit ille qui loco hoſtiū nō reputat ciues qui cōtra ſe ſigna tulerūt: quod fecit ipſe Cæſar: oībus em̄ pepcit & illos tāq̄ ciues nō tanq̄ aduerſarios tractauit. vt Ciceronem Brutum, Caſſium, alioſq; cōplures: fuit em̄ in Cæſare diuina quædā & incredibilis clemētia mitiſq; natura. auctores Plyniꝰ, Suetonius, & Cicero. Pōpeius in arcto. Accuſat Pōpeij crudelitatē qui Cæſarianis nō pepercit cū eos ad Dyrrhachiū quodā ꝑlio in anguſto loco inclu

Sternite iam vallum: foſſaſq; implete ruina:
Exeat vt plenis acies non ſparſa maniplis.
Parcite ne caſtris: vallo tendetis in illo
Vnde acies peritura venit. Vix cuncta locuto
Cęſare: quēq; ſuū munꝰ trahit: armaq; raptim
Sumpta cereſq; viris. capiunt præſagia belli:
Calcatiſq; ruunt caſtris: ſtant ordine nullo:
Arte ducis nulla: permittuntq; omnia fatis.
Si totidem Magni ſoceros totidemq; petētes
Vrbis regna ſuæ funeſto in Marte locaſſet:
Non tam precipiti ruerent in pręlia curſu.

¶ Quo ve poli motu. Proſequitur cōcionē ſuā Cæſar dicēs. O ſuperi ve pro vel (ſunt tm̄ qui legant ne) quo motu poli. i. cœli, hoc eſt influentia cœli volubilis: ve ꝓ vel, quo ſydere. i. curſu aſtri vnius, verſo. ſ. ad talē influentiā, permittitis orę Theſſalicæ in qua pugnandū eſt, tm̄. ſ. efficaciæ: vt aut dños rerum aut ſupplicia laturos faciatꝭ quia aut merces bellorꝫ. ſ. dominium, aut pœna. ſ. crucis ſuppliciū, parať. i. acquirendū eſt hodie. Spectate cruces Cæſareas. i. paratas Cæſari & militibꝰ eiꝰ ſi vincať: ſpectate catenas. i. ſeruitutē in ergaſtulis: & ſpectate hoc. i. meū caput, poſitū roſtris. i. qđ niſi fortiter pugnaueritis affigetur in ſuggeſto: & ſpectate membra effuſa. i. dilanianda (propter certitudinē aūt pœnę quā expectet victus, ponit pręteritū ꝓ futuro) & ſpectate nefas ſeptorꝫ. ſ. in cāpo Martio: vbi Sylla per ſummum nefas iuſſerat quatuor legiones occidi: & ſpectate pręlia cāpi clauſi. i. ſeptorꝫ. q. d. attēdite q̄ miſera illic futura ſint ꝑlia: vbi vna pars cędet & altera cędetur. Et ne non intelligāt, quid ꝑ nefas ſeptorū ſignificet: addit. Nos gerimus bella ciuilia duce Syllano. i. cū Pompeio, qui imitabitur ſi vicerit crudelitatē Syllæ. Cura veſtri. i. quā de vobis habeo, mouet. i. afficit & ſollicitat me: nā ſors quęſita manu. i. mors ꝑ manū meā facta, manebit me ſecura. i. ſeorſum a cura: q̄a vt primum videro vos vinci meipſum occidero. Is qui nundū reſpexerit hoſtem victū. i. miles Pōpeianꝰ in cuius manus nondū victus cecidero, ſi videro me vincendū cernet me fodientē mea viſcera. i. conſciſcentē mihi necem. Aut forte tyro meus qui nondū vicit ſub me, ſi modo non vicerit, cernet me fodientem viſcera mea: qđ ipſe ſibi non faciet: quia cum nondum ſit victus neſcit quid mali ſit ab hoſte capi. Deinde cōciliat beniuolētiā militum a clementia ſua, dicens. O dij quorū curas. i. ſollicitudinem, tellus & labor Romanus abduxit ab æthere. i. qui de cœlo mortalia negotia vidētes curatis ea, ego ſup. precor vt vincat ſup. is, quicūq; non putat neceſſe ſup. fore, diſtringere ferrum ſęuū in victos. i. quicunq; victos clementer tractaturꝰ eſt. per quod ſignificat ſe victis velle parcere: cū prius dixerit Pōpeium Syllano more, ſi vicerit ſæuiturū. quiq;. i. & qui, hoc eſt & vincat is qui credit ciues ſuos non feciſſe nefas ꝙ. i. eo ꝙ tulerūt ſigna aduerſa. i. hoſtilia. i. qui ignoſcet victis ꝙ aduerſæ partis fuerint. Quū Pompeius tenuit veſtra agmina in loco arcto. i. circumſepto, vt ad caſtellum cui præerat Torquatus: & hoc virtute. ſ. veſtra vetita moueri. i. quum eſſetis in tam arcto loco vt non poſſitis moueri, quanto ſanguine ſatiauit ferrum. i. gladios ſuos. q. d. plurimo: qd ſi fecit nondū plane victorꝭ ſed propter loci iniquitatem dūtaxat ſuperior: qđ facturus ſit victorꝭ Tamen. i. licet in vos fuerit impotētiſſimus, ego o iuuenes (quia veterani nouerūt nobilē irā Cæſaris) oro vos hoc. ſ. vnum, ne quiſq̄ veſtrū velit cædere terga hoſtis. ſ. fugientis. eſto. i. reputetur & ſeruetur vt ſit ciuis, qui fugerit. Sed dum. i.

donec, tela. s. hostilia, micāt. s. districta in vos, vlla imago pietatis nō cōmoueat vos, nec. i. nō etiā: parētes cōspecti in frōte s. aciei, aduersa cōmoueant. s. ad pietatē, vos. Turbate gladio vultus verēdos. i. facite ne agnoscatis eos: siue quis ibit ferro infesto in pectora cognata: seu nullum pignus. i. nullū necessarium violabit vulnere: hostis impetat iugulū ignoti. i. vestrū quos dissimulabit se nosse, tanq̄ nefas. i. nefandus esset ignotus. Sternite iam vallum. s. vestrū: ne spē in eo habeatis: & implete fossas ruina: vt acies. s. vestra exeat manipulis plenis. i. cōglobatis: & ita nō sparsa sed vnita: ne pcite, & ne parcatis castris: quia vos tēdetis. s. noua castra, in illo vallo. s. Pōpeiano: vnde acies pitura venit. Vix Cæsare cūcta locuto. i. adhuc eo loquēte, quēq; trahit suū mun⁹. i. quisq; facit qd debet, & arma & ceres. i. panis, sūpta sup. sunt, raptim (Aliqui legūt. Sūpta viris celeris capiūt p̄sagia belli) Ipsi capiūt p̄sagia. i. auguria belli: & ruūt castris. s. suis calcatis: & stāt nullo ordine & nulla arte ducis, q; pro quia, permittunt oīa fatis. Si Cę. locasset in Marte. i. conflictu funesto, totidem soceros Magni: & totidem petētes regna vrbis suæ. i. tot Cæsares quot erant milites, non ruerent in plia cursu tam p̄cipiti. s. vt nunc.

Vidit vt hostiles in rectum exire cateruas
Pōpeius: nullasq; moras permittere bello:
Sed superis placuisse diē: stat corde gelato
Attonitus: tantoq; duci sic arma timere
Omen erat: p̄mit inde met⁹: totūq; per agmē
Sublimi p̄uect⁹ equo quem flagitat inquit
Vestra diem virtus finis ciuilibus armis
Quem quæsistis adest: totas effundite vires.
Extremum ferri superest opus: vnaq; gentes
Hora trahit. quisquis patriā charosq; penates
Qui sobolē ac thalamos desertaq; pignora q̄ (rit:
Ense petat. medio posuit de⁹ oīa cāpo.
Cā iubet melior superos sperare secundos.
Ipsi tela regent per viscera Cæsaris: ipsi
Romanas sancire volent hoc sanguine leges.
Si socero dare regna meo mundūq; pararēt:
Præcipitare meam fatis potuere senectam.
Non iratorum populis vrbiq; deorum est
Pōpeium seruare ducē. quę vincere possent
Omnia contulimus: subiere pericula clari
Sponte viri: sacraq; antiquus imagine miles.
Si Curios his fata darent reducesq; Camillos
Temporibus Deciosq; caput fatale vouentes:
Hinc starent: primo gentes oriēte coactæ
Innumereq; vrbes quantas in prælia nunq̄
Exciuere manus: toto simul vtimur orbe.

fisset. de qua re dictū est in sexto. Ciuis qui fugerit esto. Pōpeianis fugientibus, oro inquit Cęsar vt parcatis tanq̄ ciuibus: & nemo ferire velit terga hostis fugientis: verū in pugna dū manus cōserunt, nulli parcendū est. Aduersa frōte. i. hostili parte. Vultus verēdos. i. patrū & cognatorū faciē foedate gladio ne noscantur. Nullū pign⁹. i. nullū affinē nec patrē nec fratrē interimet. Ignoti iugulū tanq̄ scelus. i. imputate mihi mortes etiā viliū & ignotorū tanq̄ interfeceritis cognatos: & scelus propter me feceritis. Fossas implete ruina. s. aggere implete fossas castrorū vt facili⁹ possitis erūpere ex oī parte. Parcite nec castris. euertite inquit castra nostra: q̄m deinde victores tētoria ponemus in castris Pōpeianis. Ceresq; viris. i. curant cibo corpora more militari. Calcatisq; ruunt castris. i. euersis p̄prijs castris eruperūt. Si totidem magni soceros. i. si Cæsar in acie locasset tot Cæsares ad quos victorię spectaret emolumentum, nō tanta celeritate & impetu ruissent in pugnam.

¶ Vt, postq̄. In rectū, ex opposito, e regione cōtra se. Gelato, formidoloso. Omē, malum auguriū. Premit metus, dissimulat metuere. Per agmen, per exercitū. Quē flagitat. Varia adhortatiōe milites excitat: & ob iustā causā de dijs bene sperandū censet. Inde facilem victoriā fore ostēdit: a maiore copiarum numero & virorū auctoritate. Vtiturq; epilogo per cōmiserationē. Adest finis, si fortiter pugnaueritis. Extremū ferri superest opus. solū præliū restat: nā in rebus reliquis sum⁹ supiores. Trahit, in periculū rapit. Thalamos, vxores. Sobolem, filios. Pignora, cōsanguineos necessarios & charissimos. vt paulo post. Si q̄s post pignora tāta. Medio. cōi & nō nisi pugnādo potiri possumus. Secūdos, p̄pitios fauentes. Melior, iusta. Regēt, dirigēt tela vt Paridis in Achillē. Sācire, firmare leges. Hoc san. morte Cæ. Si socero. cōfirmat quod dixit argutissima cōiectura ex qua conficit syllogismum. Fatis, ex ordine fatali & naturali morte: quia sum senex. Non iratorū: sed benignorū & fauentiū. Pompeiū. emphatice dixit. nā est solitus extinguere bella ciuilia & duces eorū: vt Perpenā, Carbonē, Sertoriū. Quē vincere possent. a sua diligentia & sociorū auctoritate argumentatur. Cōtulim⁹, in vnū adduxim⁹. Clari vi. vt reges, tetrarchæ, Dynastę. i. potētes. Sacra imagine, venerabili exēplo & apparētia. Reduces, in vitā reuocatos. Vouentes caput fatale. qui p̄rep. se deuouerant. Hinc starēt, hinc fauerēt nobis. Coactæ, coadunatæ. Exciuere tātas man⁹. emisere ad p̄liandum quot alias nunq̄. Quicquid hoim. quotcūq; hoies continemur inter meridiē & extremū septētrionē, hic hoc est in hac tēperata zona pugnam⁹. Sumus sub notō & Boreā. sub meridiē & septētrionē. Cōprensum limite, qd cōprenditur & terminatur extrema pte zodiaci, hoc est tropico cācri & circulo arctico. Circulū em̄ signiferū zodiacū dicim⁹. Nōne. facile se obruere & circūuenire Cæsarem ostēdit. Cornibus, aciebus extremis. Paucas victoria dextras exigit. sat sunt ad victoriā pauci fortissime dimicātes. sic supra. Ciuilia paucę bel-

SVLPI.

Pignus.

Dynastę.

Quicquid signiferi comprensum limite cycli
Sub notō & boreā hoīm sum⁹ arma mouem⁹.
Nonne superfusis collectū cornibus hostem
In medium dabimus? paucas victoria dextras
Exigit: at plures tantum clamore cateruæ
Bella gerent. Cęsar nostris non sufficit armis.
Credite pendentes e summis mœnibus vrbis
Crinibus effusis hortari in pręlia matres.
Credite grandæuum vetitumq; ætate senatū
Arma sequi: sacros pedibus psternere canos:
Atq; ipsā domini metuētē occurrere Romā.

la manus facient. Nō sufficit. non pōt ois nostros exercere ad suos conficiēdum. Credite. a pietate & miseratione mouere animos mita req; studet. E summis mœnib⁹, e tectis, e fenestris. Senatū grandæuū, senatores senes. Vetitūq; ætate, qui militare non potest. Occurrere, occurrendo precari. Metuentem dñi. q̄ metuit libertatē amittere & Cęsari subiugari.

BERO. ¶Pompeius nullasq; moras pmittere bello. Pōpeius cū videret a dijs & fatis hanc diē pugnę electā: nec diutius posse differri: pauebat. Corde gelato, facto frigido ex nimio metu. Ouidi⁹. Frigidius glacie pectus amātis erat. Omen erat. erat malum augurīū & omen qđ dam infortunij q; Pompeius valde formidabat conserere manus cum aduersarijs. Omen vt supra docuimus dicitur quasi orimē. i. ore manans vel quasi osmen: vt ait Varro. ore eñ monstraī. Premit inde metus. i. Pōpeius dissimulato metu milites allocutus est animo pleno fiducię. Ita Vergilius. Spem vultu simulat premit altum corde dolorem. Extremum belli superest opus. i. extrema pugna: quę finē imponet bello ciuili. Quisquis patriā charosq; parentes. quicūq; inquit desyderat viserepatriā, parentes, cōiugem, filios, ille sibi ea petat gladio cuius pręsidio victoriam consequatur. Ac thalamos. i. cōiugium. Thalam⁹ eñ cubiculū est sponsi & sponsę. & thalamus est proprie Gręcorū. vt scribit Vetruuius Architect⁹. Causa iubet melior. cū causa nostra inquit Pompeius, iustior sit & melior merito debemus sperare deos propitios vtpote causæ iustę fauētes. Ipsi. s. dij. Sācire. i. firmare & roborare. vnde leges sanctę dicuntur a sanciēdo vel a sagminib⁹ quę sunt verbenę vt scribit Iurisconsultus. Hoc sanguine. s. Cæsaris.

Sanctæ leges.

Si socero dare regna meo. Si dij pararent dare imperiū Cæsari poterant me prius leto dare. Non iratorū populis. non est officiū deorum. vtpote iustorum seruare me iratis victoribus inquit Pōpeius. Subiere pericula clari spōte viri. Viri clarissimi sua spōte ptes meas secuti sunt: & si viuerent Decij, & Camilli, & Curij starent hinc. i. ex parte mea. Primo gentes oriente coactę. in tertio enumeratę sūt gētes quæ Pōpeium secutę sunt. & vt scribit Plutarchus in hac acie Pharsalica Pōpeius habuit peditū quadragintaquinq; milia: equitū vero septē milia: cū exercit⁹ Cęsaris ex duobus & viginti milib⁹ cōstaret. Toto sū⁹ vtimur orbe. quia . s. ex toto terrarū orbe sūt natiōes in ptib⁹ meis militātes inquit Pōpeius. Quicquid signiferi cōpressū ē limite cœli. i. in castris meis est quicquid hoīm cōprehendit signiferi spatio: nā vt scribit Plyni⁹ in terris nihil aliud habitatur q̄ qđ signifero subiacet reliq̄ a polis squalent. Nōne supfusis collectū cornib⁹ hostē. Si extēdim⁹ inquit Pōpeius cornua nrę aciei medios includem⁹ hostes & a tergo & a lateribus Paucas victoria dextras exigit: pauci erūt a nostris q pugnādo victoriā cōsequēt cū reliquis defuturi sint aduersarij cōtra quos dimicēt: verū clamore hostes vertēt in fugā. Cęsar nostris nō sufficit armis. i. exercit⁹ Cæsaris q minimus est nō sufficit nobis q sumus innumerabiles. Credite pendentes. credite inquit

¶Vidit vt hostiles. Narrat quid Pōpeius fecerit & dixerit ad suos viso iam hoste: vnde luculentā ei⁹ prosequitur cōcionē: quā cū ordine paucis explanabo. Ordo autem est. Vt. i. postq̄, Pōpeius vidit cateruas hostiles. i. acies & copias cateruatim instructas, exire. s. e statione sua, in rectū. i. directe contra se & suos: & nullas. i. nō vllas, nō permittere bello vllas moras: sed diem. s. illum, placuisse superis. s. vt in eo prælīū fieret, ipse stat attonitus corde gelato. i. formidine cōpresso: & omen. i. augurīū mali exitus, erat tanto duci, quātus erat Pōpeius, timere sic . i. intantū, arma. i. digladiationē per arma. Inde. i. deinde vbi animū recepit, ipse pmit. i. occultat & dissimulat, metus. i. formidinem: & prouectus per totum agmen, equo sublimi. i. ipse sublimis in æquo alto, inquit. s. ad milites suos, finis adest armis. i. bellis ciuilibus, quē vestra virtus flagitat. i. cū flagitatione petit: & quē quęsistis: effundite. s. in hostem, totas vires. Extremū opus. i. vltimus labor ferri. i. prælij aut armorū tractandorū, superest. i. restat nobis: & vna hora, quia vt dicit Horati⁹ Concurritur horę Momento: aut cita mors venit: aut victoria lęta, trahit. i. suspensas tenet, aut in periculum impellit gentes. Quisquis. i. quicunq; quærit. s. videre & possidere, patriā & penates. i. deos domesticos, charos videlicet sibi: & qui quęrit sobolē. i. prolē, ac thalamos. i. cōiugē qua in thalamo potiatur: & pignora. i. necessarios, deserta. i. derelicta in patria: petat sup. ea oia, ense. i. armis suis. Deus posuit. s. hodie omnia cāpo medio. i. cōmuni. i. in disceptationē cōmunē, vt qui fortior fuerit ea obtineat. Causa. s. nostra, melior. i. iustior q̄ Cæsaris causa, iubet. i. vult, sup. nos, sperare supos. i. deos cœlestes, secūdos . i. fauorabiles & commodos nobis. Ipsi. s. superi. regent. i. dirigent tela per viscera Cæsaris: sicut Apollo direxit tela per talum Achillis. vnde est illud Maronis æneī. vj. Phœbe graues Troiæ semper miserate labores: Dardana qui Paridis direxti tela manusq; Corpus in æacidæ. Ipsi. s. superi, volent sancire . i. stabilire & firmare ac sāctas ac ratas haberi, leges Romanas hoc sanguine. s. Cæsaris. Vnde videtur innuere qđ alij manifeste pręedicant sancire a sanguine dictum. Si superi pararēt dare socero meo. s. Cæsari regna & mundum. i. regna mundi totius ipsi potuere præcipitare. i. præcipitanter delere fatis. i. morte, meam senectam. i. me senem obstantē votis Cæsaris. Seruare Pompeium ducē populis & vrbi. s. Romæ, non est deorum iratorum, non est officium aut indiciū deorum iratorum. Nos contulimus. i. in vnū adduximus oīa quæ possent vincere. Viri clari vt reges & tetrarchę, subiere sponte. s. sua, pericula. s. belli, & miles antiquus sacra imagine. i. venerabili exēplo & imitatione maiorū, repete subiuit pericula. Si fata darent his temporibus. s. nostris, Curios & Camillos. i. fortissimos & fortunatissimos principes Romanę militię, reduces. i. reuertentes aut reductos in vitam, & Decios. s. patrē & filiū vouentes. s. inferis,

caput.s.suum,fatale.i.morti addictum, ipsi sup. starent hinc .i.a parte nostra,hoc est pro nobis. Gentes coactæ.i.coadunatæ,primo.i.ab summo oriente,& manus.i.copiæ sup. tantę quātas innumerę vrbes nunq̄ exciuere,sup.stāt a nobis,quia nos vtimur toto orbe.Nos quicquid hominū sumus cōprensum limite cycli signiferi.i.intra ambitum & complexum zodiaci: sub noton.i.haustrum ventum meridionalem, & borean vētum septentrionalem,mouemus arma.s. in solum Cæsarem. Nonne dabimus hostem in medium.s.nostri,collectum.i. vndiq; comprensum,cornibus.i.aciebus extremis, circumfusis scilicet circa hostem?q.d.maxime. Victoria.s.de Cęsare exigit

Pōpeius,matres vestras & matronas Romanas & senatores qui senio cōfecti nō potuerūt in castra venire vos hortari & cōcitare in p̄lia: vt.s.forti animo dimicetis. Vrbis, Romę. Sacros pedibus prosternere canos.i. procūbere supplices ad pedes vestros. Cani enim capilli dicūtur albentes: vt supra. Atq; ipsam domini metuentē occurrere Romā. Credite inquit Pōpeius Romā vobis occurrere: qui metuit habere dominū, solita libertate lętari.

paucas dextras:at plures caterue gerent bella tantum.i.dūtaxat clamore.i.nihil aliud facientes:& ita ne ipsi in multitudine sua confidant aut ꝓpter multitudinē hostium diffidant hoc dicit,addens: Cęsar.i. totus exercitus Cæsaris nō sufficit armis nostris.(Pręterea vt sitis fortes, & memores quos domi reliquistis)Credite matres.i. matronas,pēdentes e summis mœnib⁹ vrbis,hortari.s.vos in p̄lia,crinib⁹ effusis.i.passis vt in summo luctu solebāt. Credite senatū grādęuū.i.grandis ęui seu lōgęuū & annosum, vetitū.i.ꝓhibitū a bello, ętate.i. ꝓpter senium,sequi arma.s.nostra per affectionē. Credite Romā metuentē ꝓsternere.i.conculcare pedibus sacros canos.i.canescētes capillos,atq; metuentem domini.i.tyrāni,occurrere.s.aio in auxilium nostrum.

Credite qui nūc est populus populūq; futurū
Permistas afferre preces.hęc libera nasci
Hęc vult turba mori.si quis post pignora tāta
Pompeio locus est:cū prole & cōiuge supplex
Imperii salua si maiestate liceret:
Voluerer ante pedes.Magn⁹ nisi vicitis exul
Ludibrium soceri:vester pudor.vltima fata
Deprecor:ac turpes extremi cardinis annos:
Ne discam seruire senex.Tam mœsta locuti
Voce ducis flagrāt animi:Romanaq; virtus
Erigitur:placuitq; mori:si vera timeret.
Ergo vtrinq; pari concurrunt agmina motu
Irarum:metus hos:regni spes excitat illos.
Hæc facient dextrę quicquid non expleat ętas
Vlla:nec humanū reparet gen⁹ oībus annis:
Vt vacet a ferro.gentes mars iste futuras
Obruet:& populos æui venientis in orbem
Erepto natale feret.tunc omne latinum
Fabula nomē erit:Gabios:Veiosq;:Coramq;
Puluere vix tectæ poterunt monstrare ruinæ:
Albanosq; lares Laurentinosq; penates:
Rus vacuum:qđ nō habitet nisi nocte coacta
Inuitus questusq; Numam iussisse senator.
Non ętas hæc carpsit edax monumētaq; rerū
Putria destituit:crimen ciuile videmus
Tot vacuas vrbes.gñis quo turba redacta est
Humani?toto populi qui nascitur orbe

¶ Populum futurū. Minores qui sunt futuri serui si fortiter non pugnaueritis. Hæc turba, minores. Hæc, pręsens populus. Si quis. cōmiseratio qua expōit euētura sibi incōmoda ꝓter dignitatē. Tāta pignora, tā magnas & vrgētes causas & tot vobis charissima. Voluerer ante pedes, prosternerē me & in genua ad misericordiā excitādā erigerē. Ludibriū, irrisio. Pudor, infamia vestra ex ignauia. Deprecor fata. auerto repello infelicitatem. Turpes annos extremi cardinis. infamem vitam vltimę ætatis meę. extremus eñ vitę cardo est senectus in qua vltima ætas seuertit. Flagrant, excitanť ardent. Voce, oratione. Virt⁹ erigiť. magnanimi euadunt. Si, q̄uis. Placuit mori. constituit velle mori ꝑ dignitate patriæ Pōpeijq; defendēda. Si, quia. Cōcurrūt, cōcurrere incipiunt. Vtrinq;, a Cæsaris & Pōpeij castris. Pari, cōcitato. Hos, Pompeianos. Irarū. Cęsaris quē metuebant. Illos, Cęsarianos. Hę facient. conq̄stio & deploratio futurę calamitatis. Faciēt. extinguēt tantū hoīm quantū ętas futura nō poterit reparare, etiā si in pace ꝑpetua vixerit. Nō expleat, cōpleat & reparet. Vt, q̄uis. Vacet a ferro, viuat in pace. Iste Mars, istud p̄liū Futuras. ceciderūt eñ ex qb⁹ erant innumeri alij orituri. Aeui venietis, futurę ętatis. Erepto natale, subtracta natiuitate. Feret, auferet. Nomē latinū, numerosi milites populorū latinorū. Fabula, quia nō credeť latiū adeo populosum fuisse. Gabios. Gabij in Pręnestina via siti vbi lathomię sūt plusq̄ reliquę lapides Romæ suppeditantes. distant Roma & Pręneste ex ęquo stadia centū. Veios. Veij oppidum in Hetruria ad vicesimū ab vrbe lapidē, vicinūq; Fidenatib⁹. Corāq;. oppidū in Latio qđ a Cora fratre Tyburti cōditū est ad sinistrā vię Appię non longe a velitris. Albanos lares: Albā ipsam quæ deleta est. Laurentinos. Laurentū oppidū in Latio Latini regia. Rus vacuū, inhabitatum: & ē appositio. Nocte coacta. quā ipse cogitur ire ad sacra q̄ illic fiunt Ioui Albano in latinis ferijs ex veteri Numę Pōpilij instituto. Iussisse, ꝙ iusserit. Nō carpsit, nō imminuit hęc oppida. Edax, cōsumptrix rerū & q̄ atterit oīa. Monumēta putria, vestigia & reliquias solutas & lapsas. Crimen ciuile, culpā belli ciuilis. Quo. in q̄ miseram sortem recidimus: vt nec vrbes replere nec agros colere va

SVLPI.

Gabij.

Veij.

Cora.

Laurētū.

Nec muros implere viris nec possum⁹ agros.
Vrbs nos vna capit: vincto fossore coluntur
Hesperiæ segetes: stat tectis putris auitis
In nullos ruitura domus: nullocp frequentem
Ciue suo Romam: sed mundi fęce repletam
Cladis eo dedimus ne tanto in tẽpore bellum
Iam posset ciuile geri. Pharsalia tanti
Causa mali: cedant feralia nomina Cannæ:
Et damnata diu Romanis Allia fastis.

leam⁹. Vna vrbs, sola Roma. Iũcto fossore. vicino & nõ longe ab vrbibus discedẽte agricola: sed colente in proximo. Placet etiã legatur vincto quoniã pauci & catenati ergastuli satis sunt ad colendũ agros quibus alatur populi. Putris, corrupta, iamiã lapsura. Tectis auitis, ędificijs auorum. Ruitura in nullos. quia vacua. Mundi fęce. oim colluuie gentiũ. qđ queritur & Iuuenalis. Nõ possum ferre quirites Græcã vrbem quis quota portio fęcis Achęæ Iam pridem Syrus in Tybrim defluxit orontes. Eo cladis dedimus. tanta clade affecimus vt bella ciuilia iam geri nõ possint. Pharsalia, cęde Pharsalica. Cannæ, vicus in Apulia apud quem cæsa sunt ab Annibale quadragita milia Romanorum. Feralia noia, nomen funestũ, & clade insignitũ. Cedãt: quia plures in Pharsalia ceciderunt. Allia, fluuius qui in Crustuminijs vt ait Liuius mõtib⁹ orit. distat ab vrbe Ro. ad. xj. lapide via salaria: apud quẽ Ro. a Gallis duce Brenno sunt fusi: & mox capta Roma. Fastis, libris quibus anni descriptio continetur & Alliensis, Cãnensisq dies. Dies religiosos & Alliensem cõstituere tri. mil. consulari potestate: vt habet Liuius libro sexto. Tum de rebus religiosis agitari cœptũ: diem q ad. xv. calendas sextiles duplici clade insignẽ quo die ad Cremeram Fabij cęsi: quo deinde ad Alliam cũ exitio vrbis fœde pugnatum, a posteriori clade Alliẽsem appellarunt insignemq rei nullius publicæ priuatimq agendę fecerunt.

Cannę. Allia. Fasti. Dies religiosi.

¶ Credite q nunc est. Credite etiã populũ Romanũ qui nunc est & illũ qui futur⁹ est vos rogare vt forti animo ꝓliũ ineatis. Hęc libera nasci. Turba futura ideo rogat quia vult nasci libera non autẽ in seruitute tyrannica. Hęc vult turba mori. Populus qui nunc est, ideo affert ꝓces quia vult mori in libertate. Cũ ꝑle & cõiuge supplex. ego inquit Põpeius cum vxore & filijs ꝓcũberẽ ante pedes vestros si liceret salua imperij maiestate: qđ ego gero. Nisi vinctis exul. ego inquit ero exul, nisi vos fueritis victores. & Pudor vester. q. s. ignauia vestra fuerim debellatus. Vltima fata depcor. i. abominor & depello. Ouidi⁹. Depcor hoc vnũ q vero noie pœna Nõ honor est. de ꝓpria huius verbi significatione eruditissime scripsit Gellius. Flagrãt animi. i. incẽduntur ad pugnam Irarũ metus. hos. s. Põpeianos excitat metus irarum Cæsaris: quas victi erant subituri. Regni spes excitat illos. s. Cæsarianos. Hę faciẽt dextrę. i. tot iterficiẽt & tãtã edẽt stragẽ isti milites vt nulla ętas detrimentũ possit resarcire. Gẽtes mars iste futuras obruet. istud prelium Pharsalicũ obruet gẽtes futuras quia ab istis qui interficient nulla ꝓles poterit renasci: & sic gẽtes futurę ꝑiter extiguẽt. Feret. i. auferet vt nasci nõ possint. Tũc oẽ latinũ fabula nomen erit. i. in Latio nullę erũt vrbes, oĩa ruinis tecta ita vt nomẽ latinũ sit futurũ fabula. Gabios, Veiosq, Corãq. ciuitates Latij sũt. Corã cõdidit Dardan⁹. auctor Solin⁹. Albanosq lares. Vix ruinę poterũt mõstrare lares Albanos & Laurentum oppidum Latij, cui⁹ rex fuit Latinus. Non ætas carpsit edax. Tempus enim vt inquit Ouidius, est edax rerum: verum ait

BERO.

¶ Credite qui nũc. Verba sunt adhuc Põpeij dicentis ad suos. Credite eũ populũ qui nũc est populus, & populũ futurum. i. minores nostros afferre. s. vobis, ꝓces ꝑmixtas: quia tam futurorum q ꝓsentium libertas in manib⁹ vestris est. Hęc turba. s. populi futuri vult nasci libera: hęc. s. pręsens, vult mori libera. Si quis locus est Põpeio. i. precibus Pompeij, post tãta pignora . i. post tã necessariorum ꝓces & tã vrgẽtes causas, hoc est si opus est vt ego quoq vos precarer, ego voluerer. i. prosternerẽ me ante pedes. s. vestros, existẽs supplex cũ ꝓle & cõiuge, si liceret sup. id facere, salua maiestate imperij. Ego Magn⁹ futur⁹ sup. nisi vincitis, exul & ludibrium. i. illusio soceri. s. Cæsaris, & pudor vester. i. qui vobis ero pudori q sub me militastis, deprecor. i. precor ne mihi aduenient, vltima fata. i. extrema mala: ac deprecor ne ego senex discam seruire. quia cũ nunq seruierit: adhuc seruire nesciuit: turpes annos, quia extremi cardinis . s. vitę, hoc est senectutis. vñ Maro. Nec turpi ignosce senectę. cuius dicti contrarius potest esse sensus, sed Iuuenalis late ꝓsequitur senũ deformitatem, dans illis deformem pro cute pellẽ &c. Animi. s. militum Pompeianorum, flagrant. i. inflammant, voce ducis. s. Pompeij, locuti tam mœsta: & virtus Romana . i. quæ in Romanis plurima esse solet, erigitur. i. excitatur: & placuit. s. militibus, mori pro duce, si sup. dux, timeret vera. i. si verũ putarent qđ dux timebat: videlicet ne in senectute seruire cogatur. Ergo quia a ducibus suis vtrinq incensi sunt milites, agmina concurrunt. i. concurrere incipiunt, vtrinq. i. ab vtraq parte, motu. i. impetu, pari. i. consimiliter cõcitato. Metus irarum. s. Cæsaris cuius iram cum ipsum milites offenderint extimebant, excitat hos. s. Pompeianos: spes regni excitat illos. s. Cęsarianos. Hę dextrę. i. he copiæ sic inflammatę, facient. i. cõficient, quicquid vlla ætas non expleat. i. non manifeste repleat: & non reparet. i. quod non possit vlla ætas futura instaurare: nec genus humanum reparet. i. reparare possit: vt . i. q̃uis, aut licet detur vt vacet a ferro. i. abstineat bello. Iste mars. i. conflictus, obruet gentes futuras: quia eorum qui futuri fuissent non qui futuri sunt parentes delebit, & feret. i. auferet populos æui. i. sæculi venietis in orbem. i. mundum, hoc est populum qui futurus fuisset, non tamen erit: quia natale ꝑ natali die erepto. i. per necem eorum qui parentes fuissent prępedito ne sit illis. Tunc. s. æuo futuro, omne nomen latinum erit fabula. i. quod de eo dicetur putabitur fabulosum & inane & ruinæ tectæ puluere. i. reliquię vrbium dirutarum, vix poterunt monstrare Gabios, Veios, & Coram, vrbes nũc potẽtes in Latio: & vix poterit mõstrare, lares Albanos. i. Albę lõge, & penates. i. ędes & ædiũ deos, Laurẽtinos. i. Laurenti oppidi in Latio: Albanos inquã lares appositorie rus vacuũ. i. desertũ, qđ non habitet senator nisi inuit⁹ nocte coacta. i. q cogit Ioui latio celebrare latinas. & qstus. i. cõquerens Numã iussisse. i. q iusserit festũ illud quotãnis celebrare. ętas. i. tps qui, edax. i. cõsumptrix rerum, nõ carpsit. i. nõ paulati absũpsit hęc, & non destituit monumẽta rerum putria. i. putrefacta, q a nos videm⁹ tot vrbes vacuas, esse crimẽ ciuile. i. ciuili bello aiaduertẽdas & iputã

das. Quo.i.ad quam exiguitatem eſt turba generis humani re dacta: nos populi q naſcimur toto orbe nõ poſſumus implere muros.i. vrbes, nec agros viris. Vna vrbs.i. ſola Roma capit nos. Segetes heſperię.i. Italię naſcunt̃ colono iuncto.i. vicino vrbibus: quia in locis diſtantioribus ſqualẽt abductis arua co lonis. Alij tñ legunt quos ſequar, vincto: vt ſit quaſi ad glebã addicto. Domus putris tectis auitis.i. habẽs tecta ab auis ſtru cta putrefacta, ſtat ruitura.ſ. propediẽ, in nullos: qa deſunt vi cini: & nos dedimus, hoc eſt maiores noſtri dederũt Romani, nullo ciue ſuo.i. in ſenato, frequentẽ, ſed repletã fęce mundi.i. colluuie exterarũ gentiũ, eo cladis.i. ad eam cladẽ & calamita tem, ne bellũ ciuile poſſet iã geri in tanto tempore.i. poſt tantũ tẽporis: quia deſunt ciues. Pharſalia.i. prelium Pharſalicũ, eſt cauſa tãti mali. Cannæ vicus ille ſacer & damnatus in Apulia, appoſitorie, nomina feralia.i. quarum nomẽ abominant̃ Ro mani vt ferã.i. mortẽ, & Allia, aq̃ apud quã Romani a Gallis deleti ſunt, damnata diu.ſ. a tempore quo Roma capta eſt, fa ſtis.i. libris faſtorum Romanis.i. in quibus Romani dies fa ſtos & nefaſtos ſcripſerunt, cedant.ſ. Pharſaliæ, quę dãnatior eſſe debet. Sane notãdũ q̧ Allia damnata dicit, in fœminino genere, ad aquam reſpiciens: ſicut Ouidius dixit, & tãto eſt Al bula pota deo.

Lucanus non ętatem & vetuſtatẽ cõſumptu ram eẽ vrbes latias: ſed pugnã Pharſalicam fore in cauſa. Generis quo turba redacta eſt humani. per interrogationẽ legẽdum eſt: cõ queritur eñ humanũ gen⁹ redactũ eẽ in ſum mas anguſtias: ita vt oẽs populi vrbe Ro ma ꝯtineri poſſint. Vrbs nos vna capit.i. oẽs nos mortales. Vincto foſſore colunt̃. agri co lebant̃ ſeruoꝶ opa, q vincti & ligati in erga ſtulis detinebant̃: vt in ſecũdo mõſtratũ eſt. Heſperię ſegetes.i. agri Itali. In nullos rui tura dom⁹. quia nulli ſunt habitatores. Sed mundi fæce repletam. ita Iuuenalis. Nõ poſ ſum ferre Quirites Græcã vrbẽ: q̃uis quota portio fæcis achęę. Cladis eo dedimus. ad id ꝑ clades deuenim⁹: vt nõ amplius poſſit geri ciuile bellũ: quia nulli ſunt in vrbe ciues: ſed tantũmodo externi. Cedant feralia nomi na cannæ. Cannæ ſunt in Apulia Romana Cannæ. clade nobiles: vt ait Plini⁹: vbi Annibal qn quaginta Romanorum milia leto dedit. Au thores Liuius, & Plutarchus. Et damnata diu Romanis Allia faſtis. Allia fluuius eſt prope Romam: vt ſcribit Liuius: iuxta quem Galli Romanos fugarũt: vrbemq̧ deinde excepto Capitolio ceperunt: vnde illum diem Allienſem nominauere Romani, & inter atros, & nefaſtos retulerunt: vt Liuius, Cicero, Gellius, & Plutarchus memorãt. Allia ergo cedat cladi Pharſaliæ, quæ Allia diu damnata eſt Roma Allia. nis faſtis in quibus libris dies Alliẽſis erat inter atros notatus.

Tempora ſignauit leuiorum Roma malorũ:
Hunc voluit neſcire diem. Pro triſtia fata:
Aera peſtiferum tractu: morboſq̧ fluentes:
Inſanamq̧ famem: permiſſaſq̧ ignibus vrbes:
Mœniaq̧ in pręceps laturos plena tremores
Hi poſſent explere viri: quos vndiq̧ traxit
In miſeram fortuna necem: dum munera lõgi
Explicat eripiens ęui: populoſq̧ duceſq̧
Cõſtituit campis: per quos tibi Roma ruenti
Oſtendat q̃ magna cadas. quo latius orbem
Poſſedit: citius per proſpera fata cucurrit.
Omne tibi bellũ gẽtes dedit omnibus annis.
Te geminum Titan procedere vidit in axem.
Haud multum terrę ſpatium reſtabat eoæ:
Vt tibi nox: tibi tota dies: tibi curreret ęther:
Omniaq̧ errantes ſtellæ Romana viderent.
Sed retro tua fata tulit par omnibus annis
Emathię funeſta dies. hac luce retenta
Effectum: vt latios non horreat India faſces.
Nec vetitos errare Dacas in mœnia ducat:
Sarmaticũq̧ premat ſuccinctus cõſul aratrũ.
Q̃ ſemper ſęuas debet tibi Parthia pœnas.

¶ Signauit, annotauit in faſtis. Voluit neſci SVLPI. re. non ſignauit vt a minoribus ignoraretur. Pro triſtia fata. deplorat poeta tot viros illic cecidiſſe, quot ſatis fuiſſent ad reparandam calamitatem quã affert peſtilentia, fames, in cendium, & terræmotus. Explere, reparare. Tractu, regione, vel attractione tetri odoris. Tremores laturos in pręceps. terræmotus di ruturos vrbes plenas hominibus. Vndiq̧, ex omni parte mundi. Eripiẽs munera ęui. ſub trahens eos qui intra multos ãnos nati ſunt. Explicat, in pugna extendit. Q̃ magna ca das. ex populis enim & regibus cęſis Roma na potẽtia indicatur. Quo latius orbem. for tuna Romana quo maior fuit eo breuior. Omne tibi bellum. Sẽſus eſt: ex omnib⁹ bel lis quę geſſiſti ſemper eſt auctum imperium tuum: qđ nunc euertit Pharſalia. Dedit, acq ſiuit. Omnibus annis. ex quo primum cõdi ta es. In geminum axem, in ſeptentrionem, & meridiem. Haud multum terræ eoę. hoc ꝑ pter Parthos dicit quos Romani bello non domuerãt. Nox, occidẽs. Tota dies, oriẽs to tus, & quicquid eſt ad occidentem vſq̧. Tibi curreret, circa tua verteretur. Errantes ſtellæ. Quinq̧ planetæ dicuntur errantes propter Planetæ. vagos quos habẽt curſus: vt Saturnus, Iup piter, Mars, Mercurius, Venus. Dies Ema thiæ, huius prælij dies. Par omnibus annis. Qui tantũ damnũ attulit, q̃tũ vtilitatis oẽs anni ſupiores. Tulit retro fata, minuit impe riũ & felicitatem. Faſces latinos: Romanos conſules & imperium. Nec conſul ducat in mœnia Dacas.i. vt conſules non conſtituãt vrbes Dacis & Scythis: & eos legibus tradi tis errare prohibeant. Dacæ, populi qui ad Dacæ. Germaniam, & fontes Iſtri vergũt. olim Da Daui. ui appellabant̃: authore Strabõe. In mœnia, in vrbes. Succinctus, veſte collecta expedi tus ad vrbem Sarmatis ſcythicis populis deſignandã. Premat aratrũ. aret vacca & tau

ro iunctis. Qꝫ ſemper ſæuas. ꝙ non vltæ es parthos qui Craſſo & Antonio ſigna eripuerunt, & Craſſos cum vndecim legionibus ceciderunt. Qꝫ fugiens. & ꝙ libertas ad remotiſſimas gētes ꝓfecta nunq̄ Romā ſit reuerſura. Tygrim, Armeniæ flu. Rhenum, Germaniæ. Iugulo, morte noſtra: nā detectas cō

Iugulus.

iurationes tyrāni vlciſcunt̄, & extinguūt. Iugulus aūt eſt os duplex in colli pectoriſqꝫ iūctura. Germanū bonū, quo Germani & Scythiæ fruunt̄. Vellē populis. Vtinā Roma non claruiſſet: & ex quo fuit condita ad hūc vſqꝫ diē ſeruiſſet. Noſtris. Italis, & Hiſpanis. Luco infami. Aſylo qđ in Palatini mōtis valle

Aſylum.

dānatis infamibuſqꝫ confugium tutū apuit. Læuo volatu vulturis. Siniſtro augurio vulturum. Nam orta inter Romulum & Remū fratres de nomine vrbi imponēdo diſſenſione Remus Palatinum ad auſpicandum aſcēdit, ille Auentinum: hic ſex vultures prior: ille poſtea. xij. vidit. Ruinas, cladem.

BERO.

¶ Hunc voluit neſcire diem. Noluit Roma ſignare diem cladis Pharſalicæ, & appellare Pharſalicū: queādmodū diem dixerat Alliēſem. Quot triſtia fata. Illi qui perierūt in acie Pharſalica tot fuerūt, vt poſſent explere oēs clades & ſarcire detrimenta peſtilētiæ, famis, incēſarum vrbium, aut motu terræ collapſarum. Aera peſtiferū tractu. i. peſtilentiā. Tremores. i. motus terræ. Per quos tibi Roma ruenti Oſtēdat q̄ magna cadas. voluit fortuna reges, tetrarchas, & populos innumerabiles hac clade Pharſalica deleri cū Romanis: vt magnitudo Romæ ruētis cognoſceretur per eos qui cauſa Romanorū perierūt. Om̄e tibi bellum gentes dedit. in omnib⁹ bellis noue ſemper gentes acceſſere Romano impio. Te geminū Titā ꝓcedere vidit in axē, i. o Roma ſol vidit tuū imperiū ꝓtēdere fines, & terminos ad ſeptētrionē, & meridiē, ad ortū, & occaſum. Excepta parte eoæ terræ. i. Indis & Parthis exceptis, q Romano impio nō parebant. Vt tibi nox. i. oēs gentes ſub ditiōe tua o Roma eēnt quibus nox & dies currit. Sed retro tua fata tulit. i. illa dies qua in Pharſalia pugnatō eſt conuertit oēm Romanā felicitatem in luctum, & miſeriam: & qđ omnib⁹ annis fuerat partū illa dies euertit: vnde merito funeſta dicitur. Vt latios nō horreat India faſces. hac die adeo Romanorum vires attritę ſunt, vt Indi nō timeāt conſulare imperium, nec Daci poſſint a conſule Romano cogi intra vrbes. de Dacis, & Sarmatis Scytharꝫ populis ſupra dictum eſt. Succinctus. i. expeditus. Qꝫ ſemper ſæuas. i. effectum eſt hac die ſanguinolenta ꝙ parthi Romanis debēt pœnas ſæuas: quia ſemper parthi eos afficiunt magnis cladibus. ꝓpter quas debere dicuntur ſupplicia, quæ nunq̄ perſoluunt. Qꝫ fugiens ciuile nefas. repete effectum eſt illa die ꝙ libertas fugit vltra tygrim ad Parthos & vltra Rhenū ad Germanos: quoniam Roma tunc amiſit libertatē Cæſare inuadēte tyrannidē. Nobis. ſ. Romanis. Germanū ſcythicūqꝫ bonū. Libertatē appellat Germanū bonū & ſcythicū: qa illę gētes ſunt liberę: vt ait Seneca. Vellē populis incognita noſtris.

Qꝫ fugiens ciuile nefas redituraqꝫ nunq̄
Libertas vltra Tygrim Rhenumqꝫ receſſit:
Ac toties nobis iugulo quæſita negatur
Germanū ſcythicūqꝫ bonū: nec reſpicit vltra
Auſoniam. Vellem populis incognita noſtris
Vulturis vt primum læuo fundata volatu
Romulus infami compleuit mœnia luco:
Vſqꝫ ad Theſſalicas ſeruiſſes Roma ruinas.

¶ Tempora ſignauit &c. Proſequit̄ poeta q̄relā ſuā de Pharſalici belli dāno per qđ cū imperio libertatē amiſit Roma: ꝓgreſſurus p impatientiā eo amētiæ: vt deos neget mortalia curare. Ordo eſt. Roma ſignauit. ſ. faſtis ſuis. i. infauſta, & mali ominis notauit, tempora leuiorū. i. minorū malorum: vt pote Cānēſis, & Allięſis pugnę: ſed ſup. voluit. ſ. poſteros, neſcire hūc diē. ſ. belli Pharſalici: qa tā dirus erat: vt ipſum e memoria penitus ſublatū velit: qđ non fieret, ſi in faſtis notat⁹ fuiſſet. Pro fata triſtia. i. multū nociua in vno ꝓlio: quia hi viri quos fortuna traxit in miſeram necē, poſſent explere. i. inſtaurare & reſarcire, aera peſtiferū tractu. ſ. cœli, & morbos fluētes. i. quicquid per corruptionē aëris, aut morbos deletum fuerit, & famē inſanā. i. maximā, aut redigētē homines in inſaniā, & vrbes ꝓmiſſas ignibus. i. deletas incendio, & tremores. ſ. terræ. i. terræmotus, laturos. i. tales q poſſent ferre, aut ſit tēpus ꝓ tēpore laturos pro eo qui tulerint, plena mœnia. i. muros vrbiū, in ꝓceps. i. in abyſſum, & ruinam. Hoc eſt qcqd p famē, incendiū, aut terræmotum perijſſet, potuerūt reparare hi quos fortuna traxit in necem: dū ipſa explicat. i. detegit ſeſe qualis eſſet: nā prius viſa eſt fauorabilis, eripiens. ſ. Romæ, munera longi ęui. i. quicquid per tot ſæcula contulerat vna hora auferens: & cōſtituit campis. i. ad cōflictū inſtruxit, populos & duces: p quos o Roma ipſa oſtendat tibi ruenti. i. cadenti, q̄. i. q̄tū magna cadas: qa nō ſola: ſed cū tot regib⁹ & populis. Quo. i. quāto, fortuna Romana poſſedit latius. i. diffuſius, & extēſi⁹, orbem. ſ. terrarū: ſup. eo. i. tanto citius cucurrit p fata proſpera. i. eo citi⁹ finiuit curſum ꝓſperū. Nullū em̄ vehemēter proſperū hic diu durat. Omne bellū dedit tibi o Roma, oib⁹ annis. ſ. ab origine tua, gētes. ſ. cū qbus pugnaſti. i. oēs cū qb⁹ bellū geſſiſti ſupaſti, & imperio tuo ſubiecīſti: & ideo Titan. i. ſol, vidit te. i. imperiū tuum, ꝓcedere in axem geminum. ſ. arcticum, & antarcticū. i. a ſeptentrione in meridiem. Haud. i. non multum, ſpatiū terræ eoę. i. orientalis, reſtabat tibi. ſ. ſuperādū: quia Parthia & India reſtabat: vt nox. i. occidēs, & dies orta. i. oriens, & æther. i. totum cælum curreret tibi. i. ad vſum tuum: quia omnia tua erant: qꝫ pro &, vt ſtellę errantes. i. planetę, viderent omnia Romana, ſcilicet quæ erant in terris. Sed dies funeſta Emathiæ. i. Theſſaliæ, par. i. ęqualis potentiæ in auferendo, omnibus annis, qualis potentiæ fuerunt omnes anni in augendo imperio tulit fata tua. i. tuam ꝓſperitatem, retro. i. retrorſum in aduerſitatem. Effectum ſup. eſt hac luce. i. die. ſ. Theſſalica, cruenta. i. in qua tantum cruoris Romani effuſum eſt: vt India non horreat faſces, id eſt conſularia inſignia, latios. i. Romanorum. Nec, id eſt & vt non, & effectum eſt vt conſul, ſcilicet Romanus, non ducat in mœnia, id eſt in vrbes a ſe nomine imperij Romani conſtructas, Dacas populos vagos, vetitos errare, ſcilicet amplius: quia iuſſos habitare nouas vrbes: & ne conſul premat aratrum Sarmaticum, id eſt apud Sarmatas: dum noua mœnia ſignet aratro tracto a vacca & tauro, aut equo: vnde ab Vrbo parte aratri vrbs dicta eſt. Et ꝙ parthia debet tibi ſemper pœnas ſæuas, ſcilicet ob ſigna ablata: quia non po-

tes de ea pœnas ſumere:& ꝙ libertas fugiẽs nefas ciuile,& nũq̃ reditura receſſit vltra Tygrim in Armeniã, & Rhenum in Germaniã,ac ꝙ ipſa libertas quęſita nobis.i.a nobis toties iugulo.ſ.noſtro,negatur nobis exiſtẽs bonũ Germanum & ſcythicum.i.conceſſum Germanis & Scythis, qui nunc liberi viuunt:nec libertas reſpicit vltra.i.amplí⁹ Auſoniam:quia eam fugit:repetc hac luce effectũ eſt. Vellem o Roma ꝙ tu incognita noſtris populis, vt primum Romulus impleuit infami luco .i.aſylo ad quod fures & latrones confluxerunt,mœnia fundata læuo.i.ſiniſtro & infauſto volatu vulturis, ſeruiſſes, ſcilicet tyrannis, vſq; ad ruinas Theſſalicas. vellem inquit Lucanus ꝙ libertas nunq̃ fuiſſet cognita Romanis ex quo Romulus vrbem condidit. Vulturis vt primum lęuo fundata volatu. Romulus & Re⁹ de vrbe Roma condẽda inter ſe diſceptãtes vter auſpicarcť prior & regeret, adhibuere piacula vt Florus, Liuius,& Plutarchus memorãt. Remus mõtẽ Auẽtinũ:Romulus Palatinũ occupat prior ille ſex vultures:Romulus poſtea, ſed duodecim vidit. ſic victor augurio vrbẽ cõdidit. Lęuo volatu.i.infauſto, alias proſpero. Vergilius. Intonuit lęuum. Romulus infami compleuit mœnia luco. Cõdita Roma incolæ deerant:erat in proximo lucus:hunc Romulus Aſylum facit:vt quicunq; illuc confugiſſet tutus foret. Liuius. Aſylum inter duos lucos aperit. infamem dicit qm̃ ſerui, paſtores,& facinoroſi illuc cõfluxerũt:authores Plutar. & Flor⁹. Seruiſſes Roma .i. fuiſſes ſub ipio regio.

De Brutis fortuna queror. quid tẽpora legũ
Egimus: aut annos a cõſule nomen habentes?
Felices Arabes Mediq; æoaq; tellus:
Quã ſub perpetuis tenuerunt fata tyrannis.
Ex populis q regna ferũt: ſors vltima noſtra ẽ:
Quos ſeruire pudet. ſunt nobis nulla ꝑfecto
Numina: cum cæco rapiantur ſæcula caſu
Mentimur regnare Iouem. ſpectabit ab alto
Aethere Theſſalicas teneat cũ fulmia cędes?
Scilicet ipe petet Pholoẽ? petet ignib⁹ œthẽ?
Immeriteq; nem⁹ rhodopes? pinuſq; minãtes?
Caſſius hoc poti⁹ feriat caput. aſtra Thyeſtæ
Intulit: & ſubitis damnauit noctibus Argos.
Tot ſimiles fratrũ gladios patrumq; gerenti
Theſſalię dabit ille diem? mortalia nulli
Sunt curata deo. cladis tamẽ huius habemus
Vindictam: quãtã terris dare numina fas eſt.
Bella pares ſuperis facient ciuilia diuos.
Fulminibus manes radiiſq; ornabit & aſtris:
Inq; deum templis iurabit Roma per vmbras.
Vt rapido curſu fati ſuprema morantem
Conſumpſere locum: parua tellure diremptí:
Inde man⁹ ſpectãt: vultuſq; agnoſcere q̃runt
Quo ſua pila cadãt: aut quæ ſibi fata minẽtur:
Facturi quæ monſtra forent. videre parentes
Frõtibus aduerſis: fraternaq; cõminus arma:
Nec libuit mutare locũ: tamen omnia torpor
Pectora cõſtrixit: geliduſq; in viſcera ſanguis
Percuſſa pietate coit: totæq; cohortes

De Brutis. de Iunio Bruto qui eiectis regibus Romam liberam fecit:nam nunc nõ eẽt nobis tyrãnis moleſta. Quid tempora legũ. quid prodeſt tam diu ſeruaſſe leges,& vixiſſe libere ſub cõſulibus a quorum nominib⁹ annos ſignamus? SVLPI. Medi, populi in oriẽte qui Aſſyriorum regnum quod quingentis annis tenuerant euerterunt. Tandẽq; Cyaraxẽ inſignem iuſtitia regem conſtituerunt. Medi. Qui ferunt regna, qui ſeruiunt regibus. Nobis, in noſtrum fauorem. Sunt nobis. prę dolore,& rei indignitate poeta, vt demens,& cæcus deos non eſſe, nec humana curare ex Epicureorum ſententia dicit:idq; argumẽto iniuſtitiæ ſuæ oſtendit. Fulmina, quibus Cæſarem ferire poſſit. Pholoen, Arcadiæ montẽ: & oppidum Lapytharum. Oethen, mõtem Theſſalię. Petet ignibus, fulminabit. Rhodopes, montis in Thracia. Minantes, altas, eminentes. Caſſius, qui cum Bruto in Cæſarem coniurauit iuſtitia pietateq; motus. Caſſius. Eſtq; maior Iouis cõtemptus, q̃ ſi legeris caſus. Potius. q̃ tu qui deus es. Hoc caput: Cæſarẽ. Aſtra Thyeſtę. cum videret ſcelus quod Atreus in Thyeſten fratrem parauerat, nam liberos ei epulandos appoſuerat, reuocato ſole in oriẽtem ſtellatum mundo induxit Aſtra, noctẽ. Thyeſtæ, cœnæ Thyeſtę. Argos, oppidũ in Achaia. Ille dabit diem Theſſaliæ. nõ inuoluet tenebris Theſſaliã, q̃ ſuſtinet multos illorũ ſimiles in crudelitate fratrũ patrũq;, videlicet gladijs fratrũ & filioꝝ? Cladis tñ hui⁹. Ironia in Iouẽ qui paſſus ſit immaniſſimum hominem haberi pro deo. Quãtam, q̃ magnã. Numina. quæ nulla ſunt: nec curãt terras. Diuos. homines deorũ honore affectos: vt Iulium,& Auguſtũ qui in deos relati ſunt. Pares ſuperis, æquales dijs. Ornabit fulminib⁹ & aſtris. Alludit ad imaginem Cæſaris, quæ cum fulminibus & radijs effingebatur, ſtella capiti ſuperaddita: ꝙ poſt eius mortem continuis diebus, vt tradit Suetonius, apparuiſſet: exiſtimataq; eẽt Cæſaris anima. Manes, inferum Cæſarem. Per vmbras, ꝑ animã Cęſaris & Auguſti, quæ in tartaro cruciant̃. In templis, in locis ſacris dicatis ſuperis. Horatius de Auguſto ait. Præſenti tibi maturos largimur honores: Iurandaſq; tuum per numẽ ponimus aras. Vt rapido. Ad hiſtoriam rediẽs poeta iq̃t acies, quũ primũ vicinę fuere, obſtupuiſſe: nec auſas fuiſſe tela immittere. Parua tellure diremptí. diuiſi paruo ſpatio.

Consumpsere. pcurrere exercitus. Morantē suprema fati, retinentem mortem in mora. Quo cadant, in quos emittāt. Aut quę, videlicʒ tela. Fata, mortē. Mōstra. crudeles cędes. Frontibus aduersis. in acie Pompeij. Nec libuit mutare locum. poterant. n. paulo supra infra ve se transferre, ne cum illis cōcurrerēt. Tamen oia torpor. tñ oēs exanimati pigriqꝫ euasere. Torpedo piscis est, qui quū tāgit pigritias affert. inde fit Torpor & torpeo. Coit, astringitur respectu pietatis & met⁹. Parata, vt emitterentur. Tensis, sublatis extēsis. Dij tibi non mortem. Imprecatur Crastino q pugnam icœpit ęternā sceleris cōscientiā & memoriam, quæ ipsum discruciet. Erat hic Crastinus euocatus in exercitu Cęsaris: q cohortatis manipularib⁹ suis, vt se sequerenť, respiciens ad Cęsarē faciā inquit hodie imperator vt aut viuo mihi aut mortuo gratias agas. hæc quum dixisset primus ex dextro cornu ꝓrupit. Sensum. vt nō moriať post mortem animus tuus.

Torpedo.
Torpor.
Crastinus.

BEROALDVS.

¶ De Brutis fortuna queror. hoc dicit ꝓpter Iuniū Brutum, qui eiecit reges Tarquinios: & author fuit libertatis: & vt quotānis duo cōsules crearenť. Ex populis qui regna ferunt sors vltima nostra est. vltima & postrema est conditio Romanorū inter omnes populos, qui regem patiunť. Mētimur regnare Iouē. Si Iuppiter regnaret, & rerū humanaꝝ cura tenereť, ꝓfecto nō mitteret fulmina i mōtes: sed pcuteret caput Cæsaris regnū affectantis qđ cū nō faciat nos eū regnare mētimur. Spectabit. s. & nō puniet. Petet Pholoen. i. fulmine pcutiet Pholoen mōtē Arcadię. Iuxta illđ Horatianū. Feriūtqꝫ summos fulmina montes. Ignibus. i. fulminib⁹. Oethē mōtē Thessaliæ. Nemus Rhodopes, mōtis Thracię, vt ait Plini⁹: a nomine reginę diciť: author Probus. Vergilius. Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo concutit. Minātes casus. i. ruinā ꝓpter sublimitatē. Hoc caput. s. Cæsaris. Astra Thyestę abstulit. Atreus fratri Thyestę quē odio incredibili ꝓseqbatur filios epulandos apposuit, qđ execrabile facinus sol (vt ait Seruius) ne pollueret aufugit. Martialis. Fugerit an mēsas Phœbus cœnā qꝫ Thyestę. Et subitis dānauit noctib⁹ argos. ablato. s. sole damnauit Iuppiter argos: vbi hoc ppetratū est scelus. Tot similes fratrum gladios. sensus est Iuppiter dabit ne diē & solē Thessaliæ, & Pharsalicis campis, vbi sunt tot silēs gladij inter fratres, & genitores. Bella pares superis facient ciuilia diuos. Bella inquit ciuilia efficient: vt Cæsares deinde in numerum deorum referantur: quēadmodum Iulius Cæsar post mortem in numerum deorum relatus est: & ei erectæ sunt aræ: & per ei⁹ numen iusiurandum concipiebatur. author Tranquillus. Fulminib⁹ manes. id est vmbras defunctorum efficient pares fulminibus, id est numini Iouis: quia tanq̄ deos manes Cæsarū colent. Per vmbras. s. Cæsarū. Vt rapido cursu fati suprema. Cæsaris milites dato signo cū infestis pilis ꝓcurrissent, atqꝫ aïaduertissent non occurri a Pompeianis

Atreus & Thyestes.

Pila parata diu tensis tenuere lacertis.
Dii tibi non mortē quę cūctis pœna paratur:
Sed sensum post fata tuę dēt Crastine morti:
Cuius torta manu commisit lancea bellum:
Primaqꝫ Thessaliā Romano sanguine tinxit.

¶ De Brutis fortuna queror. Validis argumētis probat quod Boetius longe post dixit: Nihil esse infelicius, q̄ semper fuisse felicem. Nec quicq̄ durius seruitute, ijs q ppetua libertate gauisi sunt. Dicit ergo O fortuna, ego q̄ror. i. conq̄ror de Brutis: de Iunio Bruto, sed p inuidiā pluraliter, loqť. Quid. i. ad qd, egimus tempora legum. i. in quib⁹ leges vrgent, aut annos habētes nomen a consule. i. sub libertate consulari? q. d. in malū nostrum. vnde felices sup. sunt Arabes, Medi, & tell⁹ Aeoa. i. orientalis, quā fata tenuerunt sub tyrannis. i. regibus, ac dominis perpetuis. i. continuis. Nostra sors. i. conditio vitæ, est vltima. i. miserrima & pessima: ex populis qui ferunt. i. patiunť regna. i. regū imperia: nostra inquam (fit autē ad primitiuū nostrū relatio) quos pudet seruire. ꝓfecto. i. reuera nulla numina. i. nulli dei respicientes humana sunt nobis: cum. i. q̄nquidē, sęcula. i. tēpora sub cælo, rapianť motu cæco. i. sine prouidentia diuina, qđ impiū est credere: sed p impatiētiam nimiā id dicit in psona amētis: cū seruitus vrgeat. Nos mētimur Iouē regnare (vt qui dicūt: o qui res hoïmqꝫ deorūqꝫ ęterno regis iperio, & fulmine terres). ꝓbat ab effectu. Nam spectabit. i. putas neqꝫ Iuppiter spectabit ab alto æthere cædes Thessalicas vbi impij occidūt pios cū teneat. i. cōtineat & nō dimittat fulmina? q. d. id non eē credendū. Scilicet, p ironiā. i. quasi vero, ipse petet ignibus. i. fulmine, Pholoen, & œthen. i. montes illos, & nemus Rhodopes etiā mōtis, imeritę. i. nihil in Iouē peccantis, & q̄ nihil peccauerit: & petet pinus minantis ꝓminātes. i. altas, & sup. non feriet Cęsarianos. q. d. ego id nō credā de Ioue: vt montes psequatur: & Cassius qui mortalis est, & ciuis Romanus feriat hoc caput. s. mali, hoc est Cęsaris, potius q̄ Iuppiter. Et sup. non credā qꝫ Iuppiter intulit Thyestę. i. cœnę ipsius Thyestę comedētis filiū, astra. i. noctē in qua astra apparent. Alij legūt Impulit: Beroaldus abstulit. vt sit abstulit Thyestæ astra. i. lumen solis: sed nihil mutē. & qꝫ dānauit Argos oppidum in Achaia, subitis noctibus: quia sol retro cessit: & ille. s. Iuppiter dabit diem. i. concedet lucem, Thessaliæ gerenti. s. per mutuam cædē, tot gladios fratrum, & patrum, similes. s. iter se? Certe, mortalia. i. facta hominum, nulli. i. non vlli non sunt curata vlli, deo. i. ab vllo deo. Tamen nos habemus vindictam. s. in deos, hui⁹ cladis, qui hanc cladem permiserunt tantam sup. quātam fas est numina dare. i. persoluere terris: quia bella ciuilia faciēt diuos scilicet imperatores pares superis: quia in deos relatos: quo nihil est magis impium: & ideo directe contra primum pręceptū decalogi faciunt: qui imperatores deos salutant. Roma. i. populus Romanus, ornabit manes. s. imperatorum, fulminib⁹ radijs & astris. i. insignib⁹ deorum: & iurabit per vmbras. s. eorum qui in inferno sunt, in templis deum pro deorum. Redit ad narrationem dicens. Vt. i. postq̄ milites partis vtriusqꝫ, consumpsere rapido cursu locum morantem. i. tenentem in mora suprema. i. complemētum, fati. i. fatalis exitij dirempti. i. diuisi, parua tellure: inde. i. deinde, spectant. i. inspiciunt manus. i. acies oppositas, & quærunt. i. conantur agnoscere vultus: quo. i. in quos sua cuiusqꝫ pila cadunt. i. dirigūtur: aut quæ pila minentur sibi fata. i. necem. Alij quos & Beroaldus sequitur legunt sic: dirempti: Quo sua pila cadant: aut quæ sibi fata minentur: Inde manum spectant: tempus quo noscere possent &c. & qui monstra, id est monstruosas cædes forēt, id est essent facturi, ipsi videre parentes frontibus aduersis, id est contra se & arma fraterna. i. fratrū, cōmin⁹, id est de prope: nec libuit eis

mutare locum: tamen torpor ex conscientia ortus constrinxit omnia pectora, & sanguis gelidus coit in viscera pietate concussa. i. cõmota, & totæ cohortes tenuere diu pila parata ad feriendum lacertis tensis. i. extensis. O Crastine qui prim⁹ telum intorsisti, dij dent tibi, non mortem. s. momentaneam, quæ paratur cunctis: quia constitutum est omnibus semel mori: sed dent tuæ morti post fata. i. supremam diem sensum. i. potẽtiã sentiendi ęternum cruciatum: tibi inquam cuius manu lancea torta. i. impulsa, commisit. i. inchoauit bellum, & tinxit prima Thessaliam sanguine Romano.

sua spõte cursum represserũt, & ad mediũ fere spatium constiterunt. author Cæsar. Tempus. s. fuit. Factum q̃ mõstra forent. cũ essent inter se vtrinq; milites ꝓpinqui, nouerũt quæ monstra forent factum. s. si aut fratres, aut genitores interemissent. Cõmun⁹. i. ꝓpe. Tamẽ omnia torpor pectora constrinxit. torpor & q̃dam stupor omniũ corda colligauit ꝓpter pietatem, cum hinc & inde essent cognati fratres & parentes. Gelidus sanguis coit: cõglobatur. imitatio Vergiliana. Gelidus coit formidine sanguis. Dij tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur. execratur Crastinũ qui primus telum emisit. Erat autem Crastinus euocatus in exercitu Cæsaris vir singulari virtute. hic signo dato, Sequimini me inquit manipulares mei: simul respiciens ad Cæsarem faciam inquit imperator hodie ait, aut viuo, aut mortuo mihi gratias agas: hæc cum dixisset primus ex dextro cornu percurrit: interfectisq; quos primo impetu inuasit gladio per os transuerberatus occubuit. authores Cæsar, & Plutarchus. ait ergo Lucanus se Crastino non imprecari mortem, quæ pœna est cõmunis: sed sensum post mortem ne vnq̃ quiescat.

O pręceps rabies: quum Cęsar tela teneret:
Inuenta est prior vlla manus. tũc stridulus aer
Elisus lituis: conceptaq; classica cornu:
Tũc ausæ dare signa tubę: tunc ęthera tendit
Extremiq; fragor conuexa irrupit Olympi:
Vnde procul nubes quo nulla tonitrua durãt.
Excepit resonis clamorem in vallibus Aemus:
Peliacisq; dedit rursus geminare cauernis.
Pindus agit fremitus: Pãgęaq; saxa resultant:
Oethęæq; gemunt rupes: vocesq; furoris
Expauere sui tota tellure relatas.
Spargitur innumerum diuersis missile votis.
Vulnera pars optat: pars terrę figere tela:
Ac puras seruare manus: rapit omnia casus:
Atq; incerta facit quos vult fortuna nocẽtes.
Sed quota pars cladis iaculis ferroq; volanti
Exacta est: odiis solus ciuilibus ensis
Sufficit: & dextras Romana in viscera ducit.
Pompeii densis acies stipata cateruis
Iunxerat in seriem nexis vmbonibus arma:
Vixq; habitura locũ dextras ac tela mouendi
Constiterat: gladiosq; suos cõpressa timebat.
Pręcipiti cursu vesanum Cęsaris agmen
In densos agitur cuneos: perq; arma ꝑ hostẽ
Quęrit iter: qua torta graues lorica catenas
Opponit: tutoq; latet sub tegmine pectus.
Hac quoq; ꝑuẽtũ est ad viscera: totq; ꝑ arma
Extremum est quod quisq; ferit: ciuilia bella

SVLPI.

¶ O præceps rabies. quum Cæsar tela teneret, nõ immitteret. & est acerrima increpatio. Prior, quasi sæuior Cæsariana. Lituis, tubis inflexis, collisus, & tanq̃ oppressus. Classica, concentus curuorum cornuũ, & rectarum tubarum. Tẽdit, implet: vt Tendunt vela noti. Irrupit. peruenit ad cæli concauitatem: hyperbolice: ad quã nubes peruenire non possunt: nec tonitr⁹ durare. Excepit clamorem. Echo reddita est. Geminare. nã ex Aemo vox edita, aliam ex Pelio excitauit. Agit, repræsentat. Pangęa, Pangęi montis in Thracia. Resultant, resonant. Expauere, pugnãtes ipsi. Missile, tela. Votis diuersis. alij enim cædẽ facere: alij terram ferire optabant. Rapit omnia casus. Casu enim aut faciebant, aut nõ faciebãt cædem. Sed quota pars cladis iaculis ferroq; volante exacta est. Quota. minima. Exacta, perfecta. Pompeij. Pompeius vt ait Cęsar suis prædixerat, neu Cęsaris impetum exciperent: neue se loco mouerent: aciesq; eius distrahi paterentur: dispersas adorirẽtur. Nostri aduertentes non occurri a Põpeianis, cursum represserũt, & ad medium fere spacium constiterunt, & paulo post renouato cursu pila miserũt, celeriterq; gladios strinxerũt. Põpeiani tela missa excepere, & impetum legionũ tulerunt: & ordines conseruauerunt: pilisq; missis ad gladios redierũt. eodem equites tempore a sinistro Pompeij cornu intenti ꝓcurrerunt. Quorum impetum Cæsaris equitatus non tulit: sed paulum loco motus cessit. illi acrius instabant: seq; turmatim explicare, & aciem a latere circuire cœperunt. Q̃d vbi Cæsar animaduertit, quartæ aciei quam instituerat ex cohortiũ numero, dedit signũ. Illi tanta vi in Pompeij equites impetum fecerunt: vt eorũ nemo consisteret: sed incitati in fugam montes altissimos peterẽt: quibus submotis oẽs sagittarij funditoresq; destituti, inermes sine ꝑsidio interfecti sunt. Stipata. dẽsata, spissa. Iũxerat in seriẽ nexis vmbonib⁹ arma. i. clypeos. Nexis vmbonibus in seriem: hoc est facta recta testudine. Cõstiterat, firma erat. Compressa stricta. Vesanũ, furẽs. In cuneos. in Põpeianas turmas. Lorica torta. hypallage: hoc est lorica grauis opponit tortas catenas. Catenas, hamos ex quibus constat lorica. Hac quoq; peruentum. per thoracem etiam ꝑuentum est ad viscera. Est

Tendo.

Paugens.

extremũ. vltima pars & itima. Perforatis.n. armis, in corpus qđ est post arma telum puenebat. Vna acies, sola Pompeiana. Patit, cęditur. Altera gerit. Cæsaris acies vulnera infert & cædit. Inde, a Põpeianis. Frigidus, nõ vulnerans. Calet. qñ ensis exercetur ictibus concalescit. Nec fortuna. Fortuna inquit nõ fuit lenta ad parandã victoriã Cęsari. Abstu lit ruinas. amouit & euertit pugnantes morte præcipiti. Vt primũ. Pręualentes Pompeij milites legionem decimã circũdare festinãt signo a Cæsare edito q in subsidijs constiterant accurrunt, & ad equites delati erectis pilis fessorũ facies inuadunt. Illi hostiũ audaciam plagasq; in os illatas non ferẽtes fugam capessunt. Pulsis Pompeij equitibus eo loci Cæsaris equites inuadunt circundantq;. Qđ aduertens Pompeius peditibus edicit ne se vlterius in eos vertant: neq; a Phalange longius excurrant, aut telis cõminus vtãtur: sed eminus emissis hostẽ repellant. Deduxit cornua, extendit latera. Leuis armatura.i. eqtes leuis armaturæ q velites dicũtur. Cõtinet autem Manipulus leuis, vicenos milites, & aliã turbã scutatorum. Leues q hastã tantũ gessa q; gererent vocabantur. hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum: quibus principibus est nomẽ vt Liuius ait. & de ijs poeta intelligit.

Velites. Leues. Principes.

PHILIP. BEROALDVS.

¶O præceps rabies. Rabie pręcipitẽ raptũ esse Crastinum dicit: qui ausus sit primus lãceam in aduersarios vibrare: cum ipse Cęsar auctor & dux belli non emitteret tela. Tunc stridulus aer elisus lituis.i. tubæ & litui canere bellicum cœperũt. De lituo qui est tuba, & baculus auguralis, dictum est in primo. Aer ergo eliditur lituis sonantibus. Conceptaq; classica.i. sonitus. Classicum enĩ & tubam & sonum significat. author Seruius, & supra dictum est. Fragor.i. strepitus sonitus & fremitus fecit Olympũ montem Thessalię resonare. Vnde procul nubes. s. ab Olympo qui nubes suo cacumie exuperat. Vnde.i. a quo. Vergilius. genus vnde latinum. Excepit re sonis clamorem vallibus Aemus: fragor & clamor erat tantus militum concurrentium: vt ab Olympo penetraret ad Aemum montem Thraciæ: vt ait Plinius. de quo supra est habita mentio. Peliacisq; dedit rursus geminare cauernis. Montium flexus, conflexa iuga, concaui vallium sinus, scindunt resultantem aera, quę causa voces reciprocas facit: & inde redditur Echo: author Plinius. In cauernis ergo Pelij mõtis Thessaliæ clamor & fragor cœpit resultare p Echõ. Pind' agit fremitus. mons Thessaliæ: author Plinius. Pãgeaq; saxa resultant: Pangæus, vt dictũ est in primo commentario mons est Thracię: vt scribit Plinius. Oethęæ, montis Thessaliæ. Diuersis missile votis. Missilia tela sunt quę vibrantur. Spargebantur ergo missilia hinc & inde varijs votis qm alius optabat aduersarium interimere: alius neminem lędere, & ciuibus parcere. Rapit omnia casus. fortuna rapiebat omnia tela.

Classicum.

Vna acies patitur: gerit altera: frigidus inde
Stat gladius: calet omne nocẽs a Cęsare ferrũ.
Nec fortuna diu rerum tot pondera vertens
Abstulit ingentes fato torrente ruinas.
Vt primum toto deduxit cornua campo
Pompeianus eques: bellicq; per vltima fudit:
Ipsa p extremos leuis armatura maniplos:
Insequitur: sæuasq; manus immittit in hostẽ.

¶O præceps rabies. dolet poeta aliquẽ inuentũ, q Cæsare ad huc cessante bellum auspicatus sit, dicens. O rabies pceps.i. ef fera ipsius Crastini, quũ Cæsar teneret.i. cõtineret tela, inuenta est vlla manus prior.i. quæ prior Cæsare telum torqueret. Tũc .s. incœpto bello, aer stridulus.i. acute sonãs est sup. elisus.i. cõ fractus, lituis: & classica.i. cantica meundi prælij concepta sup. sunt, cornu: tunc tubæ ausæ sunt dare signa. s. bellica: & fragor tẽdit.i. impleuit sicut saccus plenus tẽditur, æthera.i. aerẽ summũ: & irrupit conuexa.i. cõuexitatem extremi Olympi.i. mõtis illius, potius q̃ cæli: vnde.i. a quo procul sup. sunt nubes: & quo.i. in quo nulla tonitrua durãt.i. perdurant. Aemus græce ἄιμος, mons etiã vicinus excepit clamorẽ in vallibus resonis: & dedit cauernis Peliacis.i. Pelij montis, geminare, ex reuerberatione, rursus eundẽ sonũ. Pindus etiã mõs Thessaliæ, agit.i. repræsentat fremitus, aut gemit': vt Aldus legit: & saxa Pangęa.i. Pangęi montis in Thracia, resultant.i. resonant, & rupes Oetęę.i. Oetę mõtĩ Thessalię, aut Oethęę.i. Oethęmõtis Thessaliæ, gemunt: ex clamoris impulsu: & pugnantes expauere.i. expauerũt voces sui furoris.i. factas propter furorẽ suum: voces dico relatas a tota tellure. s. vicina, per reflexionẽ. Missile.i. iaculum, innumerũ.i. innumerabile, spargitur votis diuersis: quia non idẽ optabãt, q ipsum spargebant. Nã pars optat vulnera. s. facere, pars.i. pij, & ad bellũ coacti, optat figere terrę tela, ac seruare manus. s. suas puras a sanguine cõciuis: casus rapit omnia: q a nescitur quo quisq; animo emiserit telũ: atq; fortuna incerta.i. nõ pmeditata, facit nocẽtes quos vult: quia qui non volunt occidere sępe occidunt, & q volũt nõ occidũt. Sed quota pars. q. d. minima pars, cladis.i. belli exacta ẽ iaculis, & ferro volanti? Solus ensis sufficit odijs ciuilibus, & ducit dextras in viscera Romana. Acies Pompeij, stipata.i. cõdensata, densis cateruis iunxerat arma.i. clypeos, vmbonibus id est curuaturis clypeorum nexis.i. cõnexis, in seriem.i. facta testudine, & constiterat vix habitura locum mouẽdi dextras ac tela, & ipsa compressa.i. constipata, timebat gladios suos.i. suorum. Agmen Cæsaris vesanum.i. parum, aut male sanũ, agitur præcipiti cursu in densos cuneos, & quærit iter.i. irrumpere tentat, per arma, & per hostẽ.i. per arma hostilia, ea parte qua lorica torta opponit catenas graues, hoc ẽ qua lorica grauis opponit catenas tortas.i. plicatas, hoc est hamos, & pectus. s. hostis latet sub tegmine.i. thorace, tuto.i. tutante: & peruentũ est a Cęsarianis, quoq;.i. etiã ad hæc.i. sic munita viscera: & qđ q s q; ferit per tot arma.i. per medium tot armorum, est extremũ id est itimũ, aut vltimũ qđ ferire & attingere vult. Vna acies.i. sola Pompeiana ad defensionem plus q̃ ad cædẽ instructa, patitur ciuilia bella.i. cædit: altera. s. acies Cæsariana, gerit ciuilia bella. Gladius stat inde, id est a Pompeianis frigidus.i. otiosus: omne ferrũ nocẽs calet.i. feruet a Cæsare. Nec.i. & non & fortuna vertẽs nõ diu.i. nõ per lõgũ tẽpus, tot põdera rerũ.i. tã arduas immutationes, abstulit ingentes ruinas.i. cito peregit, maximã cędẽ fato vrgẽte. Vt primum eques Põpeianus deduxit cornua.i. extẽdit latera, toto campo.i. p totum campum,

& leuis armatura.s.velitũ,sparsa p extremos maniplos ꝑ m anipulos,fudit.s.cornua.p vltima belli.i. summa pericula. Cæsarianus sup.insequitur,& immittit sęuas manus in hostem:quia etiam in facies hostium.

Illic quæq; suo miscet gens prælia telo.
Romanus cunctis petitur cruor: inde sagittæ
Inde faces & saxa volant:spatioq; solutę
Aeris & calido liquefactæ pondere glandes.
Tunc & Ithyrei Mediq; Arabesq; soluto
Arcu turba minax nusq̃ rexere sagittas:
Sed petitur solus qui campis imminet aer.
Inde cadũt mortes:sceleris se d crimine nullo
Externũ maculant chalybem: stetit oẽ coactũ
Circa pila nefas:ferro subtexitur ęther:
Noxq; super campos telis conserta pependit.
Tũ Cæsar metuẽs ne frons sibi prima labaret
Incursu:tenet obliquas post signa cohortes:
Inq; latus belli qua se vagus hostis agebat
Immittit subitũ non motis cornibus agmen.
Immemores pugnæ nulloq; pudore timendi
Pręcipites fecere palam:ciuilia bella
Non bene barbaricis vnq̃ cõmissa cateruis.
Vt primum sonipes transfixus pectora ferro
In caput effusi calcauit membra regentis:
Omnis eques cessit cãpis: glomerataq; pube
In sua conuersis præceps ruit agmina frẽnis.
Perdidit inde modũ cędes:ac nulla secuta est
Pugna: sed hic iugulis:hic ferro bella geruntᷣ.
Nec valet hęc acies tantũ prosternere: quãtũ
Inde perire potest. Vtinã Pharsalia campis
Sufficiat cruor iste tuis:quẽ barbara fundunt
Pectora:non alio mutentur sanguine fontes:
Hic numerus totos tibi vestiat ossibus agros.
Aut si Romano compleri sanguine mauis
Istis parce precor : viuant Galathæq;: Syriq;:
Cappadoces: Galliq;:extremiq; orbis Iberi:
Armenii:Cilices.nam post ciuilia bella
Hicpopul⁹ Romanus erit.semel ortus in oẽs
It timor:& fatis datus est pro Cęsare cursus.

¶Illicquęq; suo. Ostẽdit quanto impetu Põpeiani tantisper dũ ꝑualebãt, Cæsarianos obruebãt:dicẽs. Quęq;.i. vnaquæq;

¶Inde, ab aliquib⁹. Glandes,pilæ plumbeę in glãdium formam, quæ e fundis emittebãtur: Solutę,liquefactę. Calido.concalescunt enĩ ipso cursu. Tũc & Ithurei. Decima legio assiliente Cæsare lęuam Pompeij aciẽ ab eqtibus destitutam percurrit, & latera eius omi ex parte immobilis telis confodit.quoad in fugam vertit. sociorum Pompeianorum copię velut certaminis huius spectatores, quidã acierũ ordinẽ fortitudine metuq; repleuerant:non Cæsaris castra ob admirationẽ aggredi ausæ paucis qbusdam veteranis asseruantibus.nihil aliud q̃ stãtes trepidabãt. Sed cum sinistra Pom.acies hostibus cedere,& iã moueri implicariq; cœpisset:Socij omnes in fugam versi nullo ordine clamare occipiũt. Superati sumus. Deinde tabernacula eorũ, ac castra veluti aliena inuadentes diripientesq; quocunq; licuit varie spargũtur. Reliqua Italorum acies pedem retrahebat. Ithurei.in Laodicea apud mõtẽ Libanum populi. Nusq̃ rexere,direxere ĩ nullũ. Inde,ex aere. Mortes.i.sagittæ mortiferę. Chalybẽ externum, ferrum peregrinũ. Nullo crimine sceleris.qa non vulnerabant ciues suos. Stetit oẽe coactum circa pila nefas. cædes ciuium a solis Romanis est facta. Coactũ,cumulatũ. Nox conserta telis. vmbra densa ex volãtibus telis,& suspensis conflabatur. Prima frons,prima pars acierum. Labaret incursu.inclinaret & fugaretur impetu Pompeij. Tenet cohortes,equites decimę legionis. In latus belli, in latera acierum hostilium. Cornibus, ordine extremo. Vag⁹. discurrẽs ad Cęsarẽ includẽdũ. Immemores pugnę nulloq; pudore timẽdi.immemores barbari Põpeiani obliti quid esset in pugna agendum. Timendi spernẽdi: qa fugere nõ pudebat. Fecere palã. apte ostẽderunt q; bella ciuilia nõ bene defenduntur a barbaris. Vt primũ sonipes transfixus pectora ferro in ca.effu.cal. Conãtibus Põpeianis Cæsaris aciem circũuenire, Cæsar stantibus aciebus a tergo ipsarum ex obliquo in circũeuntes cohortes emisit tanto impetu:vt coacti sint illi refugere. Sonipes. Metonymia.i. eques Pompeianus. Regentis,equitis. Effusi in caput.nam erigẽtes se equi, sessores a tergo excutiebant:q cadebant in caput. Cessit campis,fugit. Glomerata pub.ipsi glomerati. Ruit, cũ impetu fugit. Perdidit modũ,sine modestia facta est. Hinc, ex parte Pompeij. Hęc acies, Cęsariana. Inde,ex Pompeiana. Vtinã.apostrophe ad Pharsaliã de vasta cęde. Mutẽtur,inquinentᷣ,maculentᷣ. Hic numerus,barbarorum. Vestiat, spargat tegat. Parce istis.serua barbaros,qui cæsis Romanis futuri sũt ciues, Romanusq; popul⁹. Galathæ, populi sunt in Asia iuxta Paphlagoniã authore Strabone in ea regiõe q̃ nũc Galatia est,& Gallogręcia dicitur:sic appellata a Gallatis Gallis, qui ea loca occupauere: vt ait quinto & vigesimo libro Iustinus. Galli, qui transfugerãt a Cæsare ad Põpeium. Iberi, Hispani qui habitant in extremo occidente. Armenij.qui in Pom.auxilium venerant

SVLPI. Glandes.

Galathæ.

post bella ciuilia: vbi innumeri Ro. peribūt. Hic populus, barbaræ natiões. Semel ortus. quū primi metuere fugereq; cœperūt reliqui idem faciunt. Pro Cęsare, in auxiliū Cęsaris.

BERO. ¶ Illic quoq; suo miscet gēs p̄lia bello. Quēadmodū Romanorū peculiaria tela sunt pila, ita frameę Germāorꝝ, Sarissę Macedonū Gessa Gallorū: oēs itaq; gētes miscebāt p̄liū suo telo. Et calido liq̃factæ pondere glādes. funditores funda emittebāt glādes plūbeas: vt supra dictū est: q̃ calore solis liq̃factę solue bantur. Tunc & Ithyrei. Ithyrei populi sunt Iudęi optimi sagittarij. a q̃bus Vergiliꝰ arcus dixit Ithureos: vt supra mōstratū est. Nusq̃ rexere sagittas. in confusum sine aliqua directione omnes sagittas emittebāt: solūmodo clamorem secuti eo tela vibrabāt. Imminet aer. i. acclamatio, & voces dissonę. Fit autem vox verberati aeris ictu, immo ip̄e aer verberatus dicit̄ eē vox. authores sunt Diomedes & Priscianꝰ, & Gelliꝰ. Stetit om̄e coactū circa pila nefas. vt scribit Cæsar, milites pila miserūt in Pōpeianos, celeriterq; vt erat a Cæsare imperatū gladios strinxerūt. Ferro subtexitur æther. i. copia missiliū cælū obumbrat̄: ita vt nox, & tenebrę in cāpis Pharsalicis esse videretur. Quota pars. i. minima. Odijs solꝰ ciuilibus ensis sufficit. emissis enim pilis gladios strinxerunt: vt ait Cęsar. Pōpeij densis aciē Romana cateruis. Pompeius suis prędixerat ne se loco mouerent: itaq; Pōpeiani ordines cōseruauerunt: vt scribit Cæsar. nūc ait Lucanꝰ Pōpeianos fecisse Phalangē confertis clypeis: de qua dictū est supra. Iuuenalis: Iunctęq; vmbone Phalāges. & Cęsar. Facta Phalange. Nexis vmbonibꝰ. i. clypeis. Est em̄ vmbo eminētia clypei: vt supra dictū est. Vix habitura locū. adeo erant Pompeiani cōferti nexis clypeis: vt vix gladios mouere possent. Pręcipiti cursu. vt scribit Cęsar eiꝰ milites maximo impetu ꝓcurrerūt, & in Pōpeianos pila miserunt. In densos agitur cuneos. Cuneꝰ dicit̄ multitudo peditū, q̃ primo angustior deinde latior ꝓcedit: vt author est Vegetius. Graues lorica catenas. Loricæ ex annulis breuibꝰ, & orbiculis ęneis, siue ferreis cōtexunt̄. antiq̄tus ex loro fiebant: vn̄ nomē acceperunt: vt ait Varro. Catenas appellat loricarū illos cōnexos orbiculos in formā catenarū. Extremū est. s. corpus, q̄a priꝰ arma deinde corpꝰ penetrāt gladij. Vna acies. s. Pōpeiana, q̃ sola cędebat̄. Gerit altera. s. Cęsariana acies, q̃ sola cędebat, & iugulabat. Frigidꝰ inde stat gladiꝰ. ex pte. s. Pōpeij, quū nullꝰ erat q̄ feriret. Calet. s. sanguine Pōpeianorū. Fato torrente. i. morte p̄cipiti. Vt primū toto diduxit cornua cāpo. Eq̄tes Pom. a sinistro cornu ꝓcurrerūt, & oīs multitudo sagittariorū se ꝓfudit: quorꝝ ip̄etū eq̄tatꝰ Cæ. nō tulit. Eq̄tesq; pōpeiani hoc acriꝰ istare, & se turmatim explicare aciēq; nostrā a latere aꝑto circuire cœperūt dicit Cęsar. Belliq; ꝑ vltima. i. a latere, & ꝑ extrēas ptes aciei. Leuis armatura. i. sagittarij, funditores, & ferentani. hæc em̄ dicitur leuis armatura: vt scribit Vegetius. In hostem. in Cęsarianos.

gens, miscet illic. i. in illo conflictu eq̃tū immissore, prælia sua. i. suæ patriæ telo: sed cruor Romanꝰ petitur cunctis telis. inde. i. ex ea ratiōe, aut ex vna pte, sagittę volāt: inde. i. ex eadē ratiōe, aut ex alia pte, faces, & saxa volant. i. celeriter emittūtur, & glandes. i. globi plūbei e fundis emissi volant solutę. i. fusæ & in liquorem versæ spatio aeris. i. per lōgum volatum in aere & liquefactę pondere calido. i. calefacto ex subito motu. & tūc Ithyrei. i. Laodiceñ. & Medi, & Arabes, appositorie turba minax, arcu soluto. i. postq̃ emiserunt sagittas, aut arcu soluto. i. libero, & nō represso a vicinis, rexere. i. direxere, q̄uis boni sint sagittarij, sagittas nusq̃. i. in nullum hostem singularem: quia nullū speciali odio prosequebātur: sed solus aer q̄ imminet cāpis. i. qui erat inter ipsos, & cāpos, petit̄. s. sagittis. Inde. i. ex aere, & nō ex certo hoste mortes. i. sagittę mortiferę, cadunt. s. in Cæsarianos: sed nullo. i. nō vllo, nō maculāt chalybē. i. ferrum optimū, externū. i. peregrinū, vllo crimine sceleris. i. barbari q̄dem emissis telis temere hostes occidūt: sed nō cōmittūt crimē sceleris. i. belli ciuilis: q̄a nō occidūt cōciues: sed omne nefas. s. belli ciuilis, stetit coactū. i. cōdensatū. i. dēse fiebat, circa pila. i. tela Romana, hoc est ipsos Romanos qui in cōciues nefas ꝑpetrabant. æther. i. aer, subtexitur. i. absconditur, ferro. i. telis ferratis: q̄a continuo priusq̃ priora ceciderunt posteriora in aera missa erant. Tū. i. tunc in tali conflictu Cæsar metuēs, ne prima frons. i. prima pars acierū, labaret. i. vacillaret, & retrocederet, sibi. i. in suū damnū, incursu. i. impetu Pōpeianorū, tenet. i. sustinet cohortes. i. equites decimę legionis, obliquas. i. sinuosas & primā frontē circūplectentes post signa. s. primæ frōtis: & immittit agmen subitū. i. ex improuiso impetum faciēs cornibus. s. suorum non motis. i. in statione sua persistētibus, immittit dico in latus belli. s. aciei hostilis: ea parte qua hostis vagus. i. discurrens ad Cæsarem includendum, agebat. i. exercebat se. Et tunc sup. milites auxiliares, immemores pugnę. i. artis pugnandi a Pompeio & magistris equitum ante pugnam traditæ, aut immemores non obliti, sed qui nunq̃ memoria tenuerant artem pugnę: & nullo. i. non vllo, non timendi. s. a Cęsarianis vllo pudore: quia nullum habebant: timēdi autē sunt, quos fugere pudeat: existentes pręcipites. s. in fuga, fecere palam. i. ostenderunt manifeste, bella ciuilia non bene commissa sup. fuisse vnq̃ cateruis barbaricis. i. cohortibus barbarorum: qui sine pudore fugiunt. Vt primū sonipes. i. equꝰ belliger barbarorum, transfixus pectora. i. habens pectora transfixa, ferro, scilicet hastę, calcauit membra regentis, scilicet equitis, effusi. i. prostrati, & excussi in caput: omnis eques Pompeianus. s. cessit cāpis, & pubes. i. iuuētꝰ militaris glomerata. i. cōglobata in fuga, q̃ in ex cursu diffusa fuerat, ruit p̄ceps ī sua. i. suorum agmina, frenis cōuersis. i. retroactis. Cędes. i. occisio ꝑdidit inde. i. deinde post fugā eq̃tū modū. i. mēsurā: ac nulla pugna. i. nulla forma pugnādi, cū nō fieret resistētia, est secuta: sed bella geruntur, hinc. i. a pte Pōpeiana, iugulis. s. obiectis ferro: q̄a occidunt̄ vt pecora: hinc. i. a pte Cęsariana, ferro. i. armis inferēdis. Nec hęc. i. Cæsariana acies, valet ꝓsternere tātū. s. militū quātū pōt ꝑire, inde. i. a pte Pōpeiana. O Pharsalia vtinam iste cruor, quē pectora barbara. i. barbarorꝝ fundūt, sufficiat cāpis tuis: & fontes. s. tui, nō mutent̄. s. in aliū colorē alio sanguine. s. q̄ barbarorꝝ: & hic numerꝰ. s. barbarorꝝ, vestiat. i. coopiat, tibi totos cāpos ossibus. s. occisorꝝ: aut si o Pharsalia tu mauis. i. magis vis compleri sanguie Romano, p̄cor pceistis. s. barbaris: viuāt Galathę populi illi Asię iuxta Paphlagoniā, & Syri & Cappadoces, & Galli trāsfugę. s. & Iberi. i. Hispani, extremi orbis. i. mūdi, occidentē versus, & Armenij, & Cilices: nā hic populꝰ mō barbarꝰ, erit Romanus. i. accipiet̄ in vrbē, post bella ciuilia: sed contra fit: quia timor ortus semel, it id est extenditur in omnes: cursus, id est successus celer, est datus fatis pro Cæsare, vt omnes vincat.

Emittit subitū nō motis cornibus agmen. Cæsar quartæ aciei, quam in stituerat ex cohortium numero dedit signum, vt ipse refert: illi celeriter procurrerūt, & tanta vi in Pompeij

equites impetū fecerunt: vt eorū nemo cōſiſteret. Immemores pugnæ.ſ.ciuilis. Omnis eques ceſſit cāpis. Equitatus Pompeij cū Cæſarianorum impetum ſuſtinere non poſſet in fugam cōcitatus montes altiſſimos petijt vt refert Cęſar. hi hunc in modum turbati turpiſſimam in cūctos edidere ſtragē: vt auctor eſt Plutarch⁹. nunc hoc a Lucano refertur. Perdidit inde modū cædes. nullus deinde adhibitus eſt modus, nulla menſura mactandis Pompeianis. Ac nulla ſecuta eſt pugna. non eſt dicenda pugna vbi altera tantū acies cędit altera ceditur: & vt ait Iuuenalis, Vbi tu pulſas ego vapulo tantum. Hinc iugulis. ex parte Pōpeij iugulantur. Hinc ferro bella geruntˀ. ex parte Cæſaris iugulant. Nec valet hæc acies tm̄ proſternere. i. non poterant Cæſariani qui pauciores erant proſternere & interficere tot Pōpeianos quot poterant mori, qui numeroſiores erant. Vtinam Pharſalia cāpis ſufficiat cruor iſte tuis. vtinam inquit Lucanus Pharſalia eſſet cōtenta reſpergi ſolo ſanguine Barbarorum q ex vtraq; parte ceciderunt: aut ſi magis gaudet ſanguine Romano ſaltē eo ſit cōtenta & parcat Barbaris. Hic numerus. ſ. Barbarorū. Veſtiat oſſibus agros. Vergil⁹. Grandiaq; effoſſis mirabiť oſſa ſepulchris. Mauis. i. potius velis o Pharſalia. Extremiq; orbis Iberi. i. Hiſpani qui in extrema orbis parte ad occaſum ſunt. Hic populus Roman⁹ erit. quia Roma Barbaris deinde eſt repleta: vt dictum eſt ſupra. Semel ortus in omnes it timor. vbi fugę initium fecerunt equites Pompeiani, tunc vniuerſi terga dederūt: vt ait Plutarchus.

Vētū erat ad robur Magni mediaſq; caterꝰ
Qđ totos errore vago pfuderat agros. Cuas
Conſtitit hic bellum: fortunaq; Cęſaris hæſit.
Illic non regum auxiliis collecta iuuentus
Bella gerit: ferrum manus mouere rogatæ.
Ille locus fratres habuit: locus ille parentes.
Hic furor: hic rabies: hic ſūt tua crimia Cęſar.
Hāc fuge mēs partē belli: tenebriſq; relique.
Nullaq; tantorū diſcat me vate malorum
Qꝫ multum bellis liceat ciuilibus ætas.
Hæ potius pereant lachrymę pereātq; q̄relę.
Quicquid in hac acie geſſiſti Roma tacebo.
Hic Cęſar rabies populi: ſtimuluſq; furorum:
Ne qua parte ſui pereat ſcelus: agmina circū
It vagus: atq; ignes animis flagrantib⁹ addit.
Cōſpicit & gladios: qui toti ſanguine manēt:
Qui niteant primo tantum mucrone cruenti.
Quę pſſo tremat enſe manus: qs lāguida tela:
Quis contenta ferat: quis pſtet bella iubenti:
Quē pugnare iuuet: qs vultū ciue perempto
Mutet. obit latis proiecta cadauera campis.
Vulnera multorum totū fuſura cruorem
Oppoſita premit ipſe manu: quacunq; vagať
Sanguineum veluti quatiēs Bellona flagellū:
Biſtonas aut Mauors agitans ſi verbere ſæuo
Palladia ſtimulet turbatos Aegide currus.
Nox ingēs ſcelerū eſt: cædes oriunť: & inſtar
Immenſæ vocis gemitus: & pondere lapſi
Pectoris arma ſonant: cōfractiq; enſib⁹ enſes

SVLPITIVS.

Vētum erat. Eodem impetu cohortes Cę. ſiniſtrum cornu Pom. oppugnantes circumierūt Pōpeiāos: & a tergo ſūt adorti: & Cæſar tertiam aciem q̄ qeta fuerat procedere iuſſit. ita cum recentiores atq; integri defeſſis ſucceſſiſſent: alij autem a tegro adorirentur: ſuſtinere Pompeiani non potuerūt: atq; vniuerſi terga verterūt. Pompeius vt equitatum vidit pulſū acie exceſſit & i caſtra equo ſe cōtulit & centurionib⁹ quos in ſtatiōe poſuerat clare vt milites exaudirent, Tueamini caſtra inquit & defendite diligenter: ſi quid durius acciderit. Ego reliquas portas circūeo. His dictis in prætorium ſe contulit. Cæſar vero q̄q̄ milites eſſent ad meridiem iam pugnādo defeſſi caſtris tamen potiri conſtituit, facto impetu. Pompeiani potius de fuga q̄ de defenſione caſtrorum ſolliciti nō multo poſt inde fugati ſūt. Ad robur. ad firmiſſimas turmas vt ad primipilos vexilla & triarios. Qđ, bellum. Perfuderat. ſparſerat multiplici certamine. Hic, hac in pugna. Conſtitit, pugnatum eſt acrius quia non fugiebant. Hæſit, firmata eſt. Non illic iuuentus collecta. Barbari inquit illic non erant. Rogatæ: a Pom. ſed ſi togatæ legeris, hoc eſt Romani, illud q; quia interpretabere: vt apud Ouid. in faſtis. Nataq; de flāma corpa nulla vides. & Cic. Nō ſolū nobis nati ſum⁹: ortuſq; nr̄i ptē amici ptēpr̄ia vendicat. Fr̄es, ciues Ro. Hic. hac in pugna. et eſt acris deteſtatio. Hanc fuge mēs. dehortať ſe poeta a ſingulorū cædib⁹ deſcribēdis: ne futura ætas tātorū maloꝝ ſeriē auctore ſe diſcat. Pereant hę lachrymę. non deplorem⁹ non conqueramur, non vtamur hac pietate. Quicquid. omne ſcelus & monſtrum quod egiſti tacebo. Hic Cę. Cæſar inquit incitamentum & cauſa crudelitatis circūiens ſuos vnūquēq; adhortatur. It vagus: circuit agmina. Flagrantibus: furentibus in bello. Ignes, ardores, & ſtimĺos. Cōſpicit & gladios. animaduertit quo animo, quibus viribus, quo vultu quiſq; pugnaret. Mucrōe, cuſpide. Quæ manus tremat, quis pie & timide feriat. Contenta. directa, & intenta in hoſtem: vel cōtempta ſpreta tanq̄ ſua nō ſint. Quis pręſtet bella iubenti: quis iuſſu non voluntate pugnet. Mutet vultum: præ miſeratione & dolore. Obit, circundat. Vulnera multorum. eo in ſuos benignitatis officio vtebať vt ſauciorū vulnera colligaret. Bellōa, quę eſt belli furor, Martiſq; ſoror. Flagellum, quod in manu tenere

Que.

fingit & eo pugnãtes cædere. Bistonas, Thraces. Sæuo verbere. quo Mars pugnantes percutit. Turbatos, territos. nam Aegidis aspectu Martis & Bellonæ equi terretur. Aegide, thorace in quo est Medusę caput. Nox, confusio. Et pondere lapsi pectoris. sonabant arma cadentum pectore repercussa. Cõfracti, ex collisiõe rupti. Subijcit, subministrat quibus deerant. Contundere, ferire. Vultus, hostiles. Promouet, impellit, vrget. Excitat cessantes. sollicitat segnes ictu hastæ qua ferro est vacua. In plebem ire. in plebeos pugnare. Senatum, senatores. BEROALDVS.

¶ Ventum erat ad robur Magni. i. ad Romanas cohortes quæ mediã acie tenebant vbi atrociter dimicatum est. Fortũaq; Cæsaris hęsit. felicitas Cęsaris fuit retardata a Romanis Pompeianis viriliter dimicantibus. Ille locus fratres habuit locus ille parentes. vbi erat acies ex Romanis fratres in fratres, filij in parentes gladios strinxerunt & sic totus belli furor & omne scelus illic exarsit. Hanc fuge mẽs partẽ belli. Mentẽ & animũ suũ Lucan⁹ admonet ne velit hanc partẽ belli describere qua inter se Romani hinc inde concurrerũt: quia tota est nephãda atrox & plẽa lachrymarum. Me vate. i. me auctore ꝙ illa describã.

Vates. Vates dicuntur poetæ a viendis. i. ligãdis carminibus vt interpretatur. M. Var. Q̃ multum bellis liceat ciuilib⁹. quia filij patres, germani germanos, cognati cognatos interfecerunt. quia ius est in armis & tũc oĩa licere existimantur. Romam tacebo. non referã dira exẽpla quæ edita sunt inter Romanos. plena crudelitatis & impietatis. Hic. Cæsar rabies populi stimulusq; furorum. Cæsar vt ipse scribit Põpeianis ex fuga intra vallum compulsis nullũ spatiũ perterritis dare oportere existimãs milites cohortatus est: vt beneficio fortunæ vterentur castraq; oppugnarent: qui imperio paruerunt. nunc hoc Lucanus ardenter exequtur. Agmina circum it vagus. i. cœpit circuire copias & hortari ad pugnam: & sic sua spõte incitatis satis calcar addebat. Manant, fluunt & madefacti sunt. Primo mucrone. i. cuspide. Niteant, splendeant. gladij enim splẽdent qñ non sunt immersi sanguini. Quę pssο tremãt ense manus. Cæsar inspicit qui fortiter dimicẽt, qui trepide, quorũ manus sit firma, quorum tremula. Quis præstet bella iubenti. i. inspicit q dimicet, qa iussus est: q pugnet libẽter: quis palleat vbi iterfecit ciuẽ: qs ve gaudeat. Obit. i. circuit & lustrat. Vulnera multorum. Cæsar si vidisset militẽ suũ vulneratũ graui vulnere, sua manu opposita ad vulnus sanguinem cohibebat ne cum impetu efflueret. Sanguineũ veluti quatiens Bellona flagellum. cõparat Cæsarẽ vagantẽ per agmina & animos militũ incitantẽ Bellonæ, q̃ est dea belli: vt dictum est in primo. q̃ vt inquit Homerus, quatiens flagellum cõcitat ꝑliantium mẽtes ad furorem & ardorem dimicandi. & similiter Cæsarem Matri cõfert: qui Thraces agitat in furorem bellicum. Bistonas, popl'os Thracię: vt ait Plinius: vt supra monstratum est.

Mauors. Mauors. i. Mars ab eo dict⁹ ꝙ magna vertat vt interpretatur Cicero. Pal

Ipse manu subicit gladios: ac tela ministrat:
Aduersosq; iubet ferro contundere vultus.
Promouet ipse acies: impellit terga suorum.
Verbere conuersæ cessantes excitat hastæ.
In plebem vetat ire manus: mõstratq; senatũ.

¶ Ventũ erat ad robur. Prosequitur narrationẽ cœptã de pugna Pharsaliæ dicens. Ventum erat, videlicet a Cæsarianis, ad robur. i. fortissimos milites, & ad cateruas medias. i. ad medias acies quibus fortissimi constitui solent vt extremos cohibeãt Bellũ quod perfuderat. i. cõsparserat tot agros errore vago. s. militum vage errantium, & nunc huc, nunc illuc incursantium constitit. i. stabilitum est hic. s. ad robur Magni: & fortuna Cæsaris. i. quæ Cæsari omnia penetrare eatenus dederat, hæsit. i. mansit fixa & impedita a transitu: qa iuuentus collecta auxilijs regum. i. ex militibus auxiliarijs, nõ gerit illic bella, hoc est qui robur ipsum custodiunt nõ sũt iuuenes externi: q; p &, manus rogatæ. s. a Pompeio vt suppetias ferrent, nõ mouere ferrum (si legatur togatæ: exponet sic: q; pro quia manus togatę. i. Romanæ copię mouere ferrum. sed prior expositio placet) approbat ꝙ nõ mouere ferrũ, qa ille loc⁹. s. medius habuit fratres. s. vniuscuiusq; pt̃: ita vt frater fratrẽ oppugnaret: & frater fratri repugnaret: ille locus habuit parentes. s. a filijs inuasos. O Cæsar furor. s. tuus est hic: rabies tua est hic: crimina tua sũt hic: vbi fratres a fratribus, & parentes a filijs te duce occidunt. O mens sup. mea inqt poeta, fuge hanc partem belli. i. auerte te, ne contempleris hãc partem belli: & relinque, supple eam tenebris ignorantiæ: & nulla ætas. s. posterorũ, discat me vate. i. poeta: non enim vates proprie est rei ꝑteritæ & manifestæ: tãtorum malorũ q̃. i. q̃ multũ liceat bellis ciuilibus. posset etiam dici: q̃ multum tantorum malorũ liceat bellis ciuilibus. Hæ lachrymæ: aut ah quę dolentis est interiectio, lachrymæ quibus inuitus deploro stragẽ Pharsalicã: & hæ querelę, pereant poti⁹ q̃ alij discant a me tantum nefas licere bellis ciuilibus. O Roma ego tacebo quicquid gessisti in hac acie. s. fratrum inter se & parẽtum cum filijs. Hic. i. hoc loco & tempore, Cęsar existẽs rabies populi. i. faciẽs populum rabiosum, & stimulus suoꝝ, ne scelus pereat qua. i. aliqua parte sui, id est a se dependente, it vagus. i. vagat̃ & obeqtat, circum agmia. s. sua, atq; addit ais flagrantibus. i. vehementer ad bellũ incensis, ignes. i. ardorem Et conspicit. i. animaduertit, gladios q manent. i. distillent toti. i. ex omni parte, sanguine. i. hostili: & gladios qui niteãt, cruenti tantũ. i. duntaxat primo mucrõe. i. anteriore parte: & quæ manus tremat. s. ob remorsum conscientiæ, ense ꝑsso. i. remisso: aut contra, quæ manus tremat. s. ex vehemẽti ictu, ense ꝑsso. i. profunde in corpus hostile adacto: & quis ferat tela lãguida. i. languide emissa: & qs ferat tela contenta. i. ad finem vsq; tenta (a tendo) & in hostem directa: quis præstet bella iubenti. s. sibi, videlicet Cæsari. i. quis dũtaxat iussus pugnet: & quẽ iuuet pugnare. i. qs ex ꝓprio oblectamẽto pugnet: qs mutet vultũ. i. attonitus aut miserãs videat̃: ciue perempto. s. a se. Et Cæsar obit. i. circũdat, cadauera proiecta campis: & ipse (qd dicunt in ꝓpria ꝑsona) premit. i. restringit manu. s. sua opposita. s. sãguini, vulnera multoꝝ. s. suoꝝ, fusura. i. q effusura fuissent totũ cruorẽ: existens quacunq; vagat̃ veluti Bellõa. i. belli furor & Martis soror, quatiens. i. vibrans flagellum sanguineum: aut veluti Mars agitans Bistonas. i. Thraces illos popl'os patriæ suæ: si stimulet sæuo verbere. i. flagello currus. i. equos sicut apd Maronẽ: neq; audit currus habẽas: turbatos. i. stupefactos Aegidæ palladia. i. capite Medusæ in thorace Palladis illis ostenso. Ingens nox. i. ignoratio & confusio scelerum est: qa multi ignorantes occidunt suos. cædes oriuntur. s. fracto robore: & gemitus oritur instar. i. in statum & formam, immẽ

sæ vocis: & arma sonant pondere pectoris lapsi, & enses sonãt confracti ensibus. Ipse. s. Cęsar, subicit. i. ministrat suis, manu scilicet sua, gladios: ac ministrat tela. s. quibus eminus feriant & ipse iubet contundere. i. ferire vultus aduersos. i. oppositos ferro. i. gladio. ipse. s. per se promouet. i. procedere facit acies: & ipse impellit terga suorum: & excitat, id est sollicitat & cohortatur, cessantes. i. suos non acriter pugnãtes verbere. i. ictu hastæ cõuersæ. s. ab ea parte qua ferrata est in eam qua ferrata nõ est: ne suos sauciet aut ad indignationem prouocet. Et vetat manus. s. instructas ad bellum, hoc est copias suas ire. i. impetum facere in plebem. i. vulgus: quorum mors cum fugam iã parent, nullius sit momenti aut lucri: & monstrat senatum, id est multitudinem senatorum sup. inuadendum & occidendũ. causam addet in sequenti particula vbi dicet. Scit cruor imperij qui &c.

Scit cruor imperii qui sit: quę viscera regum:
Vnde petat Romam: libertas vltima mundi
Quo steterit ferienda loco. permista secundo
Ordine nobilitas: venerandaq; corpora ferro
Vrgent̃: cędunt Lepidos: cęduntq; Metellos.
Coruinosq; simul: torquataq; nomina regum.
Sępe duces sũmosq; hoĩm te Magne remoto.
Illic plebeia contectus casside vultus
Ignotusq; hosti quod ferrum Brute tenebas?
O decus imperii: spes o suprema senatus:
Extremum tanti generis per sęcula nomen:
Ne rue per medios nimium temerari9 hostes
Nec tibi fatales admoueris ante Philippos:
Thessalia periture tua: nil proficis istic
Cæsaris intentus iugulo: nõdum attigit arcẽ
Iuris: & humanũ culmen quo cũcta p̃muntur
Egressus meruit fatis tam nobile letum.
Viuat: & vt Bruti procumbat victima regnet.
Hic patriæ p̃it oẽ dec9: iacet aggere magno
Patricium campis commista plebe cadauer.
Mors tamẽ eminuit clarorũ in strage virorũ
Pugnacis Domiti: quẽ clades fata per omnes
Ducebant: nusq̃ Magni fortuna sine illo
Succubuit: victus toties a Cęsare salua
Libertate perit: tũc mille in vulnera lætus
Labitur: ac venia gaudet caruisse secunda.
Viderat in crasso voluentẽ sanguine mẽbra
Cæsar: & increpitans: Iã Magni deseris arma

ladia stimulet turbatos Aegide curr9. i. si flagello stimulat equos qui turbati sint viso capite Medusæ quod ĩ Aegide. i. lorica gestat Pallas soror Martis: cuius capitis aspect9 cõuertit in saxa: vt inquit Ouidius: & infra lati9 mõstrabitur. Nox ingens scelerũ est. i. maximę tenebrę scelerum, quæ fiunt in obscuro in acie Pharsalica. Instar. ad comparationem. Ipse manu. s. Cæsar. Aduersos. e regiõe oppositos eorum. s. qui terga nõ verterant. Verbere conuersę cessantes excitat hastæ. Cæsar percutiebat hastili ligneo milites suos cessantes vt essent acriores ad pugnam. In plebẽ vetat ire manus. i. non vult vt plebei interficiantur: sed senatores & patricij, quorum facta erant habitura momentum rerum.

¶ Qui sit cruor imperij. morte quorũ possit Ro. imperiũ assequi & opprimere. Quæ viscera regum: qui regib9 charissimi. Iuuena. Viscera magnarũ domuũ. Libertas. libertatis defensores. Nobilitas, patricij & senatores. Secundo ordine, equitibus: populus eñ Ro. in tris partes diuisus est: in patricios, eqtes, & plebeios. Corpora, grãdiorum senatorum & equitum quæ nobiliora erant & ideo venerãda. Cędũt, occidũt. Lepidos: nobiles viros. Lepid9 dr̃i quo leporis. i. venustatis est plurimum: aut qui politus est vt λεπισ. i. lamina. Donatus est auctor. Coruinos. qui cognomẽ traxere a Valerio Coruino qui Gallũ prouocantem corui ora hostis & oculos infestãtis auxilio singulari prælio interemit. Torquataq;. Torquati ab eo. T. Manlio primum denominati sunt qui torquem Gallo prouocanti ademit. Regum, principum. Summos hominum, reges. Te. o Põ. Illic. inter hos inquit erat Brutus cassidem plebeam indutus: ne nosceretur, & posset Cæsarem inuadere tutius: sed id facere nõ potuit. Hic autem cum iam fracti essent Pompeiani Põpeiusq; fugeret, p̃ paludẽ noctu euasit: Larissamq; se recepit: vt scribit Plutarch9. Eiusq; salute Cæsar lętatus cum ad se venire iussisset: & veniam ei dedit: & honoribus est persecutus: ab eoq; intellexit quo Pompeius fugere constituisset. Illic, inter Pompeianos. Decus imperij. ideo decus & spem ipsum appellat quoniam hic M. Brutus vna cum Cassio paucos post annos Cęsarẽ interemit. Tãti generis. ortus eñ erat a Iunio Bruto qui Tarquinium regem eiecit & interemit. Ne rue. ad Cę. occidẽdum. Thessalia periture tua. in qua pugnabis iterũ contra Augustum & morieris: noli tibi nunc mortem accelerare. Ante. q̃ tempus postulet Philippi, oppidũ & cãpi ĩ Thracia: sunt tamẽ qui voluerunt in Thessalia esse propter vicinitatem. Fatalis, in quibus es periturus. Admoueris, p̃pinquos feceris. Intentus iugulo, conans occidere. Istic, in Pharsalia. Nondũ attigit arcem: nõdum perpetuus dictator est factus, nondum rerum potitus est euerso iure Cæsar. Nondum egressus, q̃ nondũ aspirauit. Culmen. i. summam potestatem Ro. imperij: quod toti orbi dominatur. Tam nobile letum. Honeste manu Bruti nunc in Thessalia occubuisset. Sed quia in senatu ab eo occisus, turpiter perijt. Victima, hostia p̃ publica

SVLPIT.

Lepidus.

Coruinus.

Torquatus

Philippi.

salute a Bruto mactata. Omne dec⁹, omnes nobiles. Pricipū cadauer. Synecdoche. Plebe non mixta. separati enim erant plebeis patricij, qui circa Pompeium pugnabāt. Mors tamen eminuit. excellentior tamen inter cæsos fuit Domitius. Eminuit, conspicua fuit. Domiti. apocope pro Domitij qui fuerat ad Corfinium a Cæsare dimissus & ad Massiliā superatus. Pugnacis, fortis. Omnes clades. omnia mortis genera omnesq́ pugnas. Nusq̄ magni fortūa. nullibi victi sunt sine Domitio Pompeiāi. Salua libertate: liber adhuc & anteq̄ libertas publica perijsset. Secunda venia. primam enim Corfinij consecutus ab eo audiuerat, Viue licet nolis & nostro munere dixit Cerne diē. Gaudet. q̄ moreretur ne vita iterum donaretur. Soluētem membra. Domitium pereuntē & extendentē membra. Increpitās, inclamās. Successor. qui fueras designatus vt mihi in Gallia succederes. Spiritus pulsans pectora. anima pulmonem commouens illi iat fuit in verba enuntianda. Resoluit; loquens apparuit. Non te funesta. Anteq̄ victor sis & dum euentus belli est dubius & tu es Pompeio inferior, trāquillo animo e vita decedo: præsertim quia liber. Non potitum, qui non est consecutus. Funesta mercede: præmio funereo: nam nondum vicisti: adhuc viuit Pompeius. Sed dubium. quia es incertus an vincas pereo libēter sub Pompeio Subactum, victum. Daturum pœnas, passurum. Densæ tenebræ. morientium oculis tenebræ oboriūtur. lib. iij. Mortisq́ illas putat esse tenebras. Vergi. In æternam clauduntur lumina noctem. BEROALDVS.

¶ Cruor imperij. s. nobiliū & potentū mors parit imperium. Libertas vltima mundi. qa postea tyranni & Cæsares inuasere principatum. Permista secundo ordīe nobilitas. Primus apud Romanos erat ordo senatorū: secūdus equitum: tertius plebeiorū. Cædunt Lepidos. patricios. multi enim fuerūt clarissimi Lepidi de quibus multa apud Valerium. Coruinosq́ simul. i. nobiles & patricios ab illo Valerio Coruino ducentes originem, q dimicans contra Gallum coruum habuit auxiliarē: a quo interfecto Gallo coruinus cognominatus est. Auctores Liui⁹, & Gellius. Torquataq́ nomina regū. i. cędūt patricios Torquatos oriūdos a Mālio Torquato qui cum interfectum Gallum singulari certamine interfecisset ei torquem aureum detraxit a quo Torquati cognomē assecut⁹ est. auctores Aulus Gellius, & Liuius. Sępe duces summosq́ hominum te magne remoto. i. Cæsariani cędunt & iugulant duces, proceres, & omnes summates Pompeianos excepto Pompeio qui euasit. Illic plebeia cōtectus casside vultus. M. Brutus qui deinde interemit Cæsarē cum alijs coniuratis existimatus est fuisse fili⁹ ipsius Cęsaris: vt scribit Plutarchus. ideo q̄ Cæsar eum incolumem in acie Pharsalica ad se peruenisse vehementer lętatus est. nunc ait Lucan⁹, Brutum ignotum fuisse propter cassidem plebeiam qua faciem texerat. Qd̄ ferrum. i. q̄ laudabile & memorabile. O decus imperij. Brutum decus Romanorum ap

Successor Domiti: sine te iam bella gerūtur.
Dixerat: ast illi suffecit pectora pulsans
Spiritus in vocem: morientiaq́ ora resoluit.
Non te funesta scelerum mercede potitum
Sed dubium fati Cæsar generoq́ minorem
Aspiciēs stygias Magno duce liber ad vmbras
Et securus eo. te sæuo marte subactum
Pompeioq́ graues pœnas nobisq́ daturum
Quum morior sperare licet. non plura locutū
Vita fugit: densæq́ oculos pressere tenebrę.

¶ Sit cruor. Docet cur Cęsar suis senatum occidendum monstrauerit dicens. Qui sup. Cæsar scit, qui. i. quis cruor sit imperij. i. pertinens ad imperium obtinendum: & quæ viscera sup. sint regum. i. diuitum: vnde regnum obtineat: & scit vnde. i. a quib⁹, hoc est a quorum morte, petat. i. petere debeat, Romā. i. imperium Romanū: & scit quo loco libertas mūdi steterit ferienda. i. vi opprimenda. i. quibus percussis actum fuerit de libertate mūdi. Nobilitas. i. nobiliū, videlicet patriciorum multitudo, permista, sup. cum, secundo ordine videlicet equestri, & corpora veneranda, eo q̄ in sacro magistratu erant, vt tribunitia & pretoria: vrgentur ferro. s. Cęsarianorum, qui cędūt. i. occidūt, Lepidos. i. nobiles de familia Lepidorum: & cędūt Metellos etiam nobiles & triumphales, & simul Coruios: etiā illustres: & nomia Torquata. i. torquatos ipsos, quorum noia erant noia regū. i. impatorū. erat eñ Manlius torquatus imperiosus q filium ob transgressum imperiū licet feliciter pugnauerat occidendum duxerat. & cædunt sæpe duces, & summos. i. supra oīs alios laudandos, o Magne. s. Pompei, te remoto. i. excepto: qa ille sine controuersia cæteris præstabat: vt & Ci. in epist. affirmat. O Brute tu cōtectus illic, vultus. i. habēs vultum contectum, casside plebeia. i. galea vulgari, & ignotus hosti, qa aliter occisus fuisset, quod ferrū tenebas. i. quodnam telum habebas ad interficiendum Cæsarem, illic. i. inter Pompeianos nobiles & equites? O Brute decus imperij, q cæde Cæsaris maxime decorabis imperium: & o spes senatus suprema. i. vltima post quam nulla est sperāda: & extremū. i. vltimum nomen per sæcula. i. donec durabit mundus, tanti generis. s. Brutorum qui erant summi vindices libertatis: ne rue. i. noli ruere nimium temerarius per hostes medios, nec o periture. i. quem fata constituerunt periturum, tua. i. tibi designata, Thessalia. s. postea in bello contra Augustum & Agrippam in eodem loco gerēdo, admoueris. i. propinquos feceris tibi Philippos. i. campos illos iuxta Thessaliā in quibus etiam Vergil. dicit bis pugnatum fuisse, ante. s. q̄ pereas in tua Thessalia post cędem Cæsaris. Tu intentus iugulo Cæsaris. i. ad iugulandum Cęsarem, nil proficis istic. i. in Thessalia: qa occidendus ab illo erat in senatu Romæ. Ipse Cæsar nondum attigit arcem. i. summitatem iuris. i. imperij Romani: qa nōdum est dictator: & cum Brutorum sit reges delere, expectandum est tibi donec rex sit. Et ipse nondum egressus culmen humanum. i. consulatū, quo cuncta p̄muntur. i. qui nunc maximus est, nondum meruit fatis. s. suis, tam nobile letum. i. vt a tam nobili viro occidatur priusq̄ cognitū sit quo animo fuerit in remp. aut tā nobile letum ex parte agentis, cuius facinus postea nobilius erit quādo manifestum tyrannum occidet. viuat ergo Cęsar & regnet: vt procumbat. i. mactetur, vt bos, existens victima Bruti. i. tua, ipsum pro libertate immolantis. Redit deinde ad reliquam narrationem dicens. Omne decus patrię perit hic. i. inter nobiles.

Cadauer patricium.i.strages patriciorum, iacet magno aggere.i.cumulo, campis, plebe non mixta.i.non commixta, cum nobilibus. Et licet omnes essent nobiles: tamen mors clarorū virorum eminuit.i. præ cæteris apparuit in strage, vtpote Domitij pro domitij, pugnacis.i.bellicosi: quē fata ducebāt p oēs clades.s. Pompeij: quia fortuna Magni nusq̄ succubuit sine illo: & qui victus a Cæsare toties: vt apud Massiliam & Corfinium, perit libertate salua.i.nondum oppressa.ipse Domitius labitur in mille.i.plurima vulnera, existens lętꝰ: ac gaudet caruisse secunda venia: quia semel illi veniam dederat Cæsar. Cęsar viderat.s. Domitiū soluentē.i.exendentē, vt faciunt moribundi, mēbra.s.sua, in sanguine crasso.i.denso: & increpitans sup. ait, O Domiti, successor.i.q mihi debueras succedere: tu deseris iam arma Magni, & bella geruntur iam.i.deinceps. sine te. dixerat.s. Cæsar: ast spiritus pulsans pectora suffecit illi vocē, & resoluit ora morientia.i.respondit dicens. O Cęsar ego aspiciens te non potitum funesta mercede scelerum, sed dubium.i.adhuc incertum fati.i.futuri belli, & minorem.i.inferiorē genero.s. Pompeio: eo liber & securꝰ ad vmbras stygias magno existente adhuc duce.s. viuetium.licet mihi quum morior sperare te subactū.i.victum sæuo marte, daturum graues pœnas Pompeio & nobis. Vita fugit Domitium non locutum plura: & tenebræ densæ pressere oculos eius.

pellat, vtpote assertorem libertatis & verū nomen gentis Brutorum: nam Iunius Brutus olim & ipse eiecit Tarqnios. Nerue per medios. Noli iquit o Brute ruere cum impetu in medios hostes ne oppetas ante horam fatalē qua decretū est vt in eadam Pharsalia moriaris: nam Brutus interempto Cæsare in cāpis Pharsalicis dimicauit contra Augustū & Antonium vbi victus se interemit vt dictum est in prio. de Philippis op. dictū est supra. Nondum attigit arcē iuris.i.nondum Cæsar peruenit ad summū imperij fastigiū in quo o Brute tu eum tāq̄ victimam mactabis quia tunc erit dignus tam nobili morte. Viuat.s. Cęsar. Hic patriæ perit omne decus.i.in hac pugna Pharsalica pereunt omnes patricij & nobiles Aggere.i.cumulo. Patricium cadauer.i.cadauera patriciorum. Sunt aūt patricij Romanorum nobilissimi. & vt ait Liuius filij senatorum quos Romulus creauit, patricij sunt appellati. Pugnacis Domiti. iter alios eminuit Domitij mors: qui vt dictum est in secūdo amisso Corfinio in Cæsaris venit potestatem a quo dimissus iterum contulit se ad Pompeium & tandem in hac pugna Pharsalica occubuit: vt scribit Tranquillus: & refert Cæsar: nam in montem fugiens ab equitibus est interfectus. hunc laudat Lucanus in primis. Victus toties a Cæsare. Domitius domi forisq̄ Cæsarem semper impugnauerat: a quo deuictus fuit & captus apud Corfinium: rursus Massiliæ. Ac venia gaudet caruisse secunda. Captus Corfinij veniam a Cæsare impetrauit: vt in secundo demonstratum est. nunc ergo tanq̄ viuere dedignaretur beneficio Cæsaris, gaudet carere secunda eius venia. Et increpitans.i.inclamans contra Domitium moribundum. Accēsor siue succensor.i.inflammator: qui Pompeiū sua sponte commotum instigabas. Domiti. vocatiui casus. Illi.s. Domitio. Non te funesta scelerum mercede potitū. ait Domitius O Cęsar ego morior et quidem securus & lętus q̄ nō aspicio te potitum rerum: sed adhuc minorem genero Pompeio. itaq̄ ego duce existente Pompeio peto vmbras stygias. verum sperare licet mihi morienti te iri profligatum & daturum merita supplicia & mihi & Pompeio.

Impēdisse pudet lachrymas in funere mūdi
Mortibus innumeris ac singula fata sequētē
Quærere letiferum per cuius viscera vulnus
Exierit: quis fusa solo vitalia calcet:
Ore quis aduerso demisso faucibus ense
Expulerit moriens animam: quis corruat ictu:
Quis steterit dū mēbra cadūt: qs pectore tela
Trāsmittat: vel quos cāpis affixerit hasta:
Quis cruor emissus perruperit aera venis:
Inq̄ hostis cadat arma sui: qs pectora fratri
Cædat: & vt notum possit spoliare cadauer
Abscissum longe mittat caput: ora parentis
Quis laceret: nimiaq̄ probet spectantibus ira
Quē iugulat nō esse patrem. mors nulla q̄rela
Digna sua est: nullosq̄ hoīm lugere vacamus.
Non istas habuit pugnę Pharsalia partes
Quas alię clades. illic per fata virorum:
Per populos hic Roma perit: qđ militis illic

SVLPIT.

¶ Impendisse pudet. in totiꝰ humani generis calamitate complurimorum mortem deflere pudet, & vulnerum diuersitates explicare nō vacat. Cecidere hoc in prælio ab vtraq̄ parte Italorum quidem (non enim sociorum copiæ ob multitudinem contemptumq̄ numerabantur) e Cæsariano primum exercitu turmarū ductores triginta: Sarmatæ ducēti: vt alij scripsere mille & ducēti. ex Pom. partibꝰ senatores decem quos inter Domitius fuit: equestris ordinis ad quadraginta ex illustrioribus: ex reliquo autem exercitu qui rem in maius extollūt supra viginti milia cecidisse aiūt. Cæterum Asinius Pollio qui sub Cæsare ea in pugna militauit, sex milia ex Pompeij exercitu perisse solū scribit: vt refert Appianus. Cæsar vero ait nō amplius ducentos in eo se prælio desyderasse & cēturiōes circiter. xxx. Ex Pō. exercitu milia vndecim cecidisse: in deditionem venisse amplius milia quatuor & vigīti. Viscera, corpꝰ. Vitalia: hepar, cerebrū, cor. Ore quis aduerso. quis ense ori immisso perierit. Corruat ictu. statim vt percussus est cadat. Steterit dum membra cadunt. non ceciderit dum truncatur manus aut brachium. Transmittat tela pectore. q a tergo vulneratꝰ pectꝰ ferro penetratum habuerit. Campis, in terram. Quis cruor. pudet etiā dicere qui accepto vulnere velut per fistulam cruorē emiserit, & hostis arma irrigauerit. Vt possit. sine crudelitatis infamia. Lōge mittat. abijciat lōgius ne fratris trūcꝰ agnoscatur. Probet spectantibus. ostendat se non patrem cuius ora

Numerus cæsorum.

tam lacerauerat, sed quēpiā alium iugulare. Nulla mors . non decet vt querelis singulos prosequamur. Vacamus lugere . vacui sumꝰ ad lugendum. Istę partes: istam formam pugnæ. Quas aliæ. vt cannensis alliensis & Trebiana. Illic, in alijs cladibus. Per fata, per mortes. Per populos. quot eñ milites illic ceciderunt tot hic ppł̄i. Ibi. in pugna Pharsalica. Sāguis Achęus, græci ipsi. Ponticus Assyrius. i. ponticę gentes & Assyriæ. Cunctos hęrere cruores. Ingentem Romanorum cædem eo indicat argumento: ꝙ hærentem sanguinem Barbarorum cruor ille impulerit. Torrēs: copia Romani cruoris fluentis. Acie, pugna. Ferrēt sua sæcula. illa tempora pati possent: nam antea Punicis & modo Syllanis & Marianis pręlijs erant attrita. Quod perit. libertas etiam posteritatis. Prosternimur in totū ęuū. subiugamur eñ cum omni posteritate in seruitutē perpetuam. Proxima, querela a rei intempestiuę indignitate. In regnum. vt seruiant. Pauidi num gessimꝰ arma? nunqd timide pugnauimꝰ? Teximꝰ iugulos: recusauimꝰ pro patria mori. Alieni timoris. eorum q sub Pompeio erant. Sedet in ceruice nostra. subiugant: nos luimus pœnas timiditatis illorū. Dabas dominum: submittebas Cæsaribus nos qui post hanc pugnam nati sumus: cum etiam pugnare non concessit. Infelix, quia victus. Trāsisse deos: defecisse, a se ad Cęsarem Vix tota clade. etiam accepta tanta calamitate vix suę fortunæ maledicere potuit. Aggere, colle. Clades, stragem hominū. Quæ bello obstante latebant. quæ propter pugnātes videri non poterant. Sua fata peti tot telis. ꝙ omnes hostes mortem eius appeterēt. Tam multo sanguine, hoc est multorum morte.

BERO.

¶ Densęq; ocłos p̄ssere tenebrę. i. mors pressit oculos Domitij expirātis. tunc enim tenebræ immensæ oboriuntur. Impendisse pudet lachrymas. cū mortem Domitij priuatim retulerit ait se nolle singulorum fata narrare & impendere lachrymas. In funere mundi. Funus mundi appellat cladem Pharsalicam in qua totius orbis gentes fere occubuerant. Letiferum. i. mortale. Quis fusa solo vitalia calce. repete pudet me quærere varia genera mortis quæ in acie Pharsalica ppetrata sūt quis. s. calcauerit vitalia viscera in quibus cōsistit vitalitas, sparsa per terram: & quis ensem exceperit in faucibus: qualiter mortuꝰ est Crastinus qui primus fecit initium pugnæ vt supra dictū est. Quis corruat ictu. i. vnico vulnere corruat in terram moribundus. Qui pectore tela transmittant. i. pudet quęrere qui in pectore adeo violenter fuerint percussi vt hasta emineret a tergo aut eos affixerit terrę trāsuerberatos. Perruperit aera venis. Sāguis vena missus salit & emicat: ita vt aera perrumpere dicatur. Et vt notum possit spoliare cadauer. Cæsorum cadauera spoliabantur a victoribus: vnde ait pudet quęrere & scribere quis frater potuerit spoliare cadauer fratris. Quē iugulat nō esse patrem. quispiam caput patri absciderit & dicet illum non esse patrem ne p̄ricida & impius videatur. Mors nulla querela digna sua est. nullius mors inquit Lucanus

Mors hic gētis erat: sanguis ibi fluxit Achęus
Ponticus Assyrius: cunctos hærere cruores
Romanus campisq; vetat cōsistere torrens.
Maius ab hac acie q̄ quod sua sæcula ferrent
Vulnus habent populi: plus est q̄ vita salusq;
Quod perit: in totum mundi p̄sternimur ęuū.
Vincitur hic gladiis omnis q̄ seruiet ętas.
Proxima qd soboles aut qd meruere nepotes
In regnum nasci? pauidi num gessimus arma?
Teximꝰ aut iugulos? alieni pœna timoris
In nostra ceruice sedet. post pręlia natis
Si dominum fortuna dabas: & bella dedisses.
Iam Magnus transisse deos: Romanaq; fata
Senserat infelix tota vix clade coactus
Fortunam damnare suam: stetit aggere cāpi
Eminus: vnde omnes sparsas p̄ Thessala rura
Aspiceret clades quę bello obstante latebant.
Tot telis sua fata peti: tot corpora fusa:
Ac se tam multo pereuntem sanguine vidit.

¶ Impendisse pudet. Vt breuiter rem tristem percurrat significat se nolle describere speciatim cladem illā dicens. Pudet sup. me, impendisse lachrymas. i. deflesse, in funere mundi. i. totius imperij: & pudet me sequentem singula fata in mortibus innumeris, quærere. i. disquirere per cuius viscera exierit. i. effractū sit vulnus letiferū: & quis calcet vitalia. s. sua aut hostis intima, in quibꝰ: vita cōsistit vt sunt cerebrū, hepar, cor, re fusa solo. i. per terrā: & qs ense demisso ore aduerso. i. per os aduersum & oppositū, expulerit. i. exhalauerit aut effuderit aīam. i. spiritū vitalem aūt sanguinem sedem animæ, faucibus. i. per fauces & quis corruat ictu. i. statim vt ictus est, & quis steterit dū membra: vt manus, nares, auriculæ, cadunt. s. amputata, quis transmittat pectora. i. habeat pectora perforata: telo. s. a tergo immisso: aut vt Sulpi. legit, quis trāsmittat tela pectore. i. per pectus suum: vel quos hasta affixerit campis. i. ad campos: & qs cruor emissus venis, perruperit aera. i. per medium aeris exiluerit, & cadat i arma sui hostis. Quis cędat. i. feriat pectora fratris. s. sui, vt possit. s. hōeste, spoliare cadauer notum, quia fraternum, mittit longe caput. s. fratris abscissum. Et quis laceret ora parentis, & probet. i. facto manifestum faciat, spectantibꝰ nimia ira. i. per nimiam truculentiam eum quē iugulat non eē patrem: quia non est verosimile quēq̄ sic in patrem sæuire: vnde vt dissimulet se patrem ferire, truculentissime ferit. Nulla mors est digna sua querela: & nullos. i. non vllos, nō vacamꝰ. i. non sumus vacui lugere vllos hominum: Pharsalia non habuit istas. i. istiusmodi partes quas alię. i. reliquę clades sup. habuerūt: qa Roma perit pro perijt in alijs cladibꝰ p̄ fata. i. mortē virorꝫ. s. vniꝰ ppł̄i: hic pit p̄ ppł̄os id qd̄ illic. i. i alijs cladibꝰ erat mors milit̄. s. vniꝰ erat hic mors gētis: qa ibi. i. i Pharsalia fluxit sanguis Achęus, ponticꝰ, Assyrius. i. omniū gentiū: sed torrens Romanus vetat cunctos cruores hærere: & consistere campis: quia reliquos impellit. populi habent ab hac acie maius vulnus: q̄ quod sua sæcula ferrent. i. pati possent dum

taxat.id quod perit est plus q̃ vita & salus.s.morientium:quia nos posteri prosternimur.i. in seruitutem redigimur in totum æuum mundi:omnis ætas.s.posterorum q̃ seruiet vincitur hic .i.hoc loco & tēpore:aut his gladijs. Quid pxima soboles aut quid nepotes meruere nasci i regnū.i. seruitutem sub rege? nū. i.nunquid gessim⁹ arma pauidi? aut texim⁹ iugulos nostros? q.d.minime:sed poena alieni timoris sedet in nostra ceruice.i. iugum imponit nobis. O fortuna si dabas dominum natis.s. nobis post prelia,tu dedisses.i.dare debuisses,&.i.etiam bella. id est facultatem pugnādi. Magnus infelix senserat iam deos & Romana fata transisse. vix coactus tota clade damnare suā fortunam,stetit aggere campi eminus.i.de longe: vnde aspiceret omnes clades sparsas per rura Thessala,quæ latebant.i.nō videbantur bello obstante:& vidit sua fata.i.necem, peti tot telis: tot corpora fusa sup.esse:ac se pereuntem tam multo sanguine.i.tot hominum morte.

est digna lamentatione:quoniam res non est paucorum:sed toti⁹ orbis:ita vt generalis clades dicenda sit. Quas alię clades.ego non intelligo de clade alliēsi de qua dictum est supra cū ratio syllabę repugnet: sed de oib⁹ alijs cladib⁹. Illic.in alijs cladibus viri extinguunt. Hic.in hac Pharsalica pugna populi moriuntur. Q. militis illic.in alijs pugnis cum moriantur milites,hic gentes delentur. Ibi.i.in acie Pharsalica perierunt græci, Assyrij,pontici,quorum omnium sanguinem & cruorem cruor Romanus torrentis modo diffluēs cō sistere non patiebatur. Herere,conglobari & manere. Maius ab hac acie q̃ quod. Sensus est populi & gētes omnes maius detrimentū & iacturam passę sunt a clade Pharsalica solū modo, q̃ omnibus suis sæculis pertulerint. Plus est q̃ vita salusq; quod perit.i.plures fuerunt qui perierunt q̃ qui superfuerint. Vincitur his gladijs omnis q̃ seruiet ætas. Illa victoria Cæsaris non solum vicit eos, qui tūc fuerūt:sed propagata est in posteros:qui & ipsi propter hanc pugnam seruire coacti sunt alijs tyrānis Cęsari succedentibus. Quid meruere nepotes.i.successores. Dolet Lucan⁹q; nepotes & posteri huius cladis sentiant detrimenta nascentes.s.non in libertate sed in regno, cum ipsi non gesserunt arma. Teximus aut iugulos.nos scilicet posteri. quasi velit dicere se si tunc fuisset odio tyrannidis potius periturum fuisse q̃ accepturum iugum. Post prelia natis si dominum fortuna dabas. O fortuna inquit si filijs & nepotib⁹ dabas dominum & tyrannum post pugnam Pharsalicam, saltem dedisses etiam bella vt in bello victores non in pace securi inuaderent principatum quasi hæreditarium. Iam Magnus transisse deos. Pompeius vt suos pulsos vidit acie excessit:protinusq; se in castra equo contulit: vt scribit Cæsar. nunc Lucanus ait eum ex loco edito spectasse clades & excidia suorum. iam itaq; cognouerat deos se deserto transisse ad Cæsarem. Fortunam suam,quam semper alias habuerat propiciam. Aggere,cumulo & loco eminenti. Eminus,id est a longe. Sua fata peti,id est mortem. Quæ,scilicet clades videri non potuerant inter pugnandum. Multo pereuntem sanguine.mors Pompeij erat plena multo sanguine futura eorum.s.qui pro ipso occubuerant.

SVLPIT.

Nec (sicut mos est miseris) trahere oīa secum
Mersa iuuat:gentesq; suæ miscere ruinę:
Vt Latię post seuiuat pars maxima turbę
Sustinuit dignos etiam nūc credere votis
Cælicolas:voluitq; sui solatia casus.
Parcite ait superi cunctas prosternere gentes.
Stāte potest mūdo Romaq; supstite Magn⁹
Esse miser:si plura iuuant mea vulnera:cōiux
Est mihi:sunt nati.dedimus tot pignora fatis.
Ciuili ne parum est bello:si meq; meosq;
Obruet?exiguæ clades sumus orbe remoto?
Oia qd laceras?quid perdere cuncta laboras?
Iam nihil est fortuna meum. Sic fatus:& arma
Signaq; & afflictas omni iam parte cateruas
Circuit:& reuocat matura in fata ruētes:
Seq; negat tanti.nec deerat robur in enses
Ire duci:iuguloq; pati vel pectore letum:
Sed timuit strato miles ne corpore Magni
Non fugeret:supraq; ducē procūberet orbis.
Cæsaris aut oculis voluit subducere mortem
Nequicq̃ infelix:socero spectare volenti

¶Nec sicut. Noluit Pompeius in extremis rebus per desperationem, vt miseri solet, omnia secum obruere: sed optauit vt exercitus reliquus seruaretur incolumis. Mersa: perdita & obruta. Sustinuit, passus est deos precari, sperauitq; exauditurus ipsum q̃q̃ credibile non videretur. Etiam tunc: in tanta calamitate. Dignos. indigni enim videbantur quia non fauerant. Vouit solatia: optauit salutem reliquorum quæ erat ei solatio maximo in tāta ruina. Parcite, abstinete. Stāte potest mūdo Romaq; superstite Magnus Esse miser. hoc est sine cæde vniuersorū populorum & ciuium. Si plura iuuant. si non acquiescitis miseriæ meę:& vultis me maiori dolore cōficere. Est mihi cōiunx. Magna hæc pietate effudit. Nam omnis sibi charissimos & seipsum pro publica salute exponere promptus erat. Pignora, charos & consanguineos. Ciuili ne parū est bello: si meq; meosq; Obruis? apostrophe ad fortunā. Remoto orbe. si mundus nobiscū nō perient. Iā nihil est. Nihil possideo: amisi iā omnia: nihil est sub arbitrio meo: ne in inuidiam meam i alios sęuias. Et reuocat. signum receptui dat procliuibus ad subitam mortem. Matura, subita. Tanti: vt pereant p ipso. Nec deerat robur in enses. Inerat Pompeio magnanimitas & mortis cōtemptus, & feruor eundi in prelia. Sed timuit. Ideo in cōfertissimos hostes se nō immisit: ne ipso prostrato reliquus periret exercit⁹: siue noluit in Cęsaris mori conspectu: siue ne suam Corneliam intolerando dolore afficeret. Nequicq̃. quia omnino caput eius visurus est. Vultus, forma. Fatisq; probatum est. Nam in suę cōiugis cōspectu occisus est in Aegypto. Tūc Magnū cōcit⁹ aufert A bello sonipes. Pom-

ꝑei⁹ quū iā intra vallū hostes versarent̄, equū nact⁹ detractis insignib⁹ imꝑatoris decumana porta se ex castris eiecit: ꝓtinusq̄ꝫ equo citato Larissam contēdit. Sonipes cōcit⁹, equ⁹ impulsus. Nō pauētē tela tergo. nēo em̄ ipm ꝑsequebat̄. Ingētesq̄ꝫ aīos. A magnanimitate & cōstātia laus: q̄ꝫ reb⁹ aduersis ꝑturbat⁹ nō fuerit, & q̄ꝫ res lętas nō tulerit īmoderate. Verēd⁹, venerād⁹. Rōanis ꝓstare mal̄. ī publica calamitate. Nō īpare vultu, hoc est simili. Eodē em̄ vultu quo fuit ī ꝓspa fortūa fuit & ī aduersa. Idē de Socra. Ci. & Pli. tradūt. Nec te videre supbū. Victoria in supbiā te nō erexit. Fractū, icōstātē & vacillāti aīo. Q̄ꝫq̄ꝫ fuit. sicut fortūa inq̄t fuit infida tibi ī ꝓspis reb⁹: sic fuit te inferior ī aduersis: q̄a te de statu mētis nō deiecit. Tres triūphos. Libycū Hispanicū & Mithridaticū. Pōdere fati. spe īꝑij & victorię. Secur⁹: q̄a nil pl⁹ possis amittere. Vacat, vacuū ē tibi. Respexisse tpa lęta: cōsyderare ꝑteritā felicitatē q̄ q̄dem ex aduersitatibus cognoscit̄. Spes nunq̄ implēda. sitis cupiditatis q̄ nunq̄ explet̄ nec satiatur. BEROALDVS.

¶ Mersa iuuat gētesq̄ꝫ suę miscere ruinę. mos ē miseroꝝ vt cupiāt in re sua deplorata oēs secū ꝑire & oīa ꝑiter mergi iuxta illū versiculū. Me moriēte terra misceat̄ igni. veꝝ Pō. sec⁹ fecit q̄ cū videret suos dispsos ꝓfligatosq̄ꝫ & aciem iclinatā cēturiōib⁹ vt milites exaudirēt tuemini iq̄t castra & defēdite diligēter si q̄d duri⁹ acciderit, ego reliquas portas circūeo. auctor Cęs. nūc ait Luca. Pōpeiū orasse deos vt vellēt seruare cūctas gētes & Romā & se cū suis solūmō ꝑdere. Post se. i. mortē suā. Parcite ait supi. verba sūt Pōpeij deos orātis vt ꝑcāt ꝓsternere gētes. Si plura iuuāt mea vulnera. si miseria mei soli⁹ nō iuuat vos, o superi habeo vxorē & filios quos demoueo & dono fatis ꝓ salute cūctarū gētiū. Exiguę clades sum⁹ orbe remoto. etiā si remoueāt̄ oēs alię gētes & clades eaꝝ, ego & mei nō sum⁹ exiguę immo maxię clades. q̄ si velit dicere fortunā debere eē cōtentā suo exitio & alijs ꝑcere. Et reuocat matura ī fata ruētes. Pō. ruebāt ī mortē cōtra Cęs. iteꝝ cōserturi man⁹: sed Pō. illos de se bn̄ meritos nō passus ē ruere: sed reuocauit. q̄d totū fictū ē a Luca. Nā revera Pō. pugna excedens sei ꝓtoriū cōtulit, sūmæ rei diffidēs & tn̄ euētū expectās. auctores Cæs. & Pluta. Seq̄ꝫ ne. tāti. s. ꝓtij: vt ꝓ se moriāt̄. Nec deerat robur ī enses ire duci. Sēsus est. Nō deerat aīm⁹ duci. s. Pō. subire mortē vl̄ sua vl̄ aliena manu: sed timuit si se iteremisset, ne oēs sui milites se quoq̄ꝫ ei⁹ desyderio iugularēt & supra suū cadauer oēs procūberent. aut voluit subtrahere mortē suā ex aspectu Cæ. Neq̄cq̄ ifelix socero. Pō. frustra voluit subducere mortē suā ex ocul̄ Cę. q̄a ei⁹ deīn ī Aegypto iterēpti caput ad Cę. misit Ptolemę⁹ vt īfra dicet̄. Vbicūq̄ꝫ, etiā ī Aegypto. Sed tu quoq̄ꝫ cōiūx cā fugę. Cornelia q̄ Lesbō se cōtulerat, vt supra monstrauim⁹, fuit cā fugę Pō. q̄ eo se cōtulit & vxorē abduxit. Tū Magnū cō. aufert a bello sōipes. Pō. cū ītra sua castra Cęsariani versarēt̄: equū nact⁹ detractis īsignib⁹ imꝑatoris se ex castris eiecit: ꝓtinusq̄ꝫ equo citato Larissā cōtēdit. auctor Cę. Saluaq̄ꝫ verendus maie. do

Pręstādū est vbicūq̄ꝫ caput. sed tu quoq̄ꝫ cōiūx
Causa fugę: vultusq̄ꝫ tui: fatisq̄ꝫ † ꝓbatum est
Te pręsente mori. Tūc Magnū cōcitus aufert
A bello sonipes: nō tergo tela pauentem:
Ingentesq̄ꝫ animos extrema in fata ferentem.
Non gemitus non fletus erat saluaq̄ꝫ verend⁹
Maiestate dolor: qualē te Magne decebat
Romanis præstare malis: non impare vultu
Aspicis Emathiam: nec te vidère superbum
Prospera bellorū nec fractū aduersa videbūt.
Q̄ꝫq̄ꝫ fuit læto per tres infida triumphos
Tam misero fortuna minor. iam pondere fati
Deposito securus abis: nūc tempora lęta
Respexisse vacat: spes nunq̄ implēda recessit.

¶ Nec sicut mos. Non (inq̄t poeta) Pōpeius vt reliq̄ui qui se victos sentiūt voluit cęteros secum ꝑire: sed rogauit supos: vt cęteris parcentes in suum potius caput mala couerterent q̄ in exercit⁹ sui. Ordo est. Nec iuuat Pōpeiū trahere secū oīa mersa. i. obruta & ꝑdita vt dū cū rectore nauis perit: sicut mos est miseris. q̄a vt vulgo dr̄ solatiū est miseris sociū habere in pœnis. & sup. nō (q̄a nec ꝑticula negatiua agit ī vtrūq̄ꝫ) iuuat miscere sue ruinæ. i. cladi & exitio, gētes. i. ruinā gentiū: sed vt maxima ps turbę latiæ. i. latinæ, viuat post se, sustinuit. i. passus est etiā tūc hoc est in summa calamitate & vbi deos minime fauētes videretur habere: credere cælicolas dignos votis. s. suis. i. quib⁹ vota sua aperiret. & ita duplex tangit̄ laus, & votorum quę sancta erāt, & superorum quos ea exauditures adhuc sperabat. & voluit. i. animo versauit, aut vt Sulp. legit, vouit. i. optauit, solatia sui casus. i. vt ꝓ leuamīe malorum suorū cæteris parcat̄. nā ait, o superi parcite prosternere cunctas gentes: q̄a si me miserū facere vultis: Magn⁹ potest esse miser, mūdo stāte. s. incolumi, & Roma supstite. Si plura vulnera mea iuuant. s. vos superos, est mihi coniunx. i. habeo coniugē, & sunt mihi nati. i. liberi, hoc est & habeo liberos. nos dedimus fatis, si in nos sæuire volunt, tot pignora. i. tot charos & sanguine propinquos. O fortuna, est ne parum bello ciuili: si tu obruis me & meos? Alij legunt obruet: vt sit: est ne parum bello ciuili si obruet & me, & meos? O fortuna, sumus ne nos exiguæ clades, orbe remoto. s. a clade. i. si mund⁹ nō obruit̄ nobiscū? Quid. i. ad quid, laceras tu oīa? q̄d laboras perdere cūcta? O fortuna nihil est iā meū quia fugiens omnia derelinquo. Sic fatus Pompeius, circuit & arma, id est armatos, & signa. s. bellica, & cateruas. s. suas afflictas iā in pte, & reuocat. s. suos, ruentes in fata matura. i. subitam mortem: & negat se sup. esse tanti. i. tanti momenti aut ꝓtij: nec robur. i. fortitudo, ire. i. eundi in enses. s. hostium, deerat duci. s. Pompeio, & pati letum. i. necem, iugulo vel pectore. s. suscepto vulnere: sed timuit ne miles non fugeret. i. vellet mori, corpore Magni. i. suo, strato. i. prostrato: & ne orbis. i. populus totius fere mundi, procumberet, id est in mortem caderet supra ducem, hoc est supra se qui eorum dux erat. Aut infelix, scilicet Pompeius voluit subducere, id est subtrahere oculis Cæsaris mortem, scilicet suam: nequicq̄. i. frustra ea pietate vsus: quia socero volenti. i. quū socer vellet spectare, caput scilicet eius, vbicunq̄ꝫ est pręstandum, id est exhibendum morti. Sed o Cornelia coniunx Pompeij, tu quoq̄ꝫ, id est etiam

tu, sup. eras causa fugę Pōpeij: & vult⁹ tui. i. species & forma tua erant causa, q; pro & aut quia, probatū. i. cōstitutū & approbatū est fatis, ipsum mori te pręsente. Aldus legit fatisq; negatum: qđ nō placet: quia dictū est ex persona poetę sciētis pręsente Cornelia postea occidendum: qđ nō esset futurū, si fatis negatū. Tunc. s. vbi reliquos ad saluti suę cōsulēdū adhortat⁹ erat, sonipes. i. equ⁹ cōcitus. i. celer, infert Magnū a bello, non pauētē tergo. i. suo tela. i. nō fugientē pre timore: & ferētē ingētes aīos. i. i. cōtra extrema fata. i. mortē, si mori necesse fuisset: aut i extrema fata. i. vsq; ad mortē nihil de magnanimitate remittēs. Gemit⁹ nō erat & flet⁹ nō erat in Pōpeio, sed dolor verendus, i. venerandus aut timendus hosti si fata dedissent parem animo fortunā: maiestate. s. eius salua. talis inquā dolor: o Magne qualē decebat te pręstare malis Romanis. i. ruinę rei pu. Romanę. Tu non aspicis Emathiā vultu impare. i. modo pōposo modo submisso: nec prospera bellorū. i. bella prospera, videre. i. viderunt te superbum, nec aduersa videbunt te fractū, id est nimis victo & submisso animo. Quicq; i. & quanto fortuna infida. i. nulli seruans fidem fuit minor. s. te lęto per tres triumphos, quia adhuc plus meruit virtus tua, tam. i. tanto fuit fortuna minor te misero, quia non potuit te aut lętum aut miserum superare & de statu mentis tuæ deijcere. Tu abis iam securus pondere fati, id est imperij aut mortis deposito, & vacat. i. vacuum & otiosum est tibi respexisse nunc tempora læta: quia spes nunq̄ implenda. i. insatiabilis recessit. lor. erat quidē in Pompeio dolor sed nō mollis & effœminat⁹ verū qualis decebat Pōpeiū in summo fastigio & maiestate collocatū. Nō impare vultu aspicis Emathiā. dicit Pōpeiū eodē & psperа & aduersa excepisse: quę fuit pecuiaris Socratis vt Cicero & Seneca tradūt. Quicq; fuit lęto. i. tātū fortuna nunc est minor Pōpeio etiā misero quātū illi lęto, & felici fuit infida & incōstās p tres suos triūphos. Iā pondere fati deposito secur⁹ abis. Pompeius āte cladē erat sollicit⁹ de imperio quis futurus eēt victor nūc illa cura deposita abit secur⁹. Nūc tēpora lęta respexisse iuuat. ex pcepto Senecę tēpora pterita & quid egerimus respicere debemus: quod nunc fecit Pompeius. Tantisper enim dum plura parimus non numeramus parta.

Quid fueris nunc scire licet. fuge prelia dira:
Ac testare deos nullum qui perstet in armis
Iā tibi Magne mori: ceu flebil' Aphrica dānis
Et ceu Mūda nocēs Phariоq; a gurgite clades
Sic & Thessalicę post te pars maxima pugnę.
Nō iam Pōpeii nomen populare per orbem:
Nec studiū belli: sed par quod semp habem⁹
Libertas & Cęsar erunt: teq; inde fugato
Ostendet moriens sibi se pugnasse senatus.
Nonne iuuat pulsum bellis cessisse: nec istud
Prospectare nefas spumantes cęde cateruas?
Respice turbatos incursu sanguinis amnes:
Et soceri miserere tui. quo pectore Romam
Intrabit factus campis felicior istis?
Quicquid in ignotis solus regionibus exul:
Quicqđ sub Phario positus patiere tyranno:
Crede deis: lōgo fatorum crede fauori.
Vincere peius erat. prohibe lamenta sonare:
Flere veta pplos: lachrymas luctusq; remitte.
Tā mala Pōpeii q̄ prospera mundus adoret.
Aspice securus vultu nō supplice reges:
Aspice possessas vrbes donataq; regna
Aegyptum Libyamq;: & terras elige morti.
Vidit prima tuæ testis Larissa ruinæ
Nobile nec victum fatis caput: omnibus illa

SVLPITIVS.

Quid fueris nunc scire licet. quia ex aduersorum comparatione prospera discernuntur. Testare. iura & in testes cita: Romanos qui posthac pugnant non propter te sed pro libertate pugnare. Perstat, perseuerat. Tibi, propter te. Ceu flebilis. vt reliquiæ pugnæ Pharsalicæ quæ Catone Scipioneq; ducibus vna cum Iuba sunt victæ. Munda. opp. in Hispania vbi Pompeij filij sunt superati. Gurgite Phario, id est in Alexandria a Cæsarianis illata. Pharus insula in Nilo ad Alexandriam est. Post te, post discessum & mortem tuam. significatq; & hos qui nunc periere: & qui Bruti bello. Populare, gratum populis. Nec studium belli. non voluntas pugnandi: sed causa libertatis redimendæ: & Cæsaris opprimendi. Erunt par. erunt concertatores. tractum a gladiatoribus quorum quidem si duos committimus vnum par committere dicimur, si quatuor, duo paria. Quod semper habemus. quod semper inter se pugnat & quærit opprimere mutuo. Inde, e Thessalia. Sibi, pro recuperanda libertate. Nonne iuuat pulsum bellis cessisse: nec istud perspectasse nefas? consolatur fugientem poeta asserens melius fuisse vinci q̄ vincere. Perspectasse, ad finem vidisse cladem. Cateruas, strages hominum. Spumantes cæde, cruore plenas. Et soceri miserere tui. & non irascere sed potius miserere Cæsari qui fuit tanti mali causa. Nam vt ait Boetius. Sicut corporum languor, ita vitiositas quædam est quasi morbus animorum. cum ægros corpore minime dignos odio sed potius miseratione iudicemus, multo magis nō insequendi sed miserandi sunt quorum mentes omni lāguore atrocior vrget improbitas. Pectore, conscientia. Istis campis, hoc est tanta cęde. Quicquid in ignotis solus regionib⁹ exul. Quicquid. oēm calamitatē & mortē quā passurus es, æquo animo feras inquit & te permitte dijs, qui te diu in felicitate conseruauere: es quippe minus infelix vict⁹ q̄ si vicisses.

Solus, non a multis comitatus. Crede. da in manꝰ deoꝝ. Tyrãno Phario. Ptolemęo cuiꝰ iussu obtruncabere. Lõgo fatoꝝ fauori. quo diu vsus fuisti. Vicere peius erat. qa infelicio res sunt q faciũt q̃ qui patiunt̃ iniuriã, & odio sum est & imanissimũ tãta ciuiũ clade vicisse. Lamẽta, lamẽtatiões fieri. Remitte, reprime, ꝓhibe. Mala, aduersitatẽ quã dij ꝓ meliori euẽ tu tibi dederũt. Reges. vt Ptolemęũ. Regna donata. vt Ptolemęo Tygrani Pharnaci Ariobarzãi & Iubę cui Libyã dedit. Elige terras. nã quocũq; iueris oĩno es piturꝰ. Vidit prima põ. Primũ Larissæ appulit: nec ibi cõstitit: sed eadẽ celeritate ex fuga paucos nactus nocturno itinere nõ itermisso comitatu eqtũ triginta ad mare ꝑuẽit. Larissa, Thessalię oppidũ est. Nec victũ fatis, cõstãtiã seruãs. Ceu lęto, tãq̃ victori. Vires, potẽtiã in armis. Munera. officia auxilia donaq; offerunt. Templa domos. Asynthetõ est. Multũ supest, magna ps glię tuę adhuc stat: & iõ hi te reuereant̃. Te solo minor. erat etiã nũc Põ. oĩm maximꝰ: sed seipso minor. i. inferior aĩo q̃ eẽt glĩa & potẽtia sua. In fata, in bella & i mortẽ. Victo, meipõ. Victori pstate fidẽ. sitis fidi Cę. Cumulo cędis, congerie cadaueꝝ. Vadis ꝑ viscera. calcas cadauera & adhuc plures interficis. Dõat tibi pplos. quãtũ psuasit vt Cęsari obedirẽt. Auehit ĩde Põ. so. i. vectꝰ equo Larissa discessit.

BERO. ¶ Nullũ q pstet i armis Iã tibi magne mori. o Põpei testare deos postq̃ tu abis nullũ mori ãpliꝰ ꝓpter te: q;. s. tu nõ es cã vt pugnare velit cõtra Cęsarẽ queãdmodũ in Aphrica Scipio Iuba Petreiꝰ & Cato reliqas belli fouentes debellati fuerũt a Cæsare. Vñ Aphrica dr̃ flebilis ꝓpter dãna. Ceu Mũda nocẽs. vbi filij Põpeij fuerũt ꝓfligati vt dictũ est in primo. Phariocq; in gurgite clades. qñ. s. Cæsar dimicauit Alexandriæ cõtra Achillã & Ptolemęꝰ perijt. Istę oẽs clades nõ ꝓ Põpeio nec iussu Põpeij factę sunt. Sic & Thessalicę post te ps maxia pugnæ. Sẽsus est post deuictũ Põpeiũ p̃lia q̃ deinceps gesta sunt cõtra Cęsarẽ nõ ãpliꝰ dicent̃ Põpeiana queãdmodum vsq; ad cladẽ Pharsalicã bellũ nũcupatũ est Põpeianũ a ductore Põpeio. Libertas & Cęsar erũt. Nõ Põpeiꝰ sed amor libertatis postea fouit bellũ cõtra Cæsarẽ. Vñ illa bella dicẽda sunt libertas & Cæsar quia vterq; vigere vult. Et hoc par. s. libertatẽ & Cęsarẽ semp habemus: quia. s. libertas Cęsaribꝰ: Cęsares libertati sunt infesti. Sibi se pugnasse. i. sua causa & ꝓpter libertatem. Nec istud ꝓspectasse nefas. Iuuat Pompeium q; fugerit ex acie Pharsalica ne videret mortẽ senatoꝝ cęsoꝝ. Et soceri miserere tui qui. s. est auctor tãti exitij & sceleris. Quo pectore Romã intrabit. i. quo aĩo & mẽte Cęsar victor ingrediet̃ vrbẽ: cũ oẽs eũ tãtoꝝ maloꝝ, sanguinis, crudelitatis auctorẽ iudicaturi sint: qa victor est. Quicquid in ignotis. o Põpei comitte volũtati deoꝝ ea oĩa q̃ passurus es post cladem Pharsalicã. Sub Phario tyranno. i. Ptolemæo a quo fuit interẽptꝰ Pompeius. Vincere peius erat. quia si vicisset Põpeius ipse fuisset existimatus auctor cladiũ & dirarũ mortiũ Prohibe. s. o Pompei ne finas quẽpiam flere tua infortunia quæ perinde adoranda sunt a

Ciuibus effudit totas per mœnia vires.
Obuia ceu lęto pręmittunt munera flentes.
Pãdũt tẽpla: domos: socios se cladibus optãt.
Scilicet immenso superest ex noĩe multum:
Teq; minor solo: cunctas impellere gentes
Rursus in arma potes: rursusq; in fata redire.
Sed quid opꝰ victo populis aut vrbibꝰ ĩquit.
Victori præstate fidem. tu Cæsar in alto
Cędis adhuc cumulo patriæ ꝑ viscera vadis.
At tibi iam populos donat gener. auehit inde
Põpeiũ sonipes: gemitꝰ lachrymęq; sequunt̃:
Plurimaq; in sęuos populi conuicia diuos.

¶ Quid fueris. Affatur cõtinuo Põpeiũ fugiẽtẽ dicẽs. O magne licet tibi scire nũc quũ fugis, quid fueris. s. prius. fuge p̃lia dira. i. execrabilia vt ciuilia: ac testare. i. i testimoniũ cita deos, nullũ q pstet. i. pseueret i armis. mori iã. i. deiceps, tibi. i. ꝓpter te. ceu. i. veluti Aphrica flebilis. i. reliquiæ Pharsalici belli, q̃ in Aphrica moriet̃, flebiles, dãnis. i. ꝓpter dãna: & ceu Mũda oppidũ Hispaniæ nocẽs ꝓpter cladẽ filioꝝ tuoꝝ: & clades. i. calamitas ĩferẽda tibi, a gurgite Phario. i. apud Alexãdriam: & sic sup. moriet̃ nõ tibi, maxima ps pugnę Thessalicę. i. reliquiaꝝ Thessalicę pugnę, post te. i. post mortẽ tuã. Nomẽ Põpeij populare. i. licet sit populare. i. gratum pp̃lo, ꝑ orbẽ. s. terraꝝ, nec studiũ. i. affectatio belli, erũt iã. i. deiceps par. s. ad pugnã exhibitũ, hoc ẽ deiceps nõ erit certamẽ nobis ꝓ noĩe Põpeiano cõseruãdo: nec ꝓpter bellicositatẽ nostrã: sed libertas. i. expetitio libertatis, & Cęsar. i. tyrãnꝰ libertatẽ opprimẽs, erũt nobis par. i. exhibebunt nobis spectaculũ sicut par gladiatoꝝ in arena: quod par nos semp habemꝰ qa sp nos saltẽ tacite cõtẽdimꝰ fieri liberi: & Cæsar cũ eiꝰ successoribꝰ nos in seruitute tenere. Et o Pompei, senatus ostendet te fugato inde. i. a Thessalia, moriens. i. vsq; ad mortem rebellãdo Cęsari, se pugnasse sibi. i. ꝓ libertate sua, nõ ꝓ glĩa tua. Nõne iuuat. i. delectat, te pulsũ cessisse bellis, nec pspectasse. s. ad finem vsq;, aut ꝓspectare. i. porro aspicere istud nefas qđ Cęsar postea comisit: Respice. i. cõtemplare nunc mẽte cateruas spumãtes cęde. i. occisione: & amnes turbatos icursu sãguis. s. fusi: & miserere tui soceri. s. Cęsar; cũ videris eũ multo miseriorẽ te. quo pectore. i. q̃ cõsciẽtia intrabit Romã, factꝰ felicior. i. cõsecutꝰ sũmã felicitatis suę, istis cãpis. i. ꝑ stragẽ Rõanoꝝ hic factã: Crede deis. i. fidei deoꝝ hoc est psuade tibi qđ ad bonũ tuũ faciẽt dij: qcqd patiere existẽs exul solꝰ i regiõibꝰ ignotis: & qcqd patiere (qa necẽ) positꝰ sub rege Phario. i. Aegyptio. s. Ptolemęo. Crede lõgo. i. cõtinuato fauori fatoꝝ. i. ex bõis obtẽtis psuade tibi q̃ videbũt̃ mala ad bonũ tuũ dari: qa peius erat vicere q̃ vici iuste. Prohibe lamẽta sonare. i. ne sonẽt: & veta pp̃los flere. s. calamitatẽ tuã: & remitte. i. iminue lachrymas & luctꝰ, & sup. vl vt, mũdꝰ adoret. i. veneret̃, tã mala. i. aduersa Põpeij. si ea fortiter tuleris, q̃ ꝓspa. Aspice securꝰ. i. nihil curãs ob ptãtẽ eoꝝ, reges ad quos deuenies: vt Ptolemęũ: vultu nõ supplice. i. nõ abiecto. Aspice. i. i mẽoriã reduc, vrbes possessas, a te, & regna donata a te: vt Aegyptũ donatã Ptolemęo: & Libyã Iubę: & elige terras morti, i qbꝰ morieris. Larissa vrbs Thessalię, testis ruinę tuę vidit prima caput. s. tuũ nobile nec victũ fatis. Illa. s. vrbs effudit oĩbꝰ ciuibꝰ totas vires, obuia tibi ceu. i. veluti, lęto. i. victori. Ciues sup. flentes p̃mittũt tibi munera: pãdunt. s. tibi, templa, domos, & optãt se socios cladibꝰ tuis. Scilicet. i. scire licet cur id facerẽt:

quia multũ supest.i.restat tibi ex immenso noie:& tu minor te solo.i.priore victoria tua.potes impellere in arma rursus cunctas gẽtes,& redire rursus in fata. Sed Põpeius inqt Larisseis: quid opus est victo ppl'is aut vrbib⁹?q.d.nihil. Prestate fidem .i.Cęsari. Tu Cęsar vadis adhuc in alto cumulo cędis patrię per viscera.s.ciuiũ:at gener donatiã tibi pplos: q a suadet Larisse is vt tibi fidẽ pstẽt. Sonipes.i.equus celer,auehit inde.i. a Larissa Põpeiũ:gemit⁹ & lachrymę & pluria cõuitia ppli in deos sæuos sequũtur.s.eũ.i.facta sunt post eius fugam.

mortalib⁹ ac felicia & pspera. Vultu nõ suppli ce.spectã reges nõ vultu demisso & supplice tanq̃ vict⁹. Aspice possessas vrbes. q̃s.i.tu ò Pompei olim possedisti deuictis Asiaticis & Põticis. Donataq; regna. Tygrani regnũ Armenię restituit Põpei⁹: Ariobarzani regnũ dedit Cappadocię. Auctores Plutarch⁹ & Valeri⁹.pterea Ptolemęũ restituerat in regnũ p Gabiniũ: & cũ Iuba rege Libyę vet⁹ hẽbat hospitiũ. Vidit pria tuę. Põpei⁹ equo citato Larissã

cõtẽdit:vt ait Cęsar. Est aũt Larissa oppidũ Thessalię vt scribit Strabo. Ceu lęto.tanq̃ gaudẽti & victori munera pmittebãt. Ex noie immẽso.s.Magni Põpeij. Teq; minor solo. Põpei⁹ vict⁹ erat maior oib⁹ mortalib⁹: solũ mõ erat minor seipso qñ.s.florebat. Sed quid opus victo. Põpei⁹ cũ posset reparare copias noluit,dicẽs sibi victo nõ ampli⁹ opus esse exercitu & virib⁹. Victori.s.Cęsari. Patrię p viscera vadis.i.p mortes senatorũ & patriciorũ. Aduehit inde Põpeiũ. Põpeius nõ cõstitit Larissę:sed eadẽ celeritate ad mare puenit. Auctor Cęsar. Lachrymęq; sequũtur. Põpeiũ abeuntẽ Larissei lachrymis psequebãtur. Plurimaq; in sęuos populi cõuicia diuos. Larissei deos tanq̃ iniquos accusabãt q Põpeium pfligari voluissent. Cõuicia eñ sunt iurgia dicta quasi con uocia:vt interptatur Labeo Iuriscõsultus: vel a conuentione qñ plures voces in vnum conferun tur. Cõuicia.

Nunc tibi Magne fides quæsiti vera fauoris
Contigit:ac fructus.felix se nescit amari.
Cæsar vt Hesperio vidit satis arua natare
Sanguine:parcẽdũ ferro manibusq; suorum
Iam ratus:vt viles animas perituraq; frustra
Agmina permisit vitæ:sed castra fugatos
Ne reuocẽt:pellatq; quies nocturna pauorẽ:
Protinus hostili statuit succedere vallo:
Dum fortuna calet:dum cõficit oĩa terror.
Nõ veritus graue ne fessis ac marte subactis
Hoc foret ĩperiũ.nõ magno hortamine miles
In prædam ducendus erat. Victoria nobis
Plena viri dixit:supest pro sanguine merces
Quã mõstrare meũ ẽ: neq; eñ dõare vocabo
Qđ sibi quisq; dabit.cunctis en plena metallis
Castra patẽt:raptũ Hesperiis e gentib⁹ aurũ
Hic iacet:æoasq; premunt tentoria gazas.
Tot regum fortuna simul Magniq; coacta
Expectat dominos:propera præcedere miles
Quos sequeris:quascunq; tuas Pharsalia fecit
A victis rapiantur opes.nec plura locutus
Impulit amentes auriq; cupidine cæcos
Ire super gladios supraq; cadauera patrum:
Et cęsos calcare duces.quæ fossa: quis agger
Sustineat:pretium belli scelerũq; petentes?
Scire volũt quãta fuerint mercede nocentes.
Inuenere quidem spoliato plurima mundo

¶ Nunc tibi Magne fides quæsiti vera fauoris contigit, ac fructus. felix se nescit amari. SVLPI. Profecto inquit nunc tui fructus fauoris & fidei percepisti:quia ex populorum lachrymis quantũ amareris intellexisti. Felix nescit amari.parœmia est. Felices, quia fidem amicorũ non experiuntur, quantum & a quibus amantur nõ intelligunt. Nam vt ille inquit, Amicus certus in incerta re cernitur. Cæsar in Hesperio. Parta iam victoria Cæsar misso preconio vt ciuibus parceretur, neglectisq; barbaris q supererant, milites ad castra diripienda hortatus est: q̃q̃ vt est in Cæsaris commentarijs a militibus contendit ne in præda occupati reli qui negotij gerẽdi facultatẽ dimitterent. Hesperio, Italorum. Parcendum, abstinendum. Manibus, quæ cædendo defessæ erant. Viles, ignobiles & quę nocere non possent. Permisit vitæ, seruauit. Castra, Pompeij. Pauorem, Pompeianorum. Protinus succedere, statim ingredi Pompeij castra. Conficit omnia, sola eñ trepidatione hostium reliquam victoriã consequebatur. Hoc imperium. hic iussus vt castra diriperent. Fessis, militibus suis. Haud subactis, nõ victis. Merces, pręda, præmium. Pro sanguine, pro cędibus factis. Meum est, mei officij. Dabit sibi, assumet, acquiret. Metallis, auro argẽto electro. Hesperijs, Hispãis quibus prefuit & quos vicit Pompeius. Gazas diuitias. Fortuna simul coacta, diuitiæ simul congestæ. Dominos, vos ipsos. Propera præcedere, festina præoccupare castra. Fecit tuas, fecit tui iuris. Amentes, furentes. Auriq; cupidine cæcos. auaritia: quæ est habendi cupido, siue iniuriosa appetitio alieni: vt ait ad Herẽniũ Cicero. Auaritia. Sustineat, retinere possit. Petẽtes, Cæsarianos. Pretiũ belli, prædã. Scire volunt quãta fuerint mercede nocẽtes. festinant pspicere quid ex suis sceleribus cõsequãtur. Massæ cõgestæ in sumpt⁹ bellorũ. argenti & auri cõgesti cõflatiq; in militum ornamenta. Spoliato mundo. nam ex omnibus ciuitatibus fuerat illuc aduectũ. Nõ implerunt mentes, nõ satiauerunt auaritiam Cæsarianorum. Iber. in Hispania & i Scythia etiam populus. Tagus, Hispaniæ fluuius trahens arenas aureas. Arimaspus, Scythię populus qui certat cum grypibus gemmas & aurum custodientib⁹. de qua re dixim⁹ libro. iij. Vt, quis. Sce- Arimaspus.

ius hoc, tantã cędẽ & immanitatẽ. Venisse par
uo. venditũ fuisse minimo ꝑtio cũ speraret ꝓ
ꝑmio Romã diripe. Victor, miles. Despõde=
rit, ꝓmiserit. Spe, ꝓpter spẽ. Promiserit oĩa.
dixerit se facturꝫ oĩa scelera. Decipit̃: quia ma
iora sperabat q̃q̃ maxima sit cõsecut⁹. Plębes
ipia, Cæsariani Cespite patricio. in tentorijs &
terra in qua nobiles Romani dormiuere. Infã
dus, nõ noiandus. Vacuũ regib⁹, in quo reges
iacuerũt. Toris parẽtũ, lectulis patrũ quos fi=
lij parricidę peremerũt. Vesana quies, inquies
somnus. Somniq; furentes: somnia furiosa.
Versant in pectore, somniant.

BERO. ¶ Nũc tibi vera fides. Veri amici i miserijs co
gnoscunt̃: cũ simulati fortunã sequãt̃. Nã vt
ait Iustin⁹, Quo se fortuna inclinat eo fauor
hoĩm seq̃t̃. Põpei⁹ nũc fructũ amoris Larisseo
rũ capiebat q eũ amabãt q̃uis calamitosũ. He
sperio sanguĩe. s. Romano. Agmina ꝓmisit
vitę. Cęsar trucidatis nobilib⁹ & senatoribus
parci iussit reliquis: quorꝫ aĩas tanq̃ viles per=
misit viuere. Scribit Trãquill⁹ Cęsarẽ suis mi
litib⁹ fecisse facultatẽ singulis vnũ ex aduersa
rijs seruãdi. Sed castra fugatos ne reuocẽt. Cę
sar Põpeianis ꝑterritis nullũ spatiũ dari opte=
re existimãs milites cohortat⁹ est vt castra op
pugnarẽt: vt ipse refert. Nõ veritus graues ne
fessis. Cęsar nõ timuit ne milites ꝓpter lassitu=
dinem recusarẽt parere: qui vt ipse scribit & si
magno ęstu farigati erãt, tñ ad oẽm laborem
aĩo parati impio paruerũt. Supest ꝓ sanguine
merces: ait Cęsar o milites ꝓ labore vr̃o & san
guine supest merces. vt. s. spoliatis castris prę
dã rapiatis. Meũ est. i. ad me ꝑtinet. Cũctis me
tallis. vt supradictũ est, venę ęris argẽti & auri
atq; similiũ metalla noiant̃: vt ait Plynius. In
de metalla ipsas res dicim⁹. Raptũ Hesperijs
e gẽtib⁹ aurũ. i. hic est oẽ aurũ q̃d Põpeius re=
portauit ex Hispania deuicta, regione metal=
lorꝫ feracissima, vt ait Plyni⁹. & quicquid du
xit in triũphũ deuictis gẽtib⁹ ęois, Arabibus
. s. Iudęis, Tigrane & Mithridate. Aeoasq; ꝑ=
munt tentoria gazas. Gaza Persic⁹ est sermo
vt ait Serui⁹: & significat diuitias. Põpei⁹ aũt
in tertio triũpho transtulit vasa aurea & gẽma
ta abacorũ nouẽ, montẽ aureũ quadratũ cum
ceruis & leonibus, imaginẽ sui ex margaritis
& pocula myrrhina. auctor Plyni⁹. Tot regũ
fortuna. i. opes regũ & Põpeij cũ nũc sint pri=
uatę dñis expectãt dños. s. vos. Quos seq̃ris.
festina inquit eos qui te ꝑcedũt vt maiorẽ in=
uadas ꝑdam & opes Põpeianorꝫ q̃ factę sunt
victorꝫ. Quæ fossa quis ager sustineat. nulla
res, nõ fossa, nõ aggeres castrorũ Põpeianorũ
retardarũt impetũ Cęsarianorꝫ ruentiũ ad prę
dã. Inuenere quidẽ spoliato plurima mundo.
In castris Pompeij videre licuit mẽsas stratas
magnũ argẽti põd⁹ expositũ: vt scribit Cęsar
vñ milites inuenerũt plurima pondera Massę
. s. aureę & argenteę q̃ erat cõgesta in sumptus
bellicos nõ ad luxuriã cõpata vt dicit Lucan⁹.
& has opes ex deuicto fere toto orbe terrarũ
cõgesserat Põpei⁹: quę tamen nõ sufficiebant
auiditati militari. Quicq̃d fodit Iber. i. Cęsari
ani putabãt puũ eẽ ꝑtiũ suorꝫ scelerꝫ si rapent
oẽ aurũ Iberi & Tagi & Arimasporꝫ. Est aũt
Iber pp̃ls Hispanię ab Ibero fluuio nũcupat⁹.

Bellorum in sumptus cõgestę põdera massæ:
Sed nõ implerunt cupientes omnia mentes.
Quicq̃d fodit Iber: q̃cquid Tag⁹ expulit auri:
Quod legit diues summis Arimaspus arenis:
Vt rapiãt: paruo scelus hoc vęnisse putabũt:
Cum sibi Tarpeias victor desponderit arces:
Cum spe Romanę promiserit omnia prędæ:
Decipitur q castra rapit. capit impia plebes
Cespite patricio somnos: vacuumq; cubile
Regibus infandus miles ꝑmit: inq; parentũ
Inq; toris fratrũ posuerunt mẽbra nocentes.
Quos agitat vesana quies: somniq; furentes.
Thessalicã miseri versant in pectore pugnã.

¶ Nũc tibi. In sũma inquit calamitate patuit quãtũ Põpeius a
suis amat⁹ fuerat: q̃a oẽs eũ lachrymis vsq; ad cõuitia deorũ
ꝓseq̃bant̃. Cęsar aũt potit⁹ victoria iussit castra diripi: vt cũ or
dine patebit q talis est. O magne vera fides. i. approbatio fide
lis & certa ac fruct⁹. i. fruitio fauoris q̃siti. i. acquisiti & parti ti=
bi, cõtigit. i. cũ difficultate obuenit, & facta est tibi nũc. s. in sũ=
ma tua calamitate. Felix. i. is q felix in ꝓsperitate est; nescit se
amari. i. an vere amet̃: q̃a multi fortuna sequunt̃. Est ergo pa=
rœmia. i. ꝓuerbiale dictũ. Cęsar vt. i. postq̃ vidit arua. s. Phar=
salica, natare satis sanguĩe Hespio. i. Italico, rat⁹. i. cogitãs ꝑcẽ
dũ, sup. eẽ, iã ferro. s. obtuso, & manib⁹. i. brachijs suorꝫ iã fati
gatis & fere defessis, ꝓmisit vitę. i. viuere. s. supstites: vt. i. tanq̃
aĩas viles. i. cõtẽptibiles: & agmĩa ꝑitura. i. q̃ ꝑire possit, frustra
. i. sine cõmodo. Sed ne castra Pompeiana, reuocẽt fugatos, &
ne q̃es nocturna. i. cessatio a cęde ꝓpter noctẽ, pellat pauorẽ. s.
fugientiũ. i. ne fugiẽtes ꝓpter tenebras noctis audeãt in castra
sua redire, statuit. i. cõstituit ꝓtinus succedere vallo hostili. i. in
vallũ hostile, dũ. i. donec fortuna. s. ꝓspa calet. i. feruet succes=
su ipo: & dũ terror. s. su⁹ i fugatos, cõficit oĩa. i. facit q̃ ad plenã
victoriã ꝑtineãt cętera oĩa, nõ verit⁹. i. nõ timẽs, ne hoc iperiũ
foret graue. i. molestũ. s. suis, fessis. i. fatigatis, ac subactis. i. vi
ctis & defessis, marte. i. bello. Miles erat ducendus in ꝑdã. s. ca
strorꝫ nõ magno hortamine, q̃a vltro pat⁹ erat. Dixit. s. Cęsar.
O viri, q viriliter dimicuistis, victoria sup. ẽ nobis plena. i. ꝑfe
cta & cõsũmata, merces supest. i. reliq̃ est aut abũdat ꝓ sanguĩe
. s. fuso, quã mõstrare vobis est meũ. i. officij mei: neq; enĩ vo=
cabo donare, q̃d q̃sq; dabit sibi. i. sumet suo iure. En castra. s.
Põpeiana, plena cũctis metallis, vt auro, argẽto, ęre &c. patẽt. s.
vobis. Aurũ raptũ. s. a Põpeio, e gẽtib⁹ Hespijs. i. hispanis ia=
cet hic. i. in his castris: & tentoria. s. hęc (mõstrat aũt Pompeia=
na) ꝑmunt. i. stipãt gazas. i. thesauros, ęoas. s. oriẽtales. Fortu
na. i. facultas aut possessio, seu (vt dicunt) substantia, tot regũ
. i. ablata tot regibus, & fortuna Magni. i. ꝓpria possessio Põ=
peij, coacta. i. coaceruata simul, expectat dños. s. vos: q̃a Põ=
per⁹ fugit. o miles ꝓpa ꝑcedere. s. in rapiendis bonis, eos quos
seq̃ris. i. quos fugas. i. conare ꝑuenire, ne fugiens reuersus sua
auferat. Quascũq; opes Pharsalia. i. victoria Pharsalica, fecit
tuas, eẽ sup. rapiant̃ a victis. Nec. i. & nõ, & Cęsar nõ locut⁹ plu
ra, ipulit milites amẽtes & cęcos cupidĩe auri, ire super gladi=
os & supra cadauera patrũ & calcare duces cęsos. Quæ fossa,
& q̃s agger sustineat. s. ipetũ: q. d. nulla & null⁹. Ideo aũt ꝓpe=
rãt: quia scire volũt quãta mercede fuerit. s. facti nocẽtes. Ipsi
quidẽ. i. certe, inuenere, mũdo spoliato. i. ex spolijs mũdi, plu=
rima põdera massę. i. auri & argenti atq; æris, congesta a Pom

peio ī sumptꝰ belloꝝ: sed oīa illa nō impleuerīt mētes cupiētes: nā demus vt ipi rapiāt quicquid auri Iber. i. Hispanꝰ, fodit. i. eruit e terris: & qcqd Tagꝰ flu. Hispanię, expulit. s. e fluctu: & qđ Arimaspꝰ pplus Scythię diues legit. i. collegit (est em̄ vt cętera p̄teriti tpis) e sūmis arenis, tn̄ putabūt hoc scelus venisse. i. vēditū eē, paruo: cū miles victor despōderit. i. ꝓmiserit sibi arces Tarpeias. i. capitolinas: & quū ꝓmiserit. s. Cęsari se facturꝝ oīa, spe p̄dę Romāę: decipit q; capit castra. s. Pōpeiana ꝓ mercede. Plebes. s. victrix, ipia ī parētes & in patriā aut iproba, capit somnos in cespite patricio. i. vbi patricij prius recubuerāt: & miles infandꝰ p̄mit cubile vacuū regibꝰ: & nocentes posuerunt membra in toris parētum & in toris fratrum, quos quies vesana agitat. i. persequitur: & quos somni furentes agitāt: q a ipsi miseri versant in pectore pugnā Thessalicam.

vt ait Plyniꝰ. Iberi aūt & Astures aurū effodiunt in Hispania: vbi fuerūt illustrissimę Auri fodinę: vt Plyniꝰ & Strabo mēinerūt. Quicquid Tagꝰ expulit auri. Tagꝰ fluuiꝰ Hispanię arenis aureis celebrat. auctor Ply. Qđ legit diues. Arimaspi ppli sūt Scythię vnoculi qbꝰ assidue bellū est cū gryphibꝰ, illis erutū e cuniculis aurū custodiētibꝰ, Arimaspis rapiētibꝰ. Auctores Herodotꝰ, Plyniꝰ, & Solinꝰ. Paruo s. p̄tio. Venisse, vēditū fuisse, Victor Cęsar. Arces Tarpeias. i. spoliare capitoliū q̄ dr̄ tarpeia arx a virgine Tarpeia vt Plutarchꝰ & Propertiꝰ tradūt. Capit ipia plebes cespite patricio sōnos. Cęsaris milites plebeij dormiebāt in thoris patricioꝝ & senatoꝝ q ī castris Pōpeij more militari cōstructi erāt ex cespite & herbosa terra. Verg. Viridāte thoro cōsederat herbę. Vacuūq; cubile regibꝰ. milites occupabāt cubilia in qbꝰ añ cladē Pharsalicā fuerāt reges. alij ī thoris patrū aut fratrū itereptoꝝ mēbra ponebāt. Sōniq; furētes. in sōnis em̄ furijs agitabant: videbantq; iteꝝ manꝰ cōserere. Capuloq; manꝰ absente mouet in sōnis milites tanq̄ essent adhuc in pugna mouebāt manꝰ: cū tn̄ capulū gladij nō tenerēt. Capulū manubriū gladij nūcupamꝰ. alias feretrū quo cadauera efferunt. Vn̄ ait Plautus, capuli decus. de sene. Capulus.

Inuigilat cunctis sęuum scelus: armaq; tota
Mēte agitāt capuloq; manꝰ absente mouent.
Ingemuisse putes campos: terramq; nocentē
Inspirasse animas: infectumq; aera totum
Manibus: & superā stygia formidine noctem.
Exigit a meritis tristes victoria pœnas:
Sibilaq; & flāmas īfert sopor: vmbra perēpti
Ciuis adest: sua quęq; p̄mit terroris imago.
Ille senum vultus: iuuenum videt ille figuras.
Hūc agitant totis fraterna cadauera somnis:
Pectore in hoc pater est: oēs in Cęsare manes.
Haud alios nondū Scythica purgatus in ara
Eumenidum vidit vultus Pelopeius Orestes:
Nec magis attonitos animi sensere tumultꝰ
Quū fureret Pētheus aut quū descisset agaue.
Hunc omnes gladii quos aut Pharsalia vidit:
Aut vltrix visura dies: stringēte senatu:
Illa nocte p̄munt: hūc infera mōstra flagellāt.
Heu quātū pœnę misero mens cōscia donat:
Qꝫ styga q̄ manes infestaq; tartara somnis
Pompeio viuente videt: tamen omnia passo
Postq̄ clara dies pharsalica damna retexit:
Nulla loci facies reuocat feralibus aruis
Hærentes oculos: cernit propulsa cruore
Flumina: & excelsos cumulis æquantia colles
Corpora: sidentes in tabem spectat aceruos:

¶ Inuigilat cūctis sęuū scelꝰ. Scelerū cōscientia vexat: etiā dū dormiunt. Absente capulo. cū nō habeāt ensē: & sint iermes. Inspirasse, inspirādo emisisse. Infectū manibꝰ: maculatum vmbris. Noctem superā. tenebras nocturnas nr̄i cœli plenas fuisse territamentis, & malorū dęmonū & furiaꝝ occursibꝰ. Exigit a meritꝫ. merito dāt de crudeli victoria pœnas. Sibilaq; & flāmas infert sopor. offerunt eis furiæ cū facibꝰ & sibilātibꝰ comis vipereis: q̄les parricidis occurrīt. Adest, occurrit mētibꝰ. Sua imago, scelꝰ qđ fecerat. Ille. aliqs: distributio ē. Totis sōnis, quoad dormit. Oēs ī Cæsare manes. Cęsari vero oim imagines sceleꝝ occursabāt. Orestes, Agamēnonis filius, & Pelopis pnepos matre occisa a furijs agitabatur. Sed quū apud Tauricā regionē venisset: ibi qbusdā sacris ab Iphigenia sorore purificatꝰ in bonam redijt mētē. Tumultus attonitos, pturbatiōes isanas. Pētheus, Bacchi cōtēptor ira numinis in furorē versus est vt diximꝰ supra. Agaue, Pēthei mater q̄ furore cōcita filiū aprū esse existimās ipm dilacerauit. Descisset, a recta mēte discessisset hoc est isaniuisset. Hūc, Cęsarē. Dies vltrix, quū occidet in senatu. Senatu strigēte, imittētibꝰ senatoribꝰ cōiuratis q eū sūt occisuri. Mōstra flagellāt, furię verberāt. Mēs conscia, dira cōsciētia. Quātū pœnę. ꝑfecto multū. Styga, ifernū. Viuēte Pōpeio: nā eo mortuo maioribꝰ terriculamētis vexabit. Tn̄ oia passo. sed cū fuerit ita nocte vexatꝰ mane occisoꝝ ē spectaculo delectatꝰ. crudelitatis igit accusat. Retexit, māifestauit & aperuit cædē. Nulla facies, nullꝰ deformis a spectꝰ. Oculos, Cęsaris. Hęrentes, affixos. Propulsa, īpulsa & aucta. Cumulis, cōgerie sua. Depssos in tabē, mersos ī saniē. Nūerat, tanq̄ nūerādo, ꝑspicit. Epulisq; pat. Illic inqt discubuit vn̄ posset pēptos ꝑspectare, & agnoscere. Terrā, q̄ erat cadaueribꝰ tecta. Lustrare, circūspicere. Sub clade. sub cadaueribꝰ. Cernit fortunā suposq; suos. agnoscit felicitatē & deos ꝓpitios. Sceleꝝ spectacula pdat, nō fruat voluptate spectādi. Inuidet miseris. nō cōburit, nō sepelit, & ēvetꝰ verbi cōstructio cuiꝰ mēinit Diomedes. Ingerit emathiā. hypallage. i. imittit aerē pestiferꝝ ī Emathiā: q ex cadaueꝝ corruptiōe ificiebat.

SVLPI. Orestes. Pētheus. Agaue. Inuideo igne.

Non illū.nō est inquit motus exēplo Annibalis qui q̄q̄ sęuissimus Pauli tñ Aemylij corp⁹ & M.Marcelli honorificētissime sepeliuit: vt Liuius & Silli⁹ tradūt. Humator Pœn⁹, Annibal sepultor. Cōsulis, Pauli Aemylij qui cecidit in pugna Cānensi. Cānę: vicus in Apulia. Succensę, coruscantes pyra. Lampade Libyca, igne Annibalis Aphricani. Hominum ritus. humanitatem sepeliendi. nam non sepelire ferum est & immane.

BERO. ¶Infectūq; aera totū manib⁹. ego puto inqt Lucan⁹. cāpos Pharsalicos gemitū dedisse & totū aera fuisse infectū & maculatū manib⁹ & vmbris interfectorꝝ. Sibilaq; & flāmas infert sopor. victoria exigebat pœnas de victorib⁹ nā dormiētes furię vexabāt & sibilis anguiū & facib⁹ ardētib⁹ agitabant. ꝑterea vmbrę cęsorū suis interfectorib⁹ occurrebāt & eorꝝ sōnos ꝑturbabāt. Ille. i. alius. Agitāt. i. vexant. Oēs in Cęsare manes. Cęsar in sōnis vexabat vmbris & manib⁹ oīm i acie Pharsalica cęsorꝝ cū reliquos vmbrę tantū agitarent eorꝝ quos ipsi interfecerāt. Haud alios nondū Scythica purgat⁹ ab ara. Orestes post parricidiū furijs agitat⁹ est: Armatā facib⁹ matrē & serpētibus atris cū fugit: vt inquit Vergili⁹. diu itaq; vexat⁹ in Tauricā Scythicā ꝓfect⁹ simulachrū Dianę Tauricę abduxit & cū sorore Iphigēia venit ad fines rheginorꝝ ibiq; flumie elot⁹ furere desijt. auctor ꝓb⁹. dicit Pelope⁹ a Pelope proauo: qui nomē indidit Pelopōnesso. Eumenidū. i. furiarꝝ. vt sępe dictū est. Cū fureret Pētheus aut cū desisset Agaue. nō minorib⁹ furijs & tumultu nocturno agitabant mentes Cęsarianorꝝ q̄ olim Pētheus & ei⁹ mater Agaue vexati fuerūt. Pētheus eñ cū sacra Bacchi cōtēneret fact⁹ est vesan⁹: quē mater Agaue cū sororib⁹ lacerauit existimās esse aprum vt scribit Ouidius. ita ꝑturbabat Cęsar quē in sōnis ꝑmere videbant gladij oīm q̄ fuerāt i acie Pharsalica. Aut vltrix visura dies. i. gladij eorū q̄ deinde in senatu Cęsarem trib⁹ & viginti vulnerib⁹ cōfecerūt. vñ ait. Stringēte senatu. quos. s. gladios strinxerūt senatores in Cęsarē in curia Pōpeij. Infera mōstra. i. furię & filia Et quātū pœnæ misero. Cæsar maxio tormēto afficiebat vidēs mōstra inferorꝝ q̄ spectari solent tm̄modo a defunctis. Tñ oia passo. i. q̄uis Cęsari sōnis oēs manes & furias passus esset tamen orto die oculos satiare nō poterat dū spectat arua plena cadaueribus & flumina cōcitatiora facta vi & impetu sanguinis. Retexit. i. denudauit & ostendit. Et excelsos cumulis. tanta erat cadauerū coaceruatio: vt mōtes æquarēt. Sidentes. i. iacentes. In tabē, saniem & cruorē corruptū. Et Magni numerat populos. Cæsar numerabat cadauera eorum populorum qui secuti fuerant Pompeium. Epulisq; paratur. voluit Cęsar epulari in loco edito ex quo cognosceret facies mortuorum. Non cernere terram. delectabat Cæsarem φ terram Pharsalicam non cerneret vtpote cadaueribus coopertam. Lustrare, circuire: vt ait Macrobius. Ac ne lęta furens scelerum spectacula perdat. Cæsar vt diutius frueretur spectaculo cæsorum & iacentium sibi iocundo, noluit cadauera cōburi: vt mos erat. nam vt

Et Magni numerat populos: epulisq; paratur
Ille locus: vultus ex quo faciesq; iacentum
Agnoscat. iuuat Emathiā nō cernere terram:
Et lustrare oculis campos sub clade latentes.
Fortunam superosq; suos in sanguine cernit.
Ac ne lęta furēs scelerum spectacula perdat:
Inuidet igne rogi miseris: cœloq; nocenti
Ingerit Emathiam. nō illum Pœnus humator
Consulis: & Libyca succensę lampade Cannę
Compellūt: hominū ritus vt seruet in hostes.

¶Inuigilat cunctis sęuum scelus. Postq̄ Cæsariani Pompeianorū castris potiti sunt: nōdum requie sunt potiti: quia adhuc videntur sibi in ꝓlio versari: vnde dicit poeta. Scelus sæuum in bello transacto patratū, inuigilat. i. vigilias agit in cunctis. i. dum cuncti Cæsariani dormire nituntur, scelus transactū eos sollicitat: & ipsi agitant tota mente. i. tota contemplatione, arma: quibus conciues peremerant: & manus sup. eorum, mouentur. s. ad feriendum hostem, capulo. i. manubrio gladij, absente. Ego (inquit poeta) putē, aut putes. i. quilibet putare posset, campos quibus cædes transacta est, ingemuisse: & terram nocentem propter tātam stragem, inspirasse. s. in aera, animas scilicet cæsorum: & putes totum aera infectum manib⁹. i. vmbris occisorum: & putes noctem superam. i. quæ est apud superos, sup. infectā formidine stygia. i. qualis est apud inferos. Victoria exigit a meritis. i. qui talem mercedem meriti erant, pœnas tristes: quia ab ipsis & eorum conscientia illatas, cōsciētia videlicet iudice. Et sopor. i. dormitio profunda propter laborem, non tamen placida, infert dormire volētibus, sibila. s. serpentum infernalium. i. furiarum, & flammas. i. faces quas sibi inferri putabant. Vmbra. i. effigies corporis, cuius perempti. s. in prælio precedenti, adest. s. ad persequēdum interfectorem. Quēq;. s. Cæsarianorꝝ sua imago terroris. i. propria figura occisi a se vnde terretur. premit. i. āgustiat. Ille. i. aliquis qui interfecerat senes, videt vultus senum: ille qui interfecerat iuuenes videt figuras iuuenū. Cadauera fraterna. i. fratris interempti, agitāt hunc totum somnis. Pater. i. apparitio aut visio patris est i hoc pectore. i. illi apparet qui illū interfecit. Oēs manes. i. oēs interfectorꝝ aiæ, sunt in Cęsare. i. occurrunt Cęsari q̄ per oīm man⁹ oēs interfecerat vt caput ꝓlij. Quod dictū aiaduertēdū est principib⁹ quorꝝ authoritate fulti peccāt alij. Orestes fili⁹ Agamēnonis ꝓpter Clytēnestrā matrē ab eo interfectā furijs agitat⁹, Pelopeius. i. ꝓnepos Pelopis, nondū purgatus. s. a furore, in ara Scythica. i. i Taurica regiōe virtute Dianę Fiscelidis, vidit haud alios, ergo eosdē, vult⁹ Eumenidū. i. furiarꝝ infernaliū. Nec animi sensere tumult⁹ magis attonitos. i. nec animi attoniti sensere magis tumult⁹: tūc quū Pētheus rex Thebarꝝ fureret. s. ꝑpterea φ abstemius viueret & festis Bacchi derogaret: & quū Agaue mr ei⁹, desisset. i. male sciuisset, hoc est desipuisset. Oēs gladij quos aut Pharsalia vidit. s. districtos, aut quos dies vltrix. s. q̄ occidēd⁹ erat, visura sup. erat. senatu stringente. i. senatorib⁹ in eū cōiuraturis eos denudātib⁹, ꝑmūt illa nocte. s. q̄ ꝓliū insequit, hūc. s. Cęsarē: & monstra ifera. i. furię ifernales. flagellāt. i. discruciāt. hūc. i. aīm hui⁹ videlicet Cęsaris. Heu quātū pœnę. i. laboris & cruciatus, mēs cōscia. s. tāti mali, donat. i. infert. s. Cęsari: φ. i. qa videt sōnis. i. p sōnos, styga. i. lacū tristitię infernalis. φ. i. quia videt, manes. i. inferos, & tartara infesta. i. molesta. Pōpeio viuente. i. nō dū occiso. tñ postq̄ dies clara retexit. i. aperuit postridie Cęsari passo oia. s. tormēta cōsciētię p insōnia, oia dāna Pharsalica

.i. tot illustriũ virorũ stragẽ: nulla facies .i. repręsentatio loci in quo tot prostrati iacebant, reuocat oculos .s. Cæsaris hærẽtes .i. firmiter infixos, aruis feralib⁹ .i. in quib⁹ tot mortui iacebãt. cernit flumia .s. ppinq̃, ppulsa .i. pcul ĩpulsa, cruore .i. vi cruoris rec ẽs fusi, & cernit corpa æquantia cumulis .s. cæsorũ excelsos colles, & spectat aceruos occisorũ depssos .i. abstrusos aut sidentes .i. descendentes in tabem .i. in sanguinẽ corruptum, & numerat populos Magni .i. qui sub eo ceciderant: & ille locus paratur epulis .i. ad sumendum cibum a Cæsare, ex quo loco agnoscat, id est agnoscere possit, facies iacentum: & iuuat, id est delectat, Cæsarem, non cernere .i. ꝙ non potuit videre terram emathiam ppterea ꝙ erat cadaverib⁹ tecta, & iuuat lustrare .i. inspicere oculis, campos latentes sub clade .i. strage cadauerũ. Ipse cernit fortunã .s. suã et sibi fauorabilẽ, & supos suos .i. sibi fauorabiles, in sanguine .s. fuso. hoc est ex magnitudine sanguinis fusi deputat fauorẽ fortunę & deoꝝ. Ac ne ipse furens pdat lęta spectacula scelerũ .i. cadaueꝝ occisoꝝ p scelus, inuidet miseris .s. occisis, igne (qđ nũc dicim⁹ ignẽ) .i. in igne rogi .s. cõferẽdo, & ingerit coelo .i. aeri nocẽti .i. corrupto p cadauera insepulta, Emathiã .i. Thessaliã. hoc est ingerit Emathię aerẽ corruptum. Poenus .s. Annibal natura sęuissim⁹, humator cõsulis .s. Pauli Aemylij, & Cãnæ .i. cadauera apud Cannas prostrata, succẽsæ .i. inusta, lampade Libyca .i. rogo a Libyco Annibale cõcesso, nõ cõpellunt illum .s. Cæsarem, vt seruet ritus hominum, qui occisos etiam hostes sepeliunt, in id est erga hostes.

ait Plynius, ipm cremare ĩstitutũ tũc fuit post q̃ longinquis bellis obrutos cognouere erui. Coeloq; nocẽti ĩgerit Emathiã. cadauera iacẽtia in cãpis Pharsalicis aera corrũpebãt sua tabe pestifera. Nõ illũ Poenus humator cõsulis. Cæsar nõ est cõpulsus exẽplis etiã hostium vt cadauera sepultura donaret: qđ fecit Poen⁹ .i. Annibal erga Romanos hostes. nã cũ apud Cãnas, de quib⁹ supra, pene Romanũ nomẽ delesset trucidatis circiter quinquaginta milibus, Cõsulẽ Paulũ Aemyliũ, q fuerat interfect⁹ conqri & sepeliri iussit: vt quidã auctores sunt: qđ refert Liui⁹. Cõsulis .i. Pauli. Et Libyca succẽsę lãpade Cãnę .i. cadauera Romãoꝝ ad Cannas interemptorum cremata igne immisso rogis ab ipsis hostibus Poenis.

Sed meminit nondum satiata cędibus ira
Ciues esse suos. Petimus non singula busta
Discretosq; rogos: vnum da gentibus ignem.
Non interpositis vrantur corpora flammis.
Aut generi si poena iuuat: nem⁹ extrue Pidi:
Erige cõgestas Oetheo robore syluas:
Thessalicã videat Põpeius ab æquore flãmã.
Nil agis hac ira: tabes ne cadauera soluat
An rog⁹ haud refert: placido natura receptat
Cuncta sinu: finemq; sui sibi corpora debent.
Hos Cęsar populos si nunc non vsserit ignis:
Vret cum terris: vret cum gurgite ponti.
Cõmunis mũdo superest rogus: ossibus astra
Misturus. quocunq; tuam fortuna vocabit
Hę quoq; eunt animę: nõ altius ibis in auras:
Non meliore loco stygia sub nocte iacebis.
Libera fortuna mors est: capit omnia tellus
Quę genuit: coelo tegit qui nõ habet vrnam.
Tu cui dant poenas inhumato funere gentes:
Quid fugis hãc cladẽ q d olẽtes deseris agros?
Has trahe Cęsar aq̃s: hoc si potes vtere coelo.
Sed tibi tabentes populi Pharsalia rura
Eripiunt: camposq; tenent victore fugato.
Non solum Aemonii funesta ad pabula belli
Bistonii venere lupi: tabemq; cruentę

¶ Meminit esse ciues suos. quos maiori odio habebat q̃ Annibal hostes. Non singula busta. non vt cuiq; suum rogum constituas: sed vnum ingẽtem oibus. Discretos, separatos. Interpositis: sed continuis. Aut generi. aut si vis Põpeium maiori dolore afficere cõgestas Thessalię syluas incẽde, vt flãmas ex æquore possit aspicere. Robore Oetheo, lignis Oethę mõtis. Nil agis hac ira. Vanę crudelitatis iprobatio, q a nihil odijs pficiat. Tabes, corruptio Soluat, in terrã vertat. An rogus. an ignis in cinerẽ. Placido natura receptat cũcta sinu. oia eñ q̃ natura cõposuit in sua elemẽta dissoluit Finẽ sui, dissolutionẽ. Sibi, naturę. Vret cum terris. vret qñ oia elemẽta vno igne ardebunt: idq; ex Pythagorę sententia dixit: qui apud Ouidiũ ait. Esse quoq; in fatis reminiscit affore tellus. Quo mare quo tellus correptaq; regia coeli Ardeat. Plato quoq; in Timęo, & Cicero in natura deorũ docet, certa tẽporũ reuolutione ex incremento contrariorũ elementorũ & incendia & diluuia fieri. Cõis rog⁹, generale incendiũ. Quocũq; tuã. quo iuerit anima tua vadit nunc horũ. quibus verbis indicat eũ nõ deũ esse vt vulgo putabat. In auras ad spiritũ rettulit qui eos repetit. Stygia sub nocte. in inferno quo migrant animę. Meliore loco, circulo amoeniore. Libera fortuna mors est, Mortui inquit nõ sunt fortunę iniurięq; subiecti. Capit oia, suscipit & continet: nam in terrã redeũt. Qui nõ habet vrnã, insepultus. Tum, pterea: & est acris increpatio. Cui, ad cuius voluptatẽ. Funere inhumato, cadaueribus insepultis. Hãc cladẽ, spectaculum huius cladis. Olẽtes, foetẽtes. Trahe, bibe qm̃ infectę sunt sanguine. Hoc coelo, qđ corruptum iam est & pestiferũ. Tabẽtes, marcẽtes & qui corrũpuntur. Eripiũt rura, fugant te. Ad pabulũ, ad deuorãda cadauera. Bistonij, Threicij a Bistone rege. Odorati: q odorauerũt. estq; participiũ a deponẽte odoror. Estq; pprie odorat⁹ q accipit aliũde odorẽ. Odorus vero qđ p se odorẽ emittit: vt rosa. Pholoen, montẽ Thessalię. Latebras, lustra. Obscoeni, turpes ppter vomitum ex crapulis. Et quicquid nare sagaci

SVLPI.

Odoror.
Odorat⁹.
Odorus.

oĩs fera odoriſequa. Nõ ſanũ, corruptũ odore cadauerũ. Secutæ. alebantur eñ cadaueribus equorũ. Voſq;. Grues q̃ e Biſtonia palude in Thracia frigidiori ad tepẽtem reuolant Nilũ. Ad hauſtrũ mollẽ, ad regionẽ hauſtralẽ quæ mitior eſt: nã Thracia ad meridiẽ habet Aegyptũ. Induit ſe vulture. a vulturibus fuit frequentatũ: qui vt Plynius ſcribit, triduo cadauera futura p̃ſentiunt. Plures pennę preſſerũt aera, plures volucres volauerũt. Roribus ſanguineis, inſperſione cruoris.

BERO. ¶ Vnum da gentibus ignem. nõ petimus inquit Lucanus vt ſinguli ſingulis buſtis. i. ſepulcris inferãtur: ſed more militari vno rogo oĩa cadauera ſimul cõbure. Aut generi ſi pœna iuuat. Si vis inquit o Cæſar pœna & dolore afficere generũ. ſ. Pompeium, extrue tã magnũ rogum vt eius flammã videre poſſit ipſe Põpei⁹ a littore maris quo puenerat. Oetheo robore. arborib⁹ mõtis Oethę. de quo ſupra. Tabes ne cadauera ſoluat. nihil refert an cadauera tabe corrũpantur inſepulta, an cõcremẽtur: cum natura cuncta recipiat. Sibi. ſ. terrę: q̃ vt ait Plynius nos naſcẽtes excipit & ſuſtinet nouiſſime complectitur gremio. Vel ſibi. ſ. naturæ ex qua cuncta ſunt & in quã cuncta redeunt. Hos Cæſar populos ſi nunc. ait Lucan⁹ o Cæſar ſi nunc iſta cadauera non cremantur & ſepeliuntur vt cremari deberent, ſaltem tũc vrentur quando totus mundus in ignem collabetur: ſecũdũ opinionem eoꝶ philoſophorum qui dixerunt ignem rerum fuiſſe principium & futurũ finẽ: vt Anaxagoras dicebat: & tangit Seneca. Rogus ergo vnus mundũ totũ cõcremabit: & tunc aſtra cœleſtia miſcentur oſſibus & cadauerib⁹. Tuam. ſ. animam. Non meliore loco. anima tua o Cęſar nõ ſortietur meliorem ſedem q̃ animę horũ qui iacẽt iſepulti. Libera fortuna mors ẽ. Fortuna nullum habet ius in mortuos: quibus ſi denegat ſepulturã cœlum prębetur, quo tegũtur. Fortuna eſt ſeptimus caſus. Vrnã, ſepulcrũ: qua cineres cõduntur. Quid fugis hanc cladem. ſi o Cæſar delectaris ſpectaculo inhumatorum quare ex hoc loco recedis. Olentes. qui tibi bene olere videntur: vel fœdum odorem emittẽtes. Sed tibi tabẽtes populi. Cæſar coact⁹ eſt recedere e Pharſalicis campis propter tabem & tetrũ fœtorem cadauerũ: quæ oĩa corruperant. verũ ſecundũ hiſtorię fidẽ Cæſar oĩbus reb⁹ relictis pſeq̃ndũ ſibi Põpeiũ exiſtimauit. Victore fugato. ſ. Cæſare: & ita eoꝶ q victi fuerãt cadauera victorẽ fugabãt fœtore. Nõ ſolũ Aemonij. ad hęc cadauera nõ ſolũ lupi Biſtonij. i. Thracẽſes, verũ & leones venerunt & vrſi atq; canes. Pholoen, mõtẽ: de quo ſupra. Quicquid nare ſagaci. venerunt ad cadauera oĩa aĩalia & volucres q̃ habẽt narem ſagacẽ. i. acute ſentientem.

Sagare. Sagare eñ ſignificat acute ſentire: vt ait Cicero. quales ſunt vultures & aquilę. Aera nõ ſanũ. i. fœdũ odorẽ aeris corrupti & peſtilentis. Vos quæ Nilo mutare ſoletis threicias hyemes. grues intelligit quæ vt ſupra dictũ eſt in tertio & in quito, ſolitę ſunt hiberno tempore relinq̃re ſtrymona & Thraciam & traijcere ad aquas Nili tepidiores. verũ ait Lucanus grues nunc tardius perueniſſe

Cędis odorati Pholoen liquere leones.
Tunc vrſi latebras: obſcœni tecta domoſq;
Deſeruere canes: & quicquid nare ſagaci
Aera non ſanum motumq; cadauere ſenſit.
Iamq; diu volucres ciuilia caſtra ſecutę
Conueniunt. vos quę Nilo mutare ſoletis
Threicias hyemes ad mollem ſerius hauſtrũ
Iſtis aues. nunq̃ ſe tanto vulture cœlum
Induit: aut plures preſſerunt aera pennę.
Omne nemus miſit volucres: omniſq; cruenta
Alite ſanguineis ſtillauit roribus arbor.

¶ Aut generi ſi pœna iuuat. Inuehitur continue in Cæſarẽ eo q̃ corpora Romanoꝶ ſepultura ꝓhibuit, docẽs eũ ſtulte agere: nam ſi id facit vt dolorẽ Pompeio excitet, maiorem excitaret viſo ſuorum rogo: nam q̃ inſepulta iacerent cadauera fugientem latuit. Ordo eſt. Aut o Cæſar, ſi pœna generi. ſ. quõdam tui Pompeij, iuuat. i. delectat ſup. te: hoc eſt ſi vehementer vis cruciare Pompeium, noli prohibere cadauera ſepultura, quia id(vt dixi) neſciet: ſed extrue. i. ad incendium para, nemus Pindi ſcilicet montis vicini: erige. ſ. in pyram, ſyluas cõgeſtas. robore. i. ex ligno firmo, Oetheo id eſt Oethæ montis: vt Pompeius videat ab æquore, id eſt loco æquo & plano, flãmam Theſſalicam. i. qua cõburantur cadauera militum ſuoꝶ in Theſſalia occiſorũ. Tu nil agis. i. nil proficis hac ira. ſ. in cadauera: quia haud. i. non refert, id eſt intereſt, ne pro an, tabes . i. lenta putrefactio, ſoluat cadauera. ſ. Pompeiana: an rogus ſoluat. i. abſumat ea. Natura receptat. i. recipit in ſua principia cuncta ſcilicet cõpoſita ex elementis, ſinu placido. i. benigno & corpora debent ſibi. ſ. naturæ ſecũdũ Sulpitium: ſed ſic erit dura reciprocatio: aut ſibi ipſis propter materiam vnde cõſtãt, finem ſui. quia quod ex corruptibili ortum eſt per naturam eſt corruptibile. O Cæſar ſi ignis non vſſerit hos populos nunc: ipſe vret eos cum terris. i. cum igne conflagratiõis: quod nos ante iudicium generale futurum credimus: illi aliq̃n fore crediderunt: & vret cum gurgite ponti. i. maris. i. quando etiam maria ardebunt. Rogus communis, id eſt generalis ignis conflagrationis ſupereſt, id eſt reſtat mundo, miſturus, q̃d nos dicimus mixturus, aſtra oſſibus, id eſt concrematurus aſtra cum oſſibus, quia multo ante carnes erunt conſumptæ. Quocunq;. i. ad quẽcunq; locum, fortuna ſcilicet quantumuis proſpera, vocabit tuam ſcilicet animam: eo ſup. eunt. i. tendunt modo quoq;. i. etiã, hę. i. horum cadauerum quæ ſepultura prohibes, animę. q. d. tu nõ min⁹ ad inferos deſcẽdes q̃ illi: quia vn⁹ erit oĩm interit⁹. Tu nõ ibis alti⁹ in auras. i. ſpiritus tuus nõ magis repetet deos q̃ ſpũs hoꝶ quos vilipẽdis. Tu nõ iacebis meliore loco ſub nocte ſtygia. i. q̃n eris in perpetuis tenebris. in q̃ re nimium vere loquitur poeta. Mors eſt libera fortuna. i. a fortunę imperio exẽpti ſunt mortui: tellus capit. i. recipit & reſoluit in ſe oĩa quæ genuit. Is qui non habet vrnã. i. receptaculũ cinerum ſuorum ac ſepulturã, tegiẽ cœlo. i. ſepelitur ſub dio. Tu o Cæſar cui gentes dant pœnas corpore inhumato. i. non ſepulto(q̃d miſerum eſt: quia inhumatæ vt Vergilius aſſerit, centum errant annos) quid. i. ad quid fugis hanc cladem. i. ſtragẽ gladio occiſorũ: & q̃d. i. ad q̃d deſeris agros olentes. i. fœtidos: O Cęſar trahe. i. attrahe & bibe has aquas. ſ. ſanguinolentas: & ſi potes vtere hoc cœlo. i. aere tã corrupto. Sed populi tabẽtes. i. cadauera fœtida & tabe lenta cõſũpta, quorũ aĩas expuliſti, eripiũt tibi, q̃a nõ audes cũ eis manere, rura Pharſalia

& tenent campos victore. s. te fugato. s. propter corruptionē & foetorem. Nec solum lupi Bistonij. i. Threicij, siue ex Thracia, venere ad pabula funesta belli: æmonij. i. Thessalici. q3 p quia, leones odorati. i. qui odore senserant, tabem. i. corruptū sanguinem, cædis cruentæ: i. cadaueris sanguinolenti, liquere Pholoen montem Thessaliæ. Et tunc vrsi deseruere latebras. i. lustra sua: & canes obscœni id ē turpes, deseruere tecta & domos. i. totam Pharsaliam. Et quicquid sentit aera non sanum & motū cadauere. i. per cadauer. Volucres vt vultures & aquilæ ac milui, secutæ iam diu castra ciuilia, conueniunt. s. inter se Vos aues. i. o vos grues, quæ soletis mutare hyemes threicias i. frigora & tempestates Thraciæ, nilo. i. recipientes vos in nilum fluuium Aegypti tepidum, istis. i. volastis serius. i. tardi⁹ solito, ad haustrum ventum meridionalem mollem. i. minus asperum & mitiorem, hoc est ad Aegyptum quā Thraces meridiem versus habent. ideo autem serius iuerunt, quia humana carne inescatæ manserunt. Cælum. i. aer, nunq̄ induit. i. cooperuit se tāto vulnere, aut ē humana carne vesci solita, quanto sup. tunc se induit: aut plures pennæ, sup. nun q̄ presserunt aera. i. nunq̄ plures volucres volauerunt per aera. Omne nemus misit volucres. s. in Thessaliam: & omnis arbor stillauit roribus sanguineis. i. demisit in morem roris guttatim cruorem humanum aduectum in ramos cum visceribus, alite crueta. i. per auem sanguinolentam aut sanguinariam.

ad nilum ad regionem australem cum in itinere forent remoratę ad carpenda & vorāda cadauera in campis Pharsalicis iacentia. Serius, tardius. Nunq̄ tanto se vulture cælum. Vultures nigri pręualent: nidificant in excelsissimis rupib⁹: triduo aut biduo ante volāt vbi cadauera futura sunt: auctores Plynius & Plautus. Vescuntur eīn cadaueribus vt ait Plutarchus. Aer ergo nunq̄ fuit plenus tot vulturibus quot nunc aduolarunt ad ista cadauera. Stillauit roribus arbor. Volucres depastę cadaueib⁹ & cruentatę, arbores sanguinolentas afficiebāt ita vt rores sanguinei stillarent ex arborib⁹. Stillare est guttatim fluere: & gutta inquit Palemon stat: stilla cadit. Stillare.

Sæpe super vultus victoris & impia signa
Aut cruor: aut alto defluxit ab æthere tabes:
Membraq3 deiecit iam lassis vnguibus ales.
Sic quoq3 non oīs populus peruenit ad ossa:
Inq3 feras discerptus abit: non intima curant
Viscera: nec totas auidę sorbere medullas:
Degustantq3 artus: Latię pars maxima turbæ
Fastidita iacet: quam sol nimbiq3 diesq3
Longior Emathiis resolutam miscuit aruis.
Thessalia infelix quo tanto crimine tellus
Læsisti superos: vt te tot mortibus vnam
Tot scelerum fatis premerent? qđ sufficit ęuū
Immemor vt donet belli tibi damna vetustas?
Quæ seges infecta surget nō decolor hærba?
Quo non Romanos violabis vomere manes?
Ante nouę venient acies: scelerique secundo
Pręstabis nōdū siccos hoc sanguine campos.
Omnia maiorum vertamus busta licebit
Et stantes tumulos: & qui radice vetusta
Effudere suas victis compagibus vrnas:
Plus cinerum Aemonię sulcis telluris aratur:
Pluraq3 ruricolis feriuntur dentibus ossa.
Nullus ab Emathio religasset littore funem
Nauita: nec terram quisq̄ mouisset arator:
Romani bustum populi: fugerentq3 coloni
Vmbrarū campos: gregibus dumeta carerēt:

SVLPITIVS.

¶ Victoris: Cæsaris. Tabes, sanies. Fessis: defatigatis. Vnguibus. bene vnguibus. Sūt enim proprie vngues omniū animalium habentium digitos. Vngula vero eorum q̄ habēt aut solidos aut bifidos pedes. Membra, humana quæ rapuerat. Sic quoq3. etiam ferarum & volucrum discerptione atq3 rapina Non peruenit ad ossa: quia multa corpora integra remansere. Abit in feras: cōuertit se in carnem ferarum quæ illa carne alebant. Fastidita, neglecta a feris & auib⁹. Sol, desiccādo. Nimbi, putrefaciendo & molliendo. Dies: tempus consumendo. Resolutam: corruptam. Thessalia. Thessaliam quoq3 detestat & eā deplorat poeta. Crimine: culpa tua. Te vnam: solam & præcipuam. Fatis, necessariis euentis. Quod sufficit æuum. Quæ ætas inquit est satis ad tāti damni memoriam obolendam? Quę seges. profecto nulla frumēti hærba. Non decolor: non sanguinei coloris & pallidi. Hærbarum eīn radices & arborum satiatæ sanguine aut vini fęce rubicunda purpureos fructus producūt. Sic Persica & auellanas purpureas fieri docet Palladius. Quo vomere. nam quicūq3 te arabit cineres eruet Romanorum, & vmbras vexabit. Ante nouę. hoc est ante hic iterum præliabit: dixitq3 hoc propter Octauium & Antonium qui aduersus Brutum & Cassium mlto post illic marte cruentissimo pugnauere. Secundo sceleri: secundo pręlio ciuili. Omnia maiorum. Quis inquit omnes cineres omniaq3 ossa mortuorū q̄ in toto sunt orbe in vnū cumulent: maior tamen copia erit in Thessalia. Licebit, q̄uis. vt apud Horatium. Sis pecore & multa diues tellure licebit. Busta: loca in quibus combusta sunt. Stātes, integros. Vertamus: eruamus. Vetusta radice. antiqua caprifico dissoluti apertiq3 sunt. Martialis. Marmore messalæ findit Caprificus. Vrnas in quibus cineres ossaq3 sunt. Victis compagibus: dissolutis cōiunctionibus. Sulcis: in sulcis. Dentibus ruricolis: dentatis instrumētis quibus colunt rura. Nullus ab Emathio. nemo inquit Thessaliam frequētasset aut arasset aut armenta & greges ibi pauisset: sed

Vngues. Vngula. Purpurei fructus vt fiant. Licebit. Caprificus

tanq̄ sacram & vt cōmune Romanorum sepulchrum seruasset inuiolatā & desertā, si illic tantū gesta fuissent ciuilia p̄lia. Religasset funē: nauigasset in Emathiam ideq̧ nauim soluisset. Dumeta: spineta & saltus. Permitteret vellere. cōcederet pascere hærbā nascētem ex ossibus & puluere Romanorū. Impatiens hominū: inhabitabilis. Vel solis iniqui limite vel glacie. i. vel vi solis: vt terrę q̄ sunt sub torrida Zona, & sub ipsa ecliptica: vel frigore intolerabili quo laborāt qui sunt sub Zonis extremis. Nuda: sine hominibus. Si non prima. si prima certe non sola: nam primus ad differentiam secundi & tertij dicitur. Liceat. votum est: cum non liceat: totus enī mundus est nocens. Terras nocētes. Thessa

Loca bello rū ciuiliū. liā, Aegyptum, Cisalpinam Galliā, Aphricam, Hispaniā, Tusciam, Siciliā, Leucadiā quæ ciuili sanguine maduere. Quid premitis. cur grauamini & damnatis. Soluitis: liberatis culpa: nam vnus locus alterū leuat. Hesperiæ, Hispanæ & Italię. Pachini: montis in

Pachinus. Sicilia apud quem Augustus & M. Agrippa Sextum Pompeij filium nauali prelio superauit. Et Mutina: apud quam vict⁹ est. M. Antonius ab Augusto: vbi & cōsules Pāsa & Hircius ceciderunt. Leucas. hoc dicit propter prelium nauale quod in sinu Ambracio gessit Augustus in Antoniū & Cleopatram Puros: quasi innocentes & Romano cruore īmaculatos & inexecrabiles. Philippos. Poe

Philippi. ta vt etiam supradiximus Pharsalios cāpos intelligit. q̄q̄ Plynius Philippos in Thracia esse ostendit.

PHIL. BEROALDVS.

¶ Defluxit ab ęthere tabes. Aues frustra cadauerū vnguibus compressa cū diutius sustinere non possent ab ęthere deijciebāt: & sic membra & tabes cęsorum sæpe defluxit supra ora Cæsaris. Lassis, defatigatis pōdere. Peruenit ad ossa. tanta fuit omnib⁹ animalib⁹ copia cadauerum vt nullum discerperetur vsq̧ ad ossa, & medullæ absorberent. Fastidita iacet. mlta cadauera iacuerūt ītacta ab auib⁹ p̄pter copiā fastidiētibus. Resoluta miscuit aruis. Sententia Vergiliana. Grandiaq̧ effossis mirabitur arua sepulchris. Thessalia infelix. Infelicem terram dicit esse Thessaliam q̄ tot cadaueribus sola fuerit oppressa. Quod sufficit ęuū. nulla vetustas nullū ęuū inquit Lucanus vnq̄ Thessaliam reddet immemorem istorū cadauerū quib⁹ nūc est oppressa. Quę seges infecta. nullę fruges surgēt qui earum

Seges. herba sit decolor & infecta isto cruore. Seges enī & terra dicitur & fruges. Vergilius qd faciat lętas segetes. & vt ait Varro, Seges dicit quod aratum necdū satum est. Violabis vomere. quia agricolæ aratro fodientes terram violabūt manes erutis ossibus. Añ nouę veniēt acies. anteq̄ deleatur nomen huius cladis & vestigia, venient in eādem Pharsaliam nouę acies. s. Augusti & M. Antonij, ex altera parte Bruti & Cassij: q̄ ibi conflixerūt vt supra dictum est. Vnde secundū prelīi cōmittetur in campis Pharsaliæ nōdū siccatis. Omnia maiorum vertamus busta licebit. Sēsus est q̄uis euertamus & dissipemus sepulchra

Nullusq̧ auderet pecori permittere pastor
Vellere surgentē de nostris ossibus hęrbam:
Ac velut impatiens hominū: vel solis iniqui
Limite: vel glacie: nuda atq̧ ignota iaceres:
Si non prima nefas belli sed sola tulisses.
O superi liceat terras odisse nocentes.
Quid totū p̄mitis: quid totū absoluitis orbē?
Hesperię clades: & flebilis vnda Pachini:
Et Mutina: & Leucas puros fecere Philippos.

¶ Sepe super. Prosequitur obscœnitatē quę ex insepultis cadaueribus p̄ueniebat: transiturus in execrationem Thessalię. Ordo ē. Aut cruor. i. humor habens adhuc speciē sanguinis, aut tabes. i. sanies seu corruptus sanguis, defluxit sępe ab alto æthere, sup vultus victoris. s. Cæsaris & super signa impia. i. impiorum in patriam. Et ales. i. volucris alata, deiecit ab aere membra. s. cadauerum, vnguibus iā lassis. i. fatigatis. Sed nō omnis populus illic interemptus, peruenit sic quoq̧. i. etiā sic, ad ossa. i. ad hoc vt resoluatur vsq̧ ad ossa: q̧ pro quia, ipē discerptus. i. dilaniatus a feris, abit. i. resoluitur, in feras. i. in carnē ferinam. Alites aut feræ, non curant. i. negligunt absumere intima viscera, nec auidæ sup. sunt, sorbere totas medullas, sed partem earum: & degustant. i. prelibant solummodo nō deuorant artus. Maxima pars turbæ Latiæ. i. Italicæ, iacet, fastidita i. superbe contempta ab auib⁹ & feris, forte q̧ malo assueti minus teneram & minus delicatam habeant carnem: quā. s. partem Romanorum, sol. i. radij solares, & nimbi. i. venti pluuiosi, & dies. i. temporis edacitas, longior. i. diuturnior, miscuit aruis Emathijs. i. resoluit in terrā sup arua Thessalica. O Thessalia tellus infelix, quo tanto. i. tam enormi crimine lęsisti supos, vt premerent te vnam. i. solam, tot mortibus, & tot fatis. i. necessarijs euentis scelerum. i. ciuilium bellorū? quod ęuum. q. d. nullum q̄tūcunq̧ longū sufficit. i. satis lōgum est, vt vetustas immemor. s. tantæ cladis, donet tibi. i. ignoscat, dāna. s. reipu. in te facta? Quæ seges. q. d. nulla, surget. s. tibi, non decolor. i. non decolorata, hærba infecta. s. sanie & tabe? quo vomere nō violabis. q. d. nullo non, & ita omni vomere. i. parte illa aratri, manes Romanos. i. spiritus ossa insepulta custodiētes? Nouæ acies. s. Augusti in Brutum, veniēt. s. in te, anteq̄ deleatur memoria prioris belli: & tu pręstabis secundo sceleri. i. bello ciuili campos nondum siccos hoc. i. nunc effuso sanguine. Licebit. i. q̄uis, aut licitum erit, vt vertam⁹ omnia busta. i. cinerū sepulcra, maiorum. s. nostrorū: & tumulos stantes. i. adhuc integros & eos qui effudere suas vrnas. i. quas in se habebant, compagibus victis. i. dissolutis, radice vetusta. s. caprifici: tamen sup. licet omnia sepulcra eruamus, plus cinerū. i. corporū resolutorū in cineres, aratur sulcis telluris æmoniæ. i. Thessalicæ: & plura ossa feriunt. i. percutiunt dentibus. i. dentatis instrumentis, ruricolis. i. quib⁹ rus colit. Nullusq̧ &c. dicit q̧ si i Thessalia vt prima commissa sunt bella ciuilia, ita in ea sola fuissent cōmissa, omnes mortales ab ea tanq̄ sacra & abominabili abstinuissent: sed quia in alijs locis non minus dira commissa sunt pręlia, videtur Thessalia purificari, quia parcendum est mltitudini. Ordo est. Nullus nauita religasset. i. soluisset, funem. i. retinacula, ab littore Emathio, nec quisq̄ arator mouisset terram existentē bustum Romani populi: & coloni fugerēt campos vmbrarum. i. in quibus errent animæ insepultorū: dumeta carerent gregibus. s. caprarum: & nullus auderet permittere pecori vellere. i. carpere hærbam surgentem de nostris. i. Romanis ossibus: & o Thessalia tu iaceres nuda atq̧ ignota velut impatiens hominū: vel limite. i. p̄pter limitem & arctionem solis

iniqui id est nimis calidi vt in torrida Zona, vel glacie id ē velut propter glaciem, vt in Zonis frigidis, iaceres inquam nuda, si non prima scilicet dumtaxat, sed sola tulisses nefas belli ciuilis: sed non tulit sola vnde exclamat. O superi, liceat id est facite tam paucas vt liceat odisse terras nocentes id est in quibus tantum mali contigit. quid id est ad quid premitis scilicet culpa & damnatis totum orbem, quia vbiq; factȩ sunt strages & quid absoluitis id est liberatis a culpa totũ orbem? quia culpa vnius excusat culpam alterius loci. vnde clades Hesperiæ scilicet vtriusq; Italiæ & Hispaniæ, & vnda Pachini id est maris siculi ad promōtorium Pachinum, flebilis quia illic Sext9 Pompeij filius superatus est ab Augusto, & Mutina vbi Marcus Antonius ab Augusto fugatus est, interfectis tamen ab Antonianis Pansa & Hircio consulibus, & Leucas id est sinus maris ambracij vbi Cleopatram cum Antonio vicit Augustus, fecere Philippos cāpos Thessaliæ, aut iuxta Thessaliā, puros. i. innocentes, respectu maiorum culparum.

& vrnas defunctorum, plus cinerum mortuorum aratur in Thessalia. Effudere suas victis compagibus vrnas. id est q̄uis etiam euertamus monumenta quæ longa vetustate dehiscūt & laxis & resolutis compagibus vrnas in quibus sunt cineres effundunt. Ruricolis dentibus, id est aratro quo rura colentur. Aratro autem vt ait Vergili9 duplici aptantur dentalia dorso vel de ferramentis rusticis intelligit quales sunt bidentes. Nullus ab Emathio. sensus ē Thessalia fuisset a cunctis mortalib9 derelicta si in ea sola commissa esset clades ciuilis. Verum & apud Leucatem & apud Mutinam & alijs in locis cōmissȩ clades ciuiles absoluunt Pharsaliam. Romani bustum populi. nihil aliud est Pharsaq̄ sepulchrum commune Romanorũ. Gregibus dumeta carerēt. i. nulli greges capellarum ouiumq; carperēt dumeta id est loca plena sentibus & spinis. Vellere, id est morsu & dentibus carpere. Ac velut impatiens hominum. id est o Thessalia tu iaceres deserta & incognita tanq̃ regio impatiens hominum, vel propter nimios ȩstus qualis est torrida Zona, vel propter vehemētiora frigora inhabitabilis: qualis est septemtrionalis regio. *Si non prima nefas.* in Pharsalia prima clades ciuilis commissa est: verum postea in alijs quoq; locis. Vnde prima sed non sola tulit exitia ciuilia. Hesperiæ clades quæ scilicet factȩ sunt in Hispania apud Mundam liberis Pompeij profligatis a Cæsare vt dictum est in primo. Et flebilis vnda Pachini. Pachinus promontorium est Siciliȩ vt Plynius & Strabo tradũt. vbi Sextus Pompeius pugna nauali victus fugatusq; fuit ab Augusto vt narrat Appianus. Et Mutina. vbi. M. Anton9 fuit superatus ab Augusto Hircio & Pansa consulibus interfectis: vt Cicero, Tranquillus, & Appianus meminerunt. Leucas. vbi Antonius & Cleopatra pugna Nauali ab Augusto fuere deuicti vt supradictum est. Vergilius. Feruere leucatem.

Ioannis Sulpitii argumentum in Lucani Librum. VIII.


Ctauo in Lesbon fugiens per deuia Magnus
Nauigat: & coniunx lachrymādo abducta relinquit
Deflentē populũ: pperans tũ nauta monet
Tēdat vt ad Cilices: vbi Sextus turba ducũq;
Decernũt quo sit dux cōfugiturus: atroxq;
Aegyptus legitur: venientē regia prodit:
Coniugeq; & nato coram confodit Achillas.
Ambustum Codrus truncũ clam texit arena.

Interpretatio Arg. *Sul.* per Ascēsium.


Ctauo. Octauus inquit Omnibonus, hȩc continet. Primum quidē profectionem Pompeij in insulā Lesbon: vbi Corneliam vxorem suam deposuerat. Deinde concionem Pompeij habitā in Cilicia vbi pars maior censuit vt se conferret in Parthiam ad parthos in Cæsarē cōcitandos. Cui sententiæ aduersatus Lētulus orationem habuit Romano consule dignā & in eius sententiam Senatusconsultum factum est: vt se in Aegyptum reciperet. Vbi vt deinde narrat iubente Ptolemæo persuasu Photini & Achillæ coram coniuge & liberis obtruncatus est. Postremo recitat sepulchrum Pompeio a Codro factum. His habitis, Ordo est facillimus. est autem talis: Magnus scilicet Pompeius, fugiens a Thessalia, per deuia. i. loca de via abducentia, nauigat id est nauigare describit a Lucano, octauo scilicet libro, in Lesbon scilicet insulam: & cōiunx. s. eius Cornelia, abducta a Lesbo cum marito, reliquit populum deflētem. Tũ id est deinde nauta properans monet a Pōpeio, vt tendat ad Cilices. Vbi id est apud quos, Sextus scilicet Pompeij filius, & turba ducũ vt regum & senatorum qui Pompeium eo secuti erant, decernunt id est cōsultant quo dux scilicet Pompeius sit fugiturus & Aegyptus atrox id est habēs regem atrocem & ingratum ac impium, legitur id est eligitur. Regia id est aula regis, hoc est rex cum consilio, prodit, quia morti tradit, Pompeium venientem: & Achillas confodit id est interficit & truncat Pompeium, coram coniuge & nato. i. filio. Codrus texit arena id est sepeliuit in littore, trũcum id est corpus Pompeij sine capite, ambustum, id est preciosis odoribus circumustum, clam id est occulte.

Sequitur Liber Octauus.

Io. Sulpitij Verulani in Lucani Octauum Interpretatio.

IAm super Herculeas. Pompeius ita tenuis & nudus vt inquirentes hostes plane lateret, Larissam trāsgress⁹, vt ad tēpe puenit se in ora prosternens sitibūdus e fluuio hausit. Indeq; exurgēs per tēpe gressus est quousq; ad mare peruenit: vt tradit Plutarchus: nauēq; fluuialem vel vt Appianus ait frumentariā cōscendit sępe vt dicebat querens tm̄ se opinionem fefellisse: vt a quo genere hoim victoriam speraret ab eo initio fugæ facto pene pditus videretur. Poeta igitur quibus flexibus, qua trepidatiōe, quo dolore, pudoreq; fugerit & nauim conscēderit narrat. Est aūt ordo Iam magnus petens dispendia deserta syluę Aemoniæ. Sup fauces Herculeas: trās vallē & aditū quē Hercules discissis Ossa & Olympo montibus fecit: & exitū Peneo fluuio dedit vt exhaurire aquis Thessalia: vt meminit Diodorus. quod Seneca in Hercule furēte ait. Scissa quū vasto impetu patuere tēpe: pectore impulsus tuo Huc mōs & illuc cecidit: & rupto aggere Noua cucurrit Thessal⁹ torrens via. Tempe, vallem de qua diximus libro sexto. Dispendia deserta: damna itineris & circuitus viæ desertę. Aemoniæ syluæ: Thessalici nemoris & ipsorum tempe. Agēs cornipedē exhaustum. impellens equum fessum. Stimulisq; negantē. i. qui ictus calcaribus non promoueret. Incerta fugæ vestigia turbat. non it recto itinere: sed cōfundit & flectit ne possit per vestigia deprēdi: & vt qui psequūtur reddātur incerti. Implicitas errore: cōfusas circuitionibus. Fragorem nemorū, sonitum arborū ex aura. Comitū. nā per eorum strepitū terrebatur. Qui ferit: qui strepitus resonat & percellit. Trepidū lateriq; timētem exanimat. perterret ipm nō modo a tergo sed a latere metuentē. Quis summo de culmine. q̄uis inquit a felicitate corruerit tamen scit magno pretio suam mortē a Cæsare expeti: & nō minori q̄ ipe mortem Cęsaris emeret. Pretiū sui sanguinis. pretiū quod daretur interemptori suo. Nōdum esse vile: sed maximum. Memor fati, pristinam fortunā cōsyderans. Adhuc: in tāta calamitate. Iugulum tantæ mercedis: vitam tanti pretij. Pro ceruice auulsa. pro capite, quod collo sustentatur. Deserta sequentem. q̄uis per deserta & occulta fugeret: eius tamē dedecus & calamitas latere non poterat: quia ab omnib⁹ noscebatur. Multi. Auxiliares eūtes ī Pompeij castra nōdum audita profligationis fama, Pōpeio obuio stupuerunt. Prodente ruinas: indicante cladem. Vertigine: mutatione & volubilitate fortunæ. Cladisq; suæ vix ipe fidelis author erat. vix ipo fugiente & asserēte tāti ruina exercitus credebatur. Grauis, molestus. Adest testis. fit ei obuius & conscius est calamitatis. Obscuro nomine: non nota, nō celebri fama. Exigit pœnas. quo em̄ erat illustrior eo infamior euadebat. Longi: diu pręstiti. Pondere, claritate. Premit. grauat: notasq; facit. Fatisq; prioribus vrget: vexat superiori felicitate. Quo ei felicior fuerat eo nunc

M. Annei Lucani Pharsalię Liber Octauus.

IAm sup Herculeas fauces nemorosaq; Tempe
Aemoniæ deserta petēs dispēdia syluę
Cornipedē exhaustū cursu stimulisq; negātē
Magnus agens: incerta fugæ vestigia turbat:
Implicitasq; errore vias. pauet ille fragorem
Motorum ventis nemorū comitūq; suorum.
Qui post terga redit: trepidū lateriq; timentē
Exanimat. q̄uis summo de culmine lapsus:
Nondum vile sui pretium scit sanguinis esse.
Seq; memor fati tantę mercedis habere
Credit adhuc iugulū: quantū pro Cęsaris ipe
Auulsa ceruice daret. deserta sequentem
Non patitur tutis fatum celare latebris
Clara viri facies: multi Pharsalia castra
Quum peterent nondū fama prodēte ruinas
Occursu stupuere ducis: vertigine rerum
Attoniti: cladisq; suæ vix ipse fidelis
Author erat: grauis ē magno quicūq; malorū
Testis adest: cunctis ignotus gentibus esse
Mallet: & obscuro tutus transire per vrbes
Nomine: sed longi pœnas fortuna fauoris
Exigit a misero: quæ tanto pondere famę
Res premit aduersas: fatisq; prioribus vrget.

IAm super Herculeas fauces. Argumentū explanatum est. Ordo aūt est incipiendus a quarto versu sic Magn⁹. s. Pompeius petēs iam. s. post cœptā fugā dispēdia. i. damna itineris, quia maluit latere & p deuia lōgius iter facere, q̄ recta pgere & agnosci, dispēdia inquā syluæ Aemonię. i. Aemonij mōtis, deserta. s. a cultorib⁹ & viatoribus, sup fauces Herculeas. i. trans vallē & aditū quē Hercules discissis ossa & olympo montib⁹ fecit, & super Tēpe nemorosa. quia sunt amœnissima loca, & sup. agens cornipedem. i. equū corneas vngulas habentem, exhaustum. i. defatigatum cursu, & negantē. i. non obedientē stimulis. s. calcariū, turbat. i. confundit incerta vestigia fugæ, & vias implicitas. i. confusas errore. i. varijs circūitionib⁹ & ambagibus ducentibus in errorem. Ille. s. Pompeius tam nobili fortitudine vir, pauet fragorem. i. strepitum, nemorum motorum ventis. q. d. frondium: & comitum suorum. i. suæ fugæ. Is em̄ qui redit. s. a fuga post terga scilicet Pompeij, examinat. i. prę metu anima aut animo priuat, Pompeium trepidum & timētem lateri. s. suo: qa q̄uis

lapsus de summo culmine. s. imperij, tamẽ sup. scit ꝑtium sui sanguinis nondum esse vile. i. sanguinem suũ magno a Cęsare mercari: siquis effuderit. Et memor fati. i. pristię fortunę suę credit se habere adhuc iugulum tantæ mercedis id est pro quo tantũ mercedis reponatur a Cæsare, quantum scilicet mercedis ipe daret id est dare vellet si offerat, pro ceruice Cæsaris auulsa id est pro capite a ceruice Cæsaris auulso. Facies viri scilicet Pompeij, clara. i. illustris & nobilis non patitur ipm sequẽtem deserta ne agnoscat, celare. i. occultare, fatũ. s. suum. i. dissfortunium, latebris tutis. i. per quas tutus & ignotus esse sperabat, aut alius quiuis tutus esset. Multi. s. auxiliares, cum peterent castra Pharsalia. i. Pharsalica. i. suppetias ferrent Põpeio, fama nondũ prodente. i. priusq̃ fama prodiderat, ruinas. s. Põpeij & imperij, stupuere occursu ducis. s. Pompeij, attoniti. i. multum stupefacti, vertigine. i. obuersione & immutatione ac vicissitudine rerum. Et ipe. s. Pompeius vix erat author. i. narrator, fidelis. i. cui fides haberet, suæ cladis. i. quam ipe passus erat. Quicunq; adest testis. i. conscius malorum. i. aduersitatũ magni, est grauis. i. molestus Magno. ipse mallet esse ignotus cunctis gentibus, q̃. s. ab vllo agnosci: & mallet transire per vrbes, aut vt alij legunt per orbem, existẽs tutus, nomine obscuro. i. habens nomen obscurũ. i. militis inglorij & ignobilis, sed fortuna exigit a misero. s. Pompeio pœnas. i. compensationem longi fauoris, vtpote q̃ premit. i. aggrauat, põdere tãtę famæ res aduersas: ꝑpter famã eñ miserior erat: & vrget. i. cruciat eum prioribus fatis. i. prosperitatib⁹ quibus prius gauisus fuerat.

miserior erat. Et rebus felicibus assuetis difficilius est aduersam ferre fortunam.

PHILIPPVS BEROALDVS.

IAm sup Herculeas fauces nemorosaq; tempe. Pompeius ex Larissa p Thermopylas & tempe occultis itineribus profectus est ad mare: ibiq; nauem conscẽdit. Herculeas fauces intelligit Thermopylas q̃ sunt portę & claustra Thessaliæ vt Liuius & Strabo referunt. vbi sunt Thermę. i. aquę calidæ magno ĩ honore, Herculi consecratæ. Nemorosaq; tẽpe. Tẽpe loca sunt Thessaliæ nemorosa vt scribit Ouidius: quinq; miliũ passuũ lõgitudine & ferme sex latitudine vt ait Plynius. Cornipedem. i. equum. Exhaustum. i. fatigatum. Magn⁹. s. Pompeius. Pauet ille fragorẽ. Põpeius omnis auras, oẽs mot⁹ timebat: iuxta illud Vergilianum. Nunc omnes terrent aurę sonus excitat omnis. Nondum vile sui pretium sit sanguinis esse. Pompei⁹ adeo timebat quia q̃uis esset victus tamẽ sciebat mortẽ suã expeti ab aduersarijs. Quantũ pro Cęsaris ipe auulsa ceruice daret. Pompeius credit tantũ auri daturũ Cæsarẽ pro suo capite quantũ ipe pro Cæsaris capite dedisset. Deserta sequentẽ. Pompeius loca deserta quęrebat. Verum clara eius facies eum in occulto esse nõ patiebat. Vertigine rerũ attoniti. multi cum vidissent Pompeium obstupuerunt mutatione rerũ & fortunæ attoniti. Vix ipe fidelis. adeo incredibilis res videbatur Pompeium esse victum vt vix ipsimet crederẽt suas clades nuntianti. Obscuro tutus trãsire per vrbes. optasset Pompeius vt a nullo cognit⁹ fuisset: & nomẽ suum esset obscurũ & ignotũ: vt tutus ire posset. Exigit a misero. quãto clarior & illustrior fuerat antea Põpeius tanto nunc est miserior & calamitosior: fortuna eñ magnitudine prioris famæ. premit nunc res aduersas Fatisq; prioribus, id est pristina felicitate.

Tempe.

Nunc festinatos nimiũ sibi sentit honores:
Actaq; lauriferę damnat Syllana iuuentæ.
Nũc & Corycias classes & pontica signa
Deiectum meminisse piget. sic lõgius æuum
Destruit ingentes animos: & vita superstes
Imperio: nisi summa dies cum fine bonorum
Affuit: & celeri præuertit tristia leto:
Dedecori est fortuna prior. quisq; ne secundis
Tradere se fatis audet nisi morte parata?
Littora contigerat per quę Peneius amnis
Emathia iam clade rubens exibat in æquor:
Inde ratis trepidũ ventis ac fluctibus impar:
Flumineis vix tuta vadis: euexit in altum.
Cuius adhuc remis quatitur Corcyra sinusq;
Leucadii Cilicũ dominus terręq; liburnę
Exiguã vector pauidus correpsit in alnum.
Conscia curarum secreta in littora Lesbi
Flectere vela iubes qua tunc tellure latebas

SVLPITIVS.

Nũc festinatos nimiũ sibi sentit honores. quũ claritas nois obstaret, pœnitet se honores imperia & triumphos ante legitimũ tempus gessisse. Acta Syllana. ea q̃ iuuenis egit Syllanis temporibus quum ab eo in Siciliã & Aphricã missus de Perpenna Domitio & Hiarba triumphauit. Lauriferæ, triũphalis. Corycias classes. naues cilicum Pyratarum quos mira celeritate repressit: vt diximus lib. j. Corycus oppidum in Cilicia croco abũdãs: vbi & Corycium antrũ. Põtica signa. de Mithridate victoriã qua eius vexillis potit⁹ est. Deiectũ: victũ, prostratũ. Sic longius æuum destruit ingentes animos. sic nocuit magnanimis clarisq; viris vixisse diutius & in vita post amissum imperium remanere. Destruit animos: delet magnanimitate gloriã partã. Nisi summa dies. Nisi quis ĩ felicitate pereat & morte suã ruinã præueniat, pristina felicitas est ei dedecori. bene igit Ouidi⁹ Sed scilicet vltima semp Expectãda dies homini dicíq; beatus Ante obitum nemo supremaq; funera debet. Nisi summa dies cũ fine bonorũ affuit. nisi mors cũ fine felicitatis aduenerit. hinc apud Senecã chorus. Felix Priam⁹ dicimus oẽs secũ excedens sua regna tulit: & paulo post. Felix quisq; bello moriẽs oia secum consumpta videt. Et celeri præuertit tristia leto. præuenit & præterit res aduersas morte festina. Quisq̃ ne secũdis Tradere se fatis audet nisi morte parata? hoc ẽ audet ne aliquis felicitatem amplecti nisi cũ certo in ea moriendi proposito? Littora contigerat. Iã Põpeius ad ostia Penei venerat vbi cym

Corycus.

Corycium antrum.

Felix ẽ hic nemo.

bam nactus Mitylenas ad Corneliã nauigauit. vt Appianus etiam scribit. In commentarijs tñ est eũ ad Amphipolim vna nocte in anchoris constitisse: & irrogata hospitib⁹ pecunia cognitoq; Cæsaris aduẽtu inde discessisse & Mitylenas paucis diebus venisse. Plutarchus inquit eũ cymba inuectum cum paucis liberis, nã seruos ad Cęsarẽ ire iusserat, cõspectũ fuisse a Petilio & eũ in nauim onerariam pmaximã mœstissime fuisse susceptum vna cũ duob⁹ Lẽtul' & Faonio, q apd eũ serui subierat ministerium: & pręter Amphipolim nauigans ad Mitylenen transijt. Littora. hæc sunt in sinu Thermaico. Rubens clade: cruentus. Inde, a littoribus. Vẽtis ac fluctib⁹ impar. hoc est fragilis & q̃ tempestati nõ posset resistere. Cymbã eñ fluuiatilẽ fuisse Plutarchus & Appianus tradũt. Cæsar frumẽtariam nauẽ. Vadis: locis nõ pfundis. Cui⁹. Põpeij videlicet q adhuc tãtũ classiũ habet. Ad huc, hoc tpe. Remis, nauib⁹. Corcyra. In Ionio insula. Terræ Liburnę. apud quam erat Octauius vt patet lib. iiij. Rector correpsit in exiguã alnũ. Ab officio gestu & instrumẽto commiseratio. ipe eñ regebat nauiculã quã repẽs. i. trahens corpus, intrauit. legitur & vector hoc est q vehebat. Alnũ. ex alno arbore cymbã. Conscia curarum. Apostrophe ad Corneliã doloris sociã. Stares in campis: cladẽ spectares. Pręsagia: pdiuinatiões mali futuri. Exagitant curas, commouent & augẽt mœstitiã. Sõnus. Cornelia dormiens. metonymia. Nox: nocturna quies. Habet. affert Thessalicæ cędis imaginẽ. Tenebrisq; remotis. die vero e specula veniẽtes naues pspiciebat. Nutantia. mouentia se & inclinantia. Nec audes quęrere. ne qd suspicabaris audires: & qd animus psagiebat, deprẽderes. Fato. aduersitatis.

PHI. BEROALDVS.

¶Nunc festinatos nimiũ. Nunc Pompeius cognoscebat q immaturus honores adiuerat de quibus dictũ est in primo & secundo. Actaq; lauriferæ damnat Syllana iuuentæ. nunc Pompeius culpabat acta & triumphos quos egerat in iuuenta sub Sylla: quia quãto maiora ornamenta fuerat assecut⁹ tãto nunc eius dedecus & miseria est illustrior. Pompeius eñ Syllanus fuit vt supra dictũ est: & Ciliciã ab eo missus recuperauit: Aphricã totã subegit: triũphũq; reportauit adhuc eqs Romanus. Vnde Lucanus appellat iuuentã Põpeij lauriferã quia iuuenis triũphauit de Africa subacta & iterũ de Hispania in ditionẽ redacta domito Sertorio. author Plyni⁹. Nunc & Corycias classes & põtica signa. Dolori erat nunc Pompeio recordari pristinę felicitatis: quẽadmodum. s. deuicerat Cilicas Piratas & Mithridatẽ regem Põti. Coryciũ antrũ est in Cilicia vt Pomponius Mela refert. Destruit ingentes animos & vita supstes. Quid aliud Pompeij felicitatẽ & triumphos euertit q̃ longa vita? nã si ante cladem Pharsalicã ei mori contigisset quando. s. ęgrotauit in Cãpania, nihil Pompeij nomie maius nihil illustrius foret. Vnde ait Iuuenalis accusans longam viuacitatem, Prouida Põpeio dederat

Mœstior in medijs q̃ si Cornelia campis
Emathiæ stares. tristes præsagia curas
Exagitãt: trepida quatitur formidine somn⁹.
Thessaliã nox oĩs habet: tenebrisq; remotis
Rupis in abruptę scopulos extremaq; currẽs
Littora: pspiciens fluctus nutantia longe
Semper prima vides venientis vela carinę:
Quærere nec quicq̃ de fato cõiugis audes.

¶Nũc festinatos &c. Prosequit calamitatẽ Põpeij fugiẽtis & querelã ei⁹ dicẽs. Pompeius sentit nũc videlicet fugiẽs, honores. i. magistrat⁹, festinatos sibi. i. añ tps legitimũ natos. Et dãnauit. i. detestat⁹ est acta Syllana. i. facta tpe Syllano, iuuẽtę. s. suę, lauriferæ. i. ferentis laurũ ob partos triumphos. Et piget. i. tristitia afficit, eũ deiectũ. s. a culmine, nũc meminisse. i. memoria repetere, classes corycias. i. cilicũ pyratarũ: & signa põtica. i. a Mithridate rege Põti victo ablata. Sic. i. tali modo æuũ lõgi⁹ i. vita aliquãtulũ longęua, destruit aios ingẽtes: & vita supstes i. supuiues impio, sup. destruit aios: nisi summa dies. i. extremũ vitę, affuit cũ fine bonorũ. i. lętorũ: & pręuertit. i. anteuenit tristia. i. aduersa q̃ in senectute cõtigũt, leto. i. morte, celeri. prior fortuna, videlicet nimiũ felix, fit dedecori. i. causa dedecoris, qa nõ põt priore fortuna satis digna efficere. Audet ne qs. q̃ tradere se fatis secũdis. i. exponere felicitati, nisi morte parata. i. nisi viderit sibi paratã mortẽ, p quã luctũ q extremũ gaudij occupare solet, deuitet? Põpeius cõtigerat littora p q̃ amnis peneius. i. Peneus fluuius, rubẽs iã clade Emathia. i. Thessalica, exibat in ęquor. Inde ratis. i. nauis impar ventis ac fluctib⁹ i. minor q̃ i quã se pelago credere debebat, & vix tuta. i. tutos vehens, vadis flumineis. i. in fluminib⁹ nõ pfundis, euexit Põpeiũ, trepidũ. i. anxiũ & festinabundũ, in altum. s. mare. Et ipe Põpeius cuius remis. i. nauibus Corcyra insula in Ionio quatitur. i. cõcutit adhuc, & sinus Leucadij maris, cõcutit, ipe inquã dñs Cilicũ & terrę Liburnę correpsit. i. simul cũ nauta irrepsit i alnũ. i. nauim ex alno, exiguã. i. valde modicã, existens vector i. hõ vehẽdus, pauidus. i. pauens pro tpe: aut pauidi similis. O Cornelia cõiux Põpeij, tu cõscia curarũ. s. Põpeij, iubes. s. Põpeio, flectere vela in secreta littora Lesbi, qua tellure. i. i qua terra aut insula, tu latebas tũc mœstior q̃ stares in medijs campis Emathiæ. Pręsagia. i. ex sagacitate naturæ de futuris malis pgnostica, exagitãt. i. excitãt curas tristes. somnus. s. tuus, quatitur. i. turbat, formidine trepida. i. faciente te trepidam. Oĩs i. vnaquęq; aut tota nox, habet Thessaliam. i. tenet te occupatam in cogitandis aut somniandis reb⁹ Thessaliæ: & tu currẽs tenebris remotis. i. vt primũ lucescere cœpit, in scopulos. i. altũ montẽ, rupis abruptę. s. vetustate aut vi vẽtorũ & imbrium & in extrema. i. vltima ab vrbe, & pxima mari, littora, pspiciẽs i. porro & de longe inspiciens fluctus. s. maris, vides semp prima (alij legunt vidẽs sed quia sequit nec audes: legã vides) aut quia maxime sollicita, aut q prima egressa, vela carinę. i. nauis venientis, quæcunq; ea esset, vela, nutantia. i. cõcussa vi vẽtorum. Graphice autẽ vt multa alia exprimit author motũ nauium longe pspectarũ: quia nutare. i. in caput cadere videñt. Nec tu audes quærere quicq̃ de fato. s. mariti tui. i. de aduersitate quam illi obuenisse aut obuenturam pręsagiebas: quia sæpe quod veremur accidit: & qd veremur ac aio futurũ concipimus mẽs audisse exhorruit. Ne ergo mali ominis sit quęsiuisse de aduersitate mariti, aut quia dulcius erat adhuc timere mala futura, q̃ certo scire ea obuenisse, nõ audet quęrere quicq̃ de fato. i. (vt dixi) de aduersitate aut morte mariti, aut de deorũ præstituto de belli euentu.

campania febres optandas. Idem Cicero & Plutarchus memorāt. Dies ergo lōga & vita prolixa destruit maximā felicitatē nisi mors veniat cū fine bonorū. Nisi morte parata. Ouidiꝰ. Diciq; beatus añ obitū nemo supmaq; funera debet. Peneius amnis. Peneus fluuius est Thessaliæ ante cunctos claritate vt ait Plynius, defluens in mare nemorosa cōualle. Pompeius ergo venit ad littus maris quo defluit Peneus. Inde ratis trepidum. Nauicula excepit trepidū. i. formidantē Pōpeiū: quæ impetum vētorum ac fluctuum sustinere nō potuisse. Cuius adhuc remis quatiͭ Corcyra. Sēsus est Pompeius qui adhuc classes habebat partim in Corcyra īsula quibus pręerat Cato, partim in Epiro hoc est sinu leucadio, qui dominus erat Cilicum Pyratarum & gētis Liburnæ a qua naues Liburnicæ dicūtur, pauidus intrauit alnum id est nauiculam illam & cymbam exiguam Conscia curarum. i. Cornelia coniunx fuit causa vt Lesbon peteret vbi ipsa erat cum filio. Tristes præsagia curas exagitant. Pręsagire significat ante sentire & acute pręnoscere vt scribit Cicero. Inde pręsagia dicuntur propter quæ aliquid præsentimus futurum. Quatitur somnus. scilicet Corneliæ vxoris Pompeij. Thessaliā nox omnis habet. id est singulis noctibus in somnis videbat Thessaliam: vbi dimicarunt Cęsar & Pompeiꝰ. Tenebrisq; remotis. i. recedente nocte quæ est vmbra terrę vt tradit Plynius. Rupis in abruptæ scopulos. O Cornelia inquit Lucanus tu curris in scopulos & extrema littora inspectura naues a longe venīetes: adeo sollicita es de marito Pompeio. Nutantia longe. vela nauis quę videtur longo interuallo, nutare videtur. De fato coniugis. non audes interrogare an maritus fuerit victor an victus.

En ratis ad vestros quę tēdit carbasa portus
Quid ferat ignoras: sed nūc tibi sūma pauoris
Nuntius armorum tristis rumorq; sinister
Victus adest coniunx: quid perdis tp̄a luctꝰ?
Cū possis iā flere times. Tūc puppe ꝓpinqua
Prosiluit: crimenq; deū crudele notauit:
Deformē pallore ducem: vultusq; premētem
Canitiem: atq; atro squalētes puluere vestes.
Obuia nox miseræ cælum lucemq; tenebris
Abstulit: atq; animā clausit dolor: oīa neruis
Membra relicta labant: riguerūt corda: diuq;
Spe mortis decepta iacet. Iam fune ligato
Littoribus lustrat vacuas Pompeius arenas.
Quē postq̄ propius famulæ videre fideles:
Non vltra gemitus tacitos incessere fata
Permisere sibi: frustraq; attollere terra
Semianimē conatͬ herā: quā pectore Magnꝰ
Ambit: & adstrictos refouet cōplexibꝰ artus.
Cœpat in summū reuocato sanguine corpus
Pompeii sentire manus: mœstamq; mariti
Posse pati faciem: prohibet succūbere fatis
Magnꝰ & immodicos castigat voce dolores.
Nobile cur robur fortunæ vulnere primo
Fœmina tantorū titulis insignis auorum
Frāgis? h abes aditum māsuræ in sęcula famę:
Laudis in hoc sexu: nō legū iura: nec arma:
Vnica materia est coniunx miser: erige mētē:
Et tua cum fatis pietas decertet: & ipm

SVLPITIVS.

En ratis ad vestros. Cōmiseratio ab ignoratione de Pompeio adueniente: q̄q̄ Plutarchus inquit eum cum insulæ hæsiiet, iuxta littus ad ciuitatem nuntium misisse non qualem expectabat Cornelia quæ sperabat ex p̄lio ad Dyrrhachium gesto illud vnum superesse Pompeio vt Cęsarem persequeretur. Is igitur plura lachrymis q̄ verbo exprimens eam festinare iussit si Pompeiū optaret aspicere, naui sola & aliena inuectum. Ad hæc cum se amens strauisset, non multo post vix compos mentis, ꝓcurrit ad pelagus & a Pōpeio vlnis suscepta conqueri cœpit. Tendit carbasa: dirigit vela & cursum in Lesbon. Quid ferat. fert enim Pompeium victum q̄ est tibi dolor & nūtius. Summa pauoris. appositio est. Quid perdis tempora. abstinebat enim ne videretur mala ominari. Prosiluit. celeriter naui occurrit: & animaduertit Pompeium intensum & squalidum. Notauit, aduertit. Canitiem, canos. Squalentes. decolores & īfectas. Obuia nox miserę. Caligo pre mœrore exorta eam exanimem reddidit. Cęlum lucemq;. claritatem cæli: per endiadim. Clausit animum. oppressit sensus & viribus destituta vt exanimis cecidit. Neruis, viribꝰ. Riguerunt. non salierunt: non palpitauerūt vt viuis solēt. Decepta: nā i se redijt & nō perijt vt optabat. Iam fune ligato. Pōpeius in littus descendens & iter Mitylenas versus arripiēs ignarus illic in propinquo adesse Corneliam a famula vxoris tacito ploratu accitus est. Lustrat vacuas arenas. circuit loca sola. Non vltra gemitus tacitos. non nisi tacite & submisse. Permisere sibi incessere fata. incœperunt in fata inuehi. Frustra, quia nō poterant. Ambit, amplectitur. Refouet, recitat Reuocato sanguine in summū corpus. Natura in magno metu atq; dolore in altum tota demergitur & descendēs ad cor sanguinē quo velut curru vehitur trahit. eo subtracto frigus in extremis membris: & humor dilutior cuti remanet: & ipse pallescit: remittente se metu sanguis paulatim effundi incipit & sic redit vigor & color. Posse pati. posse aspicere: nam prius ad eius aspectum ceciderat. Prohibet suc. fa. monet vt sit magnanima & non cedat aduersæ fortunæ. Castigat: verbis: & arguit imoderati doloris: q̄q̄ Plutarchus ait ipsam priꝰ verba fecisse & postea a Pompeio hortatam: & vtriusq; orationem

Q̄ sum victus: ama: nã sum tibi gloria maior
A me q̄ fasces: & q̄ pia turba senatus:
Tãtaq̄ discessit regũ manus. incipe Magnum
Sola sequi: deformis adhuc viuẽte marito
Sũmus & augeri vetit⁹ dolor: vltima debet
Esse fides lugere virum. tu nulla tulisti
Bello damna meo: viuit post prælia Magnus.

commemorat. Nobile cum robur. Pusillanimitatis coniugem arguens eam a futura laude ad animum erigendum & se amandum & non deserẽdum hortatur: atq̄ cur a tuorum maiorum magnanimitate degeneras cũ fortiter tolerando miserias meas, & me non pristinam fortunam amando atq̄ deflendo perpetuam laudem cõsequi possis? Titulis auorum. victorijs & magistratibus Scipionum. Erat enim Scipionis filia qui ab illis clarioribus trahebat originem. Frangis robur, debilitas animi fortitudinem. Primo vulnere. prima aduersitate. antehac enim semp vsi fuerant secunda fortuna. Habes aditum, habes inter fœminas ingressum & occasionem ad æternam laudem: quam neq̄ dicẽdo iure, neq̄ administranda rep. neq̄ re militari conseq potes. sed sola fide in miserijs maritum non deserendo. Decertet cum fatis. pugnet cum aduersa fortuna resistatq̄ ei. Q̄ sum victus. quia sum infelix & miserãdus. Maior gloria. erit eñ veri amoris argumentum: & nõ te viri amasse fortunam: sed virum ipm quem ab alijs desertum sequaris. Fasces, cõsules. Tãta man⁹ regum. tot reges. Deformis. Turpe est inquit viuentẽ virum ita lugere: vt in morte eius nihil ad luctum possit accedere. Vetit⁹ augeri. cui quicq̄ addi non possit. Vltima fides. vltimum officium fidei coniugalis. Tu nulla tulisti damna. habes patrẽ & maritũ incolumes quibus saluis lugere non debes.

BERO. ¶ En ratis. qua. s. fert Pompeius. Carbasa. i. vela. Carbasus enim vt ait Seruius genus est lini aptissimi ad vela conficienda. Et nũc tibi sũma pauoris. scilicet adest. antea tu sẽper pauebas anxia de Pompeio qui nũc ipsemet affert tristem nuntium. est ergo hęc summa tui metus. Ita Plyni⁹. Summa summarũ. Vergilius. Nauiget hæc summa est. Rumor q̄ sinister. id est infausta nuntians. Quid perdis tempora luctus. O Cornelia cum videris nauem in qua vehit̃ Pompeius debes incipere luctum anteq̄ audias tam mœstum nuntium. Obuia nox miserę. i. exanimata est obortis eius oculis tenebris propter dolorẽ cui par esse nõ potuit. Animam clausit dolor. id est spiritum. inde agere animam, apud Senecam & Ciceronem. Spe mortis. iacebat Cornelia decepta spe mortis quam affectabat. Non vltra gemitus tacitos incessere fatũ. ancillæ Corneliæ viso Pompeio nõ vltra q̄ gemitu accusarunt fatũ & fortunam infestam Põpeio. Incessere enim significat culpare, infestari, accusare. Heram. i. dominam Corneliam. Ceperat in summum reuocato sanguine. Cornelia cum refocillaretur, sanguis qui i interiora se recondiderat cœpit reuocari i sũmum corpus id est in extremam cutis superficiem & sic sentire manus Pompeij complectentis. Prohibet succumbere fatis. Pompeius Corneliam castigat ne succumbat aduersę fortunæ sed forti animo resistat. Immodicos. nimios. Castigat. Castigare proprie est verbis admonere & obiurgari. Nobile cur robur fortunæ vulnere primo. O Cornelia inquit Pompeius cur frangis & minuis robur tuę nobilitatis prima calamitate pcussa? Tan

¶ En ratis. Prosequendo cœptã ad Corneliam apostrophen, docet qualiter Pompeium suscepit fugientẽ, dicens. En. i. ecce quasi præter spem quid euenisse demonstrans: tu ignoras quid ratis q̄ tẽdit carbasa ad port⁹ vestros. s. mitylenęos (quia cõis est portus, vestros non tuos dixit). i. q̄ ad vos vẽto appellit̃ quẽ ferat: sed cõiunx tuus vict⁹, exiitens tibi summa pauoris. i. cui pręcipue times, adest nunc tibi tristis nuntius armorũ. s. infeliciter tractatorũ in bello: adest. s. in illa naue quam vides appulsam ad littus. Quid perdis tpa luct⁹. i. cur mõ nõ luges? Respõsio. q. d. scio cur non lugeas, q̄a tu times flere iam cum possis: vt vites malũ omẽ. Tũc. s. naue existẽte ppinqua, Cornelia psiluit: & notauit. i. cõsyderauit, crudele crimẽ deũ. i. deorum, q̄ victo iustissimo viro, impio victoriã tribuerant: crimẽ inquã deũ, vtpote ducẽ deformem. i. qui erat deformis ppter deorum culpã, squalore. i. immũditia ex neglectu cult⁹ contracta, & pmẽtẽ. i. occultantẽ, canitiẽ vult⁹. i. incanescẽtẽ barbam atq̄ vestes squalentes. i. sordidatas atro puluere. Nox. i. caligatio visus præ mœrore, obuia. i. obueniens & intermedia, abstulit miserę. s. Cornelię cælũ & lucẽ tenebris. i. p tenebras, atq̄ dolor clausit animã. i. oppressit anhelitũ (sunt tñ q legãt depressa: q̄d nõ placet) ac dirigere fecit. Oĩa mẽbra labãt, relicta neruis. s. suis. i. virib⁹ destituta: corda. i. pręcordia, riguere. i. non palpitauerunt: & ipa iacet diu decepta spe mortis: voluisset enim mori, sed nõ est mortua. Pompeius fune ligat oiã littoribus. i. ad littora fixa naue p funẽ, lustrat. i. circuit arenas vacuas. i. loca sola qui prius tot populis comitat⁹ fuerat. quẽ postq̄ famulæ fideles q̄ cũ vxore eius in Lesbo manserãt, videre propius: nõ pmisere herã. s. Corneliã incessere sibi fata. i. puocare mortẽ aut irritare deos, vltra gemitus tacitos. i. nisi forte tacite i pectore: & conãt frustra attollere herã. i. dominã semianimem. i. semimortuã, terra. i. de terra: quã. s. herã, Magnus ambit. i. amplectit̃ pectore. s. suo: & refouet cõplexibus artus. s. vxoris, adstrictos. i. strictim ad pect⁹ suũ applicitos. Cornelia cœpat sanguie reuocato i summũ corpus. i. in faciẽ cũ pri⁹ ad pcordia decẽderit, sentire man⁹ Põpeij supiora corpa tractãtis, atq̄ posse pati mœstã faciẽ mariti. Magn⁹ phibet succũbere fatis. i. nẽ moreret̃: & castigat voce. i. orõne sequente, dolores immodicos. i. vehemẽtes & excessiuos. O Cornelia cur tu existens fœmina, insignis. i. pclara & illustris ac insignita titulis tantorum auorũ. i. maiorũ tuorũ Scipionũ triũphis & honorib⁹, frangis robur tuũ nobile. i. insignẽ magnanimitatẽ tuã, primo vulnere fortunę. i. prima aduersitate? Tu habes in hoc sexu. s. fœmineo, aditũ. i. accessum & introitũ famę. i. ad obtinẽdã famam laudis mãsurę in secula: cuius sup. nõ iura legũ. s. p te administrata, nec arma p te tractata, sunt materia, sed cõiux. s. Põpei⁹ (loquit̃ eñ de se) est vnica materia. i. obiectũ laudis tuæ. erige mẽtem: & pietas tua decertet. i. disceptet cũ fatis. i. aduersitatibus an tibi nocuerit: & ama ipm. i. idipm q̄ sum vict⁹: nã ego sum tibi maior gloria. q̄. i. q̄a fasces. i. consules & pia turba senatus. & q̄ tãta manus regũ discessit a me. Incipe sola seq magnũ. Dolor summ⁹ & vetitus p naturã augeri, est deformis. i. turpis marito adhuc viuente. Vltima fides. i. approbatio fidei debet esse lugere virũ. s. defunctũ. tu nulla dãna tulisti. i. passa es bello meo, quia Magnus viuit post prelia.

torum titulis inſignis auorum. Erat Cornelia e gente Scipionum in qua viri innumerabiles illuſtriſſimi extite runt: ſed illuſtriores duo Aphricani, maior. ſ. & minor. Habes aditum. i. viam & introitum. Laudis in hoc ſexu. Fœmineus ſexus laudem aſſequi non poteſt ex re militari foris, & domi ex iuris ciuilis interpretatione, aut eloquentia: cum fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, & publicis remoueantur: vt apud Iuriſconſultos, de regulis Iuris: verum ſola eſt materia laudis in fœmina calamitas mariti eam ferendo animo forti. Q: ſum victus ama. ſi nunc amaueris me victum videberis amaſſe maritum, & non fortunam. Incipe Magnum ſo la ſequi. omnes reges, & ſenatores, qui prius Pompeium ſequebantur, aut in acie ceciderant, aut diffugerant. Summus & augeri vetitus. non debet dolor augeri, ſed minui me adhuc viuente, & ſuperſtite inquit Pōpeius. Lugere virum. ſcilicet mortuum: illa enim eſt vltima fides vxoris erga maritum. Nulla damna. quia ſcilicet ego non perij. Mors enim mariti verum eſt damnum vxoris.

Sed fortuna perit: qđ defles illud amaſti.
Vocibus his correcta viri vix ęgra leuauit
Mēbra ſolo: tales gemitu rumpente querelas.
O vtinā in thalamos inuiſi Cæſaris iſſem:
Infelix coniunx & nulli læta marito.
Bis nocui mūdo: me ꝓnuba duxit Erinnys:
Craſſorūq; vmbrę: deuotaq; ma nibus illis
Aſſyrios in caſtra tuli ciuilia caſus:
Pręcipiteſq; dedi populos: cunctoſq; fugaui
A cauſa meliore deos. O maxime coniunx
O thalamis indigne meis: hoc iuris habebat
In tantum fortuna caput: cur impia nupſi:
Si miſerum factura fui: nunc accipe pœnas
Sed quas ſpōte luā, quo ſit tibi mollius ęquor:
Certa fides regum: totuſq; paratior orbis:
Sparge mari comitē. mallē felicibus armis
Dependiſſe caput. nūc clades deniq; luſtra
Magne tuas. vbicunq; iaces ciuilibus armis
Nr̄os vlta tor os ades huc atq; exige pœnas
Iulia crudelis: placataq; pellice cæſa
Magno parce tuo. Sic fata iterumq; refuſa
Coniugis in gremium cūctorū lumina ſoluit
In lachrymas: duri flectūtur pectora Magni:
Siccaq; Theſſaliæ confudit lumina Leſbos.
Tunc Mitylenæum iam pleno littore vulgus
Affatur Magnum. Si maxima gloria nobis
Semper erit tanti pignus ſeruaſſe mariti:
Tu quoq; deuotos ſacro tibi fœdere muros
Oramus ſocioſq; lares dignare vel vna
Nocte tua: fac Magne locū quē cūcta reuiſent
Sęcula: quē veniēs hoſpes Romanus adoret.

SVLPI.

¶ Fortuna. felicitas. Q đ defles illud amaſti. Acri ſtimulo & magnanimā, & ſui amantem reddit: nam ſi illam defiet virum non amauit ſi virum amauit flere nō debet. Eſt ergo ſimplex complexio: qa fateri cogit nō fortunā, ſed virum amaſſe, & ſtulte ſe flere. Correcta, caſtigata. Aegra. flebilis, & infirma. Rumpēte, emittente. Aphæreſis eſt. O vtinā in thalamos. Cum eo fato ſe genitam norit Cornelia vt maritis infelix ſit, dolet ꝙ non nupſerit Cæſari inimico: ne tanta calamitate Pompeium afficeret: cui vt omnia ſint tutiora pœnas fatis dare & mori ſe auidam dicit. Iſſem in thalamos, nupſiſſem. Infelix, infelicitatem afferens. Bis. nunc & ſub priore marito P. Craſſo. M. Craſſi filio. Erinnys pronuba, furia quæ præfuit nuptijs meis, & me comitatur. Craſſorumq; vmbræ. manes patris, & filij quibus ego addita ſum, & qui me oderūt ꝙ eis fui infelix. Deuota. deputata, addita: tum quia coniunx ſit: tum quia infelix. Caſus Aſſyrios. Cladem ſimilem Parthicæ. Dedi præcipites. Præcipitaui & interemi. Fugaui deos. numinum fauorem a iuſta cauſa auerti. Indigne meis thalamis. tam infelici coniuge. In tantum caput, in tantum virum Sponte. miram hoc verbo pietatem oſtendit. Mollius, trāquillius. Certa fides regum. vt nullꝰ a te deficiat, & quiſq; faueat tibi. Paratior, obſequentior. Sparge mari, obrue me in fluctibus. Mallem felicibus armis. vtinam ꝑ tua victoria perijſſem. Luſtra, expia purga cæde mea, & his inferijs. Vbicunq; iaces. Apoſtrophe ad Iuliam, quam in odium adducens ciuili clade vltam fuiſſe dicit coniugium ſuum. Placata, mitior facta. Pellice cæſa. occiſa me. quæ ſum pellex tua, & tuo viro coniuncta. Parce, abſtine nocere. Tuo, quem tibi amandum relinquo. Duri flectuntur pectora magni. Pompeij conſtantia cōmota eſt hic ad lachrymas, quibus in Pharſalica clade abſtinuit. Sicca, quæ non fleuerunt. Tūc Mitylenæum. Multitudo Leſbiorum, qui conuenerant, vehementer Pompeium orauit: vt honoris gratia ſaltem vnam ibi noctem hoſpitaretur. Oſtendenſq; ei locum eſſe tutum, & fidum, omnia tam priuata q̄ publica ei offert, & vt eis vtatur orat. Exorditur autem a beniuolētia, glorioſum officium ſuum, ſine arrogantia commemorando. Tum petit. Inde confirmans, & refutans quæ obijci poſſent, per amplificationē, & miſerationē cōcludit. Pignus, Corneliam vxorem. Dignare muros deuotos. fac dignam ciuitatem tuam. Sacro fœdere, hoſpitali beneficio. Lares ſocios. regiā in qua tua vxor eſt hoſpitata. Fac Magne locum. orna & conſecra locum hoſpitij tui quem omnes

posteri adorabunt. Reuisent. ad visendum redibunt. & est suasio a laude futura. Nulla tibi. Suasio a fidelitate pstita. Nam reliqua loca salutem a Cæsare sperare possunt: hūc solum, quia suscepit Pompeij coniugem, oderit. Crimen, hospitij culpam. Quid ꝙ. suasio a tuto: quia Cęsar insulam expugnare nō potest. Procerum. locus ab honesto. Coibit, cōueniet vt bella resarciant.

BERO. ℂ Sed fortuna perit. ego nō perij inquit Pōpeius, sed felicitas mea perijt. Quđ defles illud amasti. solemus flere qđ perdidimus Cornelia non perdiderat maritum: sed mariti felicitatem: ergo videtur magis amare fortunam Pompeij, quā perditā deflet, q̄ Pompeium. O vtinam in thalamos. vtinam inquit Cornelia fuissem coniunx Cęsaris: quia cum oēs maritos faciam infortunatos ipse fuisset infelix hoc pacto. Infelix, faciens infelicitatē. Bis nocui mundo. vt supra dictum est, Cornelia prius nupserat Publio Crasso Crassi filio, qui fuit a Parthis interfectus: nūc Pompeio, qui est a Cæsare pfligatus: vnde ait bis nocui mundo. Pronuba Erinnys. i. furia pfuit coniugio meo. Manibus illis. i. vmbris Crassorum qui videntur meo infausto cōnubio perisse. Assyrios casus. quā calamitatē & iacturā passi sunt Crassi pater. s. & filius interfecti cum exercitu apđ Assyrias Carrhas eandē ego tuli in castra ciuilia: qua. s. afflict⁹ est Pompeius. A causa meliore. s. Pompeij & Senatus. Sed quas sponte luam. cum ego connubio meo infausto fecerim te miserum debeo tanq̄ nocens luere. i. psoluere pœnas. Sparge mari comitē. O Pompei inquit Cornelia sparge ossa & membra mea per vndas: vt sublata infortunij causa habeas fidem regū & totius orbis certam, & fauorem prōptissimū. Mallem felicibus armis Depēdisse caput. i. ego potius vellem deuouisse caput meum victoriæ tuæ. Lustra. i. ambi & circūeas. Vbicūqꝫ iaces. qa varię gentes & populi qui sunt partes Pompeij, occubuerant. Nostros vlta thoros ades huc. Sermonē vertit ad Iuliam Cæsaris filiam priorem Pompeij coniugem: quā dicit vltā esse suum coniugiū: quū scilicet Pompeium propter Corneliam pellicē insequi, & infortunatum reddere videbatur. Placataqꝫ pellice cæsa. i. morte mea, q̄ tibi sum pellex: nam vt scribit Iurisconsultus de verboꝝ significatiōe, pellex dicit̃, q̄ cum eo cui vxor sit corpus miscet. aliter ea vocat̃ q̄ vxoris loco sine nuptijs in domo sit. Magno pce tuo. s. marito. Siccaqꝫ Thessalię confūdit lumina Lesbos. oculi Pōpeij, q sicci & sine lachrymis spectauerāt cladē Pharsalicā, cōfusi sunt fletu ī Lesbo ppter verba Cornelię. Mitylenęū vulg⁹. Mitylene ciuitas est Lesbi clarissima: de qua multa apđ Strabonem. Si maxima gloria nobis. o Pōpei te oram⁹: vt vrbē nostrā intrare digneris si maximam laudē cōseq̄mur ꝙ vxorē tuā seruauim⁹ nobis creditā. Fac Magne locū. Si o Pōpei dignaberis vrbē nostrā tuo introitu, hic locus apud posteros semper celebrabitur, & adorabitur. Nulla tibi subeunda magis. o Pompei nulla est vrbs, quā magis subire debeas

Nulla tibi subeūda magis sunt mœnia victo.

Omnia victoris possunt sperare fauorem:

Hęc iā crimē habēt. qđ: ꝙ iacet insula ponto:

Cęsar eget ratibus: pcerū pars magna coibit

Certa loci: noto reparandū est littore fatum.

ℂ Sed fortuna perit. Argute argumentat̃ Pōpeius non tanto pere flendā esse fortunā suā q̄ perijt: nā si saluo marito fortunā eius flet, signū est ꝙ plus fortunā mariti q̄ maritū ipsum dilexit: nā plus de illius amissione dolet, q̄ de huius incolumitate gaudeat. Ordo est. Sed sup. forte dices, fortuna perit p perijt: sed illud nō recte fleres: qa tu amasti illđ qđ defles. s. amissum. q. d. si defles fortunā meā plus illā amas. Cornelia correcta his vocibus viri, vix leuauit solo. i. de terra, mēbra sua ęgra, gemitu rūpēte. i. emittente tales q̄relas. O vtinā ego infelix cōiunx & læta. i. fausta nulli marito, issem in thalamos Cęsaris inuisi. i. nō tantopere amati. Ego bis nocui mundo. i. p vtrasqꝫ nuptias meas infortuniū attuli. Erinnys. i. furia, pnuba. i. p̄lata nuptijs meis, duxit me. s. ad maritū: & Crassorum vmbræ. i. manes patris & filij a Parthis interfectorū, sup. duxerūt me ad tuas nuptias: & ego tuli casus Assyrios. i. cladē similē parthicæ, in castra ciuilia, deuota. i. addicta voto, illis manibus. s. Crassorū: q volunt vt similē casum afferam tuis castris: & ego dedi p̄cipites. i. p̄cipitaui populos. s. totius mūdi, & fugaui cūctos deos a causa meliore. i. ne faueant causę Pōpeianę ppter odiū mei. O maxime coniunx. s. Pompei: o indigne meis. s. tam infelicibus, thalamis: quia felicioribus longe dignus erat. Vnde scies reciproce dici. Casa non est digna rege: quia humilior est: & rex nō est dignus casa: qa sublimior est q̄ vt casam habitet. Habebat fortuna hoc iuris in tantū caput. i. in tantum virum? Cur ego impia nupsi: si factura fui. s. maritū, miserū? Accipe o Pompei nunc de me pœnas: sed quas luā. i. persoluā sponte. Quo. i. ideo vt, ęquor sit tibi mollius. i. tranquillius, aut placatius: qa interdū vitā vni⁹ petit, vt reliqui seruent̃, authore Vergilio. qui æneí. v. dicit: Vnum pro multis dabitur caput. & vt fides regū sit tibi certa. i. indubitata, & quo tot⁹ orbis sit tibi paratior, sparge comitē. i. me cōiugem tuā, mari. i. in mare. Ego mallē dependisse. i. persoluisse & impēdisse caput. i. vitam meam, armis felicibus. s. tuis, hoc est donec erāt felicia. O magne lustra. i. expia & purga cęde mei, nunc deniqꝫ. i. tandē post multa infortunia, tuas clades. i. calamitates. Et o Iulia. s. filia Cęsaris & prior coniunx Pompei, vbicūqꝫ iaces. s. sepulta, vlta nostros toros. i. coniugiū nostrū, armis ciuilibus. i. per infortunium armorū ciuiliū, ades. i. adsis, & aduenias huc. i. ad me, crudelis, atqꝫ exige. s. a me pœnas, & tu placata pellice. s. me tibi pellice, cæsa. i. occisa, parce Magno tuo. s. marito. Cornelia fata sic, & refusa iterum in gremiū cōiugis, soluit lumina. i. oculos, cunctorum. s. qui aderāt, in lachrymas. Pectora Magni. s. Pompeij, duri. i. constātis, & difficulter flexibilis, flectunt̃. i. afficiūtur dolore, & Lesbos. i. insula illa vbi hæc audiuit & vidit, cōfudit. i. perfudit simul ac turbauit lachrymis, lumina. i. oculos Pompeij, sicca. i. qui sicci manserant, Thessalię. i. in pugna & fuga Thessalica. Tunc vulg⁹ Mitylenęū. i. Mitylenes oppidi p̄clari in Lesbo, littore existente iam pleno, affat̃ magnum, scilicet Pompeium. O Magne: nos oramus si seruasse pignus tanti mariti, videlicet coniugem tuam, erit semper nobis maxima gloria, dignare. i. dignos cēse, tu quoqꝫ. i. etiam tu, vel. i. saltem vna nocte tua. i. qua quiescas, muros. s. Mitylenæos: & lares socios. i. sociorum tuorum domos, deuotos. i. addictos amicitiæ vsqꝫ ad mortem obeundam, fœdere sacro. s. hospitalitatis qđ Iuppiter sacrum & inuiolatum eē voluit. O Magne fac. s. vrbem nostram tua p̄sentia, locum quē cuncta sæcula reuisent, & quē Romanus. s. ciuis veniēs. s. ob celebritatem loci,

hospes.s.nobis, adoret.i.veneretur. Nulla mœnia sunt magis subeunda tibi victo: quia omnia.s.alia mœnia possunt sperare fauorem victoris.s.Cæsaris in quem nondum peccauerũt: hæc.i.nostra mœnia habent iam crimen commissum in Cæsarem propterea ꝙ coniugẽ tuam seruauimus. quid sup. ad hoc dices: ꝙ insula, scilicet nostra Lesbos, iacet ponto.i.in mari, & ꝙ Cæsar eget ratibus: quocirca non poterit accedere, & ꝙ magna pars procerũ.i.regũ.ducũ, & senatorũ, certa loci.i.sciens te huc ad coniugem fugisse, coibit.i.conueniet huc: Bellum: (alij tamen legunt fatum.i.fortuna) est reparandum sup. in littore noto, scilicet tuis.

Accipe templorum cultus: aurumq; deorũ,
Accipe: si terris: si puppibus ista iuuentus
Aptior est: tota quantum valet vtere Lesbo.
Accipe: ne Cęsar rapiat: tu victus habeto.
Hoc solum crimẽ meritę bene detrahe terrę:
Ne nostram videare fidem felixq; secutus
Et damnasse miser. Tali pietate virorum
Lætus: in aduersis & mundi nomine gaudens
Esse fidem: Nullum toto mihi dixit in orbe
Gratius esse solum non paruo pignore vobis
Ostendi: tenuit nostros hac obside Lesbos
Affectus: hic sacra domus chariq; penates:
Hic mihi Roma fuit: nõ vlla in littora puppim
Ante dedi fugiens: sæui cum Cæsaris iram
Iam scirem meritam seruata cõiuge Lesbon:
Non veritus tantam veniæ cõmittere vobis
Materiam. sed iam satis est fecisse nocentes.
Fata mihi totum mea sunt agitãda ꝑ orbem.
Heu nimium felix ęterno nomine Lesbos:
Siue doces ꝑplos regesq; admittere Magnũ:
Seu ꝑstas mihi sola fidẽ. nã q̃rere certum est:
Fas q̃bus in terris: vbi sit scelus. accipe numẽ:
Si qd̃ adhuc mecũ es votoꝝ extrema meorũ.
Da similes Lesbo populos: qui marte subactũ
Non intrare suos infesto Cæsare portus:
Non exire vetent. Dixit: mœstamq; carinæ
Imposuit comitem: cunctos mutare putares
Tellurem patrięq; solum: sic littore toto
Plangitur: infestę tenduntur in ęthera dextræ:
Pompeiumq; minus: cuius fortuna dolorem
Mouerat: ast illam quã toto tempore belli

q̃ nostrã: quia cum cęterę omnes salutẽ a Cæsare sperare debeãt, nos, & vrbs nostra, Iam habet crimen: quia vxorem tuã seruauimus. Quid ꝙ iacet insula ponto. cũ Cæsar careat nauibus nullam potes inuenire tutiorem sedẽ nostra. q̃ est insula, & ob hoc adiri non põt nisi nauib⁹. Procerũ pars magna coibit. congregabunt hic senatores, & proceres credentes te propter Corneliã, huc confugisse. Reparãdũ fatũ.i.fortũa. Littore noto.s.nostro qđ est cognitũ ꝑpter Corneliam maxime.

SVLPI. ¶ Accipe tẽplorũ. a liberalitate & prõpto auxilio conciliatio. Cultus. vestes statuas tabulas. Aurũ, vasa & laminas. Si terris, si puppibus. accipe siue terra, siue mari eorum opera vti velis. Quantum valet: q̃tũ potest facultatisq; habet. Ne Cæsar rapiat. qđ nobis molestissimũ esset. Hoc solum crimen. hanc culpã a nobis de te benementis auerte ne videaris nostram fidẽ cui in felicitate te credidisti: in tua miseria prę nostra leuitate dãnasse. Meritæ bene. quę in te hospitale beneficiũ contulit. Mundi nominis. pro toto mundo: est enim res mira fides in calamitosum. Nullum toto mihi dixit in orbe. plena gratitudine oratio in qua ostendẽs quãti eos fecerit q̃q; sibi sint chari mirifice laudat, & desinit in commiserationẽ. Nõ paruo pignore. liptote: intelligitq; vxorẽ illic depositã. Affect⁹, curas amoresq; meos. Hac obside, Cornelia quasi in pign⁹ fidei data. Penates, deoꝝ domesticorũ imagines. Roma, patria. Ante dedi, prius aduexi. Lesbon meritã irã Cæsaris, q̃ merito Cæsari erit inuisa ob seruatã cõiugẽ meã. Nõ verit⁹, non dubitans. Materiã venię, causam beneficij. Verg. Orantes veniã & tẽplũ clamore petebãt. Fecisse nocẽtes, reddidisse inuisos tan q̃ si Cæsari nocuissetis. Fata mea sunt agitãda, ego sum exercendus & erraturus. Aeterno nomine, ęterna fama seruatę fidei siue alij idẽ fecerint, siue tu sola fueris mihi fida. Certũ est. decreui, qui fidi infidiq; sint explorare. Accipe numen. deos si quis est ei ꝑpitius precatur. Similes, tã fideles vt Lesbos. Non vetent intrare. sinant ingredi Cæsare persequẽte & meo arbitrio sinãt abire. hisq; dictis eos victori parere suasit, inq; eo q̃ clemẽs & ęqu⁹ esset fidere: vt ait Plutarchus. Comitẽ, Corneliam. Cũctos mutare tellurẽ. omnes Mitylenęos in alias terras migrare. Plangit, manuum ictibus fletur. Infestę, in deos præ dolore immissę. Pompeiumq; minus. multo magis discessu Corneliæ, q̃ Põpeij aduersitate dolebant. Quã vix. quũ etiã si ad victorẽ maritũ iuisset nõ sine lachrymis dimisissent. Deuinxit, ligauit. Pudor, verecũdia. Submissa, humilis. Hospita turbę. blande vulgus excipiens. Stantis adhuc fati. cum adhuc fuisset in felici statu sic vixit, ac si eẽt in infelici: aduertendusq; dicendi modus, stantis fati hoc est ipsa quæ erat in statu.

BERO. ¶ Tota quãtum valet vtere Lesbo. viris opibus aut sacro & prophano vtere & abutere. Hoc solum crimẽ merito bene detrahe terræ. Lesbos inquiunt Lesbij est bñ merita de te o Pompei.i.in te contulit beneficia: noli ergo nunc addere istud crimen & suggillationem

patriæ nostræ hinc recedendo: q̄a hoc pacto videberis in felicitate nostrā ꝓbasse fidē, & in miseria damnasse, & ideo noluisse te crede re mœnibus nostris. Et mūdi nomine gaudens esse fidem. Pōpeius gauisus est causa & nomine totius orbis, ꝙ fides vigeret. Non paruo pignore. deponēdo. s. apud vos vxo rē Corneliā. Tenuit nostros affectus, quia animus meus, & oīs cogitatio mea erat hic ꝑ pter Corneliā. Sęui cum Cæsaris iram Iā scirē meritā. ego inquit Pōpeius non prius alia loca petij q̄ Lesbon: q̄ ex eo iā merita erat irā Cæsaris ex quo vxorem Corneliā seruauit. Nō verit⁹ tantā venię cōmittere. ego nō sum veritus dare vobis causam & materiam maximā impetrādi veniā a Cæsare: q̄a tanq̄ nocentes propter susceptā Corneliā veniā Cæsarē rogabitis. Heu nimiū felix. Lesbos est inquit nimiū felix de fide quā mihi seruat: siue cæteri populi, & reges fuerint fidi, siue infidi: nam fideles didicisse dicenť pręstare fidē a Lesbijs: infidi vero efficiēt, vt nomē Lesbiorum sit celebratius ꝓpter fidem q̄ in ipsis solis fuisse fereť. Admittere Magnū. i. recipere Pompeiū. Fas quibus in terris. hoc ad fidos & veros amicos refert. Vbi scit scelus. ad pfidos, & fortunā sequentes. Accipe numen. si quis deorū adhuc est mecū, nec me deseruit, ille audiat hęc extrema mea vota, q̄ sunt vt populos inueniā fide similes Lesbijs. Nō exire vetent. s. me Pōpeiū. Imposuit comitē. s. Corneliā. Cūctos mutare putares. tant⁹ erat dolor, & planctus Lesbiorū: vt discedēte Pōpeio cuncti viderentur vertere solū, & in exiliū ꝓficisci. Infestæ. i. dijs inimicę. Pōpeiūq; minus. Sensus est. Mitylenęi & Lesbij vidētes Pōpeiū & Corneliā recedere, minus ingemuerunt, doluerūtq; de abitu Pōpeij, q̄ Cornelię quā tanq̄ suā ciuē viderāt, amauerāt, & coluerāt. vnde desyderio Cornelię q̄ Pōpeij magis affligebanť. Siccis dimittere matres. Matronæ Lesbiæ tanto amore prosequebātur Corneliā: vt vix potuissēt lachrymas cōtinere etiam si ꝓfecta esset ad Pōpeiū victorē Hos pudor hos ꝓbitas. pudor Cornelię multos sibi deuinxerat: alios ꝓbitas, & modestia quę in hoc loco intelligiť quędā moderatio & verecūdia. apud Ciceronē vero modestia sic diffinitur: vt sciētia sit rerū q̄ ageně, aut dicentur tempori suo collocādarū & locę. Quæ submissa nimis. s. erat hūana clemēs & benigna non arrogans non fastosa. Stantis adhuc fati. Cornelia in Lesbo ita summisse comiter & benigne vixit florente Pompeio queādmodum si fuisset deuictus.

Vt ciuem videre suam: discedere cernens
Ingemuit populus: quā vix si castra mariti
Victoris peteret siccis dimittere matres
Iam poterant oculis: tanto deuinxit amore
Hos pudor hos ꝓbitas castiq; modestia vult⁹:
Quæ submissa nimis nulli grauis hospita turbæ
Stantis adhuc fati vixit quasi coniuge victo.

Accipe templorū cultus. Ampliter ostendūt beniuolentiā suā in Pōpeiū Mitylenæi dicentes. Accipe cultus templorū. i. ornamēta ędiū sacrarū, ꝙ si templorū a multo fortiori domorū priuatarum, & aurū deorū. i. vasa, aut laminas aureas: q̄d citra summam necessitatem in sacratis licere negemus. Accipe. s. a nobis & pubem ac florē iuuētutis: si ista quā vides iuuent⁹ est aptior terris. i. pro terrestri ꝑlio, accipe sup. ad terrestre ꝑlia aptos: si ista iuuentus est aptior puppibus. i. nauali prælio, accipe sup. eā quæ aptior est, & vtere tota Lesbo, quātum valet. Accipe inquiunt hęc, videlicet tēplorū ornamenta, & aurū cū populo: & habeto sup. ca tu victus & ita rerum indigus, ne Cęsar rapiat. Detrahe terrę. s. Lesbo, bene meritæ. s. de te, hoc solum crimen. i. criminationē & vituperationē, ne videare secutus nostrā fidem felix. i. existēs in ꝓsperitate vt dum Corneliā deposuit, & dānasse. i. reprobasse fidem nostrā miser. i. effectus miserandus. Pompeius lętus tali pietate virorū, & gaudēs nomine mundi. i. pro bono totius mūdi fidem esse in aduersis. s. rebus, dixit. s. ad Mitylenęos. Ego ostēdi vobis non paruo. i. magno pignore, q̄a cōmissione vxoris, nullū solū eē mihi gratius in toto orbe. s. q̄ vestrū. Lesbos. i. insula, aut patria vestra, tenuit nostros affectus. i. amores & curas, hac. i. per hāc, aut in hac obside. i. data ob fidē seruandā. Domus sacra. s. in qua penates erant, fuit mihi hic: & penates. i. dij domestici, chari. s. mihi, sup. fuerūt mihi hic: & Roma fuit mihi hic: vbi cōiūx erat. Ego fugiēs, nō dedi puppim in vlla littora, (Sūt q̄ legāt in vllo littore) ante. i. pri⁹. s. q̄ in vestra, cū scirē Lesbon meritā superesse, iram. i. indignationē Cæsaris sæui, cōiuge. s. mea, seruata. i. eo ꝙ seruauit cōiugē meā, existēs non veritus cōmittere vobis tantā materiā. i. causam, venię. i. beneficij, secūdū Sulpitiū aut reuera venię, ꝙ qui ob pietatē peccat veniā meretur, aut ꝙ q̄ peccauit in aliquē habet ab eo veniā petendā. cū ergo dederit occasionē lędēdi Cęsaris: cōmisit in eū peccantibus materiā venię. i. vnde veniā orare deberēt. Sed satis est iā. i. deinceps, fecisse. i. ꝙ fecerim vos nocētes. s. in Cęsarē: q̄a ꝑ hoc cū Cæsarē timeatis nō dubitē de fide in me vestra. Cæterū fata mea sunt agitāda. i. exercenda, & expiūda mihi. ꝑ totū orbē. Heu o Lesbos nimiū felix (q̄a non esset in ea re felix nisi ex malo Pōpeij: nullū eñ nomē meruisse videť, q̄ in reb⁹ dūtaxat lętis fidē seruauit: q̄a vero Lesbos in summa calamitate & vbi victorē timere posset, Pōpeiū coluit: ideo meruit ęternū nomē: sed quia id cum malo (vt dixi) Pōpeij cōtigit: ideo dicit heu nō dolēs de felicitate Lesbi, sed de malo suo ꝑ q̄d felix eu[illegible]sit) noie æterno. i. fama ęterna: siue doces ꝑ factū tuum, q̄a prima id fecisti, populos & reges admittere Magnū: seu tu ꝑstas mihi sola. i. sine alijs, fidē. i. fidelitatē. Nā certū. i. decretū & deliberatū est mihi quęrere. i. disquirere, in qb⁹ terris sit fas: & vbi. i. in qb⁹ sit scelus. i. nefas. O numē si q̄d es adhuc mecum. i. o deus quisquis mihi adhuc faues, accipe extrema. i. summa & vltima meorum votorum: da. i. concede mihi populos similes Lesbo. i. Lesbi populis: q̄ non vetent me subactū marte. i. victū bello, intrare suos portus, Cęsare existente infesto. i. licet Cæsar sit mihi, & illis infest⁹: & q̄ nō vetēt exire: vt nec Lesbij fecerunt. Dixit. i. finiuit orationē: & Magnus ꝑceps imposuit carinæ comitē. s. fugę Corneliā mœstā. s. ob discessum, & calamitatem viri. Tu putares, si videres dolorem populi. i. quilibet posset putare, cūctos. s. incolas Lesbi, mutare tellurē & solū patrię: sic. i. ita vehemēter, plāgiť. i. planctus fit ab omnib⁹ toto littore: dextrę infestę. i. quasi dijs vim illaturę, tenduně in ęthera. i. in cælū. Et populus ingemuit minus. i. non multū cernēs Pōpeiū discedere, cuius fortuna. i. calamitas, mouerat. i. excitauerat dolorē: ast cernens illam. s. Corneliam quam videre. i. viderūt toto tpe belli vt suā ciuē, discedere a Lesbo, ingemuit. Quā. s. Corneliā, matres. i. matronę Lesbiæ, vix

poterāt pro potuissent, iam dimittere siccis oculis.i.sine lachrymis, si peteret castra mariti victoris. Tāto amore deuinxit hos.i.aliquos, pudor.s.Corneliæ, & hos.i.alios ꝓbitas & modestia casti vultus: q.i.qa ipsa hospita submissa nimis pro dignitate sua.i.valde humilis, & nulli.i.nō vlli, & hospita non grauis.i.molesta, vlli turbæ, vixit sup.vitam aut tempus, fati adhuc stantis.i.fortunæ adhuc incertæ, quasi coniuge victo.

Iam pelago medios Titā demissus ad ignes
Nec qbus abscōdit nec qbus exerit orbem
Totus erat: vigiles Pompeii pectore curę
Nunc socias adeunt Romani fœderis vrbes
Et varias regum mentes: nunc inuia mundi
Arua super nimios soles haustrumq; iacentis.
Sæpe labor mœstus curarū: odiumq; futuri
Proiecit fessos incerti ponderis ęstus:
Rectoremq; ratis de cunctis consulit astris.
Vnde notet terras: quę sit mensura secandi
Aequoris in cælo: Syriam quo sydere seruet:
Aut quot⁹ in plaustro Libyā bn̄ dirigat ignis.
Doctus ad hęc fatur taciti seruator olympi.
Signifero quęcunq; fluunt labentia cælo
Nunq̄ stante polo miseros fallentia nautas
Sydera non sequimur: sed q nō mergit͛ vndis
Axis inocciduus gemina clarissimus arcto
Ille regit puppes: hic quū mihi semper in altū
Surget: & istabit sūmis minor vrsa Ceruchis:
Bosphoron: & Scythię curuantē littora pōtū
Spectam⁹. qcqd descēdit ab arbore summa
Arctophylax ꝓpiorq; mari Cynosura feretur:
In Syrię portus tendit ratis: inde Canopos
Excipit haustrali cælo contenta vagari
Stella timēs Boreā. illa quoq; perge sinistra
Trās Pharō ī medio tāget ratis ęquore syrtis.
Sed quo vela dari quo nūc pede Carbasa tēdi
Nr̄a iubes? dubio contra cui pectore Magn⁹
Hoc solum toto: respondit: in ęquore serua:
Vt sit ab Emathiis semper tua longius oris
Puppis: & Hesperiā pelago cæloq; relinquas.
Cætera da ventis. comitem pignusq; recepi
Depositū: tūc certus eram quę littora vellem:
Nunc portum fortuna dabit. sic fatur: at ille
Iusto vela modo pendentia cornibus ęquis

SVLPI. ¶ Iā pelago. chronographia. Demissus ad medios ignes, demersus ad dimidiū sui corporis. Quibus abscōdit, nobis. Si qbus exerit, antipodibus qbus orit͛, quum nobis occidit. Vigiles Pōpeij pectore curę. Pōpeius meditabat͛ an ad socias Po. Ro. vrbes, an ad reges cōfugeret, an in deserta Libyes iret. Adeunt: cogitat. ait enim Appian⁹. Assumpta Cornelia vxore triremibus quattuor comitatus, quę a Rhodijs & Tyrijs ad eum venerant, Corcyram tūc quidem & Libyam prætervectus est, quo in loco exercitū aliū, & nauticos habebat apparatus. ad oriētē itaq; versus, Parthos veluti ab illis opē petiturus nulli patefacto interim consilio, adire statuit: qd Ciciliæ ꝓpinqu⁹ cū amicis aperuisset illi dissuaserunt. Socias, cōfœderatas & liberas. Varias, mutabiles. nihil em̄ habēt amicū preter vtile. Arua inuia. deserta Libyæ, & Aethiopiā. Sæpe labor mœst⁹. ęgritudo animi laborans repellebat tędiū sollicitudinū, & rerꝫ futurarū. A estus fessos, defatigatas cogitationes. Cōsulit, interrogat. Vn̄ notet. a qb⁹ astris qua ratione. Quę sit mēsura secādi æquoris. q̄ astra obseruādo nauiget. Seruet Syriam, dirigat cursus in Syriā, ad quā euntib⁹ arcto occidit. Quotus ignis in plaustro. quota stella in vrsa maiore, q̄ minore est lucidior. & ꝓpter plaustrū est appellata a forma, & positu septē stellarū, ex qb⁹ constat. Seruator olympi. magister nauis stellarū cōtēplator. Signifero. nō stellas q̄ occidūt, sed ābas arctos quę in cæli vertice semp apparēt nautas obseruare dicit. Labētia, labēdo occidētia. Signifero ferenti multa signa, tū in Zodaico, tū extra. Fluūt. discurrunt tam motu externo, q̄ proprio. Nunq̄ stāte. semp se mouente. Axis inocciduus, populus arcticus q semp apparet. Gemina arcto, maiore & minore vrsa quam draco amplectit͛. Surget, apparebit. Instabit summis Ceruchis. imminebit summis cornibus antennarum dirigimur in Bosphorum, & mare Euxinū. Ceruchi dicti a κερας qd est cornu: & Χεω fundo. de his Vergil͛. intellexit quū dixit Cornua velatarū obuertimus antēnarū: nam Asclepiades, vt scribit Macrobi⁹ lib. v. ait naualis veli partē inferiorem paterā vocari: at circa mediā ferme partem τραχηλοι dicit summam vero partem carchesium nominari: & ide diffundi in vtrūq; veli latus ea q̄ cornua vocant͛. Bosphoron. & Thraciū & Cymmeriū: nā duo sunt: vn⁹ ad Bizātiū, alter ad paludes Mœotides. Pōtū, Euxinū mare circa qd est Scythia. Quicquid. q̄tulūcūq; Arctophylax erit inferior malo, & vrsa minor erit mari vicinior in Syriam nauigamus Arctophylax, Bootes qui est ita vicinus arctis: vt eius sinistra man⁹, neq; oriri, neq; occidere videatur. Cynosura, vrsa minor, quæ Bootæ opposita est. Canopos, stella haustralis ingens & clara nostris regionibus ignota. eius meminit Plinius libro. v. & Victruuius libro nono. Inde incipit. vltra Syriam obser

Ceruchi.
Patera.
Trachelō.
Carchesiū.
Bosphori.
Arctophylax.
Canopos.

uamus Canopum, quæ meridie extremo decurrit, & metuit ne Borea nubes impellente obscuretur. Illa. Canopo sinistra si vltra Aegyptum nauigaueris defereris in Syrtes Libycas. Quo pede. fune quo tēditur velū. Carbasa tendi, dirigi vela: quæ dicta sunt a Carbaso genere subtilissimi lini. Serua, prouide. Sit longius, sit remotissima. Da ventis, cōmitte fortunę. Comitē pignusq; recepi depositum. hoc est Corneliā mecum habeo. Iusto modo, pari altitudine & planitie. Torsit, in lęuam flexit. Asinę cautes, saxa & scopuli Asinę oppiduli, qđ est in sinu Messenio. Qui ab eo Asineus dicitur. eiusdem nominis alia est Harmoniaca: vt ait Strabo li. viij. Chios, insula Lesbo vicina, Theopompi patria, quæ paruo freto ab Asia diuiditur. Asperat, resonare facit ob scopulos in quibus illidunt. Dedit, protendit. Rudentes, firmos funes.

Pes.

Carbasus.

Asina.

Chios.

BERO.

¶ Iam pelago medios Titā. Sensus est. Sol iam ex dimidia parte occiderat nobis: Antipodibus vero, si qui sunt, nondū totus oriebatur: nam quantū occultatur nobis tantum oritur Antipodibus. quos Plinius esse affirmat: Augustinus negat. Quibus abscōdit .s. nobis incolentibus superiorem plagam. Si quibus exerit. i. nudat & aperit .s. antipodibus. Nunc socias adeunt Romani .i. Pōpeius curis p̄mebat̃, quæ eum dormire nō patiebātur: cogitabat enim quas vrbes adire deberet, quib⁹ regibus confidere, quorum mētes varię sunt & mutabiles. Nunc inuia mūdi. Interdū curæ Pōpeij pectore voluebant̃: vt. s. peteret Aethiopas, & gētes iacētes ꝓpe torridā zonam, hoc est Super nimios soles .i. æstus solis feruentes. Inuia. i. inaccessa, & inhabitabilia. Sæpe labor mœstus curarum .i. sæpe Pompeius odio curarum ductus, vt illas penitus eijceret ex animo, interrogabat gubernatorem nauis, quę sydera sequatur in nauigando & similia. Fessos æstus. i. mot⁹ & perturbationes. Vergilius. Magno curarū fluctuat æstu. Aut quotus in plaustro Libyam bene dirigat ignis. Interrogat Pompei⁹ gubernatorem nauis, quot stellæ in septētrionibus regant cursum tendentium in Aphricam. Plaustrum enim dicitur septētrio, quia semper sunt stellæ effigiē curr⁹ cum geminis bobus rep̄sentantes. Vnde etiam septentriones nūcupantur a trionibus quos prisci rustici boues appellarūt. authores Gellius, & Varro, & Seruius. Quotus ignis. i. quota stella. Taciti. q̄a eius sonus a mortalibus non sentitur: vt ait Plinius. Signifero quęcunq; fluunt. Sensus est. nos nautæ nō seq̄mur in nauigando sydera signiferi. i. Zodiaci, & omnia illa q̄ tēdūt ad occasum, q̄b⁹ nautę sępe decipiunt̃: verū seq̄mur septētriones, & plaustrū q̄ vertex, vt ait Poeta, est nobis semp sublimis. Gemina clarissimus arcto. In septētrionib⁹ duę sunt arctos. i. vrsę, maior. s. & minor q̄ Elice & cynosura nūcupat̃. Cynosura regit Phœnices & Tyrios: Elicen Graij sequunt̃: vt Ouid. & Germanic⁹ tradiderūt. Instabit. i. imminebit. Summis minor vrsa Ceruchis. Ceruchi populi sunt Germanię: vt apud Plinium, & Tacitum. Pręterea Ceruchi dicūtur

Plaustrum cæleste.

Torsit: & in lęuum puppim dedit: vtq; secaret
Quas Asinę cautes & q̄s Chios aspat vndas:
Hos dedit i ꝓrā: tenet hos in puppe rudētes.

¶ Iam pelago. Describit tēpus vespertinū, & quid inter nauigandū Pōpeius cogitauerit, aut cū gubernatore locutus sit, dicens. Titan. i. sol, demissus. i. deorsum missus, iam pelago. i. in pelagus secundum opinionem vulgi, ad medios ignes. i. vsq; ad medium globū suū igniti coloris: nec erat. i. nō videbatur totus ijs quibus abscōdit orbē. s. dum occidit, vt nobis: nec ijs quibus exerit. i. aperit nocte occultum orbē. s. terræ: si quibus exerit. qđ dubitat: quia nō cōstabat an antipodes sint. Curę vigiles sup. in pectore Pōpeij, adeunt nūc. i. interdū, hoc est discurrunt an adire debeat Pompeius, vrbes socias imperij Romani: & adeunt nunc varias. i. inconstantes mētes regum qui fortunam sequuntur: & adeunt nunc arua inuia. i. inaccessa, in Aphrica seu Libye deserta: vtpote mundi iacētis super soles nimios, & super haustrū: hoc est in meridie. Labor curarum mœstus. i. mœroris plenus, & odium futuri, quia triste erat cogitare futura, proiecit sæpe ęstus incerti ponderis. i. feruidas cogitationes sine solida spe, fessos. i. fatigatas, & consulit. i. consilium q̄rit (hoc aūt facit ad expellendas cogitatiōes tristes) rectorē nauis, de cunctis astris. s. nautæ obseruandis. vnde. i. a quo astro, notet. i. notare debeat, terras. i. varias regiōes: & q̄ sit mēsura in cælo, æquoris. i. maris, secandi. i. dirimendi. Et quo sydere seruet. i. obseruet, Syriam. i. nauigationē in Syriam: aut quotus ignis. i. quota stella, in plaustro. i. vrsa maiore, bene dirigat Libyā. i. nauigantes ad Libyam. Seruator. i. obseruator olympi. i. cæli, taciti. i. motu nobis imperceptibili auditu labēbentis, hoc est gubernator, doctus. i. peritus, fatur ad hęc. s. q̄sita Pompeij. Nos nō sequimur sydera quęcūq; fluūt. i. abeūt, & redeunt more fluctuū, labentia cælo signifero, & sup. fallētia miseros nautas, polo nunq̄ stante. i. se semp mouente orbe cæli: sed ille axis. i. vertex cæli, inocciduus. i. non habēs occasum qui existens clarissimus gemina arcto. i. vrsa maiore & minore non mergitur vndis, regit puppes. i. cursus puppiū. quū. i. q̄n hic. s. axis, surget mihi semper in altum, & vrsa minor instabit summis ceruchis. i. cornibus mali seu antēnarum. i. cū vrsa minor videbitur perpendiculariter in summitate mali ferrē plaustrū: tūc nos spectamus Bosphoron, & Pontū curuātem littora Scythię. i. mare Euxinū, seu Scythicum: hoc est tunc nobis nauigatio erit in Bosphoron Scythicū: nam duplex est. quicquid. i. quantulumq;, Arctophylax. i. Vrsę custos descendit. i. descendere videbitur, ab arbore. s. nauis summa, & Cynosura .i. vrsa minor, feretur ꝓpior. i. vicinior mari, ratis. i. nauis tendit in port⁹ Syriæ. Canopos, stella illa haustralis, & ingens, cōtenta vagari cælo haustrali. i. meridionali, & stella timēs Boreā .i. septētrionalē plagā a qua nō videt̃, excipit. s. nauigantes, inde. i. post Syriam. Et perge. i. p̄cede (loquit̃ autem vt p̄ceptor suæ artis) quoq;. i. etiam illa. s. Canopo stella, existente sinistra trans Pharon. i. vltra Aegyptum, & ratis tua tanget Syrtis. i. arenosum, & periculosum in Aphrica mare. Sed o Pompei quo iubes vela dari. i. mitti nunc, & quo pede. i. fune iubes nostra carbasa tendi? Posset etiam dici pede pro membro hominis: quia vt fortius tendant etiam p̄ede vtuntur nunc dextro, nunc sinistro. Cui Magnus existens pectore dubio respondit contra. i. ex aduerso, serua, id est obserua, hoc solum in toto æquore: vt puppis tua sit semper longius ab oris Emathijs, id ē Thessalicis. Da, id est committe, cætera ventis. Ego recepi comitem. i. vxorem & pign⁹ depositum, scilicet Lesbo. ego tūc cum in Lesbon tenderem, erā certus quę littora vellē: nunc fortuna dabit portum. Pōpeius fatur sic: ꝛ ille. s. gubernator, torsit. i. obliquauit, vela pēdētia ęquis. i. ęque extēsis cornib⁹, modo iusto. i. pari altitudine, & dedit puppim in læuum: i. sinistrū scilicet latus, aut æquor: & vt secet. i. sulcet vndas quas cau-

tes Alinę.i.illi⁹ oppiduli in sinu Messenio sup.asperāt,& quas Chios isula asperat.i.aspe sonare facit, dedit.i.extēdit hos rudentes.i.funes quosdam in proram.i. anteriorem nauis partē & tenet hos.i.alios in puppe.i.posteriore parte.

summę ptes velorum,& cauea in summit ate mali collocata.in q̄ significatione hic accipitur. Bosphoron.Bosphoros duplex est: vt supra dictū est: Cimerius.s.& Thracius. quū minor vrsa imminet ceruchis: tūc inquit spectamus maria septētrionalia, Bosphoron.s.& Euxinum pontum, qui in formam arcus Scythici curuatur: vt Varro,& Plinius tradiderunt. vnde nunc Lucanus appellat, Curuantem littora pontum. Arctophylax est custos vrsę vulgo dicitur Bootes: vt ait Cicero. quæ stella sequitur septentriones: vt scribit Plinius: & maxime Cynosuram vrsam cuius paulo ante meminimus. Inde Canopos excipit. Canop⁹ stella est imminēs Aegypto, quā non cernit Italia: vt scribit Plinius. vñ a Lucano dicitur contenta vagari in cælo australi.i.meridiano: quia a septentrionalibus non videtur. Illa quoq; sinistra parte secutus stellam Canopum. Perget trans Pharō.coloniā dictatoris Cęsaris prope Alexandriam. Q uo nunc pede.dextro.s.an sinistro.& pedem nauticum intelligit: de quo Vergilius. Vna omnes fecere pedem. Vt sit ab Emathijs.serua inquit Pōpeius hoc maxime: vt tua nauis semp lōgius abscedat a Thessalia,& Italia. Hesperiā.i. Italiā. Tūc cert⁹ erā.añ acceptā Corneliā ego tunc eram certus me velle ire in Lesbū, nūc cōmitto me fortunę: q a nullū certū locū petere destinaui. Cornibus equis.i.equatis.& ea dicūtur cornua, q̄ diffundunt in vtrūq; veli latus: vt tradit Macrobius. Q uas Chios asperat vndas. Chios insula est ante Asiam, a Chione Nympha dicta vt scribit Plinius: vt alij a niue quam græci Chium vocant. Sita est inter Lesbum,& Samū. Vnde Samiæ cautes dicuntur.i. saxa & scopuli asperi in Samo insula. Rudentes, funes nauticos.

Aequora senserunt motus: aliterq; secante
Iam pelagus rostro: nec idem spectāte carina:
Mutauere sonum: nec sic moderator equorū
Dexteriore rota lęuum quum circuit axem
Cogit inoffensę currus accedere metę.
Ostendit terras Titan & sydera texit.
Sparsus ab Emathia fugit quicunq; procella
Assequitur Magnum: primusq; a littore Lesbi
Occurrit natus: procerum mox turba fidelis.
Nam neq; deiecto fatis acieq; fugato
Abstulerat Magno reges fortuna ministros
Terrarum dominos: & sceptra eoa tenentes
Exul habet comites, iubet ire in deuia mundi
Deiotarum: qui sparsa ducis vestigia legit.
Quando ait Emathiis amissus cladibus orbis
Qua Roman⁹ erat: superest fidissime regum
Aeoam tentare fidem populosq; bibentes
Euphraten & adhuc securū a Cęsare Tygrim.
Ne pigeat Magno quærentem fata remotas
Medorū penetrare domos: Scythicosq; recessus:
Et totū mutare diem: vocesq; superbo
Arsacidæ perferre meas: si fœdera vobis
Prisca manēt mihi per latiū iurata tonantem:
Per vestros astricta magos: īplete pharetras
Armeniosq; arcus Gethicis intendite neruis.
Si vos o Parthi peterē quū Caspia claustra
Et sequerer duros æterni martis Alanos

SVLPI. ¶ Senserunt motus. nam conuersa naui cōuersa est & nauigatio. Rostro, prora. Nec spectante idem, nec conuersa eundē in locū. Sonū, fragorem quem eunte naui emittūt. Moderator equorum. Auriga in curruli certamine. Q uum lęuū circuit axē. quū a dextra in sinistram currum conuertit: vt breuiore gyro metam intactam circumeat: quo enim propius metam currus accesserit eo citi⁹ peruenit. Accedere, vicinos fieri. Inoffensæ, intactę, illęsę. Ostendit terras Titan. sole oriente tenebræ abeunt,& stellę non apparent. Q uicūq; sparsus. Pompeiani qui palantes hostis violentiam fugerant, Pompeium sequebantur. Natus, Sextus. Procerum, senatorum & ducum. Deiecto fatis, oppresso. Abstulerat reges ministros. priuauerat regibus, qui ei ministrarent. Sceptra ęoa, regna orientis. In deuia, remotissima loca. Q ui sparsa ducis vestigia legit. qui flexā Pompeij nauigationē secut⁹ est. Legit, nauigādo obseruauit. Q uādo ait. Pompeij ad regem Gallogræciæ verba. Romanus. Romani iuris,& ditionis. Euphraten. Armenię,& Mesopotamię, multosq; alios populos indicat. Tygrim. Tygris accolas: vt Armenios,& Parthos. Q uærentem fata. reparantem mihi secundam fortunam. Recessus, semota loca. Totum mutare diem. excitare totum orientē: vnde dies emanat. Arsacidæ, regi Persarum. Fœdera, bello Mithridatico icta. Manent, stant, sublata non sunt. Latium tonantem, per latialem Iouem, qui Albę colebatur, vel per Romanū,& Capitolinum. Obstricta, firmata. Magos. sapientes,& sacerdotes. Intendite, flectite. Neruis Gethicis, Scythicis chordis, quę ex neruis fiunt. Si vos. si liberaliter vobiscum egi. Caspia claustra, portas caspias,& fauces montium caspiorum, qui latebram Mithridati dederunt: panduntur q; itinere manu facto longo octo milibus passuum: nam latitudo eius vix est plaustro permeabilis: vt ait Solinus. Alanos, Scythiæ populos vicinos Iberis ab Alano flumine denominatos. Aeterni Martis, semper pugnaces. Achemenijs, Parthicis a rege Achemene. Nunq̄ coegi in Babylona. non repressi,& contineri feci intra muros post ictum fœd⁹: nā antea q̄ in Gordianā hostiliter excurrissent per Afra

Arsacides.

Caspia claustra.

Alani.

Achemenij.

nium fugauerat. Arua super Cyri, vltra cam
pos Persidis vbi Cyrus regnauit. Caldæi re-
gni, qđ est supra Arabiam. Gāges, Indię flu
Hydaspes. uius. Hydaspes Nysæus, fluui⁹ ad Nysam a
Baccho in India conditam. Accedunt pela
go, exeunt in oceanum. Ab igne Phœbi sur
Persis. gentis, ab oriēte extremo auroraq; ipsa. Pro
pior, vicinior. Persis, regio supra parthiam.
Sustinui. passus sum de vobis nō triūphare.
BERO. ❡ Aliterq; secāte Iam pelagus rostro. qa cū
prius, verbi causa, tēderēt in dextrā: nūc cur
sum flexerunt in sinistrā: & sic rostrū nauium
aliter secabat vndas. Nō sic moderator equo
rum. Auriga nō ita bene regit currum ad eui
tandam metam, quēadmodum nauta flexe-
rat cursum. Axem. Axis lignum est teres cir
ca quē rotę vertunt̄: vt ait Festus. Inoffensę
Meta. metæ. Meta erat colūna a lato incipiēs: & fa-
stigiata in cacumine: circa quā rotę flectebān
tur. Horatius. Metaq; feruidis euitata rotis.
Ostendit terras Titan. i. ortus est dies: tūc. n.
sol dicitur ostendere terras, quas nox occul-
tat. Primusq; ab littore Lesbi occurrit nat⁹.
Pōpeio, vt Plutarchus ait, Cornelia vxor cū
filio adiuncta est. Procerū mox turba fide-
lis. Duo Lētuli, Faonius, & alij nobiles comi
tati sunt Pōpeiū: vt refert Plutarch⁹. Abstu-
lerat Magno reges. Deiotar⁹ rex Pōpeiū secu
tus est: vt ait Plutarch⁹. Vñ fortuna nō abstu
lit Pōpeio, q̄uis misero, reges: q ei ministra-
rent. Exul habet comites. Pōpeius vadēs in
exilium, & fugiens, habet reges comites qui
Comes. eum sequuntur. Comites em̄ dicunt̄ inferio-
res, qui frequētādi gratia aliquē sequunt̄: vt
ait Iurisc ōsultus. In deuia mundi. i. in extre-
mas orbis ptes inaccessas. Legit. i. sequendo
obscurauit. Deiotarus em̄ rex secutus vesti-
gia Pōpeij, eū tandē assecutus est: quē Pōpei
us misit ad reges Parthorū imploratū subsi-
dium. Fidissime regū. i. o Deiotare. Eoam
tentare fidem. regū. s. & populoꝝ orientaliū,
q Eufratē, & Tygrim accolūt: de quib⁹ dictū
est in tertio. Ne pigeat Magno quęrētē fata.
o Deiotare inquit Pompeius ne pigeat te q̄-
rentem mihi auxilia petere domos Partho-
rum, & extremas nationes, vbi dies muta-
tur a nostro die propter diuersa segmenta.
Vocesq; superbo Arsacidæ perferre meas. i.
regi Persarum: nam vt dictum est in primo
reges Parthorum dicti sunt Arsacidę ab Ar
saco rege: vt scribit Iustinus. Si fœdera no
bis. Hæc sunt mandata quæ perferri vult re
gi Parthorum. Sensus autem est: Si fœdera
seruantur adstricta per iura Iouis ex parte
nostra, & per magos deos ex parte Partho-
rum, venite in auxilium. Magica autem orta
est in Perside a Zooastre: vt scribit Plinius.
& ideo regum regib⁹ magica imperat in ori-
ente. vnde ait. Per vestros Magos, quos scili
cet colitis, & habetis in pretio. de Magis di-
ctum est in sexto. Implete pharetras. quia
vt supra memoratum est sæpius Parthi ma-
xime sagittis bella conficiunt. Si vos. O
Parthi. Sensus autē est: date mihi auxilium
& ferte suppetias o Parthi si ego passus sum
vos securos esse, & decurrere per campos A
chemenios. i. Persarum: vt supra dictū est: &

Passus Achemeniis late decurrere campis
In tutam trepidos nunq̄ Babylona coegi.
Arua super Cyri Chaldæiq; vltima regni:
Qua rapid⁹ Gāges & qua Nysęus Hydaspes
Accedunt pelago Phœbi surgentis ab igne:
Iā ꝓpior q̄ Persis eram: tamē omnia vincens
Sustinui nostris vos tantum deesse triūphis.

❡ Aequora senserunt motus. s. nauium, & mutauere sonū. i.
fragorē aquarū, rostro. i. acuta pte ꝑę secante. i. sulcante iā pe
lagus, aliter. s. q̄ prius: nec. i. & nō, & carina. i. medio nauis spe-
ctante nō idem. i. non eandē ptem maris, aut mundi: nec sic. i.
nō tam diligenter, aut nō tā bene, moderator equorum. i. auri
ga, quū. i. quando circuit axē lęuū. i. sinistrum, rota dexteriore
. i. q̄ est in dextro latere: hoc est quum in sinistrā obuertit currus
(nā tūc in sinistra rota stat ad tēpus quasi immobilis, & dextra
vertitur circum eam) cogit currus accedere. i. vicinos fieri, me
tæ inoffensę. i. non læsæ, nec tactæ a curribus. Titā. i. sol postri
die oriens, ostendit terras, & texit. i. operuit, & abscondit maio
ri lumine suo, sydera. i. minores stellas. Quicūq;. s. eorum qui
victi erant, sparsus. s. per mare, fugit a ꝓcella Emathia. i. quæ
in Thessaliam vergit vnda, assequitur Magnū. s. Pompeium.
Et natus. i. filius ei⁹ Sextus Pompeius, occurrit. s. patri prim⁹
a littore Lesbi: qa illuc ad parentes confugerat. Turba fidelis
procerum. i. primorum vrbis, hoc est ducum & senatorum, oc
currit mox. i. paulo post. Nā neq; fortuna abstulerat Magno
. s. Pompeio, deiecto fatis. i. a fauore deorum, & fugato acie. s.
Emathia, reges ministros. i. qui sub eius imperio militauerant
sed sup. ipse exul habet dominos terrarum, & tenentes sceptra
æoa. i. regna orientalia. Et iubet. i. imperat adhuc vt impera-
tor, Deiotarum regem Gallogręcię, ire in deuia. i. remotissima
loca & p anfractus & latibula mundi: qui. s. Deiotarus, legit. i.
nauigādo obseruauit, vestigia ducis. s. Magni, sparsa: qa dux
erat sparsus. Et ait Pōpeius ad Deiotarum, quando. i. quando
quidem o fidissime regū, orbis amissus sup. est ea pte qua erat
Romanus. i. Romani iuris, cladib⁹ Emathijs. i. in Emathia ac
ceptis. i. quoniā nihil reliquū est Romani iuris ad recuperandū
imperiū Romanū, superest. i. restat & reliquū est, tentare fidem
. i. fidelitatem eoā. i. regum oriētaliū, quos beneficio suo deui-
xerat: ideoq; nisi mutuū modo prętēt nō constet eorū fides: &
superest tentare populos bibentes Euphraten, & Tygrim secu
rum adhuc a Cæsare. i. Armenios, Mesopotamios, Parthos,
Persas, Medos, & reliquos ad quos nondū ꝑuenit fama victo
riæ Cęsaris. Ne pigeat sup. te o Deiotare, quærentem Magno
. i. cum quæras magno, fata. s. noua. i. secundam fortunam in
illa gēte, penetrare remotas domos Medorum, & Scythicos. i.
Parthicos (nam Parthi Scytharū sunt ꝓfugi) recessus. i. loca
remota: & mutare totū diem. i. orientē totū excitare, aut te sub
aliud hemisphēriū solis cōuertere. (Sabellicus tamē legit mo-
tare. i. motū facere totum diem. Vide supra fo. xlviij. aut in an
notationibus nostris. fo. lvij.) & perferre meas voces. i. preces
meo nomine dicendas, Arsacidę regi Persarū, superbo. i. ma-
gnifico & potenti. Verba aūt quæ illi dicenda censuit sunt hęc.
O Parthi, si fœdera prisca. i. antiqua vt bello Mithridatico
icta, iurata mihi per tonatem latium. i. Iouem latialem, aut per
Capitolinum, & astricta, id est firmata, per magos, id sacerdo
tes & sapientes vestros, manent vobis, scilicet inuiolata, imple
te pharetras sup. vestras sagittis, & intendite neruis Gethicis
id est Scythicis chordis, arcus Armenios: si id est quia, ego
passus sum vos decurrere late campis Achemenijs. i. Parthi-
cis. i. per totam Parthiam impune vagari: tūc quum peterem

claustra Caspia.i.Caspij, montis fauces & angustias, & sequerer.i.persequerer, Alanos Scythiæ populos duros, qa æterni martis.i.continui belli patientes, nunq̃ coegi vos trepidos.i. quos trepidos facere poteram, in Babylona tutam.s. propter muros fortissimos. Etsi ego iam existẽs super vltima arua Cyri.i.Persidis, & regni Chaldęi qđ est supra Arabiã: qua.s.parte mundi, Ganges flu. Indiæ rapidus, & Hydaspes etiã Indiæ flu. Nysęus.i.ad Nysam vrbem a Baccho conditam fluens, accedunt.i.adduntr pelago.i.oceano, ab igne Phœbi surgentis .i.extremo oriente vbi sol igneus videtur, eram iam propior.i.vicinior vobis q̃ persis: & tamen ego vincẽs oĩa sustinui tm̃ vos deesse triũphis nostris.i.nolui vos vincere & de vobis triumphare. Et si sol⁹ Parthus &c. vide sequẽtia: repete tamẽ si. si ego triumphans de omnib⁹ vicinis vobis gentibus nolui de vobis tanq̃ amicis triumphare. Peterem cum Caspia claustra. Claustra Caspia intelligit portas Caspias, quæ interruptis angusto trãsitu iugis adeo arctę sũt vt vix singula meent plaustra. auctor Plini⁹. Duros Alanos. Alani populi sunt scytharũ: vt scribit Plinius. Martialis. Nec te Sarmatico transit Alanus equo. In tutam trepidos. si nunq̃ coegi vos confugere Babylona quæ est ciuitas munitissima: cuius habita est mētio in primo. Arua super Cyri.i.super arua Persarum: nam Cyrus prim⁹ fuit rex Persarum a Medis imperio translato. auctores Herodot⁹ & Iustin⁹. Nysæus Hydaspes. Hydaspes (vt supra dixim⁹) fluui⁹ est Indię. Nysęus dicitur a Nysa ciuitate Indię Baccho dicata: vt Plinius memorat. Iam propior q̃ Persis eram.i.ego erã vobis o Parthi vicinior, q̃ esset Persis.i.regio Persarum. ex quo vult ostendere se si voluisset potuisse Parthos infestare.

Solus & e numero regum telluris Eoæ
Ex ęquo me Parthus adit: nec munere Magni
Stãt semel Arsacidę. qs eñ p⁹ vulnera cladis
Assyriæ iustas latii compescuit iras?
Tot meritis obstricta meis nũc Parthia ruptis
Excedat claustris vetitam per sæcula ripam:
Zeugmaq; pellæum Pōpeio vincite Parthi.
Vinci Roma volet. Regē parere iubenti
Ardua non piguit: positisq; insignibus aulæ
Egreditur famuli raptos indutus amictus.
In dubiis tutum est inopem simulare tyrãno.
Quanto igitur mundi dominis securius æuũ
Verus paup agit? Dimisso in littore rege
Ipse per Icarię scopulos Ephesumq; relinquẽs
Et placidi Colophona maris spumãtia paruæ
Radit saxa Sami: spirat de littore Coo
Aura fluẽs: Gnidō inde fugit: claramq; relinqt
Sole Rhodō: magnosq; sin⁹ Telmesidos vndę
Compensat: medio pelagi Pamphylia puppi
Occurrit tellus: nec se committere muris
Ausus adhuc vllis te primum parua Phaselis
Magnus adit: nam te metui vetat incola rarus
Exhaustæq; domus populis: maiorq; carinę
Qz tua turba fuit. tendẽs hinc carbasa rursus
Iam Taurũ Tauroq; videt Dipsonta cadētē.
Crederet hoc Magnus pacē quũ pstitit vndis
Et sibi consultum? Cilicum per littora tutus

SVLPIT.

¶ Ex ęquo: quia æque liber & socius est non tributarius. Stant. conseruati meo beneficio nam in senatu bellum Parthicum suscipiendum donec duraret bellum Gallicum dissuasi. Post vulnera cladis. post dolorem quē Parthi de cæsis Crassis & exercitu intulere. Compescuit iras. repressit bellum. Ruptis claustris fractis legibus, & pręscripto, & præteritis terminis & limitibus constitutis. Ripã. Euphratis, intra quam Phrahartes Parthorũ rex se velle perpetuo continere Pom. qui Tygrãis filiũ seruabat in vinculis cum obtulisset, fœdere cōstitutũ est: vt scribit Plutarchus. Zeucma Pellęum. op. iuxta Euphratem conditũ ab Alexandro qui ex Pella Macedonię oppido fuit. Vinci volet: vt vincatur Cæsar. Non piguit, non piger fuit. Insignibus aulę. regio habitu. Raptos, ab alijs raptim acceptos. In dubijs. Sentẽtia per acclamationem quã laudando paupertatē exornat, Rege, Deiotaro. In littore, videlicet sinus Basilici vbi incipit Icarium mare. dictum ab Icaro Dędali filio, qui volans illic cecidit. Ephesum, vrbem in ora Ionię vbi Diana colebatur. Colophona, Ioniæ oppi. ante quod est clarius Lucus vbi Chalcas a Mopso victus præ dolore perijt. Sami, insulæ Ioniæ. Coo. Cos insula non lōge ab Halicarnaso: patria Hippocratis. Gnidon, insulam in mari Carpathio: quã piscosã dicit Ouidius. Rhodon claram sole. insulam vbi colitr Apollo & vbi est solis Colossus mirabilis quē septuaginta cubitorum altitudis fecerat Chares Lyndius. Compēsat sinus. recta nauigatione circuitus cum compēdio nauigat. Telmesidos. Telmesum oppidũ est Liciorum: & Telmesis promōtorium cum portu. Pamphylia. regio iũcta Cilicię. Muris, oppidis. Phasilis, Ciliciæ oppidum cum tribus portibus. vt inquit Stra. sed Plutarchus. ait primum in Attaliam Pamphyliæ ciuitatē ingressum. Rarus incola. parua plebecula qua erant numerosiores Pompeij comites. Rursus. primum enim tetenderat bello piratico In Taurum. qui in oram Ciliciæ desinit ab oriẽte incipiẽs. Dipsanta, fluuium Cilicię. Crederet, credere posset. Vndis. mari victis piratis. Et sibi consultũ. etiã sibi pursum vt nunc tutus nauigare posset. Celendris, oppido in Cilicia cũ portu: vt docet Strabo: & ipse poeta indicat. nec legas synedris & ridicule cōgre

Phrahartes
Zeucma.
Icarium mare.
Ephesus.
Colophon.
Cos.
Gnidos.
Rhodos.
Telmesum
Pamphylia
Phasilis.
Dipsas.
Celendræ.

gationem hic significare interpreteris. Selenus, Cilicię fluuius in portu Celēdrarum qui emittit & recipit naues. eius quoq; meminit Strabo. Comites belliq; fugæq;. decreturus Pom. ad Parthos confugere, rationes quib⁹ vires et exercitus quos no omnino amiserit reparari possint: ostendit, ponitq; in cōsultationem ad quē sit potissimum confugiendum Suadetq; in Aegyptum non esse eundum: propter Ptolemei suspectam ętatē: nec in Libyam: q perpetuo flagret odio in Ro. tū Parthiam laudat. exorditur autem a beniuolentia. Instar. imago: & qui patriā mihi refertis. In littore nudo. in arena sine tecto & ea externa. Nullis armis: nullo exercitu armato. Exordia nouis rebus. principia nostræ reparationi. Non omnis, non penitus. Nec sic premūtur. nec sunt adeo prostrata: vt nequeam erigi. Excutere, repellere damnū & obliuisci. An Libycæ. a minori ad maius argumentatio. nam Marius vt dixit primo libro, Nuda triumphati iacuit per regna Iugurthæ & pœnos pressit cineres. Ruinæ, in quibus latuit. In fasces, in cōsulatum. Fastis, libris & annalibus in quibus cōsulat⁹ & acta descripta sunt. Leuiore manu. Cę. minus potēte q̄ Sylla fuerat. Tenebit, non sinet erigi?

BERO.

¶Ex ęquo me Parth⁹ adit. omnes Barbarorum reges summiserunt se Pōpeio: vt Tygranes, & Aristobulus: Parthorū vero rex Phrahates ex ęquo. i. potestate par, adiuit Pōpeiū Nec munere Magni. i. non solū semel sed pluries ego cōtuli bñficia i reges Parthoꝝ: & maxie qñ p⁹ iterfectos Crassos mitigaui irā Rōanorum volentium vlcisci illatā iniuriam. Ruptꝭ excedat claustris. Palmira & Zeugma oppida erāt termini Romanorū & Parthorum. nunc petit Pom. vt rumpant claustra. Vetitam per sęcula ripam. s. Euphratis qui diuidebat duo summa imperia Parthorum Romanorumq;. Zeugmaq; pellęum. Zeugma oppidum est in ripa Euphratis. dicitur Pellęum a Pella ciuitate Macedoniæ patria Alexādri qui teste Plinio pontē in hoc loco reuinxit catena ferrea. Positisq; insignibus aulæ. Deiotarus rex vt Pompeij mandata exequeretur deposuit habitum & insignia regia & iduit vestem seruilem: vt tutius iter faceret. nam tyrāno & regi in dubijs & periculosis rebus simulare se inopem & seruum, tutum est. Quanto igiť dominis. Paupis vita tutior est & tranquillior vita dominorum & regū quorum ceruici semper imminet gladius. Ipse per Icarię scopulos. Icaros insula est quę mari Icario nomen dedit: vt scribit Plinius. describit iter Pompeij. Ephesonq; relinquens. Ephesus, & Colophon ciuitates sunt Ioniæ clarissimæ vt Strabo refert. Radit saxa Sami. Samō intelligit insulam in Ionia regione sitā: quæ vt ait Stra. alio nomine Parthenias dicta est omnium rerum copia præterq̄ vini feracissima. De littore Coo. Cos insula est Samo vicina, a qua vestes Coę dicuntur Bombycinę: vt Solinus & Plini⁹ tradunt. Gnidon inde fugit. Gnidos oppidum est in promontorio Carię: ciuitas libera: vt ait Plinius. Veneri cōsecrata vt ait Horati. O Venus regina Gnid

Parua puppe fugit: sequiť ps magna senat⁹
Ad profugū collecta ducē: paruisq; Celēdris
Quo portu mittitq; rates recipitq; Selinus:
In procerum cœtu tandē mœsta ora resoluit
Vocibus his Magnus. Comites belliq; fugæq;
Atq; instar patrię: q̄uis in littore nudo
In Cilicum terra nullis circundatus armis
Consultē: rebusq; nouis exordia quęram:
Ingentes præstate animos: non om̄is in aruis
Emathiis cecidi: nec sic mea fata premuntur
Vt nequeā releuare caput: cladesq; receptas
Excutere. an Libycę Marium potuere ruinæ
Erigere in fasces plenis & reddere fastis:
Me pulsum leuiore manu fortuna tenebit?

¶Solus. Prosequitur reliqua ad Parthorum commendationem dicens. Et Parthus solus e numero regum telluris Eoę. i. orientalis, adit. i. accedit me ex æquo. i. ęqualis aut ex æquitate cum non sit debitor. Nec Arsacidæ. i. reges Persarum, stant. i. conseruati sunt, semel sup. duntaxat, immo frequenter, munere Magni. i. beneficio meo. Quis enim compescuit post vulnera cladis Assyriæ. i. acceptę in Assyria, iustas iras latij? sup. alius q̄ ego? q. d. null⁹: quia persuasit Parthicum bellum differendum dum Gallicanū ageretur. Parthia obstricta. i. obligata tot meritis meis excedat nunc. i. transgrediatur ripam. s. Euphratis, vetitam. s. transiri, per sęcula. i. in ęternum: excedat dico claustris. i. vinculis obligatorijs per quę claudebatur ruptis quia ad hoc se Phrahartes obligauerat vt non exiret: vt recitat Sulpitius: & o Parthi vincite. i. superate & transcendite nō vobis, sed Pompeio. i. ad vtilitatem Pompeij, Zeugma oppidū Pellęum. i. a Pellæo Alexandro iuxta Euphratem conditum Scribendū autē est Zeugma: nam vt adnotauit Versellanus Stephanus ζεῦγμα inquit πόλισ συρίασ ἐπὶ τῶ εὐφράτῃ μοῦ ἀλ ἐξάνδρου ζεύξασ ἁλύσεσι διεβίβασε τὰ στρατόπεδα, idē Zeugma Syrię est apd̄ Euphratē ciuitas, qua parte catenis Alexander pōtem vinxerit copias traiecturus. Stra. quoq; Zeugma scribit & Pli. libro. xxxiiij. nec mirū cum a verbo ζεύγνυμι. i. iungo deducatur. Roma volet ipsum vinci. i. transcendi vt Pompeio auxilio sitis. Hactenus sunt mandata quæ Pompeius Deiotaro dederat: ad quæ dicit poeta. Non piguit regē. s. Deiotarum parere Pompeio iubenti ardua. s. negotia: & ipse rex positis. i. exutis insignibus aulæ. i. regiæ maiestatis, egreditur indutus amictus famuli, raptos. s. a se. Alij legūt ruptos. i. laceros. Tutum est tyranno. i. regi, simulare inopem, in dubijs. s. rebus. igitur quanto securius agit æuum. i. viuit, verus. i. non simulatus pauper, dominis. i. q̄ domini mundi? q. d. infinito. Ipse. s. Pompeius, rege. s. Deiotaro, dimisso in littore p scopulos Icarios. i. pertrāsiens Icariam & relinquēs Ephesum & Colophona Ioniæ oppidum, maris placidi, radit saxa spumantia ex confractione vndarum, Sami insulæ Ioniæ paruę. Aura fluens. i. proueniens cum fluctu de littore Coo. i. eius insulę quæ Cos dicitur, spirat. i. flat: & Pompeius fugit inde Gnidon insulam in mari Carpathio: & relinquit Rhodon claram sole: quia sol eam per nullum diem deserit: & compensat sinus. i. circuitus vndę Telmesidos. i. illius promōtorij Licij, hoc est recta nauigatiōe ęquiparat: tellus Pamphylia. i. regio illa iuxta

Ciliciā, occurrit puppi.s. Pompeianę, in medio pelagi, aut pelago. Nec Pompeius ausus est adhuc committere se vllis muris.i.oppidis.o Phaselis (sic scribendū non phasilis. vnde Stephanus. φασηλισ πολισ παμ.φυλιασ ἡ πρoτερον πιτυουσα καὶ ὕστερον Φαρσαλοσ.i. Phaselis Pamphyliæ est ciuitas prius pityussa, deīde Pharsalos dicta.) op. Ciliciæ, parua.i. exiguum Magnus adit te primum: nam incola rarus vetat te metui. Domus sup. tuæ sunt exhaustæ.i. euacuatę populis, & maior fuit turba carinæ.i. nauis Pompeij q̄ tua.i. tuorum ciuiū. Pōpeius tendens hinc.i. ex hoc oppidulo, carbasa.i. vela, rursus.i. iterū post pyraticum bellum, videt iam taurum.s. montem: & videt Dipsonta flu. Ciliciæ (plures tamen Dipsanta scribunt) cadētem.i. defluentem Tauro.s. monte. Crederet.i. an credere posset Magnus quum præstitit vndis pacem.i. quando eiecit pyratas & reddidit mare tutum, consultum sup. esse.i. prospectum &.i. etiam sibi? q.d. non est verosimile & tamen ita euenit: quia fugit parua puppe tutus per littora Cilicum maximorum piratarum. Magna pars senatus sequitur collecta ad ducem profugum: & Magnus resoluit tandem ora mœsta in cœtu procerum.i. senatorum & ducum, paruis Celēdris.i. apud Celēdras op. Ciliciæ. quo portu.i. ad cuius portum, Selenus flu. mittit & recipit rates: soluit dico his vocibus. O comites belli & fugæ, atq; instar.i. qui repræsentatis statum, patriæ, q̄uis ego consultem in littore nudo, in terra Cilicum, circundatus.i. stipat⁹, nullis armis: & quęram exordia nouis rebus.i. bellis innouandis: præstate animos ingentes. ego non cecidi omnis,i. totus in aruis Emathiis, nec mea fata.i. fortunę premuntur sicvt nequeā releuare caput, & excutere.i. reijcere clades receptas. An ruinę Libycę.i. quas acceperat iacens nudus in Libya, potuere erigere Marium in fasces, id est cōsulatum: & fortuna tenebit me q maior sum Mario, pulsum aut pressum leuiore manu, videlicet Cæsaris qui minor est Sylla? quasi diceret ne credatis.

Paphiq;. Claramq; relinquit Sole Rhodō. Pulcherrima est insula & libera Rhodos in mari Carpathio vt dictum est in quinto, soli consecrata vbi nunq̄ tanta nubila obducūtur vt non aliqua hora sol cernat. auctor Pli. Telmesidos vndę. Telmesus ciuitas est Cariæ: vt scribit Plin. Inde dicit vnda Telmesis. Pamphylia puppi occurrit tellus. Pamphylia ante Mosopia appellata est. Mare Pāphylium iungitur Cilicio mari. auctor Plini⁹. Te primum parua Phaselis. Phaselis ciuitas est vltima orę Pamphyliacę: vt ait Pli. Pōpeius solā Phaselidē īgressus est, vbi minor erat turba q̄ in naui Pompeiana. Iā Taurum. Taur⁹ mons de quo dictū est supra. per totam Asiā discurrit varijs nominibus insignitus vt scribit Pli. Pō. iam videbat Taurū montē & Dipsantē flu. ex Tauro fluentē. Crederet hoc Magnus.i. cū Pompeius maria purgauit & reddidit secura deletis piratis, credidisset hoc sibi vnq̄ profuturum? quia.s. ip se nunc suo beneficio tutus incedit & nauigat. Sequitur pars magna senatus. vt scribit Plutarch⁹, Viri circiter sexaginta ordinis senatorij Pompeium in Pamphylia assecuti sunt. Mœsta ora resoluit. Pompeius in senatorū cœtu loquut⁹ est ea quæ sequuntur. Selinis. ciuitas est Ciliciæ. Comites belliq; fugęq;. Sensus est. O proceres qui me in bello, qui me in fuga estis comitati p̄state animos viriles: q̄uis nūc ego vos consultē & interrogē in hostili regione oī armatorū nudat⁹ auxilio. Atq; instar patrię.i. q estis mihi loco vrbis Romæ. Nō oīs in armis. nō oēs meę vires inquit Pōpeius ceciderunt nec sic oppressus sum clade Pharsalica vt non possim iterum resurgere. An Libycę Marium potuere ruinę. Marius vt in secundo copiosissime dictum est a Sylla eiectus in exilium tandem peruenit in Africam ibiq; consedit in ruinis Carthaginis. demum fortuna fauente redijt in Italiam, coniunxit se Cinnę, vrbem victor inuasit, & septimum cōsul factus est. auctor Plutarchus. Erigere in fasces. sensus est. Si Marius ex ruinis Aphricę erectus est ad fasces.i. consulatum quare debeo ego prorsus desperare afflictus a fortuna leuiore ictu q̄ Marius? Reddere fastis.s. libris in quibus priorum sex consulatuum Marij nomina fuerant prescripta ex more: vt supra diximus.

SVLPITIVS.

Mille meę graio voluunt in ęquore puppes:
Mille duces: sparsit potius Pharsalia nostras
Q̄ subuertit opes: sed me vel sola tueri
Fama potest rerum toto quas gessimus orbe:
Et nomen qđ mūdus amat. Vos pēdite regna
Viribus atq; fide: Libyā Parthosq; Pharonq;:
Quęnam Romanis deceat succurrere rebus.
Ast ego curarum vobis arcana mearum
Expromā: mētisq; meæ quo pōdera vergant.
Aetas Niliaci nobis suspecta tyranni est.
Ardua quippe fides robustos exigit annos.
Hinc anceps dubii terret solertia Mauri.
Nāq; memor generis Carthaginis īpia proles
Imminet Hesperię: multusq; ī pectore vano ē
Annibal: obliquo maculat q sanguine regnū

¶ In æquore graio. In Ambracio Peloponesiaco sinu. Sparsit, late diffudit & dissipauit. Vel sola fama. etiam sola authoritas & gloria rerum gestarum. Nomē, celebritas nominis omnibus grata. Vos pendite regna. vos considerate qui rex sit fidelior, & dignior a quo petatur auxiliū, an Iubas, an Phrahartes, an Ptolemæus: quos per Libyen Parthos Pharonq; indicat. Expromam, aperiam. Pondera vergant, cōsilia inclinent. Aetas tyranni. pueritia Ptolemæi quæ instabilis est consilij. Ardua, insignis & egregia. Robustos annos firmiorem ętatem. Solertia Mauri: astutia Iubę: cui forsan inest Punica fides. de quo p cōiecturas & attributa psonę iudicat. Generis. maiorum suorum. qui a Ro. victi subiugati & deleti fuerunt. Imminet, captat nocendi occasionem. Multus Annibal. frequens meditatio & imago Annibalis qui per obliquam lineam erat ex sanguine regio Numidarum, gloriam maculabat q adhuc inultus iacebat Erat autem Iuba Maurisiorum Numidarūq; rex. Supplice Varo. qui ab eo contra Curionem auxilia petijt: quem ipse Iuba Varo potētior interemit. Intumuit, superbiuit. Secundo loco, id est inferiora Aphricanis. In orbem eorum, in Parthiam. Mundum, mundi

Et Numidas contingit auos: iã supplice Varo
Intumuit: viditq; loco Romana secundo.
Quare agite Aeoũ comites pperem⁹ in orbẽ.
Diuidit Euphrates ingẽtem gurgite mundũ:
Caspiaq; immẽsos seducũt claustra recessus:
Et polus Assyrias alter noctesq; die sq;
Vertit: & abruptũ ẽ nrõ mare discolor vnda:
Oceanusq; suus. regnandi sola voluptas:
Celsior in campis sonipes: & fortior arcus:
Nec puer aut senior letales tendere neruos
Segnis: & a nulla mors est incerta sagitta.
Primi Pellæas arcu fregere sarissas:
Bactraq; Medorum sedem: murisq; superbã
Assyrias Babylona domos: nec pila timentur
Nostra nimis Parthis: audẽtq; in bella venire
Experti Scythicas Crasso pereũte sagittas.
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro:
Stridula sed multo saturantur tela veneno.
Vulnera parua nocẽt fatũq; i sanguĩe sũmo ẽ.
O vtinam non tanta mihi fiducia sæuis
Esset in Arsacidis. fatis nimis æmula nostris
Fata mouẽt Medos: multũq; in gẽte deorũ ẽ.
Effundam populos alia tellure reuulsos
Excitosq; suis immittam sedibus ortus.

partem, videlicet Armeniã a Capadocia, Cõmagenem ab Arabia & mediam Babylonẽ. Caspia claustra, mõtes & mare Caspium. Immensos recessus. spatia remota. oñditq; Parthiam quæ ab Indiæ finibus ad Mesopotamiam exporrigitur: includitq; Aracusiã, Assyriam Persidem & Mediæ partẽ. Alter Polus vertit noctes. i. illinc aspicitur Polus Antarcticus & sydera nota & ad motum eius vertuntur sol, luna, astraq; omnia. Abruptum, separatum. mare enim Caspium est littorib⁹ circũdatum & nec nostro Mediterraneo nec oceano iunctum est. Discolor vnda. Mare rubrum indicat quod inter oceanum & Ethiopicum late funditur appellaturq; Erithreum. Sola voluntas. sine auaritia: nam nulli alteri rei student nisi vt regnẽt: & ideo militiam exercent. Celsior in cãpis sonipes. sunt Parthis eq maiores nostris. Fortior, firmior nostris. Neruos letales, arcus letiferos. synecdoche. Mors est incerta. qa qq; ferit & pimit. Primi. Parthi primi Alexandrũ Macedonẽ superãt Sarissas Pellæas. tela Macedonum a Pella oppido in Macedonia. Bactra, vrbem & regionem Scythiæ Asiaticæ supra Assyriã quã Medi tenuerant: dictaq; est & Zariaspa, auctore Strabone. Superbam muris, qui ex lateribus & bitumine a Semiramide structi fuerãt. Assyrias domos, appositio. Scythicas, Parthicas. Saturantur, sparguntur, imbuuntur. Nocent, letifera sunt. Fatum, mors. Sũmo, cuti vicino: nam vel exiguo ictu veneno inficit. Arsacidis, Persis. Nimis æmula. pene paria & æquantia se nostris in regnãdi felicitate. Mœdos, Parthos, qui partem Mœdiæ occuparũt. In gẽte, in Parthis ipsis. Multum deorum. multum fauoris. Effundam. si non satis fuerint Parthi. Ortus, oriẽtalẽs populos. BEROALDVS.

Rubrum mare.

Sarissæ.
Pella.
Bactra.

¶ Mille meæ graio. Classes Pompeij adhuc erant incolumes quib⁹ Cato præerat: vt scribit Plutarch⁹ Sed me vel sola iuuare fama potest rerum. inquit Pompeius sola fama rerum a me gestarum per totũ terrarũ orbem mihi plurimum prodesse potest: et Nomen. s. Magni quod diligitur a cunctis mortalib⁹ cupiẽtibus tali cognomine decorari: vel propter meipsum. Pendite regna. i. examinate pensiculate & diligenter ponderate. Quenã. s. regio debeat nobis succurrere & quę sit potentior atq; fidelior, an Libya, an Aegyptus an Parthia. Pharon enim posuit pro Aegypto de qua sæpe iam diximus. Aetas Niliaci nobis suspecta tyranni. Suspectus inquit Pompeius est mihi Aegyptius rex Ptolemęus propter ętatem. erat enim puer & nutritiũ habebat Photinum Eunuchũ: vt scribit Cæsar. Fides autẽ nõ frequẽter est in pueris sed in pectore virorum, & dextra magis eẽ solet. Hic anceps dubij. ex altera iqt Põpte timeo solertiã & pfidiã Iubę regis Mauritanię: qm cum sit oriundus Carthagine quæ semp fuit infesta Romanis & sæpe cogitet de vlciscendo Annibale, non dubitabit me dolo circumuenire: nam vt supra dictum est fraudulenti semp fuerũt Aphricani. vnde apud Liuium Perfidia plusq̃ Punica. Immunet Hesperię.

¶ Mille meæ graio &c. Pompeius ostendit vires suas nondũ esse absumptas dicens. Mille puppes meę. i. vehentes meos, & mille duces qui in nauibus sunt: voluuntur in mari graio. i. iuxta Thessaliam. Pharsalia sparsit. i. dispersit potius nostras opes. i. vires & facultates, q̃ subuertit. i. destruxit. Sed vel. i. etiã sola fama. i. authoritas & gloria rerum quas gessimus toto orbe, & nomen quod mundus amat. i. nomen meum cunctis nationib⁹ amatum, potest tueri. i. protegere me. Vos o patres cõscripti, pẽdite. i. æstimate, regna, virib⁹ atq; fide, vt pote Libyã Parthos. i. Parthiam, & Pharon. i. Aegyptum, quęnam. s. horum regnorum deceat succurrere rebus Romanis: ast ego expromam vobis. Alij habent proceres vt sito proceres ego expromam arcana. i. secreta mearum curarum, & quo. i. in quam partem. pondera. i. principalia consilia mentis meæ, vergant. i. se inclinent. Aetas tyranni. i. regis. Niliaci. i. Aegyptij, est suspecta nobis: quia adhuc puer erat: quippe. i. quia certe, fides ardua. i. dura & constans, exĩgit annos robustos. Hinc. i. a Libya, terret. i. deterret me, solertia. i. astutia, Mauri. i. regis Mauritanię. s. Iubę, dubij. i. varij & incerti in fide ex vitio patriæ: nã q; proles. i. progenies, impia, Carthaginis. i. a Carthagine oriũda, memor generis. i. maiorum suorum a nobis occisorum, immiet. i. insidiatur, Hesperiæ. i. Italiæ: & Annibal. i. mors aut

memoria Annibalis ducis Carthaginēsis,est mistus.i.frequēs in pectore vano.i.fallaci ipsius regis,& maculat.i.inhonestat regnum.s.Numidarum,sanguine obliquo.i.descensu laterali & pro quia,contingit sanguine obliquo auos.i. veteres reges Numidas:& ipse Iuba iam intumuit.i.superbus & inflatus factus est,Varo supplice.i.supplicante vt suppetias ferret contra Curionem:& vidit Romana.i.res Romanas secūdo.i.posteriore & inferiore loco,q̄.s.suas res.Quare.i.quam ob rē cū non sit tutum in Aegyptum aut Libyam fugere:agite comites properemus in orbem Aeoum.i. orientalem ad Parthos. Euphrates.s.fluuius,diuidit gurgite.i.fluctu suo,ingentē mūdum.i.valde magnam partem mundi,& claustra Caspia.i. angusta Caspij montis & mare Caspiū,seducunt.i.separant,immēsos recessus.i.tractus terrarum inter se remotos:& alter polus.s.antarcticus,vertit noctes Assyrias & dies Assyrios.i.in Assyria aspicitur:& mare est sup.illis abruptum.i.separatum,nostro.s.mari:& illis est oceanus suus.i.proprius,discolor vnda.i.aquis:quia aquas rubras habet:& sola voluptas regnādi est sup.illis:& sonipes est illis celsior.i.altior in campis:& arc⁹ est illis fortior.nec puer aut senior est sup.illis segnis.i. tardus immo acer,tēdere.i.ad tendendum,neruos letales.i.arc⁹mortiferos:& a nulla sagitta est mors incerta:ergo est ab omnibus certa.Parthi fregere primi Sarissas Pelleas.i.tela Macedōica Alexādri Magni:& fregere Bactra,sedem.i.habitationē Medorum:& Babylona superbam muris.s.lateritijs mirę densitatis,appositorie,domos Assyrias:nec nostra.i.Romana pila,timentur nimis.i. valde Parthis,& audent venire.s. contra nos in bella,experti Crasso pereunte.i.per mortem Crassi & exercitus eius,sagittas Scythicas.i.Parthicas:nec spargūt spicula.i.iacula fidentia.i.cōfisa & munita solo ferro:sed tela stridula.i.cum stridore emissa,saturantur.i.late imbuūtur multo veneno.Parua vulnera nocent,& fatum.i.mors est in summo sanguine.O vtinam tanta fidutia nō esset mihi in arsacidis.i. Persarum regibus sæuis.i.vtinam minus potentes sint,quia fata nimis æmula.i.paria fatis nostris.i.Romanis,mouent.i. excitent ad augendum imperium,Medos.i.Parthos:& multū deorum.i.fauoris diuini,aut relatorum in deos,est in gēte.s.Parthorum.Et si Parthi nō suffecerint:ego effundam populos reuulsos alia tellure,& immittam.s.in bella,ortus.i.orietales populos,excitos.i.euocatos suis sedibus.i.mansionibus.

exitio Italiæ. In pectore vano.i.fallaci corde Iubę.Vani enim dicūtur fallaces:vt Seruius & Gellius tradiderunt. Iam supplice Varo intumuit Iuba.vt in quarto docuim⁹ opē tulit Actio Varo belligeranti contra Curionē quo interfecto Iuba cohortes Curiōis quę se Varo dediderant interfici iussit suam esse prędam prędicans:vt tradit Cæsar. Vnde nunc Pom.merito dicit timere se fidē Iubę qui factus est superbus Varo supplice qui ei nō ausus est resistere. Romana secundo. quoniā .s.Iuba primum locum obtiere volebat Romāis posthabitis. Quare agite Aeoū i orbē.i.imploremus auxilium Parthorum. Agite cohortātis est:vt apud Vergiliū.Quare agite o tectis iuuenes succedite nostris. Ingentē gurgite mundum.i.diuidit duo summa imperia Romanorum Parthorumq;. Caspia claustra.vt supra diximus Caspiæ portę adeo angusto sunt transitu:vt vix singula meent plaustra.auctor Pli. Et polus Assyrias alter .i.polus haustrinus & Meridianus vertit dies in Assyria & Parthia:quia illę regiōes magis ad eum vergunt polum q̄ ad nostrum. Discolor vnda.Mare rubrum quod in duos diuiditur sinus Persicum.s.& Arabicum,ab arena terraq; rubra dictum existimarūt:alij a tali ipsi⁹ aquę natura & colore:alij a solis repercussu talem colorem reddente.greci Erithreū appellant.auctores Pli.Curtius,& Solinus. Vnda ergo maris Persici ē discolor a nostra. Celsior in campis sonipes. Parthi siue Persæ hoc in primis discunt equitare & arcu sagittas excutere vt Herodotus & Strabo tradunt.Letales neruos.quibus.s.arcus tenduntur qui mortem afferunt. Primi Pelleas arcu fregere sagittas.primi Parthi sagittis repressere impetum Macedonicum qui Sarissis dimicabant.Sunt autem Sarissę hastę oblongę Macedonum tela vt scribit Liuius.Pelleas appellat ab Alexandro qui fuit Pellæus

Vanus.

qui bella gessit contra Parthos & Persas. Bactraq; Medorum sedem. Bactra clarissima fuerunt in Asia & regnum Bactrianum fuit mille vrbium:vt ait Iustinus. Murisq; superbam. Parthorum reges Persas & Babylonios suo imperio subdiderunt:vt ait Strabo.de muris Babylonis & magnitudine dictum est in primo. Pila nostra.s.Romana. Spicula nec solo spargunt.Parthi spiculis sagittarum addunt venenum.Scythæ enim & Parthi sagittarum vngunt aciē viperina sanie & humano sanguine.irremediabile id est scelus:vt scribit Plini.Fatumq; in sanguine summo est.tanta est vis veneni quo sagittę inficiuntur vt in extremo sanguine tacto leuiter sit mors & summa cute icta. O vtinam non tāta mihi. ne.s. vnq̄ interfecissent Crassum & Romanas legiones. Arsacidis.regibus Parthorum. Multumq; in gente deorum est effundam populos .i.in gente Parthorum sunt multa numina & maxime dij magici,qui eis fauent:vnde ego effundam populos Parthorum in bella:quos excibo & commouebo a suis sedibus orientem spectantibus. SVLPITIVS.

Qz si nos Aeoa fides & Barbara fallunt
Fœdera:vulgati supra cōmercia mundi
Naufragium fortuna ferat:nō regna p̄cabor
Quę feci:sed magna feram solatia mortis
Orbe iacens alio:nihil hæc in mēbra cruente
Nil socerum fecisse pie:sed cuncta reuoluēs
Vitæ fata meę:semper venerabilis illa
Orbis parte fui.quātus Mæotida supra

¶ Barbara.cum Barbaris ita.Vulgati supra commercia mundi.vltra cognitas gentes & eas cum quibus habem⁹ commercium.Naufragiū:nos miseros.Ferat,auferat. Regna.reges:vt Tygranem,Ariobarzanem,Pharnacem,Ptolemæum.Sed magna feram.sed erit mihi solatio perire in externis terris in q̄bus Cæsar nec crudelis nec officiosus esse in me possit.Sed cuncta reuoluens. Argumenta fidelitatis ex preteritis officijs colligit.Fata,successus.Illa,Parthia.Quantus,q̄ venerabilis.Quas,certe i nulla.Abit,syncope ē.Roma.ciues tanq̄ numina inuocat.Partho milite.cum quo aut vincemus in vltionē nostram:aut ita attenuabitur vt Crassi vmbras vlciscamur & sit mixto Romanis inferior:qđ

sequente oratione declarat. Consumere, atterere. Miscere, participes facere. Damnasse, improbasse. Nobilitate dolendi: nobili dolore & commiseratione. Modo consule. eius qui pauloante fuerat cõsul. Siccine. Hac oratione Lentulus argumentis contrarijs dissuadet, decernitq; Aegyptum esse petẽdam. Exorditur a beniuolentia p commiserationem Pompeij. Mundi damnauit fata: penitus oppressit reliquorum hominum præterq̃ Cæsarianorum felicitatem. Secundum Emathiã lis tota datur. fertur tota sentẽtia pro victoribus in Emathia. est autem iudicantium verbum: secundum te litem do. Iacet omne: perierene omnes qui eẽ nobis auxilio potuissẽt. Pedes. quibus tu supplices. Transfuga mundi. qui exterminas te e mundo. Cælum, aerẽ nostri poli. Aduersosq;, id est Parthos qui aspiciunt polum antarcticum. Aliena, quæ notia dicuntur. Culture, relictis dijs patrijs veneraturę & seruiture Parthis. Quid causæ. acris per simplicem complexionẽ iterrogatio: cur pugnam⁹ inquit nisi amore libertatis? sed tu vis seruire. Romana, res Romanas. Horruit, Parthus. Reges Parthos, Tygranocerotam & Aristobolum Iudęorum regem quos duxit in triumphum. Hircano, armeno. Videbit. decebit vt videat. Extollet, decebit vt extollat & appetat Romanorum imperium consyderans vires suas & a Romanis te auxilia supplicantem. Nil animis. Nil loqui poteris secundũ magnanimitatem dignitatemq; tuam.

Secundum te lis datur.

otia:

BEROALDVS.

¶ Aeo fides. s. Parthica. Naufragiũ fortũa ferat. si fides non erit in Parthis faciamus naufragium. i. pereamus in regionibus ignotis: quæ sint vltra partes orbis vulgatiores. Quę feci. Põ. in expeditiõe Mithridatica mltos fecit reges mltosq; sustulit vt ait Plutar. Orbe iacẽs alio. hoc erit mihi solatiũ mortis morĩ regno Parthorũ regione remotissima ita vt alius orbis esse videatur. ita Cæsari non dabitur occasio vel sęuire in corp⁹ meum vel pietatem tanq̃ in generum ostentare. Socerũ, Cæsarem. Venerabilis illa plenus venerationis & in magno honore apud Parthos & gẽtes Asiaticas. Quantus Mæotida supra. i. q̃ Magnus fui conspectus supra paludẽ Męotida de qua dictum est supra sępe: & supra Tanaim fluuium Asiæ & Europæ terminum vt supra mõstrauimus. Quas magis in terras q. d. i. nullas. Maiore triumpho. Ex trib⁹ Põpeij triumphis clarissimus fuit quem ex Asiaticis gentibus subactis reportauit, cuius breuiarium retulit Plinius. Ciuilia Partho, milite bella geram. Ciuilia bella a ciuibus in ciues geri solent: hoc erit iucundum Romę gerere ciuile bellum iactura Parthorum. Concurrent Medis. Medi & Parthi ijdem intelliguntur: cum ergo arma Cæsaris concurrent contra Parthos necesse est ait Pompeius vt fortuna vlciscatur iniuriam meam aut mortẽ Crassorum. Me enim vindicabit si vicero. Crassos autem si vicar. qui Parthi occisi erũt inferię iucundissimę manibus Crassorum a Parthis interemptorum. Quos lentulus om

Quãtus apud Tanaim toto cõspect⁹ in ortu?
Quas magis in terras nostrum felicibus actis
Nomẽ abit? aut vnde redit maiore triumpho?
Roma faue cœptis. q. d. n. tibi lętius vnq̃
Pręstiterint superi: q̃ si ciuilia Partho
Milite bella geras? tantam consumere gentẽ
Et nostris miscere malis: cum Cæsaris arma
Cõcurrãt Medis: aut me fortuna necesse est
Vĩdicet: aut Crassos. Sic fat⁹: murmure sẽsit
Consilium dãnasse viros: quos Lẽtulus omnes
Virtutis stimulis & nobilitate dolendi
Pręcessit: dignasq; tulit modo consule voces.
Siccine Thessalicę mentem fregere ruinæ?
Vna dies mundi damnauit fata? secundum
Emathiam lis tanta datur? iacet omne cruẽti
Vulneris auxilium? solos tibi Magne reliquit
Parthorũ fortuna pedes? qui trãsfuga mundi
Terrarum totas tractus cœlumq; perosus
Aduersosq; polos alienaq; sydera quæris:
Caldæos culture deos: & Barbara sacra
Parthorũ famulus: qd causæ obtendit armis?
Libertatis amor: miserũ quid decipis orbem
Si seruire potes? te quẽ Romana regentem
Horruit auditu: quem captos ducere reges:
Vidit ab Hircanis Indoq; a littore syluis:
Deiectum fatis: humilem fractumq; videbit?
Extolletq; animos latium vesanus in orbem:
Se simul & Romã Põpeio supplice mensus.
Nil animis fatisq; tuis effabere dignum.

¶ Q; si nos Aeoa fides. Prosequitur orationem suam Pompeius dicens. Q; si fides Aeoa. i. orientalis populi fidelitas, & fœdera Barbara. i. cum Barbaris inita: fallant nos. i. credulitatem nostram: & fortuna ferat. i. afferat, naufragium. s. damnũ aut iacturam, supra commercia mundi vulgati. i. vltra gentes nobis cognitas per commercia & consuetudinem viuẽdi: ego non precabor regna quæ feci. i. auxilia regum quos in regnis locaui: quales erant Tygranes, Ariobarzanes, Pharnax, Ptolemæus: sed ego feram magna solatia mortis, iacẽs orbe alio. i. externo vbi non sim cognitus, socerum. s. meum, nil fecisse cruente. i. crudeliter, in hæc. i. mea membra, hoc est q; socer meus fuerit innocens mortis meę: & socerum nil fecisse pie in hęc membra. i. q; non moriar obnoxius aut deuinctus socero ob

pietatem in me præstitā. quod ex magnanimitate supba dicit quę mallet ignota egere q̄ a notis (modo sint ęmuli) beneficiū accipere. Sed ego reuolues cuncta fata vitę meę, ego fui semp venerabilis illa parte orbis, videlicet in Parthia. quantus. i. o quantus, aut quantus putatis fui supra Mæotida, scilicet palu dem Scythię: & quantus ad Tanaim fluuium: qui diuidit Europam ab Asia: cōspectus. i. conspicuus, in toto ortu. i. tota pte orientali? In quas terras nomē nostrū abit pro abijt: actis felicibus. i. per felicitatem actorū meorū: magis supple q̄ in Parthicas? q. d. diceret ī nullas. Aut vñ nomē nostrū, redit, predijt sup. cum maiori triūpho? q. d. de nullis. O Roma, vos ciues & cōsilium Romanum, faue. i. annue cœptis sup. meis. Quid enim lætius præstiterint tibi vnq̄ superi: q̄ si geras bella ciuilia milite Partho: & q̄ consumere tantam gentem. s. in bello ciuili ne in pace nobis noceat: & miscere. i. immiscere & implicare nostris malis. i. bellis intestinis ad nos tantum pertinētibus? q. d. nihil. Quia cum arma Cæsaris concurrēt Medis. i. pugnabūt cum Parthis & Medis, necesse est vt fortuna vindicet aut me de Cæsare si vicerint eū, aut Crassos de Parthis: si Parthi a Cęsare victi fuerint: & vtrunq; erit reip. Romanę vtile, vtpote aut Cæsarem aut Parthos, aut potius vtrosq; perimi. Et ita est dilemma ex vtraq; parte concludēs: qđ cū sit fortissimū, oratorie in fine ponit. Pōpe. fatus sic, sensit murmure. i. ex murmuratione, viros. s. consiliarios & senatorios, qui nō poterāt facile in duci, damnasse cōsiliū. s. suum, hoc est Pompeij: quos. s. viros Lentulus cōsularis vir, præcessit omnes stimulis virtutis & nobilitate dolendi. i. nobili dolore, q; resp. Romana deberet a sūmis hostibus auxilium petere: & tulit voces. i. protulit orationem, dignas. i. dignam, modo. i. paulo ante consule. i. eo qui pauloante fuerat consul, dicens. Siccine. i. nunquid sic, ruinę Thessalicæ fregere mentem. s. tuam, & vna dies damnauit fa-

nes dānabant cōsiliū Pōpeij, sed tacite: verū Lētulus cuius ex act⁹ erat cōsulatus, pfari cœpit audacter & castigare Pōpeiū q; ei⁹ aīmus ob cladē Pharsalicā adeo esset intract⁹ vt vellet petere Parthos, qb⁹ seruire cogeret: & eoꝝ deos adorare. Vna dies. s. cladis Pharsalicę. Scđm Emathiā. i. p⁹ cladē Pharsalicā. Secūdū enim significat post vt frequenter apđ Liuiū, scđm salutē, scđm p̄liū, scđm orationē. Parthorū fortūa pedes. Hoc ideo dicit q a reges Parthorū adorari volebāt basiatis pedib⁹. qđ ab omnibus humilioribus erga nobiliores vsurpatū fuisse apđ Persas Strabo testat̄ Martialis. Parthoꝝ sola basiate regū. Auersosq; polos. i. polū haustrinū nobis auersū. Chaldęos culture deos. o Pōpei cogeris tāq̄ famul⁹ seruire & colere deos Parthorū. Chaldęi eñ philosophi sunt Babyloniorū: vt scribit Stra. q Parthos & Assyrios docent q dij sint colēdi. Si seruire potes. q a petendo Parthos petis seruitiū. Teq̄ Romana regētē. o Pōpei i qt Lētul⁹ poteris ne pati videant te deiectū & humilē: quē viderūt Romana fata gubernantē, reges captiuos in triūphū ducētē ab hircanis syluis. vt ait Stra. in Hircania sūt immēsę syluę. Extolletq; aīmos latiū. Parthorū rex efficiet ne tua humilitate supbus adeo vt audeat extollere aīmos ad iuadēdam Italiā cū viso te o Pō. supplice & fracto vires suas & Romanas metietur? Mensus. i. mēsura colligens.

ta mundi. i. fata tua qui imperator es mundi? datur tanta lis. s. de imperio & vita ducum, secundum Emathiā. i. secundum voluntatem eius qui in Emathia vicit, hoc est pro Cæsare? iacet omne auxilium cruenti vulneris id est sunt ne omnes occisi qui cruenta vulnera hosti inferre possint? O Magne reliquit fortuna tibi solos pedes. s. deosculandos aut adorandos in signum subiectionis Parthorum? quasi diceret summorum hostium: tibi inquā qui existens transfuga mundi. i. te exterminans e mundo, vtpote perosus. i. perfecto odio habens totos tractus terrarum & cælum. s. huius mundi. i. nobis noti, quæris polos aduersos. i. Parthos qui polū Antarcticum aspiciunt: & sydera aliena, id est eos qui sydera nobis aliena aspiciunt: quæris inquit o culture, id est qui es culturus deos Caldæos, id est Caldæorum, & sacra Barbara, id est a Barbaris non rite deis instituta? existens famulus Parthorum. quid causæ obtenditur armis, id est ad quid arma sumere vis? poteris enim seruire sine armis. Libertatis amor. i. nonne amor libertatis obtenditur armis? quod si est, quid, id est ad quid decipis miserum orbem, id est Romanos rerum dominos, si tu potes seruire, id est si paratus es seruire cur non solus seruis: aut si libertatem amas: cur te vltro in seruitutem redigere vis? & tecum totum mundum? Videbit, id est nunquid videbit Parthus te deiectum fatis humilem & fractum, quem regentem Romana, id est res Romanes, horruit auditu, id est ex sola fama: & quem vidit ducere, id est abducere, ab syluis hircanis & ab littore Indo, id est indico, reges captos id est captiuos? & ipse Parthus vesanus, id est insaniens præ lętitia, extollet animos, in orbem latium, id est ad inuadendam Italiam: mensus se simul & Romam, id est vires suas & Romanas, Pompeio supplice, id est quum Pompeius summus Romanorum imperator, sit supplex? Præterea docet eum supplicem & abiectum in aula Arsacidarum futurum: quandoquidem licet generosum haberet animum, tamē quia loqui ad illos nequiret: non posset eum indicare. vnde dicit. Tu nil effabere dignum animis tuis & fatis tuis, id est pristina fortuna: quia non intelligent te. vnde ait.

SVLPITIVS.

Exiget ignorans latiæ cōmercia linguę
Vt lachrymis se Magne roges. patimur ne pu(doris
Hoc vuln⁹ clades vt Parthia vindicet an
Hesperias q̄ Roma suas? ciuilibus armis
Elegit te nempe ducem: quid vulnera nostra
In Scythicos spargis popl'os? cladesq; latētes
Quid Parthos trāsire doces? solatia tanti
Perdit Roma mali nullos admittere reges:
Sed ciui seruire suo, iuuat ire per orbem

¶ Exiget: requiret. Commercia linguæ: sermonem latinum. Patimur. pati debemus vt Parthi ante vlciscantur cædem Romanoꝝ q̄ ipsa Roma? Ciuilibus armis. admonet eū officij. Tu inquit electus es ad gerēda bella ciuilia non ad exteros excitandos in ciues. Quid vulnera. arguit imprudentiæ q; q̄ celāda sunt indicet, & hostes excitet. Solatia mali. spem & fructum belli qui est non vt seruiat regib⁹ externis: sed pareat magistratib⁹ suis. Nullos admittere reges. vt nō admittat. Ducentem, te. In Romana mœnia, oppugnanda vł euertēda. Ab Euphrate, a Parthis. Qui solus. Solus Phrahartes qui nobis hoc ī bello nō fauit cū esset incerta victoria, nunc fauebit & in victorem insurget? Fato celāte fauo

rem. erat enim exitus belli incertus. Opes victoris, potentiam Cęsaris. Tecum, qui victus es. Genti, Parthicæ q̄ orientalis est & mollis. Omnis in arctois. locus quo dissoluit laudes quas Pompeius Parthis ascripserat: & argumentatur a cælo & solo natali cuius qualitati hominum natura & mores respondent: vt docet Victruui⁹ libro sexto. Ideoq; Arctoos fortes, Orientales molles, & Parthos imbelles fugaces effœminatosq; esse Lentulus mōstrat. Tractus, regiones. Labitur, vergit, exporrigitur. Emollit, eneruat, effœminat. Laxas vestes. quæ sunt argumēta mollitiei. Laxas, latas. Fluxas, longas. Parthus. Parthum fuga per plana tantum non viribus valere dicit. Sarmathicos, Scythicos. Tumebit, mōtuosa erit. Per tenebras, noctu. Incerto, non certum locum ferienti. Vorticis violenti, id ē vorticosum & rapacis conuolutionis. Nec tota. nec vulneratus in pugna perseuerabit: nec æstum & puluerem patietur. Exiget solem. id est ducet diem. Aries, trabs ferrata. Machina, compositio ex materia, & tormentum. græce dicitur μηχανη. Fossas implere. quod fit a fascibus, cratibus, terra, trabibus. Murus erit. erit pro muro qui illęsum te præstet. Pugna leuis est ipsis Parthis. Fugax non statarium prelium. Illita dolis, sparsa doloso veneno. Virtus fortitudo. Pati martem cōminus. conserere manus & stricto ense pugnare. Longe tendere neruos: procul sagittas emittere. Permittere ventis: casu quodā non recte inferre. Habet vires, vim infert. Virorum. fortium & quæ ex fortibus constet. Medos, Parthos. Remeare, fugere. Manus: nil fortitudinis. BEROALDVS.

¶ Exiget ignorans latię commercia linguæ .i. rex Parth⁹ cum ignoret latinam & Romanam linguā exiget a te vt effusis lachrymis indices q̄d velis: & sic lachrymę erūt tibi loco p̄cum & verborū apud regem Parthum. Clades vt Parthia vindicet ante. i. patiemur ne inquit Lentulus hoc dedecus vt Parthi ante vlciscantur clades Romanas q̄ ipsa Roma ad quam vltio pertinet. In Scythicos spargis populos. i. Parthos a Scythis oriūdos. & lingua Scythica Parthi exules dicunt̄ vt scribit Iustinus. Cladesq; latētes Ad Parthos trāsire. quid inquit Lentulus o Pōpei iuuat te docere Parthos clades nostras quę eis sūt occultę & ignorantur? Solatia tanti perdit Roma mali. i. si p̄pter hāc cladē Pharsalicam vis trāsire ad Parthos, Roma p̄det solatiū tanti mali: quia cogetur seruire regi externo & Barbaro cū mallet seruire Suo ciui. tibi vel Cęsari scilicet Ducētē. s. te o Pō. Sęuas gētes Parthicas. Signaq; ab Euphratē. Iuuat ne te, o Pō. seq signa Romana quę Parthi īterfectis Crassis patre & filio ceperunt? quia illa contra Romanos portabunt. Qui solus regū fato. Cū rex Parthorum solus noluerit īteresse cladi Pharsalicę & sequi te adhuc florentē, credis ne eū secuturū p̄tes tuas p̄fligatas: & q̄ velit prouocare vires Cæsaris victoris? Aut iungere fata, quasi dicat non vellet iungere felicitatem suam cum infortunio tuo: sed potius iungeret se Cæsari victori. Omnis

Ducentem sæuas Romana in mœnia gētes?
Signaq; ab Euphrate cū Crassis capta seq̄ntē?
Qui solus regum fato celante fauorem
Defuit Emathiæ: nunc tātas ille lacesset
Auditi victoris opes: aut iungere fata
Tecum Magne volet? nō hęc fiducia genti est.
Omnis in Arctois populus quicunq; pruinis
Nascitur indomitus bellis & mortis amator.
Quicquid ad Aeoos tractus mundiq; teporē
Labitur: emollit gentes clementia cęli.
Illic & laxas vestes & fluxa virorum
Velamenta vides: Parthus per Medica rura
Sarmathicos inter cāpos effusaq; plano
Tigridis arua solo: nulli supabilis hosti est
Libertate fugæ: sed nō vbi terra tumebit
Aspera cōscendet mōtis iuga: nec per opacas
Bella geret tenebras: incerto debilis arcu.
Nec franget nando violenti vorticis amnem.
Nec tota in pugna perfusus sanguine mēbra
Exiget ęstiuum calido sub puluere solem.
Non aries illis: non vlla est machina belli:
Haud fossas implere valent: Parthoq; sequētē
Murus erit quodcūq; potest obstare sagittæ.
Pugna leuis: bellūq; fugax: turmęq; vagantes:
Et melior cessisse loco q̄ pellere miles.
Illita tela dolis: nec martē cōminus vnq̄
Ausa pati virtus: sed longe tendere neruos
Et quo ferre velint permittere vulnera vētis.
Ensis habet vires: & gens q̄cunq; virorum est
Bella gerit gladiis: nam Medos prelia prima
Exarmāt: vacuæq; iubent remeare pharetrę.
Nulla manus illis: fiducia tota veneni est.

¶ Exiget &c. Prosequitur orationem suam Lentulus qua detestatur Parthorum cōmercia dicēs. Parthus sup. ignorās cōmercia linguę latiæ. i. latię, hoc est sermonem latinum per quē latini commercia faciunt cum iis qui eū intelligūt, exiget, id est requiret a te, o Magne, vt roges se lachrymis: quia cū verba non intelliget erit lachrymis & vultu lugubri ad miserationem prouocādus. Patimur ne. i. placet ne q̄ patimur, hoc vulnus pudoris, id est hoc probrū pudendū: vt Parthia regio hostilis, vidicet. i. vlciscat, clades Hesperias. i. q̄s Hesperij, hoc ē Itali

in Pharsalia passi sunt, añ.i.prius, q̃ Roma vindicet suas.i.ꝓprias clades & de Parthis & de Cæsare: Nempe.i.certe Roma elegit te ducē armis ciuilibus.i.ad bella ciuilia gerēda. quid.i. ad quid spargis vulnera nr̃a.i.Romanorū ciuium in populos Scythicos.i.Parthos a Scythicis oriūdos: hoc est vt fiāt a Parthis: & quid.i.ad quid doces clades latentes.i.occultas, transire Parthos.i.cognosci a Parthis & ab eis qui remotiores sunt: quasi di.inconsulte doces inimicos populi Romani, mala ei⁹. Roma perdit solatia tanti mali.i.fructum omnium bellorum videlicet nullos.i.non vllos, non admittere ad imperij gubernationē, vllos reges.s.externos, sed seruire ciui suo.i.consuli e ciue suo creato, sed tu vis eā libertatē auferre, quia iuuat.s.te, ire per orbē: ducentē.i.vt adducas, sęuas gentes vt parthos, in moenia Romana, & sequentē signa.s.Romana capta cū Crassis.s.ducib⁹ Romanis, ab Euphrate.i.a Parthis accol' Euphratis. Ille.s.Phrahartes rex Parthoꝝ, qui solus regū defuit Emathię.i.tibi in Emathia, & hoc fato.i.incerto euentu belli, celāte i.occultante fauorem: quia licet tibi forte fauerit, non tamē est ausus pendente bello fauorem ostendere: ille inquā lacesset.i. putas ne ꝙ lacesset.i.ꝓuocabit iniuria aut laceratū ibit, nūc tātas opes.i.potentias & vires, victoris.s.Cæsaris, auditi.s.ꝑ famā: aut o Magne volet ille iungere tecū fata.s.sua: quasi diceret nequaq̄, quia hæc.i.huiusmodi fidutia.s.i virtute & armis suis non est genti.s.ꝑthorū ad orientē vergenti. Nā oīs populus quicunqȝ nascit̃ in pruinis arctois.i.sub frigore septentrionali, est indomitus bellis, & amator mortis. Vñ Maro. Mortē contemnunt laudato vulnere Getę. Sed quicquid.s.gentium labitur ad tractus eoos.i.orietāles, & ad teporem mundi.i.ad tepidam plagā cæli, clementia.i.indulgentia cæli.i.aeris, emollit.i.effœminat & eneruat gentes. Tu vides illic.s.oriētem versus, & vestes laxas.i.latas & solutas, & velamenta virorum fluxa.i.fluentia, q̄ non sunt bellis apta. Parthus existens per rura medica.i.mediæ regionis vicina, & inter cāpos Sarmaticos, & arua Tigridis effusa solo plano, nulli hosti est superabilis libertate fugæ: quia liberat se a morte & captione per fugā. Sed vbi terra tumebit.i.habebit tumulos & colles, ibi sup.nō conscēdet parthus aspera iuga montis, nec geret bella per opacas tenebras.i.per noctem, existens debilis arcu incerto.s.ad feriēdum: nec .i. & non franget nando amnem.i.fluctum, vorticis id est gyri aquarum violenti, dic in singulis vt faciendū est cōtra militem Romanū. nec parthus perfusus.id est habens perfusa tota membra.s.sua, sanguine ī pugna, exiget.i.ad finem aget solem æstiuum sub puluere calido.i.non durabit vulneratus æstum solis. Aries nō est illis, & vlla machina scilicet bellica, subaudi alia, non est illis: & ip̄i haud valent implere fossas s.transeundas: & partho sequente.i.persequente aliquē, quodcunqȝ.i.quęcunqȝ res potest obstare sagittę.s.illius, erit murus i.munimē contra Parthū. Pugna sup. Parthi est leuis: & bellū fugax.i.fugiendo gerēdū: & turmę vagantes.i.sine ordine discurrentes, & [illegible]les melior.i.aptior cessisse loco.i.ad fugiēdū, q̄ pellere.i.q̄ ad pellēdū & fugādū. Tela illita dolis.i.veneno, sunt illis: nec virt⁹.i.animositas ausa vnq̄ pati cōmin⁹.i.cōsertis manib⁹: sed tēdere neruos lōge: & ꝑmittere vētis.i.arbitrio ventorū, quo.i.i quā partē, velint ferre vulnera. Ensis habet vires.i.signū est viriū ꝙ quis ense pugnat: & quęcūqȝ gens est virorum i.fortiū, gerit bella gladijs. Nā prima prelia exarmāt.i.nudāt armis q a telis, Medos: & pharetræ vacuæ iubent remeare.i.retrocedere. Nulla manus.i.fortitudo est illis, sed tota fidutia est veneni.i.in veneno telis illito.

in arctois populus. Sensus est oēs populi septētrionales sunt indomiti bello & contemptores mortis: cōtra oēs qui vergunt ad oriētē & partes calidiores sunt timidi emollitiqȝ propter aeris molliciē: & sic Parthi sunt imbelles & effœminati vtpote vergētes ad oriētem & meridianas partes. Illic & laxas vestes. Indi, Medi, & Parthi vestes laxas & fœmineas gerunt. Vnde ait Vergilius. Medis laxior indicisqȝ bracchis. Nulli supabilis hosti ē. Parthus inter Medos & ꝑ agros Tigridi vicinos a nullo superari pōt in pugna qm̄.s.dimicat fugiendo & sagittas a tergo mittendo: & hoc optime facit in locis planis: verum vbi essent montes nollet Parthus cōscēdere iuga & colles asperos: assuetus in planitie camporum. Terra tumebit. Terra dicit̃ tumere mōtibus insurgentibus. Nec franget nando.i. Parth⁹ non sciret nec auderet natando superare impetū fluuiorū rapidorū quēadmodū Romani milites sępe faciebant. Nec totū in pugna .i.miles Parthus nō posset durare pugnādo per totū diē ęstiuū q longissimus est: qd̄ Romani sępe fecerūt dimicātes a mane vsqȝ ad vespeꝝ. Non aries illis. pręterea Parthi nullā habēt machinā bellicā. & de ariete supra diximus. Murus erit quodcūqȝ pōt obstare sagittę. Parthi in pugna solis sagittis vtunt̃. Vnde quicquid siue clypeus siue thorax erit loco muri resistens ictibus sagittarū. Bellumqȝ fugax. expressit vno versu quale sit Parthorū bellū. est eñ fugax quia fugiēdo non minus nocēt q̄ consistendo missa post terga sagitta vt supra dictū est in primo. Turmęqȝ vagantes. ꝓprie locut⁹ est. Turmæ eñ sunt equitū & habēt numerū. xxx. vt ait Varro. Vegeti⁹ dixit turmā cōstare ex.xxxij. Parthi autem semꝑ dimicant ex equis. Illita tela dolis.i.sagittę tinctę veneno. Cōmin⁹.i.ꝓpe cū gladijs. Permittere vulnera ventis. Parthi ꝑmittūt vulnera ventis quia sagittas emittūt q̄ vento ferunt̃. Et gens quæcunqȝ virorū.i.oēs gentes bellicosę & viriles cōficiunt bella gladijs cōminus dimicātes. Medos ꝓlia prima exarmāt effusis sagittis Medi.i.parthi sunt exarmati. qm̄ nullo alio armorū genere vtuntur. Pharetrę, receptacula sagittarū.

Credis Magne viros quos in discrimia belli
Cum ferro venisse parū est: tentare pudēdū
Auxilium tanti est: toto diuisus vt orbe
A terra moriare tua: tibi barbara tellus
Incūbat: te parua tegant ac vilia busta:
Inuidiosa tamen: Crasso q̄rente sepulchrum.
Sed tua sors melior: qm̄ mors vltima pœna ē

SVLPITIVS.

¶ Viros. Fortes & humanos. & a dolis & crudelitate vituperat. Tentare pudendum auxilium tanti est. tāti facis inquit ad Parthos cōfugere cum dedecore: vt mala in q̄ incides & perfidiā non perspicias: primū eris exul & in aliena terra vix humat⁹: Corneliāqȝ turpi seruituti subijcies. Incumbat tibi. premat cadauer tuum. Inuidiosa, inuidiæ plena: cū Crassus insepultus fuerit feris & alitibus præda. Sed tua sors melior. melius tecum agetur q̄ cum Cornelia. estqȝ locus ab instantibus malis. Quoniam mors. Salustius ait, Mortem

Non metuenda viris: at nõ Cornelia letũ
Infando sub rege timet. nũ barbara nobis
Est ignota venus? quæ ritu cæca ferarum
Polluit innumeris leges & fœdera tedæ
Cõiugib9: thalamiq; patẽt secreta nefandi.
Inter mille nurus epulis vesana meroq;
Regia nõ vllis exceptos legibus horret
Concubit9: tot fœmineis complexibus vnum
Non lassat nox tota marem. iacuere sorores
In fratrũ thalamis: sacrataq; pignora matrũ.
Dãnat apud gentes sceleris nõ spõte peracti
Oedipodionias infelix fabula Thebas.
Parthorũ dñs quoties sic sanguine misto
Nascitur Arsacides? cui fas implere parẽtem:
Quid rear esse nefas? ples tã clara Metelli
Stabit barbarico cõiunx millesima lecto.
Q̃z q̃ nõ vlli plus regia Magne vacabit
Sęuitia stimulata Venus titulisq; virorum.
Nam quo plura iuuẽt Parthũ portẽta? fuisse
Hanc sciet & Crassi ceu pridẽ debita fatis
Assyriis trahitur cladis captiua vetustæ.
Hęreat eoæ vulnus miserabile sortis:
Non solum auxiliũ funesto ab rege petisse
Sed gessisse prius bellũ ciuile pudebit.
Nã quod apđ populos crimen soceriq; tuũq;
Maius erit: q̃ ꝓ vobis miscẽtibus arma
Crassorũ vindicta perit? incurrere cuncti
Debuerant in Bactra duces: & nequavacarẽt
Arma vel arctoũ Dacis Rheniq; cateruis
Imperii nudare latus: dum perfida Susis
In tumulos ꝓlapsa ducũ Babylõq; iacerent.

ęrũnarum requiem nõ cruciatum esse. Eam cũcta mortalium mala dissoluere. vltra neq; curę, neq; gaudio locũ esse. Nõ letũ. sed decus. Venus, lasciuia. Cæca, incõsyderata promiscua incesta. Innumeris, plurimis. tot eñ reges accipiũt quot libet: alij quot possũt alere. Secreta thalami patent. in publico coeũt. Nefandi, scelerati. Nurus, nuptas. Epulis vesana meroq; regia. i. reges saturi & ebrij legibus vetitos coitus appetunt. Exceptos, notatos. Marem. qui tã fortis est ad libidinẽ, vt vna nocte cũ plurimis coeat indefessus. Sacrata pignora. & filij, q̃ iure naturę debent esse inuiolati, thalamos matrũ incestãt. Dãnat. exclamatio qua illos Oedipode scelestiores esse coarguit. Is eñ casu & per ignorantiam cum Iocasta matre cõcubuit: hi sponte. Oedipodionias: quibus Oedipus est dominat9 Quoties. sępe eñ accidit vt rex sic nascatur. Cui fas implere. Ille cui cum matre coire licet, quid scelus putabit? Proles Metelli: Cornelia Scipionis Metelli filia. Millesima, vltima inter mille: q̃ q̃ sit ea rex frequẽter visurus vt crudeliter insultet ei & honori tuo & Crassi. Ven9 regia vacabit. rex libidinosus erit intentus. Sæuitia: vt crudeliter agat in mœstã. Portẽta: monstrosæ libidines & turpes causę Fatis, victorię. Trahit captiua. ducit vt præda Crassianæ calamitatis. Hęreat. si meminenris Crassianæ cladis inquit nõ modo te pudebit a Parthis auxiliũ petiuisse: sed ãte Crassi vltionẽ pugnasse in ciues. Maius, damnabilius. Vindicta perit: vlcisci non possum9. Duces, Romani. In Bactra. in Parthos. sunt eñ ad Oxum amnẽ. Nequa vacarẽt arma. ne vlli ab hoc bello cessarent, a Dacis Germanisq; reuocãdi essent exercit9. Nudare, vacuare militibus. Susis. Susis quæ & Susa dicunt a Dario histaspis filio cõdita fuerũt in Perside absuntq; a Seleucia Babylonię quadringentis quinquaginta millibus passuum: vt Plynius ait. Ducum. Crassi & reliquorum.

Oedipus.

Bactra.

Susis. Susa.

PHI. BEROALDVS.

¶ Credis Magne viros. i. o Põpei credis Parthos esse viriles & fortes quibus parum videtur ferro dimicare nisi addãt venenũ in quo omnis eorũ cõsistit fidutia. Auxiliũ pudẽdũ. s. parthorũ plenum ignominię & dedecoris. Tãti. s. precij. Vilia busta iuidiosa tamẽ. apđ Parthos teget te o Pompei sepulchrum vile & plebeium quod tamen erit inuidiosum qm̃ Crassus ipe est insepultus: nec quidẽ minimo busto tegit. Inuidiosa res dicit cui iuidetur. Sed tua sors leuior. o Pompei tua conditio est leuior: quia etsi morieris apud Parthos tamen hoc vir fortis non timeret. Verũ vxor tua Cornelia erit obnoxia libidini barbaricę. Cornelia ergo non timet mortem sub rege turpi & libidioso: sed impudicitiã & stuprũ. Polluit inumeris leges. Parthi, psę, oẽsq; barbari fere ducunt vxores plures, & multas pellices alunt propagandæ sobolis gratia: vt scribit Strabo. & hoc in primis faciunt reges. Vnde ait Lentulus. Venerem & libidinẽ barbarorum polluere & contaminare fœdera tędę id est coniugij, ductis pluribus vxoribus & pellicibus. Inter mille nurus, id est

¶ Credis magne viros? Q uẽadmodũ Põpei9 virtutẽ ꝑthorũ pri9 extulit, ita nũc Lentul9 cõtinuo deprimit dicẽs. O magne credis viros. i. fortes & humanos esse, quos venisse ĩ discrimina belli. i. ĩ ꝓlia & certamẽ, cũ ferro. i. telis ferreis est. i. reputat parũ nisi sup. adhibuerint venenũ? est tibi tãti. s. pretij, tentare (quia certus non erat an impetraret) auxilium pudẽdum, quia a pudendis, vtpote turpibus & eisdẽ hostibus, vt tu moriare. i. moriaris diuisus toto orbe. i. climate cæli, a terra. i. patria tua: & vt terra barbara incumbat tibi. i. vrgeat te in sepulchro positum: & vt busta id est tumbæ, parua & vilia, tegant te. i. corpus tuũ? sed sup. q̃uis parua & vilia, tñ inuidiosa. i. inuidenda tibi, Craſ

so quęrente sepulchrũ.i.cũ Crassus careat sepulchro. Sed sors i.cõditio tua,ē melior.s.q̃ vxoris.qm̃ mors ē vltima pœna nõ metuẽda viris.i.virilib⁹ & aiosis,hoc ē qm̃ tibi mortē cõsciscere poteris q̃ vltimũ malorũ est:at Cornelia.s. vxor tua, non timet letũ.i. necē,sub rege infando.i.detestando, quia grauius quiddã vtpote stuprũ timendũ habet.Nũ.i.nunqd, Venus.i. libido,barbara.i.barbarorũ est ignota nobis:q.d. nequaq̃. vtpote,q.s.Ven⁹ cęca ritu.i.more ferarũ,polluit innumeris cõiugibus.i.ex eo q̧ habēt incerto numero cõplures vxores violauit aut violat,leges & fœdera tędę.s. cõiugalis.i. matrimonij: & secreta thalami nefandi.i.turpis copulę, patent.i. ab illis in propatulo fiũt:q̃ natura secreta esse voluit. Regia.i.aula, vt sit locus pro locato.i.rex ipē,aut regia Ven⁹, vesana.i. ebria & efera, epulis & mero.i. crapula, non horret inter mille nurus.i. nuptas,cõcubitus exceptos.i.exēptos & ꝓhibitos vllis.i.quibuscunq̧ legibus. vna nox aut tota nox nõ laxat, vt legit Aldus.i.nõ eneruat, aut nõ lassat.i.non fatigat, vnũ marē.s.regē, tot cõplexib⁹.i.coitib⁹ fœmineis. Sorores iacuere.s.sæpe apd̃ Parthos & Persas,in thalamis.i.cubilibus aut toris fratrũ:& pignora sacrata.i.legitimo toro ꝓcreati filij,sup.iacuere in thalamis matrũ:&.i.attamē aut nihilominus fabula infelix.i.qua īfelices vtunt̄,dãnat.i.arguit & reas agit,apud gentes.s. varias Thebas œdipodiõias.i.ab Oedipode rectas, sceleris pacti nõ spõte.i.ꝓpter incestũ œdipodis peractũ cũ mr̃e ab ignorante, cũ respectu turpitudinis pthorũ nullũ sit crimē in Oedipode. Quoties Arsacides rex Parthorũ,nascit̄ sanguie mixto sic.i. vt fili⁹ e mr̃e aut sorore regē gignat:q.d. freq̃ntissime. Quid reat.i.putē merito esse nefas illi sup.cui fas est iplere.i. grauidam facere, parētē.i.matrē suã:q.d.nihil. Et ita ꝓles Metelli.s. Cornelia vxor tua Scipiõis Metelli filia,tã clara.i.tã illustris,stabit cõiūx millesima.i. quantũ ad estimationē & honorē milesima habēda, lecto barbarico.i.regis barbari,q̃q̃ o magnæ Ven⁹.i. libido regia.i.ipius regis,stimulata sęuitia.s.ob odiũ nois Romani,& titulis virorum, qa Crasso & tibi nupsit, nõ vacabit.i. operã venereã dabit, plus.i.sępius, vlli.s.mulieri q̃ tuæ vxori. Nã quo.i.p qd̃,portēta plura.i.libidies portentuosę plures,iuuēt.i.delectēt,parthũ:q.d.nullo:aut p nihil.qa sciet hãc.s.Corneliã,fuisse &.i.etiã Crassi sup.cõiugē,ceu.i.tãq̃ ipa debita pridē.i.multo añ fatis.i.felicitatib⁹ assyrijs,trahit̄ captiua.i. vt pręda, vetustę cladis.i.ex clade Crasso illata:i qua oia victi veniebãt ad victorē. Hęreat.subaudi si.si vuln⁹ miserabile sortis eoꝝ i.calamitatis acceptę in oriēte,hęreat.i.fixũ sit in pectore tuo, pudebit.i.pudeat te o Magne non solũ petisse auxiliũ ab rege funesto.i.funeris Romanorũ authore,sed gessisse pri⁹ bellum ciuile,sup.q̃ bellũ pthicũ,in vltionē Crassi & reliquorũ.Nã qd̃ crimē maius erit,soceri & tuũ,apd̃ populos.i.iudicio oim populoꝝ,q̃ q̧ vobis miscētib⁹ arma.i.gerētib⁹ bella ciuilia, vindicta Crassoꝝ.i.p Crassis faciēda, pit,ꝑ perijt:q.d.nullũ. Cũcti duces.s.Romano impio subiecti,debuerãt incurrere.i.impetũ facere i Bactra.i.in pthos:& nudare lat⁹ arctoũ.i.septētriõale imperij.i. vacuare militib⁹, Dacis & cateruis Rheni.i. Alemãnis,hoc ē eos mittere in pthos,ne q̃.i.ne aliq̃ arma vacarēt.i.ociosa sint, dũ.i.donec Susis vrbs pfidis,pfida.i.pfidis habitata, & dũ Babylõ Metropolis Assyrię iacerēt plapsa in tumulos.i.monumēta ducũ.s.Romanoꝝ illic cæsorũ.i. vt ex ruinis illarũ vrbiũ fierent honorifica monumenta Romanorum.

fœminas & pelices.Nõ horret cõcubit⁹.Reges vino ciboq̧ repleti,nullos timent concubitus:nã coeũt cũ matribus & sororib⁹ more magoꝝ:qui vt Strabo & Eusebi⁹ tradunt cũ mr̃ibus cõgrediunt̄. Catullus. Nã magus ex matre & gnato gignatur oportet. Nõ lassat nox tota marem .Nõ defatigat̄ coeũdo cum tot fœminis vnic⁹ rex:cum dici soleat, Vnã fœminam,decem viros delassare posse. Sacrataq̧ pignora matris.i. filij cõgrediunt̄ cũ matribus ex more patrio. Damnat apud gētes. Oedipus Theban⁹ ꝑ imprudentiã cõcubuit cũ matre Iocasta quã sumpsit vxorē & ex ea genuit filios, vt Diodor⁹ & Statius tradunt: verũ apud Parthos damnat̄ Oedipus qm̃.s.nõ sua spõte prout ipi cũ matre concubuit. Parthorũ dñs.i. existimo oia nefanda apud parthos esse licita cũ reges nascant̄ ex concubitu matris & filij. Cui fas implere parētē.i.cui licet pręgnãtē facere matrē. Proles tã clara Metelli.i. Cornelia filia Scipiõis Metelli. Millesima.i.milesimũ hoc ē iter mille vltimũ locũ obtinens. Vacabit,indulgebit. Regia Venus.i.libido regis. Fuisse hanc sciet & Crassi. Ratio q̃re rex Parthoꝝ magis sit dãturus operã libidini Corneliæ q̃ alteri⁹:q.a.s. sciet eã fuisse prius cõiugē Publij Crassi filij q a pthis fuerat interēptus. Vñ videbit̄ Cornelia tradi regi tanq̃ captiua. Cladis vetustę. s.quã passi fuerãt Crassi & eius marit⁹. Hęreat eoꝝ vuln⁹. Sēsus est si i pectore tuo & Romanorũ esset infixa clades Crassorũ ꝑfecto puderet gessisse prius ciuilia bella q̃ vindicasse Crassanã cladē. Crassorum vindicta perit. nullũ mai⁹ crimē & tuũ o Põpei & Cæsaris apud posteros fuisse dicet̄,q̃ q̧ omiseritis vindicare Crassos interēptos dũ malitis gerere bella ciuilia. In bactra.i.cõtra parthos.de bactris dictũ ē supra. Vl'arctoũ dacis rheniq̧ cateruis. Sēsus est debuerãt Romani reliquere Germaniã & Dacos sine custodijs militũ & omnes copias ducere cõtra pthos ad Babylona & Susa euertēda: vt ita mors Crassi vindicaret̄. Perfida Susis. Susa vet⁹ regia Persarũ fuit a Dario cõdita: vt scribit Ply. & dictũ est in secũdo. In tumulos ducũ.s.Crassorũ.

Assyriæ paci finem fortuna precamur.
Et si Thessalia bellum ciuile peractum est:
Ad Parthos qui vicit eat. gens vnica mũdi est
De qua Cęsareis possim gaudere triumphis.
Non tibi quũ primũ gelidũ trãsibis Araxem:
Vmbra senis, mœsti Scythicis cõfixa sagittis
Ingeret has voces: tu quē post funera nostra
Vltorem cinerum nudæ sperauimus vmbræ
Ad fœdus pacemq̧ venis: tum plurima cladis

SVLPI.

¶ Assyrię paci finē.i.pricipiũ belli pthici: vt vlciscamur cladē illatã. Peractũ, finitũ. Qui vicit, Cęsar. De q̃ Cęsareis.quã vinci & triũphari a Cęsare quē odi lętarer. Nõ tibi.ab imagine mouet affect⁹:& poti⁹ aliud qd̃ ē molestius faciēdũ suadet.postea honestũ tutũ & vtile cõsiliũ apit. Araxē. Armenię fluuiũ. Senis Crassi. Nudę vmbrę. isepulti cadaueris. Monumēta:signa te submonētia. Quæ mœnia trunci.circa q̃ mœnia duces Romani trũco capite rapti fuerit, vel quas vrbes ipoꝝ capita circuiuerit. Noia tãta, tãtos viros. Detulit in terras.absorpsit secũ & extulit. nã Tigris pluries longo tractu absorbetur a terra & in-

deemergit. Ire p ista. tam crudelib⁹ supplicare. In media Thessalia: in loco tibi grauissimo. Quin respicis. cur nō ad amicos Romani populi te conuertis? Regna, Libyam. Petimus. petere possumus. Pharon. insulam in Aegypto. Aruaq; Lagi, regnum Ptolemaei Syrtibus. natura sua munitam ægyptū esse & puero Ptolemæo fidendū cōcludit. Hinc. ab occidēte qua flectit̃ sinus Syrtis maioris, & arenosum littus: cū mare Libycū sit ei a septentrione. Inde, ab oriente. Amnis gurgite septeno. Nilus septē ostijs in mare Aegyptium & Syriacū effluens. Suis. quæ ibi sponte proueniunt. Mercis. importatiōib⁹ aliarū rerum. Iouis. pluuiarum: quoniam a Nilo inūdatur. Sceptra puer. dissoluit illud Pompeij ætas Niliaci nobis suspecta tyranni. Debita. quia eius patri donasti. Cōmissa. ex testamēto patris. Horreat vmbrā nois. timeat imaginē quandā pueri regis. nā verus expressusq; rex dici non potest. Innocua: nocere nescia. Nec iura. Antiquus rex iniustus, infidus, irreligiosus & ĩpudens est. Aulæ, regis. Mitissima sors. Optima cōditio est in regibus nouitas: & noui reges benignissimi sunt ingenij. Impulit huc. in ægyptum vt iretur persuasit Quantum spes. magna profecto est loquendi libertas in reb⁹ extremis & quasi spe destitutis: liberius eñ & quasi insolenter locut⁹ est Lētulus in Pōpeiū. Cilicū solū: orā. Cypro. i Cyprū. Citatas, pręcipites. Diua, Venus. Vn-
Venus Cyprigena. dæ Paphiæ: maris Cyprij in quo nata est ex pudēdis Cęlij patris. Nasci. cum ęterni sint & nasci non sit credendū. Cœpisse, initiū & originē habuisse. nā quæ initiū habēt finē habere, & oia orta occidere necesse est. Hęc vbi deseruit. Pōpeius cū Cypri cognouisset arcem esse captā sui excludendi causa: & de aduētu Cęsaris fama crebresceret: deposito Syrię ad eūdæ cōsilio, pecunia societatis sublata, & a quibusdā priuatis sumpta, & ęris magno pōdere ad militarē vsum in naues ĩposito, duobusq; milib⁹ hoim armatis Pelusium peruenit vt ait Cæsar. a Cypro eñ ad Nili ostiū recta nauigatiōe in haustrū sunt quadringēta milia passuum. Inde maris. Inde ex transuerso cursum direxit in Casiū montē: q vt inqt
Casius. Strabo est cumulatus in modū pmōtorij aquarū inops. In eo magni Pompeij corpus iacet: & Iouis Casij tēplū. Nocturno lumine. cū obseruaret nocturnum lumen Phari noluit ire in Casiū: sed in Pelusia cū ostiū. Pugnaci: intenti contra ventū. Pars maxima: ē eñ alueorum maximus. Diuidui: quia in septē alueos finditur.

BERO. ¶ Assyriæ paci finē. i. pcamur vt finiat̃ pax parthorū & bella oriantur: ita vt q vicit ĩ acie Pharsalica. s. Cæsar, cōtra parthos pficiscat̃. Gēs vnica mūdi. Soli sūt ĩ toto terrarū orbe pthi, ĩqt Lētul⁹, de qb⁹ gauder̃ possi si Cęsar triūpharet: qm̃ etsi Cęsar ē ĩfest⁹ nobis tñ ego lętarer deleri illā notā quā pthi ĩterfectis Crassis inusserūt Romanis. Vmbra senis mœstio Pōpei cū primū trāsiueris fluuiū pthorū tibi occurret vmbra Crassi senis: & hęc verba q̄ sequūtur tibi ingeret. Scythicis. i. parthicis. Ad fœd⁹ pacēq; venis. dicet vmbra Crassi

Occurrent monumenta tibi: q̄ mœnia trunci
Lustrarunt ceruice duces: vbi nomina tanta
Obruit Euphrates: & nostra cadauera Tigris
Detulit in terras ac reddidit. ire per ista
Si potes: in media socer̃ quoq; Magne sedētē
Thessalia placare potes. quin respicis orbem
Romanum? si regna times piecta sub haustro
¶ Eripiente mari. i. quando fluctus maris volebat eripere corpus Pompeij, tunc Codrus ipsum arctius tenebat: & ipse nũc. i. interdum victus tanto pondere. s. corporis, hoc est quando nequibat corpus mouere proprijs viribus, expectat fluctus. s. maris, & impellit cadauer ad littus pelago iuuãte. s. fluxu suo. Postq̃ sedit. i. resedit & quieuit iam cũ cadauere in littore sicco, incubuit magno. i. se prostrauit super corpus Magni, & effudit lachrymas in omne vulnus. s. ipsius corporis: & fatur ad superos, & ad sydera obscura, quia nimbo tecta. O fortuna (Ergo fortunam etiam cælo locat, aut accipit eã ꝑ euentu nobis incognito, sed a dijs disposito. Pompeius tuus, quẽ in tantum culmen euectum dereliq̃sti, nõ petit ꝑtiosa sepulcra, ture. i. condimẽto ex ture, & cæteris odoribus, cumulato. i. aucto, & coaceruato: non petit etiam: vt fumus pinguis emanans e rogo suo, ferat e membris suis ad astra, odores eoos. i. species odoriferas orientales, seu Arabicas, crocũ, balsamum, myrrham, aloen, cynnama, & similia: & nõ petit: vt pia colla Romana. i. piæ ceruices Romanoꝝ, gestẽt suũ parentẽ. i. patrẽ patriæ merito appellãdũ: & nõ petit vt põpa feralis. i. funebris, ꝑferat. i. ante cadauer dũ ad sepulcrũ ducit̃ ferat, triũphos veteres. i. isignia triũphoꝝ ab ipso actoꝝ: & nõ petit vt fora resonẽt tristi cantu vt nænia ad tybiam decãtata: & nõ petit: vt totus exercit⁹ mœrens. i. lugẽs, & mœstus, ambiat. i. circũeat ignem. i. rogum, armis ꝑiectis. i. hastis ꝑ terrã demissis, & tractis: sed sup. petit, aut peto pro ipo: da. i. vt des Magno vilem arcam. i. pheretrũ, aut Sandapilam, funeris plebeij. i. vulgaris, quæ. s. arca effundat corpus lacerum. i. truncatum, & discerptum, in ignes siccos. i. non vnctos odoribus: & vt robora. i. saltem ligna non desint misero. s. corpori, & vt vstor sordid⁹. i. deformis cremator non desit. O superi satis sit sup. ad miseriam Pompeij: ꝙ Cornelia vxor eius, non iacet crine. i. capillo, fuso. i. passo, & ꝙ non iperat existẽs cõplexa maritum: quia neq; cõplexa est, neq; impat facẽ subici. i. submitti corpi (Scribit̃ vnico i: q̃a sub corripit̃) sed ipsa infelix cõiunx abest a munere. i. officio extremo busti Sũt q̃ legant funere: sed nõ mutẽ. nec est adhuc longe a littore quia paulo ante auecta per fugam. Iuuenis. s. Codrus fat⁹ sic, aspicit procul in vstrina, paruos ignes. s. funebres, cremantes nullo custode. i. sine præsentia parentum, ac libitinorum, corpus vile. i. non charum, sed contemptum, suis. s. necessarijs, & consanguineis, qui per contemptum ipsum dereliquerant. Inde. i. ex illis ignib⁹, rapit flammas, & subducit. i. subtrahit mẽbris, scilicet illius alterius cadaueris robora. i. ligna semiusta. i. semicremata: & ait. O vmbra neglecta, nec chara vlli tuo id est tuorum necessariorum: sed felicior Pompeio, id est habẽs corpus felicius: quæcunq; es, da veniam ꝙ manus hospita. i. externa, vtpote Romana, violat bustum compositum. i. extructum tibi rogum. Si quid sensus est relicti scilicet animis, post fatum, id est mortem, & id est etiam ipsa, quasi dicat spõte tua, cedis rogo id est deseris ob honorem Pompeij rogum hunc, & pateris hæc damna, id est detrimenta sepulcri: & pudet te vri manibus Pompeij sparsis: id est anima eius errãte. Codr⁹ fat⁹ sic & plenus sinus. i. habens sinum plenum fauilla, id est tenui flamma ardente, peruolat ad truncum, id est corpus truncatum Põpeij, qui pene relatus, id est retractus in mare, fluctu. i. a fluctu, pendebat in littore: & dimouit summas arenas: & trepidus, quia timẽs videri, posuit in exigua scrobe, id est fossa, fragmenta carinæ laceræ, collecta procul. Nulla robora, id est grandia ligna premunt corpus nobile: & membra nulla. i. non vlla non recumbunt vlla strue: quia nihil erat structum: vt corpus penderet: & ita ignis admotus. i. superiectus, nõ subdit⁹. i. non subiectus accipit ad cõburẽdum, Magnum. i. corp⁹ eius. Ille. s. Codrus, sedens iuxta flãmas, dixit o maxime ductor, & vna. i. vnica, & singularis maiestas nois Hespij. i. Italici, si iste. s. tã vilis rogus, est tibi tristior. i. ingratior, iactatu pelagi. i. q̃ iactari in pelagus, & nullo funere. i. q̃ omnino nullũ habere funerarunt. Feralis pompa. Imagines maiorum semper in põpa, & exequijs mortuorum comitabantur gẽtilitia funera: vt scribit Plinius: & tituli, & insignia rerum a defuncto gestarum pręferri solebant. Tristi cantu fora. & Pompeius non petit: vt tubæ cantus, in suo funere impleat trina fora: nã tubicines adhibebãtur in funeribus procerũ. Persius. Hinc tuba candelę. Vilem arcam. i. tubam, & bustũ plebeium. Magno. s. Põpeio. vel arcam intellige Sandapilam, qua cadauera in rogum efferebantur. Robora. non desint. Non desit Pompeio rogus & pyra, ex roborib⁹ lignis facta qua comburatur. Vstor, qui. s. vrat cadauer. Catull⁹ A semiraso tõderetur vstore. Abest a munere busti. i. hoc sit satis ꝙ Cornelia non est præsens funeri mariti Põpeij: nec exhibet extremum officium sepulcri. Corp⁹ vile suis. vidit Codrus ignem quo cremabatur cadauer quoddã vile suis, qđ. s. sui domestici, & consanguinei neglexerant. Semiusta q; robora membris. Codrus subtraxit ligna semiustulata ab illo cadauere: & vt ait Plutarchus, Philippus Pompeij libertus reliquias paruę scaphę repperit ex quibus pyram struxit. Quæcunq; es. Codrus subducens ligna dixit: o vmbra quæcunq; es, quæ a tuis es neglecta, da mihi veniam, ꝙ violo bustum tuũ iam compositum. Si quid sensus post fata relictum est. i. si est aliquis sensus post mortẽ vmbris defunctorum, ego scio ꝙ tu libenter cedis rogo tuo ipsi Pompeio. Damna sepulcri. merito dicit damna: quia eorũ qui iacuerant priuati honore sepulturę animę errare dicebantur. Vergilius. Centum errãt annos volitantq; hęc littora circum. Teq; pudet sparsis. i. o tu quicunq; es te pudet vri, & extremo munere fungi, cum videas manes. i. vmbras & cadauer Pompeij sparsum iacere insepultum. Plenusq; sinus. i. habẽs vestes plenas flammis: nam in sinu collegit ignem. Ad trũcum. i. cadauer Pompeij. Et collecta procul. vt paulo ante dictum est ex authoritate Plutarchi, reliquijs & fragmentis paruę scaphæ constructa fuit pyra ad comburẽdũ cadauer Pompeij. Nulla strue. nullus erat structus lect⁹ funebris in quo mẽbra Põpeij recũberẽt. Admotus magnum nõ subditus. Cadauera nobiliũ in alta pyra collocabant̃: & sic ignis subdebatur: verũ cũ cadauer Pompeij esset in nudo solo, ignis nõ fuit suppo sit⁹: sed admotus ad comburendũ cadauer. Maiestas nominis vna. quasi dicat in solo Põpeio fuisse maiestatẽ Romani nois. Si tibi iactatu pelagi. i. si maluisses iactari ꝑ pelagus, & carere funere, q̃ habere talem rogũ, quẽ tibi struxi, aduerte & admoue aiam tuã potẽtẽ huic meo officio qđ ex pietate ꝓcedit. Manes. s. tuos: o Põpei. & manes sunt aiæ, qñ errãt: vt ait Serui⁹. Quidã manes tanq̃ deos coli ꝑcipiũt: vt Ci. ait manes deos colũto. Iniuria fati. i. hoc sepulcrũ q̃lecũq; est, iniuria mortis tuę o Põpei iubet ẽẽ recipiẽdũ tãq̃ legitimũ ne pisces & aues; & ira Cęsaris audeat q̃cq̃ ꝯtingere, & violare. Põti belua. i. pisces & mõstra maria. Romana succense manu. i. o Põpei cõbuste manu mea, q̃ sum Romanus, ait Codrus.

nus:auerte officijs meis.i.aſpiciant, vt perſequantur me.ꝑpter officia mea,manes.ſ.tuos,& animam potentē ſcilicet apud ſuperos. iniuria fati.i.qua te fatum afficit denegando iuſtam ſepulturam,iubet.i.vult,hoc eē fas .ſ.vt te tam vili rogo cremē,ne belua ponti.i.piſcis maris,audeat quicꝗ̄.ſ. in te.i.ne te deuoret:& ne fera vt lupus:& ne volucres.ſ.rapaces : vt corui, milui, vultures,ſup.audeant quicꝗ̄,& ne ira Cæſaris audeat quicꝗ̄ vt te diſcerpere,aut eruere cineres tuos. o Pompei ſuccenſe manu Romana.i.mea qui ſum Romanus,accipe.i. gratam habe,quantum potes.ſ.gratam habere,flammam exiguam.i.tam exilem rogum.

Romana ſuccenſe manu.fortuna recurſus
Si det in Heſperiam nō hac in ſede quieſcent
Tam ſacri cineres:ſed te Cornelia Magne
Accipiet:noſtraq; manu tranſfundet in vrnā.
Interea paruo ſignemus littora ſaxo:
Vt nota ſit buſti.ſi quis placare peremptum
Forte volet:pleōs & reddere mortis honores:
Inueniat trunci cineres:& norit arenas:
Ad q̄s Magne tuū referat caput.Hęc vbi fat9
Excitat inualidas admoto fomite flammas.
Carpitur:& lētum Magnus diſtillat in ignem
Tabe fouens buſtum.ſed iā percuſſerat aſtra
Aurorę prēmiſſa dies.ille ordine rupto
Funeris attonitus latebras in littore quęrit.
Quā metuis demens iſto ꝓ crimine pœnā!
Quo te fama loquax omnes accepit in ānos.
Condita laudabit Magni ſocer impius oſſa.
I modo ſecurus venię:faſſuſq; ſepulcrum
Poſce caput.cogit pietas imponere finem.
Officio:ſemiuſta rapit reſolutaq; nondum
Oſſa ſatis neruis:& inuſtis plena medullis
Aequorea reſtinxit aqua:congeſtaq; in vnum
Parua clauſit humo.tūc ne leuis aura retectos
Auferret cineres:ſaxo compreſſit arenam.
Nautaq; ne buſtum religato fune moueret
Inſcripſit ſacrum ſemiuſto ſtipite nomen.
Hic ſitus ē magn9.placet hoc fortūa ſepulcrū
Dicere Pompeii:quo condi maluit illum
Q̄ terra caruiſſe ſocer.temeraria dextra
Cur obicis Magno tumulū:maneſq; vagantes
Includis?ſitus eſt qua terra extrema refuſo
Pendet in oceano.Romanū nomē:& omne
Imperiū Magno eſt tumuli modus.obrue ſaxa
Crimine plena deū.ſi tota eſt Herculis Oethe

SVLPI.

¶Noſtra manu.ipſe eīm te aduehām . Interea.anteꝗ̄ ad Corneliam referaris. Paruo ſaxo,marmore nō te digno.Nota buſti, ſignū ſepulcri tui.Placare.iuſta & inferias ſoluere. Caput,qđ his cineribus deeſt. Inualidas, lentas & debiles. Fomite admoto,adhibitis aridis lignis & nutrimentis. Carpitur,ſuccenditur conſumitur. Tabe, pingui & adipe, quæ igne reſoluebatur. Dies,lux. Rupto ordine, non continuato officio. nam relinquere cogitabat. Quam metuis. arguit eum imprudentis metus:ꝙ cum æternam famam ſit hoc facto conſecuturus, nullum cruciatum metuere debet. Crimine. officio qđ velut crimen paues:certe Cæſar te id feciſſe probabit. Securus. certa cum ſpe. Cogit pietas, pietate coactus eſt. Officio, funeri. Inuſtis, non combuſtis. Cōgeſtaq; in vnum parua clauſit humo, collecta modica terra occultauit. Retectos auferret. retegeret & auferret. Compreſſit, grauauit. Buſtum, buſti ſaxum. Sacrum. venerabile. quo indicatur & buſtum ipſum ſacrum eē. Semiuſto ſtipite. torre & ligno vſtulato.

Siti. Situs, humatus. nam proprie ſiti dicuntur:qui conditi ſunt. nec tamē ante eorum ſepulcrum eſt ꝗ̄ iuſta facta, & corpus exeſum: vt ait in legibus Cicero. Appianus tradit ſepulcro Pompeij ab alio fuiſſe inſcriptū : Tēpli pondus erat modica qui clauditur vrna. Procedente tempore cum tumulus ſub arena eſſet obrutus: ſtatuę etiam, que Pompeio a neceſſarijs eius circa montem Caſium ex ære erectæ ſteterant in templi aditu iam vetuſtate exeſę ſeruarentur, ab Hadriano imperatore ſumma diligentia perquiſitæ, & inuentę ſunt cum ad oras illas acceſſiſſet. Tumulus quoq; mandato eius perpurgatus: ſtatuę erectæ:ſic vt denuo ab omnibus dignoſci poſſet. hæc Appianus. Maluit. quia turpius fuit ita ſepeliri,ꝗ̄ carere ſepulcro. & ideo Codrū arguit. Dextra, Codri. Obicis, opponis. Manes includis. animam & vmbram quę errant quietas iuxta cinerem reddis:nam tota terra erat Magno ſepulcrum. Pendet, ſuſpenſa attingit , indicatq; vniuerſam terram. Modus , menſura. Obrue, ne appareant tege. Crimine, culpa:id enim dijs aſcribitur:quos ab indignitate arguit.

Oethe. Oethe, mons Theſſaliæ vbi conſumptus eſt & ſepultus Hercules a Philoctete. Iuga Nyſeia, mōs Helicon. vbi eſt ſepulcrum Bacchi, & Nyſa vicus. Vacant Bromio, conſecrata ſunt Baccho. Omnia Lagi arua tenere poteſt. in qualibet Aegypti parte ſepultus videbitur ſi nomen eius e ſaxo deleas. Lagi. quæ Ptolemæus primus Lagi filius tenuit. Hæſerit, affixum ſit. Erremus, ſimus in errore. Metu, religione, & veneratione. Nullas Nili calcem9 arenas.i. Aegyptum.

PHILIP.BEROALDVS.

¶Fortuna recurſus.i, ſi mihi vnꝗ̄ liceat in

Et iuga tota vacant Bromio Nyseia: quare
Vnus in Aegypto Magno lapis? omnia Lagi
Arua tenere potest: si nullo in cespite nomen
Hæserit. erremus populi: cinerumq; tuorum
Magne metu nullas Nili calcemus arenas.

¶Fortuna recursus &c. Prosequitur q̃relam suam Codrus dicens. Si fortuna det sup. mihi, recursus. i. celerem reditum, in Hesperiam. i. in Italiam, cineres tam sacri. i. tam venerandi viri, non quiescent in hac. i. in huiusmodi tã vili, sede. i. sepulcro: sed o magne, Cornelia. s. vxor tua, accipiet te. i. corpus tuum: & transfundet in vrnam. i. receptorium cinerum, nostra manu .i. ministerio manus meæ. Interea. s. dũ recursum expectamus, signemus. i. liceat nobis signare, littora. i. partem littoris, paruo saxo: vt saxum illud sit nota. i. indicium & signum, busti. i. sepulcri tui: aut busto. i. sepulcro tuo: vt si quis volet forte placare te peremptum. i. tibi inferias soluere, & reddere tibi plenos honores mortis. i. iusta, aut exequias legitimas cum sepulturę honore, inueniat cineres trunci. i. corporis truncati, & norit arenas ad quas o Magne referat. s. vna sepeliẽdum, caput tuum: Vbi Codrus locutus est hæc, ipse excitat flammas inualidas. i. exilem rogum, fomite. i. nutrimento ignis admoto. Magnus carpit. i. paulatim diminuit, qđ vulgo dicũt minorat, & ita alludit ad antithesim: vt sit magnus sit paruus: & distillat. i. diffluit in ignem lentum, quia exilem, fouens. i. nutriens bustum tabe. i. adipe cadaueris: sed dies. i. lux auroræ p̃missa, percusserat iam (vt fugerent) astra (Sabellicus vt visum est fo. xlviij. promissa legit: quia dies non præmittitur auroræ: sed promittitur per auroram.) ille. s. Codrus, ordine funeris. i. officio sepeliẽdi rupto. i. interrupto propter aduentum lucis, quia timuit tyrannum, quęrit in littore latebras. i. vt lateret, & non offenderetur in sepeliendo cadauere Magni. O demens. i. male sapiens Codre: quã pœnam metuis pro isto crimine? q. d. p̃ officio decentissimo, in quo vt in crimine dep̃hendi paues. quo. s. crimine. i. pro quo facto, qđ vt crimen celas, fama loquax accipiet te in omne ęuum. i. extendet nominis tui gloriam dum mundus stabit. Socer impius. i. Cæsar, licet impius in viuentẽ, tñ laudabit ossa Magni. s. generi sui, condita. i. sepulta a te. i. te q̃ ea sepeliuisti. I. i. vade modo. s. ad regem, securus venię. i. de venia impetranda, & fassus. i. confessus sepulcrũ. i. q̃ corpus Pompeij tradidisti sepulturæ, posce. s. regem, caput. s. Pompeij: vt cũ corpore reliquo sepeliatur. Pietas. s. Codri licet multũ timeret cogit imponere officio. s. sepulturę, finẽ. i. claudere sepulcrum cœptum: & ita rapit ossa semiusta. i. ad dimidium sui vsta: & restrinxit aqua æquorea. i. maris vicini, ossa nondum satis resoluta, scilicet in cinerem: vtpote plena neruis, & medullis inustis .i. nondũ vstis, & clausit parua humo. i. modica fossa, sup. ossa & fauillas, congesta in vnum. tunc. i. deinde ne aura leuis. i. vẽtus agilis, auferret cineres retectos. i. denudatos, cõpressit atenam, in qua cõdiderat cineres, saxo. i. lapide superposito: & ne nauta moueret. i. disturbaret bustum. i. sepulturam Magni, fune religato, id est retinaculis dissoluendis a saxo illo, inscripsit scilicet saxo illo, nomẽ scilicet Pompeij, sacrum. i. hominis sacri & pro rep. occisi, stipite. i. torre (Galli tisonem vocant) semiusto. i. ex rogo rapto. Magnus. s. Pompeius, est situs. i. positus & sepultus hic (Est autem epitaphium Magni). O fortuna (inquit poeta) placet. s. tibi dicere hoc sepulcrum magni. i. condignum Magno. quo. s. sepulcro socer. s. Cæsar maluit illum. s. magnũ, condi. i. sepeliri, q̃ caruisse terra. O dextra, scilicet Codri, temeraria. i. nimium audax, cur obicis. i. non exigenti obtrudis, magno tumulum, & includis. s. vili & angusto sepulcro manes. s. Pompeij, vagantes. i. libere errantes prius (Pompeius sup. est situs. i. sepultus in memoria hominũ, ea p̃te qua terra extrema pẽdet in oceano refuso. i. p totũ orbẽ q aqs oceani

Italiam redire, cineres tuos o Põpei portabo vxori tuę Cornelię. Transfundet in vrnam cineres. e manu mea accipiet, & in vrnam cõdet. Paruo saxo. i. monumento. volo inquit interea paruum saxum erigere: qđ trãseuntibus indicet vbi iaceat Pompeius. Placare peremptum. i. si quispiam voluerit colere defunctũ Põpeium, & ei sacrificare. Mortis honores. i. sepulcro legitimo cõdere cineres Põpeij. ille. n. est extremus mortis honos. s. sepultura. Trunci: q̃a caput est ablatũ. Excitat. ita Iuuenalis. & bucca foculũ excitat. Fomite .i. nutrimẽto ignis. Vergi. Rapuitq; i fomite flãmã. Magnus distillat in ignem. Cadauer Põpeij paulatim resoluebatur in tabẽ, & sensim distillabat pinguitudine liq̃scẽte. Tabe fouẽs bustũ. illa piguitudo & tabes diffluẽs alebat qđã quasi fomes ipsas flammas rogales. Ille ordine rupto funeris. Codrus cum cœpisset dies illucescere timens ne deprehenderetur, latebras quęsiuit interrupto ordine funeris, cum nondũ oĩa essent pacta. Quã metuis demẽs. nũc Lucanus ad ipsum Codrũ latebras q̃rentẽ cõuertit sermonẽ eũ demẽtię noĩe accusãs q̃ p̃ officio mẽorabili, & pio pœnã formidet cũ hęc res eũ sit factura ĩmortalẽ ĩ oẽ ęuũ. Cõdita laudabit Magni socer. ne timeas o Codre: nãq; ipse Cęsar hoc tuũ laudabit officiũ, quo Põpeij cineres cõdidisti. Posce caput. vt illđ .s. quoq; sepelias. Semiusta rapit. Codrus q̃uis formidaret, amore tñ & erga Pompeium pietate compulsus ossa nondũ bene cõbusta collegit, & humi mãdauit, q̃ adhuc erant plena medullis, q̃ nondũ erant resolutę. Inustis .i. non vstis. Ne leuis aura retectos. i. ne ventus dissiparet cineres Põpeij expositos sub dio, & nondum tectos, Codrus saxo arenam valde compressit. Inscripsit sacrũ. ne vnq̃ a nautis tumulus Pompeij reuelleretur ipse carbone titionis ĩscripsit in saxo nomẽ Põpeij Magni. Hic situs est Magnus. hęc inscriptio & epitaphiũ inscriptũ a Codro tumulo Põpeij. Quo cõdi maluit illũ. adeo exiguus est iste tumulus, & vilis: vt Cęsar potius velit Põpeij cineres condi in hoc sepulcro q̃ carere sepultura. Temeraria dextra. accusat dextram Codri, quæ inscripserat Epitaphium, & sepulcri exiguitatem ostenderat. vnde ait Lucanus. Sepulcrum Pompeij esse totum terrarum orbem, & nomen omne Romani imperij esse. Refuso pendet in oceano. orbis terræ libratur suspensus elemento aquarum circundatus. Modum, id est mensuram tumuli. Horatius. Est modus in rebus. Obrue saxa, occultum habe istud sepulcrum qđ magnã dijs conflat inuidiam. Si tota est Herculis œthe Et iuga tota vacant Bromio Nyseia. i. quare Pompeius habet tam exiguum sepulcrũ ex vno tantum lapide cõstructum: cum Hercules & Bacchus, quibus non est Pompeius inferior, habeant montes pro sepulcris? nam Hercules in œtha monte Thessaliæ sepultus esse dicitur: qui vt scribit Diodorus, pyram inscendit cui ignẽ supposuit Philoctetes. vñ ille locus vt narrat Liuius, in honorẽ Herculis Pyra nũcupatur. Bacchus aũt in Nysa ciuitate Indię sepultus eẽ memoratur. Est. n. Nysa

vt ait Plinius, Baccho sacra: ab ipso condita: vt refert Strabo: cui imminet mons quē greci Merum nominant: latini femur. vnde origo fabulæ Bacchū Iouis femore editum. iu ga ergo Nyseia intelligit Lucanus mōtē Femur dicatum Baccho qui Bromius a tonitru cognominatur, quī in eius ortu contigit: vt scribit Diodorus. Lagi rura. i. totam Aegyptum: a Lago rege, de quo supra. Nomen hęserit. s. Pompeij sculptum. Nullas Nili calcemus arenas. i. si ignorauerimus, vbi iaceāt cineres Pompeij, nō audebimus calcare arenas niloticas, tanq̄ vbiq; esse possint.

circundatur. Nomen Romanum & omne imperiū. i. totus mūdus quo fama imperij Romani extenditur, est magnus mod⁹. i. mēsura, tumulo. i. ad tumulū. Obrue. i. ne appareāt tege, saxa plena. s. ossium Pōpeij, crimine. i. ꝑpter crimē deum. i. deorum. Si oethe, mons Thessaliæ vbi consumptus est Hercules est. i. dicit̄, tota Herculis qui in ea cōbustus est, & tota iuga Nyseia. i. Heliconis montis, vbi est sepulchrū bacchi, & Nysa vic⁹ vacāt. i. dedita, & cōseruata sunt, Bromio. i. Baccho, q̄re vnus lapis est magno. i. addicit̄ sepulturæ Magni in Aegypto? Ipse magn⁹ ꝑt tenere. s. celebritate nōis, oīa arua Lagi. i. totā Aegyptū: si nomē Pōpeij hęserit in nullo cespite. i. si ꝑ te nō fuerit illi assignatum certum sepulcrum. Erremus nos populi. i. simus in errore: & o Magne nullas. i. non vllas, non calcemus vllas arenas Nili metu cinerum tuorum. i. veriti ne cineres tuos calcemus: hoc est sit nobis potius tota Aegyptus sacra, q̄ patiaris tam vilem sepulturam.

SVLPI. ¶ Dignaris, dignum facis. Tantos act⁹, tot acta & gesta. Monumenta. inscriptionē summarum rerum, quas strictim recenset: & nos quia superius dicta sunt vix attingemus. Lepidus. Lepidi motus. qui acta Syllæ tentans rescindere a. Q. Catulo. Gn. Pompeij auspiciis bis ex alpib⁹ & Italia, tum ex Sardinia, vbi etiā mouerat bella, pulsus perijt. Consule. Metello, quo reuocato Pompeius in eundem Sertorium missus ipsum cōfecit. Eques. ante tēpus enim & nondum senator triumphauit. Commercia. nauigationes, & commutationes rerum: hocq; dixit propter maria a Pyratarum incursionibus liberata. Pauidos maris. nam in mediterraneis locis iussi habitare ad mare non accedūt. Barbariem. vt Asiam Pōtum, Armeniā, Paphlagoniā, Cappadociam, Ciliciam, Syriā, Scythas, Iudęos, Albanos, Iberiā, Cretā, Basternas. Gētesq; vagas, Scythas. Repetisse togā, redijsse ad vrbana officia: estq; a modestia laus q̄ non sit molit⁹ tyrānidē: & ab industria q̄ se nō dederit otio. Ter currib⁹ actis, tribus triūphis. Donasse. attulisse multoꝝ vtilitatē, & dec⁹. Surgit, erigit̄. Fastoꝝ, libroꝝ in quib⁹ toties cōsul, & impator indicabat̄. Solitū, nomē. Culmina, in quibus erat inscriptū. Arc⁹, triūphales. Extructos spolijs. ex pręda, & manubijs ędificatos. Haud ꝑcul ē ima arena. est vicinū arenæ humili q̄ pręculminibus, & arcub⁹ est ima. Legat rectus, legere possit nisi inflexus. Transeat, ignoret & prętereat. Noxia. Per apostrophen Aegyptum detestatur cum ꝑpetuæ siccitatis imꝑcatione: carmenq; illud sibyllinum q̄d quindecimuiri interpretati fuerant ne Ptolemęus cum exercitu Romanoꝝ in regnū reduceretur, vt est in epistolis Cice. poeta ad Pōpeiū, Septimiū, & Codrū referri vult: nāq; e duce miles euasit Pompeius statim vt in regis scapham descendit. Noxia ciuili fato, nocens ciuis fatali morte. Haud immerito cautum. non sine causa cauit prohibuit q̄ Sibylla. Ora pelusia, ostium pelusiacum. Hesperius, Romanorū. Tumētes, increscentes. Precer, imprecer. Crimine, culpa mortis Pompeij. Retentus orbe, non egrediens regionem. Vertat aquas, mutet cursum, & Aegyptū nō amplius irriget. Steriles, facti steriles ariditate. Putres, solutas, & puluereas q̄les sunt in desertis æthiopū præ nimio solis ardore. Nos in tēpla. ęgyptū cū exprobratione ingratitudinis arguit. Isis: Isim, lanificij deam

Q̄ʒ si tam sacro dignaris nomine saxum:
Adde actus tātos monimētaq; maxima rerū.
Adde truces Lepidi motus: Alpinaq; bella:
Armaq; Sertori reuocato consule victa.
Et currus quos egit eques: cōmercia tuta
Gētib⁹: & pauidos cilicas maris. adde subactā
Barbariē: gētesq; vagas: & quicquid in Euro
Regnorū boreaq; iacet. dic semper ab armis
Ciuilem repetisse togam: ter curribus actis
Contentū. patrię multos donasse triūphos
Quis capit hęc tumul⁹? surgit miserabile bustū
Nō illis plenum titulis: nō ordine tanto
Fastorum. solitumq; legi super alta deorum
Culmina: & extructos spoliis hostilibus arcus:
Haud procul est ima Pompeii nomen arena
Depssum tumulo: q̄d nō legat aduena rect⁹:
Q̄d nisi mōstratū Romanus trāseat hospes.
Noxia ciuili tellus Aegyptia fato
Haud eq̄dē immerito Cumanæ carmīe vatis
Cautum ne Nili Pelusia tangeret ora
Hesperius miles: ripasq; æstate tumentes.
Quid tibi sęua precer ꝑ tanto crimine tellus?
Vertat aquas Nilus quo nascit̄ orbe retent⁹:
Et steriles egeant hibernis imbribus agri:
Totaq; in Aethiopum putres soluaris arenas.
Nos in templa tuam Romana accepim⁹ Isim
Semideosq; canes: & sistra iubentia luctus:
Et quē tu plāgens hominem testaris Osirim:
Tu nostros Aegypte tenes in puluere manes.

¶ Q. ſic &c. Sub vmbra deteſtationis facti ipſius Codri qui maiora non potuit, oſtendit quanto maioribus dignus fuerat Pompeius dicens. Q. ſi o Codre, dignaris.i. dignum cenſes, ſaxum.ſ. cineribus Pompeij impoſitum, tam ſacro nomine.i. tam ſacri nominis inſcriptione, adde tantos actus.i. tãta facinora quanta fecit Pompeius, & maxima monimenta.i. inſcriptionē, rerum.ſ. maximarum: adde truces motus Lepidi: quos Pompeius compeſcuit: & bella alpina: quib⁹ Lepidum pepulit: & arma Sertori pro Sertorij, victa.ſ. a Pompeio, conſule.ſ. Metello, reuocato.ſ. a Pompeio in vrbem: & adde currus.ſ. triumphales, quos egit eques.i. in quibus triũphauit adhuc in equeſtri ordine: adde ſup. commercia tuta ſup. facta gētibus: per pyratarum Cilicum ſubactionem: & adde Cilicas pauidos maris.i. non auſos mare aſpicere amplius cum damnati ſint mediterranea loca incolere. Adde Barbariem.i. gentem barbaricam, ſubactam.ſ. a Põpeio: & gētes vagas.i. Scythas ſup. ſubactos: & adde quicquid regnorum iacet in euro.i. oriēte: & Borea.i. ſeptētrione. Eurus enim orientalis eſt ventus, & Boreas ſeptentrionalis. Dic.ſ. in titulis Pompeij, ipſum repetiſſe ſemper ab armis.i. poſt bella, togam ciuilem.i. ſe geſſiſſe ciuem pacificum non tyrannum: dic ſup. ipſum contentũ.ſ. fuiſſe, curribus ter actis.i. tribus triumphis, & donaſſe patriæ.i. ne grauis eſſet aut imperioſus videretur omiſiſſe, cum habere potuiſſet, multos triũphos. Quis tumulus capit hęc? q.d. nullus, quia non poſſent inſcribi in vno tumulo, aut cum ſcripta ſint in mentibus hominum non poterant cũ Põpeio ſepeliri. Buſtũ.ſ. Pompeij, miſerabile.i. dignũ miſeratione, ſurgit.i. erigitur in altum: non plenum illis titulis, & non tanto ordie.i. continuatis magiſtratib⁹, faſtorum.i. ſcriptis in faſtis. & nomen Põpeij ſolitum legi ſup alta culmina deorum.i. in tholis vbi victorię ipſius inſignia ſuſpēſa erant: & ſuper arcus.ſ. triũphales, extructos ſpolijs hoſtilibus.i. ex manubijs hoſtiũ victorum, eſt haud procul terra ima.i. inſcriptum eſt apud terrã, depreſſum tumulo.i. inſcriptum in tumulo depreſſo: quod aduena.i. illuc adueniens non legat.i. nequeat legere, rectus.i. niſi ſe inclinet: & quod Romanus hoſpes.i. peregrinus, trãſeat.i. negligat & non legat, niſi monſtratũ.ſ. a ſciente illic eſſe tumulum Pompeij. O tellus Aegyptia, noxia.i. nocens & culpabilis, fato ciuili, equidem ꝑ quidē.i. certe, cautum eſt.i. prohibitum haud immerito.i. merito & iure optimo: carmie vatis cumanę.i. carmine Sibyllino, cui⁹ meminit Cicero in prima epiſtola ad Lentulum: ne miles Heſperius tãgeret ora.i. oſtia Peluſia Nili: & ripas tumentes.i. aquis abundantes ęſtate.i. ne ingrederetur Aegyptum: quod Põpeius iã factus e duce miles non cauit: aut quod quia prius per militem reduxit Ptolemęũ in regnum, fuit illi occaſio mortis: non enim illuc confugiſſet niſi bene meritus fuiſſet de regno: nec forte interemptus fuiſſet: quia minus ſuſpectus de vendicando ſibi regno. O tellus ſęua quid precer.i. imprecer tibi, pro tanto crimine.ſ. occiſi & i ſepulti Pompeij? Precor ſup. vt Nilus vertat.i. retrocedere faciat aquas: retentus orbe quo naſcitur: & vt agri ſteriles egeãt imbribus hybernis: & vt ſoluaris tota in putres arenas Aethiopum.i. quales ſunt apud Aethiopes. Nos accepimus in templa Romana, Iſim tuam.ſ. deã, & canes ſemideos.i. pro ſemideis cultos: vt Anubim cui caput caninum eſt: & accepimus ſiſtra.i. crepitacula Aegyptiaca, iubentia luctus ob amiſſũ Oſirim: & accepimus Oſirim tanq̃ deum: quem tu o Aegypte plãgens.i. deflens extinctum & diſcerptum, teſtaris hominē ſup. fuiſſe: & tu o Aegypte tenes manes noſtros.i. imperatoris lõge clariſſimi, in puluere, id eſt humillima arena.

in quã Io vacca a Ioue cõuerſa eſt. eius ſacra Romę tranſlata ſunt erectumq; ei templũ in campo Martio. faciebant ei nouem dieb⁹ caſtiſſimę. Canes. Anubim dicit quē Ver. latratorem appellat, hoc eſt Mercurium qui canino capite colitur i ciuitate canum: in qua honor & ſacer quidam cibus eſt canibus conſtitutus. vt ait Strabo. Colunt aũt vniuerſi Aegyptij animalia quędam vt bouem, canē, felē, accipitrem, & ibim lepidodotum, & Oxyrynchum, piſces. vt ex Strabone late in Iuuenalem cõmemorauimus. ſeorſum autem ouem, latum piſcem, lupum, cynocephalũ, cepũ, aquilam, leonē, caprũ, hyrcũ, murem araneum. *Siſtra. Siſtra* ſũt cymbala & inſtrumenta rotunda quę in ſacris Iſidis concutiebantur & ad quorum ſonitum conueniebant Seneca de vita beata. Cum ſiſtrũ aliquis cõcutiens ex imperio mentitur. Iubentia luct⁹. indicentia Iſidis ſacra quæ ſunt quatenus ꝑuulum filium vel perdiderit vel inuenerit: nã primo ſacerdotes ei⁹ deglabrato corpore ſua pectora contundunt: ſicut ipſa cũ perdidit fecerat: deinde puer producitur quaſi inuentus & in lętitiam luct⁹ mutatur. Oſyrim. Oſyris Iouis ex Niobe Phoronei filius regnum Argiuum Aegyaleo fratri relinquens Aegypto expugnata Iſidem duxit vxorem: inde cum a Typhõe fratre occiſus dilaniatuſq; eſſet, a regina plorante & anxia tandē inuēto diſcerptoq; cadauere apd̃ Phylas illud i abbato ſepeliuit: ſed mox cum Aegyptijs bos maculis inſignis apparuiſſet eũ Oſyridem exiſtimantes pro numine coluerunt. Teſtaris hominē. oſtendis non bouem ſed hominem fuiſſe.

Anubis.

Monſtroſi Aegyptiorum dei.

Siſtra.

Oſyris.

¶ Adde actus tantos. In Epitaphio narrari ſolent præclara facinora triumphi ornamenta & laudes defuncti. vñ ait Luca. O Codre adde in hoc monumento actus Pompeij. Adde trucis Lepidi mot⁹. quēadmodũ Põ. cõpreſſit motus Lepidi qui iudicatus hoſtis patriæ a Põp. & Catulo cũ res nouas moliret fuit profligatus. de quo dictum eſt in ſecũdo. Armaq; Sertorij. de his oĩbus dictum eſt i ſecundo quēadmodum Põ. domuit Sertoriũ in Hiſpania. Reuocato conſule.ſ. Metello cui contra Sertorium bella gerenti ſucceſſit Põpe. auctor Plutarchus. Et currus quos egit eques. Põpeius, vt ſupra monſtrauimus eques Romanus induxit bis currus triũphales primo ex Aphrica, ſecundo ex Hiſpania ſubacta. auctor Pli. Commercia tuta gentibus. quēadmodũ oram maritimã a ꝑdonib⁹ liberauit & profligatis Cilicibus pyratis de qb⁹ dictum eſt ſæpe, fecit vt cõmercia inter gētes eſſent tuta purgato mari. Subactã Barbariē. gētes intelligit quas in expeditiõe Mithridatica ſubegit. de quibus in ſecundo copioſiſſime narratũ eſt. Quicqd i euro.i. oĩa regna orientalia & ſeptētrionalia. Ciuilē repetiſſe togam.i. depoſito imperio rediſſe ad officium priuati & togati ciuis. *Surgit miſerabile buſtum. Sepulchrum* Põpeij dicit eſſe miſerabile in quo non erat inſcriptio ſuorum titulorum. Non ordine tanto faſtorum.i. in quo non erant inſcripti tres conſulat⁹ Põpeij. ter enim fuerat conſul. *Solitumq;* legi.i. nomē Põpeij quod ſolitum eſt legi inſcriptũ in arcubus triumphalib⁹, in tēplis deorum, nunc eſt prope ipſas arenas. Quod non legat aduena rect⁹. adeo eſt depreſſum nomen Pompeij tumulo inſcriptum vt legi non poſſit niſi homo curuet. Cumanę carmine vatis. Cautum in libris Sibyllę quæ fuit cumana, hoc carmē legebatur. Romane miles Aegyptũ caue. quod Lucanus ad mortē

BERO.

Pompeij dicit eſſe referendum. Quid tibi ſęua pręter. Lucanus imprecatur mala Aegypto propter mortem Pompeij: & primo vt Nilus vertat aquas ne eam fœcundet ita vt Aegyptus indigeat pluuia cæleſti, & vt tota in arenas reſoluatur. Nos in templa tuam. Romani colebant Iſim quæ dea eſt Aegyptiorũ: vt Diodorus, & Euſebius tradunt. Semideoſq; canes. Anubis deus eſt Aegyptiorum qui pingit canino capite: quem Mercurium eſſe exiſtimant: vt ait Seruius. Vergilius. Latrator Anubis. vnde Lucanus, Semideos canes appellat Et ſiſtra iubentia luctus. Siſtrum dicit eſſe crepitaculũ, vt tuba, Aegyptiorum: quod in manu geſtat Iſis. Vergilius. Vocat agmina ſiſtro. hoc Aegyptij ſacerdotes indicũt luctum amiſſo Oſyride qui vt ſupra dictum eſt deus eſt Aegyptiorum: & ſecundum Diodorum & hiſtoricos fuit maritus Iſidis laceratus a Typhone. quẽ in bouem quem appellant apim dicunt eſſe cõmutatum. hic in Aegypto numinis vice colitur. quem merſum in fonte enecant luctu q̃ſituri alium: & donec inueniant mœrent. auctores Plinius & Solinus. ait Lucan⁹ Romanos recepiſſe Oſyrim intra ſua templa quẽ Aegyptij planctu teſtantur fuiſſe mortalem: quoniam ſi eſſet deus non opus eſſet luctu.

Tu quoq; cũ ſęuo dederis iam tẽpla tyranno
Nõdum Pompeii cineres o Roma piaſti.
Exul adhuc iacet vmbra ducis. ſi ſæcula prima
Victoris timuere minas: nũc excipe ſaltem
Oſſa tui Magni: ſi nõdum ſubruta fluctu
Inuiſa tellure ſedent. quis buſta timebit?
Quis ſacris dignã mouiſſe verebitur vmbrã?
Imperet hoc nobis vtinam ſcelus: & velit vti
Noſtro Roma ſinu: ſatis o nimiumq; beatus
Si mihi contingat manes transferre reuulſos
Auſoniam: ſi tale ducis violare ſepulcrum.
Forſitan aut ſulco ſterili cum poſcere finem
A ſuperis: aut Roma volet feralibus hauſtris:
Ignibus aut nimiis: aut terræ tecta mouenti:
Conſilio iuſſuq; deum tranſibis in vrbem
Magne tuam: ſummuſq; feret tua buſta ſacer
Nã qs ad exuſtã cãcro torrente Syenẽ (dos.
Ibit? & imbrifera ſiccas ſub Pleiade Thebas
Spectator Nili? quis rubri ſtagna profundi
Aut Arabũ portus mercis mutator eoę
Magne petet: quẽ nõ tumuli venerabile ſaxũ
Et cinis in ſummis forſan turbatus arenis
Auertet? maneſq; tuos placare licebit
Et Caſio pręferre Ioui? Nil iſta nocebunt
Famæ buſta tuę: templis auroq; ſepultus
Vilior vmbra fores: nunc eſt ꝑ numine ſũmo
Hoc tumulo fortuna iacens. auguſtius aris
Victoris Libyco pulſatur ab æquore ſaxum.
Tarpeiis qui ſæpe deis ſua tura negarunt:
Incluſum fuſco venerentur ceſpite numen?

SVLPIT. Tu quoq;. Romam increpat. Tyrãno, Cęſari quem in deorum numerũ aſcripſit Auguſt⁹ eiq; templũ erexit: & plebs columnam Numidici marmoris in foro erexit: apd quã ſacrificare & vota ſuſcipe pſeuerauit: vt Suetonius ſcribit. Piaſti, placaſti. Sęcula prima. illi qui vixere Cęſaris tempore qui Pompeiũ tam vili ſepulchro iacere volebat. Excipe, reduc i vrbem. Subruta, immerſa. Inuiſa. quã odio habuerit, qui in eo neglectus iacuerit. Quis buſta timebit. quoniam mortuoꝝ cineres ſacri erant & niſi cum ſcelere loco moueri non poterant, neminem inquit oportere metuere illos effodere & in meliorem vt colãtur locũ transferre. Vmbram, corpus a quo vmbra non diſcedit. Sacris, diuinis honoribus. Imperet hoc nobis vtinam ſcelus. vtinam tã q̃ ad ſcelus patrãdum hoc nobis muneris detur & ego damner ad Pompeij cineres referẽdos: nam feliciſſimus mihi viderer. Viola re. quod venerari eſſet. Forſitan Roma. aliquãdo monitu deum vt malis liberentur Põpeij cineres relaturos dicit: & alludit ad illud quod quinto libro dixim⁹ de Phrygib⁹ qui Athim ſepelire ſunt ab Apolline iuſſi. Et de Athenienſibus qui ſiccitate laborantes mortem Androgei piauerunt. & Lucanis qui peſtilẽtia vexati Palinuri manibus Apolline iubente placatis liberati ſunt ea. dixit autem illic ſuſtulit iras telluris ſterilis monſtrato fine reſoluit aera tabificum. Sulco, terrę. Feralibus, peſtiferis. Ignibus, incendijs. Aut terrę mouenti tecta. aut terręmotibus. Buſta, cineres. metonymia. Nam quis. publici deſyderij & commodi gratia id etiam faciendum dicit quoniam nautæ omnes qui in orientem nauigarent illuc eſſent ad Pompeium venerandum vel cũ incommodo acceſſuri. Syenem, oppidum i Thebaide ſub ęſtiuo cancri tropi[illegible] conſtitutum vt diximus ſupra. Torrente, adurente. Thebas. Aegyptias quę ſũt ſub tauro quem conficiunt Pleiades. Imbrifera, pluuiali. Mutator, mercator & cõmutator. Auertet, a curſu ad parentandum diuertet. Pręferre. non vt cenſeat Pompeium Ioui præferendum: ſed q; potius buſtum Pompeij q̃ Caſij templũ viſurus ſit. Iſta, tam humilia. Nunc eſt. inſultatio in fortunam & in Cęſarem. Auguſtius, ſacratius & maius templis Cęſaris. Ab ęquore: a fluctib⁹ qui e Lybia in Caſium illidunt. Tarpeius. ſenſus eſt multi populi qui deos Romanos colere noluerunt ſepulcro & manibus Põpeij ſacrificent: & ſic confirmat auguſtius eſſe. Strepant alij quicquid libet huc tendit poeta. Tarpeijs deis. qui coluntur in

Sepulcra deorũ monitu ſtructa

Syene.

Thebæ Aegyptiæ.

¶ Tu quoq;. Inuehitur etiam in Romam eo q; Cæsari tyranno templa dicauit:& Pompeio libertatis pro qua mortuus est amatori nondum sepulcrum construxit, dicens. Tu quoq;.i. etiam tu o Roma, cum dederis.i. dicaueris iam suo tyranno. s. Cæsari templa.i. ædem sacram, nõdum piasti.i. placasti, aut expiasti cineres Pom. dando illis sepulturam legitimam. Vmbra enim ducis.s. Pompeij.i. anima errans circa corpus cui iusta non sunt exhibita, iacet adhuc exul.s. ab Elysijs, errans in Aegypto, secundum hæresim gentilium. Si prima sæcula.s. sub Cæsare, timuere minas victoris.s. Cæsaris, excipe.i. libera exilio, saltem nunc post tot annos, ossa Magni tui.i. pro te mortui, si.i. siquidem, sedent.i. quiescunt in tellure inuisa.i. in Aegypto vbi crudeliter occisus est Pompeius, nondum subruta.i. subuersa & submersa fluctu littus impingẽte. Sabellic⁹ vt fo.xlviij. visum est, legit inuersa tellure &c. Quis timebit mouisse busta? quis verebitur mouisse.s. a sede sua, vmbram dignam sacris.s. ędibus, aut diuinis honorib⁹, hoc est quis verebitur ad maiorem honorem sustulisse? q.d. nemo nisi insipiẽter scrupulosus. Vtinam Roma imperet nobis.i. mihi (inquit poeta) hoc scelus.i. hoc facinus tam pium si credit scelus esse: & vtinam Roma velit vti nostro sinu.i. gremio ad transferenda in eo ossa Magni. O ego sup. essem satis & nimium.i. plus q̃ satis beatus, si contingat.i. detur mihi cum difficultate, trãsferre Ausoniam.i. in Italiã manes.s. Pompeij, reuulsos.s. ab Aegypto:& si mihi contingat violare tale.i. tam abiectum sepulcrum ducis.s. Pompeij, sup. vt reponam meli⁹. O Magne tu transibis forsitan in vrbẽ tuam.s. Romam, consilio & iussu deum.i. deorum: aut quum.i. quando Roma volet poscere a superis sulco sterili.i. sterilitati terræ finẽ: aut haustris.i. vẽtis, feralibus.i. mortiferis finem.i. remedium, aut nimijs ignibus.i. ardoribus solis, aut incendijs vrbium: aut terrę mouenti tecta.i. terrę motu finem, id est liberationem. hoc est quando p̃cabitur finem malis quę patietur: admonebitur per oraculum trãsferre manes Pompeij sicut & alij in consimilibus admoniti sunt vt docte recitauit Sulpitius. & summus sacerdos.s. Romanus qui & nunc sed longo sanctiore ordine summus est, feret tua busta.i. cineres. Nam o Magne, quis ibit ad Syenẽ oppidum in Thebaide, exustam cãcro torrente, id est adurente: & quis ibit Thebas siccas sub pleiade imbrifera.i. ad Theben Aegyptiacam quæ est sub Tauro:& tunc sicca, cum aliæ terrę imbribus madent: quis inquã ibit Thebas existens spectator Nili:& quis o Magne mutator mercis eoæ.i. orientalis mercator, petet stagna profundi.s. maris, rubri.i. Erythrei: aut petet portus arabum: quem non auertet.s. ab instituta nauigatione saxum venerabile tumuli.s. tui, & cinis.s. tuus, forsan turbat⁹.i. turbine sparsus in summis arenis:& quem non iuuabit.i. delectabit, aut licebit (vt alij legunt) placare manes tuos circa Casium montem errantes: & præferre eos Ioui Casio: qui in Casio monte Aegypti colitur? q.d. nullus omnino erit quem non iuuabit:& ita vnumquemq; iuuabit &c. Quocirca ista tam humilia busta nil nocebunt famę tuę. tu sepultus.i. si fores sepultus templis & auro.i. in templis & tũbis aureis, fores vmbra vilior.i. indignior q̃ nunc es: quia fortuna tua iacens hoc tumulo est nunc pro summo numine. Saxum.s. sepulcri tui in Casio monte, pulsatur ab æquore Libyco.i. e Libya in Casium pulso, augustius.i. sacratius & magis auspicio auctum, aris victoris.i. q̃ aræ Cæsari dicatæ: quia multi qui negarunt sępe deis tarpeijs.i. qui in arce tarpeia seu capitolina quæ summa est Romæ coluntur, sua tura.i. sacrificia, venerentur nomen tuũ inclusum fusco cespite.s. terræ Aegyptiacæ quæ fusca est. Et ita si esses in capitolio sepultus cum minor esses deis qui tamẽ a multis contemnunt, minus haberes numinis & veneratiõis. sic Sulp. legit & exponit. alij etiã legẽtes fusco sic interpretant: vt sit per confirmationem dictum. Sæpe qui negarunt sua tura deis tarpeijs eo q; sunt aurei aut inaurati: venerentur numẽ ipsorum inclusum cespite fusco.i. si esset in statuis fictilibus. Omnibonus autem & Beroaldus legunt tusco: & fulmen: vt capitolio vt Ioui, Apollini, Mineruæ, Iunoni. Numẽ inclusum cespite fusco. manes Põpeij sepultos in terra Nili nigra. talis enim p̃ pinguedine est. BEROALDVS.

¶ Tu quoq; cum sæuo. Sermonẽ vertit ad vrbẽ Romam quæ cum dederit templa Tyranno, scilicet Cæsari & eum tãq̃ deum colat nõdum petierit cineres Pompeij: vt illos honorifice conderet. Si sęcula prima victoris timuere minas.i. si primis illis tẽporibus null⁹ audebat metu Cæsaris transferre cineres Põpeij Romam, nunc saltem transferant si modo nondum sunt fluctibus subruta & dissipata. Nunc. mortuo Cæsare. Quis sacris dignam. quis timebit mouere vrnã in qua sũt cineres Pompeij, & Romam transferre? q.d. nullus timere deberet. Satis o nimiumq; beatus. ego essem inquit Lucanus beatissimus si mihi Roma imperaret: vt ego cineres Pompeij transferrem Romam. Manes.s. Pompeij. Transferre Ausoniam.i. Italiam vt supra sæpe dictum est. Forsitan aut sulco sterili. sensus est. Fortassis cineres Pompeij Romam transferentur cum Romani quęrentes finem sterilitatis, aut pestilentię, aut incendij aut motus terrę a dijs admonebuntur ita eos fore votorum compotes, si cineres Pompeij Romam transtulerint. Feralibus haustris.i. pestilentiæ mananti ab haustris pestilẽtibus & per autumnum, vt inquit Horatius, corpora infestãtibus. Consilio iussuq; deum. Tangere videtur coniurationem Pisonianam cuius ipse Lucanus fuit particeps: quę duce Pisone consurrexit in Neronem. vnde videtur significare interfecto Nerone cineres Pompeij in vrbem transituros qui Romam transferri non poterant regnante Iuliorum gente quæ in Nerone defecit. Summus sacerdos.i. pontifex. Nam quis ad exustam. nullus inquit ibit in Aegyptum aut in Arabiam q̃ non flectat ab itinere: vt manes Pompeij placare possit. de Syene dictum est in secundo q̃ subiecta est tropico cancri in extremis finib⁹ Aegypti. Siccas sub Pleiade Thebas. Ciuitas est Aegypti Diospolis, eadem dicta Thebe: centum portarum fama nobilis: vt Plini⁹ & Diodorus tradunt: ibi nũq̃ pluit nec ortu, nec occasu Pleiadum quæ stellæ ducunt pluuias & sunt in Tauro. alio nomiẽ dicunt Suculæ vel potius Vergilię. Mercis mutator eoę Seres & populi orientales suas merces pmutãt acceptis alijs mercibus vt ait Solinus:& similiter negotiatores i Aethiopia vehũt cinamomum reuehentes vitrea, & ęnea, & vestes. auctor Plinius. Auertet.s. a recto cursu. Et Casio præferre Ioui. dictum est supra Casiũ mõtẽ eẽ p⁹ Pelusiũ in quo fuit delubrũ Iouis Casij & tumulus Põpeij. Qui ergo veniet: vt placet manes Pompeij, eos anteponet Ioui Casio. Ista busta. tam vilia. Augustius aris victoris.i. sepulcrum Põpeij pulsatur fluctibus: quod tamen est augustius & diuinius & nobilius aris quæ erectæ sunt Cæsari. Tarpeijs qui sæpe deis.i. multi qui noluerũt sacrificare Ioui sacrificant eius fulminibus q̃ venerantur inclusa. Cespite tusco.i. bidentali disciplina: ita tradita ab Hetruscis: vt su-

pra docuimus in primo. etiam Aldus impressit: vt sit auspices & extispices ac augures tusci qui negarunt sua tura deis Tarpeijs venerentur numen inclusum cespite tusco. i. ara a tuscis sacerdotibus extructa in luco vbi fulmen ab Ioue missum cōdiderint. aut bidentali disciplina vt Beroaldus explanat. Praeterea Sulpitius legit illud. Nunc est pro numine summo &c. vt sit per insultationem in Caesarem & fortunam dictum sic. Nunc fortuna. s. Caesaris iacens hoc. i. magnifico tumulo est pro summo numine. s. stultis q strepitum fortunae colunt: tamen hoc saxum pulsatur &c. Mihi autem placet expositio quam primam posui.

SVLPIT. ¶ Proderit. Solamen est a futuro commodo nam euerso sepulcro quod breui durabit minores non credent Pompeium mortuum nec in Aegypto sepultum: sed in caelo regnare vt putant Iouem Cretenses. Olim, in futurum. Ardua moles. eminens sepulcrū. Sparget, dissoluet. Bustum, busti saxum. Argumenta, signa. Sit nulla fides: nō credat. Erit tam mendax: putabitur ita mēdacium dicere: vt Creta de Iouis sepulcro: qđ in Creta fuisse Solin⁹ & Cicero in natura deorum & Lactantius meminere. BEROALDVS.

Iouis sepulcrum.

¶ Pulueris exigui sparget. i. vetustas dissipabit olim hoc sepulchrum Pompeij & sic nullum extabit eius mortis indicium ex quo p deo coletur. Atq; erit Aegyptus. Sepulcrū Iouis est in creta: vt Solinus Varro & Lactantius tradunt ostendentes Iouem fuisse mortalem. verum Cretēses ne minuatur fama diuinitatis Iouis negāt eum apud ipsos esse sepultum. dicit ergo Lucanus q quemadmodum Creta est mendax de sepulcro tonantis. s. Iouis, ita Aegyptus temporibus nepotū erit mēdax de tumulo Pompeij quem negādo apud se esse situm, tradet posteris pro deo colendum.

Proderit hoc olim q nō mãsura futuris
Ardua marmoreo surrexit pondere moles.
Pulueris exigui sparget non longa vetustas
Cōgeriem: bustumq; cadet: mortisq; peribūt
Argumenta tuae: veniet felicior aetas
Qua sit nulla fides saxum monstrãtibus istud:
Atq; erit Aegyptus populis fortasse nepotū
Tam mēdax Magni tumulo q̄ Creta tonātis.

¶ Prodiderit hoc olim. Consolatur a futuro commodo in qđ praesens malum commutabitur dicens. Hoc q moles. s. sepulcri tui non surrexit ardua, pondere marmoreo. i. grādi structura e marmore: & q non est mãsura futuris. i. apud futuros homines (sunt tamen qui sepulcri pro futuris reponant), proderit. i. commodum erit olim. i. tempore futuro Iup. tibi o Magne: quia vetustas non longa. i. statim ventura, sparget. i. dissipabit, congeriem pulueris exigui. i. cinerum tuorum modico sepulcro contentorum, & bustum. i. sepulcrum tuum cadet. i. diruetur, & argumenta. i. approbationes & monumenta tuę mortis peribunt: sicut Romulum mortuum negant cum nō comparuerint eius reliquiae. Aetas felicior. i. quę libertatem reducet, veniet: quia cum sit pro patria defunctus credent te in coelis cum dijs regnare, atq; Aegyptus erit. i. reputabitur fortasse a populis nepotum. i. minorum seu posterorum nostrorum, tam mendax tumulo. i. monstrando tumulū Magni, q̄. i. quãtum mendax est Creta tumulo tonantis. i. monstrando tumulū Iouis tonantis, quod monstrabatur in Ida Cretēsi. Sed si sepulcrum est Iouis, ergo mortuus est: si mortu⁹, nō fuit deus nec tonans: vnde alterum est credendum aut nullum esse Iouis sepulcrum, aut Iouem non esse deū. Posset tamen quis q̄ haec pro Cretēsibus dissoluere: vt nos de Christo: si mēdaciter asserere velit quod nos verissime. Sed hoc nil ad hūc authorem. verum haec vltima pars est quasi parasceue ad sequētis libri initium.

Expositio Argumenti per Ascensium.

SPiritus in nono. In nono libro describitur primum apotheosis atq; deificatio animę Pompeianę: dein de Catonis deliberatio cum militibus quos cum vniuersa classe secum tenebat cui cum Cnęo Pompeio praefect⁹ erat: nam cum milites ad libertatem incitasset, persuasit eis vt se pararent ad regem Iubam transire: ibi enim spem aliquam fore: vt ipsi⁹ auxilio remp. recuperarēt. Tum vt in Libyam peruenerint. Et vltio loco quomodo Caesar primo in Troiam, deinde in Aegyptum sit profectus: vbi Pompeij caput aspiciens se ab lachrymis temperare non potuit. Quę omnia Sulpitius carmine complectitur. cuius est ordo. Spiritus. i. anim⁹, Magni. s. Pompeij, petit, id est describitur petisse, aethera. i. caelum in nono. s. libro Parsalię aut Pharsalidos. Et Cato transportat relliquias pugnę. s. Pharsalicę i oras Libyae: & Cornelia vxor Pompeij luget Magnum, id est necem Pompeij: cum

Io. Sulpitii Argumentum in Lucani Librum Nonum.

SPiritus in nono Magni petit aethera: pugnę
Relliquiasq; Cato Libyę transportat in oras:
Et cum Pompeiis Magnum Cornelia luget.
Qué Cato cōmendās Cilices castigat: & inde
Per Syrtes agit: Libycas quoq; calcat arẽas
Hammonéq; tués serpentū senta peragrat.
Dux & ab Emathia Troianam vectus in vrbē
It Pharon: & gñi lachrymās pia cōspicit ora.

Pompeijs. i. Pompeij filijs priuiginis suis, etiam Pompeijs vt Sexto & Cnęo Pompeijs: quem. s. Magnum Cato postea Vticensis dicēdus, commendans. i. laudans, castigat. i. arguit cilices q illum sic dereliquerint, & ipse agitur, id est nauigat, per Syrtes in Aphricam, & calcat quoq;. i. etiam pedibus terit, arenas Libycas. i. Aphricanas: & tuens, id est inspiciens, Hammonem. i. Iouem arenarium qui in desertis Libyae solenne templū a Baccho institutum habebat, peragrat senta, id est loca squalida & aspera, serpentū qui i Libya plurimi sunt.

Dux, scilicet Cæsar vectus ab Emathia.i. Thessalia, in vrbem Troianam.i. Troiæ deletæ, quęrens eius vestigia, it id est proficiscitur sup. in Pharon.i. insulam illam Aegypti, hoc est in Aegyptum ad Ptolemæum: & lachrymans conspicit pia ora, id est caput generi scilicet sui Pompeij: aut lachrymans pia.i. pie: vt sit nomen ꝓ aduerbio: sed Lucanus docet non pias sed simulatas fuisse lachrymas, dicens ante finē. Gemitusq; expressit pectore læto.

M. Annei Lucani Parsaliæ lib. Nonus.



T non in Pharia manes iacuere fauilla:
Nec cinis exiguus tantam cō pescuit vmbram:
Prosiluit busto semiustaq; mēbra relinquens
Degeneremq; rogū: sequitur cōuexa tonātis
Qua niger astriferis connectitur axibus aer:
Quodq; patet terras inter lunęq; meatus
Semidei manes habitant: quos ignea virtus
Innocuos vita patientes ætheris imi
Fecit: & ęternos animam collegit in orbes.
Non illuc auro positi: nec ture sepulti
Perueniunt. illic postq̄ se lumine vero
Impleuit: stellasq; vagas miratur & astra
Fixa polis: vidit quanta sub nocte iaceret
Nostra dies: risitq; sui ludibria trunci.



T non &c. Primo loco commemorat author vt anima Pompeij quæ angusto busto contineri nequiuit Elysios petiuerit: & deinde libere volans in mentē Catonis ac Bruti cōscenderit, dicēs. At.i. sed, manes.i. spiritus & mens Pompeij, non iacuere in fauilla.i. modica flāma, Pharia.i. Aegyptiaca a Codro in Pharo insula corpori adhibita: nec cinis exiguus.i. modicum bustum, compescuit.i. coercuit tantam.i. tāti viri, vmbrā.i. corporis effigiem aut spiritum ipsum: sed sup. mens ipsa seu anima prosiluit.i. procul exiluit busto.i. vstorum cinerum receptaculo: & relinquens membra semiusta, & rogum degenerem.i. ignobilem & tanto viro indignum, sequit̄ cōuexa tonantis.i. cęli aut ętheris (nam summus aer Iuppiter est) concauitatem: ad eam sup. partem qua aer niger.i. caliginosus & densus, connectitur axibus astriferis: quia sunt qui putent illic esse illud chaos quod inter superos & inferos confirmatum prædicat euangeliū. Sane Sabellicus legit apsib⁹ .ꝑ apsidibus: vt vidimus fol. xlviij. Sunt autem absides, siue vt gręci scibunt Apsides, fornices & curuaturę in curribus proprie: sed in cęlo capiuntur fere ꝓ circulis qui eccentri seu eccentrici dicunt̄: vt adnotauit Hermolaus in secunda editione in Plin. lib. ij. cap. xvij. Pręterea plures legūt quoq; patet: vt sit ordo. Manes semidei quos innocuos vita, virtus ignea fecit patientes ætheris imi, habitant sup. in ea pte qua aer niger cōnectit̄ axib⁹ seu apsib⁹ astriferis: & sup. illud spatij quod patet inter meatus lunę & terras. Si tamē malis legere quaq;, ordo est. Quaq;.i. & qua parte, aer patet.i. effūditur inter terras & meatus lunæ.i. lunarem circulum, manes semidei.i. spiritus heroum & diuorum eorumq; qui immorta

Ioannis Sulpitij Verulani in Lucani Nonum interpretatio.



T nō in Pharia. Pompeius animā quæ terra condi non potuit in campos Elysios quæ sub lunę regione sunt euolasse & cōteptis terris atq; humana miseria in Bruti Catonisq; pectoribus requieuisse inquit. Manes, Pompeij anima. Pharia fauilla: cinere Aegyptiaco. Cōpescuit, cōtinuit. Prosiluit, extra saltauit. Sequitur conuexa: repetit cœli concauitatem. Qua niger. Elysios cāpos in orbe lunari esse ostendit ea qua aer est coniunctus ætheri. Nigrum autem aera appellauit respectu fulgoris ætherei & astrorum. Astriferis axib⁹, hoc est sphęris planetarum, videlicet lunæ q̄ prima est. Patet, effunditur. Semidei manes. i. animę beatorum quę sunt in circulo lunari. Ignea, diuina: loquiturq; secundum Platonicos qui deos & animas igneas esse dixerunt & Vergi. Igneus est ollis vigor & cœlestis origo. Patientes. ibi enim purgantur. Imi. lunaris qui est iter septē infim⁹ omnium. In orbes in sphæras & circulos quibus descēdit. nam anima in supremo cœlo orta per septem orbes in terras demittitur. Non illuc. non dites sed sapientes & optimi illuc admittūtur. Socratem enim dixisse Cice. tradit animos hominum esse diuinos: iisq; quum e corpore excessissent reditum in cęlum patere optimo & iustissimo cuiq; expeditissimū. Positi, sepulti. Vero, clarissimo: nam hoc nostrum illi collatum est tenebrosum. Impleuit, Pompeius Stellas va. pręter solem & lunam quinq; planetas errantes. Astra. signa ipsa quæ non errant sed cum stellato cœlo vertuntur: vt sunt quæ in Zodiaco & extra ipsum sunt. Nocte tenebris. Nostra dies. lux & vita humana. Ludibria, irrisionem & contemptum.



T nō in Pharia manes iacuere fauilla. Cineres Pompeij i Aegypto quidem iacuerunt vili busto cōtecti. at manes ei⁹ & vmbra prosiluerūt e tumulo. & dicit Luca. aiam Pōpeij petijsse sedes beatorum quæ circa lunarem dicunt esse circulum, & Elysij campi existimantur secundum theologos. de qua re diximus in tertio. Pharia fauilla.i. rogo & busto Aegyptio Tantam vmbram.s. Pompeij. Homines enī vt ait Seruius, tribus constant anima.s. corpore, & vmbra. Sequitur conuexa tonātis. Vmbra Pompeij petijt cœlum qua parte aer summus cōnectitur circulo lunari qui aer purus est & liquid⁹ & imperturbatę lucis vt aiūt Cicero & Plinius. Qua niger. Aer qui est ꝓpe terram ad. xl. stadiorum altitudinē niger est: & in eo nubila ac venti nubesq; ꝓueniūt. Quodq; patet terras. Animę heroum & semideorū aerem habitant & loca quæ media sunt iter circulū lunę & terras. est enim infim⁹ orbis lunæ: vt ait Cicero. Patientes ętheris imi. animę heroum incolūt elementum aeris per cun

PHILIPPVS BEROALDVS.

cta meabilis: quod elemēto ignito & ętherëo quod summum est, connectit: & sic animę accedunt propius ad æthera inferiorem. Collegit in orbes. i. stellas. vulgus enim teste Pli. existimat sydera singula singulis esse attributa mortalibus. Non illuc auro positi. Non perueniunt ad hæc loca piorum inquit Lucanus, animę tyrannorum & diuitum qui in auro sepeliunt. Stellasq; vagas miratur & astra fixa. Anima Pōpeij postq̄ ascēdit ad sedes heroum & piorum mirabatur planetas q̄ sunt sydera errātia. vnde a Nigidio Errones nuncupantur, cum tamē nulla errent minus illis: vt ait Plinius. pręterea mirabatur stellas fixas in orbe illo cælesti qui extim⁹ reliquos complectitur omnis vt ait Cicero. Quanta sub nocte. i. tenebris. iuxta illd̄ Lucretij. Qualibus in tenebris vitę quantisq; periclis degitur hoc æui.

litatem consecuti sunt per virtutem. habitant. s. post mortem quos. s. manes, virtus ignea. i. cœlestis aut diuina, fecit existētes innocuos vita. patientes. i. compotes ac toleratiuos imi ætheris i. lunaris globi: vbi mali durare nequeant: & virtus collegit animam Pompeij in æternos orbes. i. in sphæras cælestiū corporum. Sabellicus malit legere internos: sed nihil mutem cum æterni sint interni, hoc est supra lunam. Positi. i. conditi, & sepulti auro. i. aureis sepulcris, non perueniunt illuc. i. ad illas sedes semideorum, nec sepulti ture. i. cum multis odorib⁹, & vnguentis, perueniunt illuc: hoc est non propter preciosam sepulturam, sed ob sanctam & innocentem vitam traducunt illuc mortales. quæ sententia vel diuo Paulo digna est. Postq̄ aīma Pompeij impleuit se illic, id est in sedibus illis beatis, vero lumine, id est vera cognitione rerum, & ipse miratur stellas vagas, id est planetas, & astra scilicet fixa: vidit sub quāta nocte, id est ignoratiōe rerum iaceret dies nostra, id est nos in hac mortali vita: & risit, id est vilipendit & pro nihilo habuit, ludibria. i. irrisionē & cōtēptū sui trūci. i. q̄ fecerāt Aegyptij in corpus suū. qa q̄ corpori ꝑpter corpus fiunt, nō nocent nec ꝓsunt animæ: licet solatia sint viuis.

Hinc super Emahiæ cāpos & signa cruenti
Cæsaris: ac sparsas volitauit in ęquore classes:
Et scelerum vindex in sancto pectore Bruti
Sedit: & inuicti posuit se mente Catonis.
Ille vbi pendebant casus: dubiumq; manebat
Quē dominum mundi facerent ciuilia bella:
Oderat & Magnum: quis comes isset in arma
Auspiciis raptus patrię ductuq; senatus.
At post Thessalicas clades iam pectore toto
Pompeianus erat: patriam tutore carentem
Excipit: & populi trepidantia mēbra refouit.
Ignauis manibus proiectos reddidit enses:
Nec regnum cupiens gessit ciuilia bella
Nec seruire timens: nil causa fecit in armis
Ipse sua: totæ post Magni funera partes
Libertatis erant: quas ne per littora fusas
Colligeret rapido victoria Cęsaris actu:
Corcyrę secreta petit: ac mille carinis
Abstulit Emathiæ secum fragmenta ruinæ.
Quis ratibus tantis fugientia crederet ire
Agmina: quis pelag⁹ victas arctasse carinas?
Dorida tūc: Maleam: & aptā Tenarō vmbris:
Inde Cythera petit: Boreaq; vrgēte carinas
Creta fugit: dictęa legit cedentibus vndis
Littora: tunc ausum classi præcludere portus
Impulit: ac sæuas meritum Phycunta rapsia

SVLPIT. ¶ Volitauit, volādo quasi adijt: nam per cœlum volans hæc despectabat. Classes. de quibus supra Mille meæ graio voluūtur in ęquore classes. Scelerum vindex. vindicatur⁹ cladem belli ciuilis. Sedit, quieuit, contemplās. Bruti. qui erat Cæsarē confecturus. Inuicti. liberrimi animi. Ille vbi. Cato inquit cum eēt viuo Pompeio victorem odio habiturus, illo iam mortuo Pompeianus euasit & reliqas Pharsaliæ colligens non pro se sed pro libertate pugnauit. Plutarchus. Cato præfectus cohortiū. xv. audita clade Pharsalica ea mēte Corcyram vbi naues erant delatus vt si Pōpeius perijsset omnes in Italiam reduceret: ipseq; solus tyrannidem fugeret: si euasisset copias illi conseruaret: cum Ciceroni pernegāti tradere copias non potuisset Pompeij, quē in Aegyptum aut Libyā peruenisse arbitrabatur, cum copijs omnibus nauigās Sexto occurrit: a quo accepta morte Pompeij principatum petiuit: & a Cyreneis receptus est cū paucis ante diebus Labienum exclusissent. Vbi. quando. Quē. an Cęsarem, an Pompeium. Oderat Magnum. quia poterat euadere dominus. Auspicijs raptus patriæ. tract⁹ authoritate & tutela. Ductu, duce senatu. Pompeianus. Pompeij amator & cultor. Excepit, fouendam suscepit. Carentem tutore: sic dixit quasi iam orbatam parēte Pompeio. Mēbra: sparsas reliquias. Ignauis, victis. Totæ partes: omnes Pompeiani. Rapido actu. ꝓspera impulsione & persecutione. Actus eñ impulsionem significat: & agere ante se pellere & ꝓsequi: vt author est Festus. Ouidius in fastis. Pars quia non veniāt pecudes sed agātur, ab actu Nomen Agonalem credit habere diem. Corcyræ secreta. insulæ semotæ portum cum eiusdē nominis oppido quæ Phęacia etiam dicta est. dixim⁹ de ea supra. Historia autem ita se habet ex Appiano: cum quo poetæ & Plutarcho non conuenit. Lucius igitur Scipio Pompeij socer cæteriq; quicunq; illustriores a Pharsalica pugna perfugerāt ad Catonem Corcyram versus abiere: qui ad alterius exercitus curam & trecētarū triremium custodiam prætor relictus fuerat. Itaq; quicunq; ex ipsis clariores extitere Pompeij copias classemq; inter se partiti sunt. Cassius in

Actus Agere.

Corcyra.

Sparsit: & hinc placidis alto delabitur auris
In littus Palinure tuum. neq̧. n. æquore tātū
Ausonio monumēta tenes: portusq̧ quietos
Testatur Libye Phrygio placuisse magistro.
Cum procul ex alto tendentes vela carinę
Ancipites tenuere animos: socios ne malorū
An veherent hostes: præceps facit oē timēdū
Victor: & in nulla non creditur esse carina.

¶ Hinc super Emathiæ &c. Prosequitur studia Pompeij post
necem, approbans qd Maro æneí. vj. assent, eadē studia mane
re defunctis q̄ fuerant viuis. Ordo est. Pōpeius volitauit hinc
.i. e coeli regione, super, immo supra cāpos Emathiæ & sup si=
gna Cæsaris cruenti .i. sanguinarij, ac sup classes. s. suorum, sp
sas. s. post fugam, in ęquore: & sedit. i. quieuit & locum diu ce=
pit, vindex. i. cohortator vindictæ faciendę per Cæsaris necē,
in sancto pectore Bruti qui Cæsarem occisurus erat: & posuit
se in mente, id est insinuauit amorem causæ suæ animo, Ca=
tonis inuicti. i. inuincibilis: quia vt dicit Flaccus, Cæsar omnia
vicit atrocē pter animū Catōis. Ille. s. Cato, vbi. i. q̄ diu, casus
pendebant. i. suspensi & incerti erant, & manebat dubium, id
est incertum, quem dominum mundi bella ciuilia facerent: an
Cæsarem an Pompeium: nam etiam Pompeium affectare im
perium verebat: oderat &. i. etiam Magnum. s. Pompeiū: q̄uis
isset in arma comes Pōpeij, raptus auspicijs. i. pro salute patrię
& ductu. i. authoritate senatus. At erat iam post clades Thessa
licas Pompeianus. i. protector causæ Pōpeianæ, toto pectore
.i. affectu, & ita excepit. s. in protectionem suam, patriam carē
tem tutore. i. protectore: & refouit membra populi trepidantia
.s. præ timore de Cęsare: & reddidit enses proiectos. s. in Thes
salia, manibus ignauis. i. ignauorum militum: nec gessit bella
ciuilia cupiens regnum, nec timens seruire. i. ad priuatum cō=
modum obtinendum aut incommodum vitandum: quia ipe
nil fecit in armis causa sua. i. proprij cōmodi. totæ ptes. i. copię
aduersę Cęsari erant libertatis. i. p libertate, post funera. i. mor
tem Magni, quas. s. partes fusas per littora, ne victoria Cæsa=
ris colligeret actu. i. impulsu rapido, ipe Cato petit. i. petiuit se
creta Corcyræ. s. insulę, ac abstulit secum mille. i. multis, vtpo
te trecentis carinis, fragmenta. i. reliquias, ruinę. i. cladis Ema
thię. Quis crederet agmina fugientia, ire tantis. i. tot ratibus.
s. mille? q. d. nemo: quis crederet carinas victas. i. vehentes vi=
ctos, arctasse. i. obstruxisse & impleuisse, pelagus. i. mare? q. d.
etiam nemo. Cato petiuit tunc scilicet collectis reliquijs, Ma=
lean Dorida. i. laconicam: & Tænaron rupem laconiæ apertā.
i. peruiam vmbris. i. manibus aut inferis: & petit inde Cythera
insulam iuxta Maleā: & Borea vento septentrionali vrgente
.i. impellente carinas, fugit, id est dereliquitur Creta, & legit lit
tora Dictęa. i. ad Dictęum montem Cretę, vndis cedentibus,
id est locum dantibus classi. tunc. i. deinde, Cato impulit. i. ex
pugnauit Phycunta oppidum Laconię, ausum pcludere clas
si portus: ac spsit meritum sæuas rapinas, id est vt sęue deripe
ret: & delabitur hic. i. e Lacōia, alto. i. per maria, auris placidis
o Palinure in littus tuum scilicet Aphricanum: enim pro qa
neq̧, id est non, tantum tenes monumēta, id est sepulcra, sup.
in ęquore ausonio. i. in Calabria. q̧ pro quia Libye. i. Aphricę
pars, testatur portus quietos placuisse, per nominis tui imposi
tionē, magistro. i. gubernatori Phrygio. s. tibi. Tum, id est de=
inde cum venirent in Aphricam. sunt qui legant cum. i. qn̄ &c.
carinę tēdētes pcul vela ex alto, tenuere aīos. s. Pōpeij Iunioris
& reliquorum, ancipites. i. dubios, ne. i. an veherēt socios malorum

Pontum ad Pharnacem pfectus est vt in Cę
sarē illum excitaret. Scipio & Cato in Liby=
am enauigarunt Vari fidutia & exercitus qui
cum illo asseruabatur, Iuba Numidarum re=
ge pariter cum illis ab bella conspirante Pō=
peius autem primogenit⁹ Pom. filius Leui=
nusq̧ cū eo, copiarum partem deducentes in
Iberiā sunt pfecti. Petit. non syncope est sed
ectasis. Mille. hyperbole. i. trecentis. Fugien
tia. cum prę numerosa multitudine viderent
esse victricia. Victas, quę victorum erant. Ar
ctasse, angustasse: quia magnam ei⁹ partem
occupabant. Maleam, promontorium laco
niæ quā Dorida appellat a Doribus. i. lacōi= Malea doris.
b⁹ q circa eā i Pelopōneso sunt. Supra eā nō
tuta nauigatio erat: vētis aduersis flantibus:
vnde natū prouerbiū. quum Maleam defle=
xeris domesticos obliuiscere. Tęnarum, pro
promontoriū Lacōię in quo est antrum quo Tęnaros.
itur ad iferos: quaq̧ Cerberum Hercules ad su
peros expulit. Aptā vmbris. qua vmbræ eūt
& redeūt. Cythera, insulā nō longe a Malea q̄
antea Porphyris appellata, & a qua Ven⁹ Cy= Cythera. Porphyris
therea dicta est. Creta, isula in Aegęo cētū vr Creta.
bibus clara fama. Fugit. præternauigātib⁹
terrā nō nauis sed terra quū ad eā respiciunt
moueri videt. Legit, nauigando pręterit. Di
ctæa. Dictęus Certę mōs est authore Plinio. Dictæus.
Præcludere port⁹ classi. non recipere classem
sed ppellere. Impulit, expugnauit populū vr
bem vero diripuit & euertit. Phycunta. Phy=
c⁹ oppidum cū promōtorio humili quod cō Phycus.
tra Tænarum Laconię iacet duorum milium
& octingentorum stadiorum transitu. & vt in
quit Pli. p Creticū mare excurrit distās. cccl.
m. p. a Tęnaro pmōtorio: a Creta vero ipsa.
cxxv. milibus. Palinurę. Palinurus portus
est in Aphrica vt & in Calabria promontoriū Palinurus.
dictū a Palinuro nauis Aeneę magistro. Ae=
quore Ausonio monumēta tenes. hoc est in
Calabria ad Veliam non est solum argumen
tum nominis tui sed etiam in Libya. Tum
procul. inde prospiciens naues quibus Cor=
nelia cū Sexto Pompeio vehebatur timuit
ne Cæsarianę essent. Animos. Catonis & re=
liquorum. Præceps, celer & subitus. In nulla
non, hoc est omni. BERO.

¶ In sancto pectore Bruti. ideo dicit animā
Pompeij sedisse in pectore Bruti quoniam
Brut⁹ deinde interfecit Cęsarem: & sic vltus
est mortē Pompeij cuius anima stimulabat
pect⁹ Bruti. Ille vbi pendebāt casus. Cato q
cognominatus est Vticēsis, de quo dictū est
in secūdo, secut⁹ quidem est partes Pōpeij nō
illius amore sed reipublicę: & vt ait Plutarch⁹
cū Pōpeius præsentiā Catōis formidaret co=
pijs q̄ erāt Dyrrhachij pfecit. dicit nūc Luca.
Catonē odio habuisse Pōpeiū quoq̧ añ cla
dē Pharsalicā: verū mortuo Pompeio factū
esse Pompeianū q reliquias suscepit. Quē
dominū mundi. vel Cæsarem vel Pompeiū,
Patriā tutore carētem excepit. Tutor patrię
& ppugnator fuerat Pompeius: quo sublato
Cato successit. Proiectos reddidit enses. post
cladē Pharsalicā Pō. enses piecerāt: quos Ca
to vt resumerent & iterum bella pararent, effe
cit. Nec seruire timens. Cato vticę se cōfodit

ne seruiret:ne in man⁹ Cęsaris deueniret. Nil causę fecit. Cato nihil fecit causa sua: sed oia causa libertatis. Corcyrę secreta petit. Cato vt Plutarchus ait, in Corcyram insulam post cladem Pharsalicam perrexit vbi erat classis Pompeiana. Abstulit Emathię f..um. Cato arbitratus Pompeium in Aegyptum aut Libyā concessisse ex Corcyra ad illum ire parauit cum omnibus fragmentis & reliquijs Pōpeianis. Quis ratib⁹ tantis. cum Cato mille nauib⁹ .i. multis nauigaret qs crederet illos qui erant in tot nauibus fugere cū numer⁹ eorum fuisset idoneus ad hostes repellendos. Arctasse carinas. quis crederet tot fuisse naues victas vt pelagus arctarent propter numerum. Dorida tunc Malean. describit iter Catonis maritimum. Primo petit Malean quod est promontorium Laconiæ: vt Strabo & Seruius tradunt. Vergilius. Maleæq; sequacibus vndis. Dorida appellat quoniam Dores incoluerunt Laconiam. Et apertam Tænaron vmbris. Tænaros oppidum & promontorium est Laconiæ vbi est antrum per quod patet descēsus ad inferos: vt ait Solinus. vnde eam appellat apertam vmbris: quia vmbrę mortuorum per eum locum habent aditum. Inde Cythera petit. insulam a qua Venus dicitur Cytherea. Creta fugit. i. subducitur e conspectu nauigantium. ita Vergilius. Terręq; vrbeiq; recedunt. Dictęa legit. Dictęus mons est Cretę vt supra diximus. Meritum Phycunta rapinas sparsit. Phycus promontorium est Cyrenaicę regionis per Cret cum mare excurrens. auctor Plinius. Cato peruenit Cyrenē & a Cyrenensibus est receptus: vt scribit Plutarchus. Verum Phycunta rapi permisit militibus quoniam populares ausi fuerant eum portum sibi claudere. In littus Palinure tuum. Palinurum promontorium est in Lucania vt ait Plinius: a Palinuro gubernatore nauis Aeneæ nuncupatum: vt dicit Vergilius. Est & alterum promontorium Palinuri in Aphrica ad quod peruenit Cato. vnde ait Lucanus. Palinurum non solum dedisse nomen promontorio Ausoniæ, id est Italiæ in quo dicitur esse sepultus: verum etiam promontorio Aphricæ quod testatur ipsum Palinurum illos portus adamasse & illuc appulisse. Phrygio magistro. i. Palinuro rectore nauis æneæ. Ancipites tenuere animos. Catoni obuiam facta est Cornelia cum Sexto Pompeio qui mortem patris nuntiauit Catoni oram Libyę pręteruehenti: vt ait Plutarchus. Naues ergo quibus Cornelia & Sextus vehebantur a longe visę tenuerūt animos Catonis & comitum dubios, an socios an hostes veherēt id est cladis Thessalicæ, an hostes: quia victor. i. Cæsar, pceps .i. præcipitanter & ex improuiso adoriri solitus, facit omne, id est omnem rem etiam tutam, timendum: & creditur esse in nulla non, id est in omni carina, id est naui. Facit omne timendum. victor Cęsar faciebat omnia timenda: in omnibus ipsę nauibus esse credebatur.

Ast illæ puppes luctus planctusq; ferebant:
Et mala vel duri lachrymas motura Catonis.
Nā postq̄ frustra precibus Cornelia nautas
Priuigniq; fugam tenuit: ne forte repulsus
Littoribus Phariis remearet in ęquora trūc⁹:
Ostenditq; rogum nō iusti flāmma sepulchri:
Ergo indigna fui (dixit) fortuna marito
Accendisse rogum: gelidosq; effusa per artus
Incubuisse viro: lacerosq; exurere crines:
Mēbraq; dispersi pelago componere Magni:
Vulneribus cunctis largos infundere fletus:
Ossibus & tepida vestes implere fauilla:
Quicquid ab extincto licuisset tollere busto:
In templis sparsura deum: sine funeris vllo
Ardet honore rog⁹: man⁹ hoc Aegyptia forsā
Obtulit officiū graue manibus: O bene nudi
Crassorū cineres: Pompeio cōtigit ignis
Inuidia maiore deum. similis ne malorum
Sors mihi semper erit: nūq̄ dare busta licebit
Coniugibus: nunq̄ plenas plāgem⁹ ad vrnas:
Quid porro tumulis opus est: aut vlla requiris
Instrumenta dolor: nō toto in pectore portas

SVLPIT. Vel Catonis duri. etiam constantis Catonis seueritatisq; stoicę qui nō turbaretur & lachrymaretur. Frustra tenuit. quia nihil Pompeio profuit. Priuigni, Sexti Pōpeij. Repulsus: a fluctu redeunte. Remearet, referret in mare. Ostēditq; rogum. & vbi ex flamma indignā Pōpeio. pyram aspexit. Ergo idigna. Se in officiosam, & miserandum fun⁹ mariti conquerens Sextum & alios ad bella irritat & dolori solo mori constituit. Accendisse. vt moris est auerso vultu. Effusa, extensa complectēdo ipsos. Laceros. quos lacerassem mihi. mos em̄ erat crinem euulsum in funere in rogo comburere. Componere, apte collocare. Dispersi. truncati nō integri. Flet⁹, lachrymas. Vestes, meā sinū. Sparsura, sparsim cōditura. Quicquid, cineres & ossa. Funeris, exequiarum: nam non pompa aderat nō familia, nō tybia, nō Sandapila, nō laudatio, nō pfica. Officium, sepeliendi. Graue manib⁹, ingratū & molestum vmbræ tuę. O bene nudi. quasi dicat o feliciores q̄ isepulti fuistis. Pōpeius enim vstus est maiore deorum odio. Crassorum, patris & filij. Inuidia, odio. Coniugibus. vt Crasso filio & Pompeio. Plenas. cinere & ossibus. Quid porro. Seipsam vana optantem arguit: cum non sit opus ei aut cineribus aut monumēto: nā semp ei adest memoria & imago Pōpeij. Porro, vero. Instrumēta. quæ te excitēt & irritent. Victura superstes. hoc est aliq̄ diu victura post viri mortē. nā ego dolore moriar breui. Maligna, nō clara. Aliqd tui: aliquā partem de te. Resedit. cessauit, extincta est. Ferens Pōpeiū, in quem Pōpeij corpus resoluitur oriente iam sole. Et inuisi tendunt in carbasa venti. & ego inuita a ventis odiosis auferor. Ventum esse dicūt philosophi aeris vndam. Inuisi. quia diutius spectare vellem. Tendunt, implent. Vergilius. Tenduntvela noti. Non mihi. ni

Impia Pompeium? non imis hæret imago
Visceribus? quęrat cineres victura superstes.
Nunc tamen hic longe q fulget luce maligna
Ignis adhuc aliquid Phario de littore surgēs
Ostendit mihi Magne tui: iā flāma resedit:
Pōpeiumq; ferēs vanescit solis ad ortus
Fumus: & inuisi tendunt mihi carbasa vēti.
Non mihi nunc tellus Pōpeio si qua triūphos
Victa dedit: non alta terens capitolia currus
Gratior: elapsus felix de pectore Magnus:
Hūc volum9 quē Nilus habet: terręq; nocēti
Non hęrere queror: crimē cōmēdat arenas.
Linquere si qua fides Pelusia littora nolo.

hi esse ei grati9 Aegypto & cinerib9 Pompeij fatet. Si qua. vt Pōtus Aphrica Sicilia Hispania. Terens. qui triuit in triūpho. Elapsus felix. iam oblita sum Pōpeiū felicē: cupio infelicē: qui cōtinet Aegypto quā nō incuso, sed quia Pōpeiū tenet est mihi gratior. Hęrere, cōiunctā me esse. Cōmēdat, chariores facit. Linquere si qua fides. acclamatio est.

¶ Et mala vel duri. illę naues nūtiabāt mortē Pōpeij q mala erāt motura Catonē ad lachrymas. Priuigniq; fugā tēuit. i. retardauit Sextū filiū Pōpeij ex alia vxore. Trūcus. i. cadauer Pōpeij. Ostēditq; rogū. Cornelia cū ex flāma cognouisset maritū Pōpeiū cōburi rogo, flēs dixit ergo ego nō fui digna accēdisse rogum mariti mei o fortūa: & cōponere ei9 mēbra pelago & fluctib9 dispsa: & vulnera oīa q in eius sunt cadauere lachrymis meis irrigare. Vestes iplere fauilla. i. ego fui indigna colligere cineres mariti sinu męę vestis & illos spargere tan q sanctos in tēplis deorum imortaliū. Sine funeris. i. sine honore exequiarum. Officiū graue manib9. fortassis aliquis Aegypti9 hoc extremū officiū exhibuit Pōpeio qd ei9 vmbrę est molestū tanq ab interfectorib9 paratū. Nudi. i. insepulti. Nūq dare busta licebit. ego inqt Cornelia sum infelix: cui nunq licuit sepelire maritos: nā prior ei9 marit9 Publi9 Crass9 interfectus a Parthis iacuit insepult9: & nūc Pōpeiū sepelire ipa nō potuit. Plenas. s. cinerib9 mariti a me sepulti. Nō in toto pectore portas impia Pōpeiū. seipsam Cornelia obiurgat q desyderet cineres Pōpeij cōdere busto tanq illū nō gestet in corde: quo vxor mariti nomē portare debet. Nō imis. i. pfundis viscerib9. Nūc tū hinc lōge. O Magne. s. Pōpei ignis quo cōbustū est tuū cadauer ostēdit adhuc aliqd tuarū reliquiarum. Luce maligna. i. exigua. Flāma resedit. i. qeuit. Pōpeiūq; ferēs. i. fumus q manat a rogo Pōpeij vanescit ad orientē vēto. s. ipulsus. Et iuisi tēdūt. Vēti nūc inflāt vela nostrarum nauiū, q mihi ob hoc sunt infesti: qa cogūt ad nauigandū cū ego inquit Cornelia ab hac terra recedere nollē. s. Aegypto vbi situs est magn9. Nō mihi nūc tell9. nō est mihi gratior inqt Cornelia tell9 oīs q Pōpeio dedit materiā triūphorum: vt Aphrica, Hispāia, & regiōes Pōticę: nec ē mihi gratior curr9 triūphalis Pōpeij quo capitoliū ingredi solebat q sit hęc tellus Aegypti. Elapsus felix de pectore Magn9. i. ego oblita sū illius Pōpeij q olim erat felix: hūc Pōpeiū volo qui est infelix q iacet ī Nilo. Crimen cōmēdat arenas. ista littora. istę arenę sunt scelerate ppter cōmissum scel9 in Pōpeiū qd tū crimē illas facit cōmendabiles. BERO.

¶ Ast illę puppes. Licet inquit Cato & qui cū eo erāt vidētes classem in q Cornelia & Sext9 Pōpei9 erāt, subtimebāt hostiū aduētū: tū illę puppes nō hostes sed luct9 afferebāt. At inde psequit qrelā Cornelię: & cōgressū Magni Pōpeij cū Sexto fratre: vt cū ordie patebit q talis est. Ast. i. sed, illę puppes. s. quas viderāt & in qb9 erat Cornelia cū Sexto Pōpeio, ferebāt. i. afferebāt luct9 & plāct9 & p. i. mala motura lachrymas vel. i. etiam duri Catonis. i. vix ad lachrymas excitabilis: quia sibi mortē inferre sine lachrymis postea cōperiet. Nā postq Cornelia tenuit. i. imorata est pcib9, nautas & fugā priuigni. i. p pces effecit vt nō tā cito fugerēt: ne forte trūcus. i. corp9 Pōpeij, trūcatū repulsus. i. reiectū, vndis Pharijs. i. Aegyptiacis vel ab Aegypto refluentib9, remearet in ęquora. i. ad nauē suā: vt ipsū reciperet cremādū: hoc est postq vidit se frustra expectasse vt corpus Pōpeij ad nauē refluxu appelleret, & flāma quā vidit incēsam a Codro ostēdit. i. indicauit rogū nō iusti sepulcri: & ita talis quale vero sile erat Pōpeio posse fieri: dixit o fortuna, ergo (q vox indignātis ē) ego fui indigna marito. i. q reciperē maritū debito officio sepulturę psequēdū: & fui indigna, accendisse rogū. i. ignē funebrē: & effusa p gelidos. i. demortuos art9 viri, incubuisse viro. i. me strauisse sup virū: & fui idigna exurere crines laceros. i. laceratos: & cōponere. i. locare decēter i busto aut monumēto, mēbra Magni dispersi pelago. i. p pelagus, cū corpus haberet collisum & intercisum. Et fui indigna infundere cunctis vulnerib9 Magni largos flet9: & implere vestes meas ossib9 & fauilla. i. flāma lābente adhuc ossa, tepida. i. adhuc parū calēte, sparsura. i. existēs talis q sparsissem in tēplis deū p deorum, quicqd. s. de corpore Magni, licuisset mihi tollere. i. auferre a busto extincto. i. habēte iā flāmas extinctas. probat q indigna est æstimata: quia rogus ardet sine vllo honore funeris. i. pompa funebri & odoribus adhibitis. Forsan man9 Aegyptia. i. Aegyptius quispiā obtulit forsitan hoc officiū. s. funebre, graue. i. molestū, manib9. s. Pōpeij ab Aegyptijs occisi. O cineres Crassorū. s. patris & filij in Parthia fusorū, sup. sunt, bene. i. feliciter & optabiliter nudi. i. derelicti sub dio. ignis contigit Pōpeio, maiore inuidia deū pro deorum: quia (vt putauit) ab hostili manu collat9. Erit ne mihi semp filis sors malorū. i. aduersorum? Nunq. i. nū aliqn licebit mihi dare cōiugi (quia nec Crasso nec Pōpeio dare licuit) busta. i. cōditoria cinerum inustorū: & nunq plangemus. s. maritos, ad vrnas plenas. s. reliquiarum maritorum (per quod innuit se inania sepulcra constituisse Crasso, & cōstituturā Pōpeio)? Quid porro. i. quid aūt, o dolor op9 est tumulis. i. monumētis defunctorum aut requiris. i. exigis vlla instrumēta. i. excitamēta luct9? O impia q vt immemor Pōpeij monumēta requiris, & loquitur ad seipsam, non. i. nonne portas Pōpeium in toto pectore: & imago Pompeij nō hęret imis visceribus? q. d. etiā: qd ergo reliquias qris? Quęrat cineres victura supstes. i. ea vxor quæ superstes viuere vult, quærat cineres mariti vt eius memor reddatur. Tamen hic ignis. i. rogus, qui fulget lōge. i. pcula naui nostra, luce maligna. i. modica & imminuta (sicut partem bonam, dicimus pro magna) surgens de littore Phario, osten

dit mihi o Magne.s.Pōpei marite,adhuc aliquid tui.i.de te aut corpore tuo:& fumus ferens Pōpeiū.s. resolutum in flāmā& cineres, vanescit.i.diffundit,ad ortus solis.i.ad orientē:hoc est pbet euro vēto oriētali materiā ac incremētū:& ita vēti inuisi,quia orti ex spū & fumo mariti, tēdunt mihi vela. Tellus si qua.i. q̄cūq̄ victa a Pōpeio,dedit Pōpeio triūphos.i.cām triumphādi:& currus.s.triūphalis terens.i. q triuit dū Pōpeiū ferret in capitoliū,alta capitolia.i.arcē Tarpeiā,nō est nūc gratior mihi.s.q̄ Aegyptus.Quia Magn⁹ felix.i. memoria Magni in ea conditione qua quōdā felix fuit,elapsus sup.est de pectore sup.meo:qa nos volumus.i.poscim⁹ hūc.s.Magnū.i.talem,quem.i.qualē Aegyptus habet:hoc est miserrimū:& ergo q̄ror.i. conq̄ror non hærere .i.q̄ ego non adhęreo,terrę nocenti.s.Aegyptiacæ:quam quia nocens est.i.quia perfida in Pompeium, summo odio detestari debet:& toto aīo fugere:verū quia corpus Pōpeij habet crimen.i.scelus ipsum, cōmēdat .i. charas facit,arenas.s.Aegypti:in qua Pōpeij reliquię sunt.Si qua fides est mihi.i.si sum in aliquo dicto credēda:in hoc maxime sum credenda,q̄ ego nolo linquere littora Pelusia.i.Pelusium vnū ex ostijs Nili.i.q̄ semp velim manere in Aegypto.nō q̄ Aegyptum amabat hoc dicit:sed q̄ Pompeium:quē vt iam dictum est, in ea deseruit inuita. deinde conuertit sermonem ad Sextum dicens.

Tu pete bellorū casus:&signa per orbem
Sexte paterna moue:nāq̄ hęc mādata reliq̄t
Pompeius vobis in nostra condita cura.
Me quum fatalis leto damnauerit hora:
Excipite o nati bellum ciuile:nec vnq̄
Dū terris aliquis nostra de stirpe manebit
Cęsarib⁹ regnare vacet.vel sceptra vel vrbes
Libertate sua validas impellite fama
Noīs.has vobis partes:hæc arma relinquo.
Inueniet classes quisquis Pompeius in vndas
Venerit:& noster nullis nō gentibus hęres
Bella dabit:tm̄ idomitos memoresq̄ paterni
Iuris habete animos.Vni parere decebit
Si faciet partes pro libertate Catoni.
Exolui tibi Magne fidē:mandata peregi.
Insidię valuere tuæ:deceptaq̄ vixi
Ne mihi cōmissas auferrem perfida voces.
Iā nunc te p inane chaos per tartara coniunx
Si sunt vlla:sequar.q̄ longo tradita leto
Incertum est:pœnas animę viuacis ab ipsa
Ante ferā.potuit cernēs tua vulnera Magne
Nō fugere in mortē:planctu cōcussa peribit:
Effluet in lachrymas:nunq̄ veniem⁹ ad enses
Aut laqueos:aut pcipites per inania iactus.
Turpe mori post te solo non posse dolore.
Sic vbi fata:caput ferali obduxit amictu:
Decreuitq̄ pati tenebras:puppisq̄ cauernis
Delituit:sæuumq̄ arcte complexa dolorem
Perfruit lachrymis:&amat p cōiuge luctum.
Illam non fluctus stridensq̄ rudētibus eurus

SVLPI. ¶Tu pete. Sextū ad bella repāda ex Pō.mādatis irritat.Cas⁹, fortunas pericula. Cōdita, seruata vt eēt curę meę vobis hęc aperire. Mequū fatalis.repetit Pōpeij verba.Fatalis hora: tp̄s mortis. Vacet. vacuum sit tp̄s. Sceptra,reges.metonymia.Impellite,concitate.Partes, officia & diuisiōes & factiōes.Quisquis Pompeius,hoc est Pōpeij fili⁹.Venerit i vndas, descēderit i mare. Nō dabit nullis.excitabit multos.Indomitos.generosos & liberos.Iuris paterni,libertatis & patrię defendendę. Si faciet partes. si defensores coget.Exolui fidem,seruaui pmissa.Insidiæ tuę. q̄ me i mari reliq̄ris. Vixi ne mihi auferrē.viuere volui hacten⁹ vt hęc vobis fideliter apirē:iam vero his actis vt pereā operā dabo.Chaos inane,spatiosas inferni tenebras.Si sunt vlla.ex Senecę sentētia videt hoc dicere.Ait em̄ in libro de cōsolatione ad Martiā.Cogita nullū defunctū malis afSenecæ error. fici:illa q̄ nobis inferos faciūt terribiles fabula est. Q̄z lōgo tradita leto incertū est. ignoro mortis meę tp̄s quo me discruciādo & torquēdo dolorib⁹ miserā aīam anticipabo. Ab ipa, aīa. Ferā,auferam.Cernēs, aīa. Nō fugere in mortē,non separari a corpe. Peribit.excutiet plāgēdo & lachrymādo:nā ad vim mihi inferēdā & pcipitia nunq̄ descēdā. Per inania, per aerē. Turpe.dolori dedecoris stimulū adijcit. Obduxit.texit lugētū more qui vestē mutāt & in publicū nō pdeūt:& lucem euitāt. Ferali, nigro. Arcte cōplexa dolorē, vehemētissime dolēs. Perfruit.fructū voluptatēq̄ capit. Luctū,squalorē& tenebras.Mouit,desistere fecit a luctu.nā solet affectus recens veterē tollere. Clamor,nauticus. Pericula,in q̄bus acti tēpestate versabantur. Cōtraria.illi enim salutē, ipsa mortē optabat. Cōposita, apte collocata. Vergi. Sic o sic positū affati discedite corpus. Fauit,adhortata est & laudauit. Prima ratem. ex Aegypto primū in Cyprū venere. Tenens pelagus,flare nō desinēs & mare ppellēs. Moderatior,remissior. Castra Catonis.q̄ erant ad Palinurū. Magn⁹. Cn. Pōpeij fili⁹ q cū Catone erat. Fratrē, Sextū. Fert pceps, celer naui occurrit. Stat summa. viuit ne ille in quē reducitur tot⁹ orbis? Romana.res Romanas: imperium videlicet & libertatem.

Cōposit⁹

BERO. ¶Tu pete bellorum. Cornelia cōuersa ad priuignū Sextum admonet vt velit bella ciuilia contra Cæsarem reparare, cū Pompeius ante q̄ moreret hoc pręceperit. Mecum fatalis. hęc sunt mandata Pōpeij ad filios quibus pcepit, vt post suā mortē exciperēt ciuile bellum:nec vnq̄ aliquis ex sua stirpe superstes permittat

Mouit: & exurgens ad sũma pericula clamor.
Votaq; sollicitis faciens contraria nautis
Composita in mortem iacuit: fauitq; ꝓcellis.
Prima ratē Cypros spumātib⁹ accipit vndis.
Inde tenens pelagus sed iā moderatior Eurus
In Libycas egit sedes: & castra Catonis.
Tristis (vt in multo mēs est pręsaga timore)
Aspexit patrios comites a littore Magnus
Et fratrē: medias ꝑceps tunc fertur in vndas.
Dic vbi sit germane parēs: stat sũma caputq;
Orbis: an occidim⁹? rōanaq; Magn⁹ ad ũbras
Abstulit? hæc fatur: quem contra talia frater.

Cęsares regnare. Vacet, vacuũ sit & otiũ. Vel sceptra vel vrbes. i. implorate auxiliũ vel a regibus vel a ciuitatib⁹ liberis cōtra Cæsarē. Inueniet classes quisquis Pōpeius in vndas. quilibet inquit ex stirpe mea & Pōpeij noīe decoratus inueniet classes & naues instructas q̄ eũ sequentur cōtra Cęsares ꝓ libertate bella gerētem. Nullis nō gentibus. i. oībus mortalibus. Memoresq; paterni iuris habete aīos. i. velitis esse memores libertatis & illā asserere a manibus tyrannoꝝ quēadmodũ ego feci. hoc eñ est ius paternũ. s. libertatis Pōpeianę. Vni parere decebit. estote inquit Pōpei⁹ o filij assertores libertatis. Exolui tibi Magne fidē. Cornelia cũ Sexto Pōpeio patris mādata retulisset dicit se exoluisse fidē quā dederat Pōpeio, de monēdis. s. filijs vt bellũ cōtra Cęsares exciperēt ꝓ libertate. Insidię valuere tuę. quia mādata mihi dedisti o Pōpei tanq̃ tibi futurę superstiti: ideo ego vixi vt mādata peragerē quib⁹ pactis te cōsequar ad Tartara. Per iane chaos. i. regna inferoꝝ. de chao dictũ est supra: ꝙ. s. est elemētoꝝ confusio & massa rudis. Pœnas aīę viuacis. Aīa mea inquit Cornelia nimium est viuax. vñ ego sumā pœnas ab ipa. Planctu cōtusa pibit. ego inquit Cornelia nolo gladio me cōfodere: nolo laq̄o gulā frangere: nolo me ꝑcipitē dare: sed volo extingui & perire cōtusa plāctu & ꝑcussiōe palmaꝝ: & tota effluere ī lachrymas. Turpe mori. i. post mortē tuā o Pōpei est turpe mihi maxīe nō posse mori solo dolore sine gladio laq̄o & ꝑcipitio. Caput ferali. Cornelia locuta supradicta velauit & texit caput veste atra: & in ꝓfunda pte nauis delituit vitā ducēs in tenebris. Et amat ꝓ cōiuge luctũ. qm̄ erat orbata marito luctum & lachrymas ei⁹ vice amabat. Stridēsq; rudētibus. i. resonās in funib⁹ quib⁹ vela tendunt. Clamor. s. nauticus q excitari solet in periculis maioribus. Votaq; sollicit. Nautę optabāt felicē nauigationē: Cornelia vero optabat tēpestatem vt citi⁹ moreret. Prima ratē Cyprus spumantib⁹ accipit vndis. Nauis qua Cornelia vehebat primo appulit Cyprō: mox flāte moderati⁹ Euro vēto orietali ꝑuenit in Libyā. Est aũt Cypros īsula in mari Cilicio quōdā nouē regnoꝝ sedes. vocata antea Macara & Amathusa. author Plyni⁹. Et castra Catōis. Nauis Corneliæ acta est vēto euro in castra Catonis: qui ꝑuenerat Cyrenē vt supra dictũ est. Vt vidit patrios comites. Fili⁹ Pōpeij maior natu, vt Plutarch⁹ ait, secut⁹ est Catonē in Libyā post cladē Pharsalicā qui deinde perijt ī Hispania. hic cum vidisset a littore comites paternos: & fratrē Sextũ: cucurrit interrogās de patre an viueret an mortuus foret. Magnus. i. Pōpei⁹ filius. Romanaq; magn⁹ ad vmbras abstulit. dic inquit o frater an pater sua morte abstulit imperium Romanum ad inferos: tāq̃ obitu Pōpeij res Romana euersa sit.

¶ Tu pete &c. Cohortatur Cornelia virago animosa Sextũ Pompeij filium ad reparanda bella, ex Pompeij vt asserit, mādatis. Ordo est. O tu Sexte Pompei, pete casus. i. fortunas & pericula bellorũ: & moue per orbem. i. mundum, signa paterna. i. quæ pater reliquit, hoc est cōtra Cæsarē pro libertate Romana. nam Pompeius pater vester, reliquit vobis. s. tibi & Magno fratri, hæc mādata condita. i. seruata & reposita, in nostra cura. i. accuratione: hoc est memini patrē aliquando ita dicere. Quũ hora fatalis damnauerit me leto. i. quũ vrgente fato moriar, o nati. i. filij excipite bellum ciuile, nec vacet vnq̃. i. nunq̃ detur otium & opportunitas, Cęsaribus regnare. i. vt regnent Romæ: dum. i. donec aliquis manebit terris. i. in terris de stirpe. i. radice aut propagine nostra. Impellite vł sceptra. i. reges vel vrbes. i. ciuitates validas sua libertate, fama noīs. s. mei. ego relinquo vobis has partes. i. officia: & hæc arma. s. pro nominis mei fama & ꝓtectione. Quisquis. i. quicunq; Pōpeius. i. Pōpeij filius, venerit in vndas. i. mare, inueniet classes. s. sibi obtemperantes: & noster hęres. s. quicunq; erit, dabit nullis nō. i. oībus gentibus bella: tm̄. i. tantummodo habete animos indomitos. i. indomabiles a Cęsare: & memores iuris paterni. i. libertatis & patrię defendendę. Decebit sup. vos, parere. i. obedire, vni. i. soli Catoni, si faciet partes. i. si defensores cōgeret, aut si se Cæsaris hostē significabit, pro libertate. s. tuenda. O Magne. s. Pōpei marite, ego exolui tibi fidem: quia peregi mādata tua vt pollicita sum: insidiæ tuę. i. quas mihi fecisti derelinquendo in mari, valuere. s. tibi: quia aliter non exoluissem fidem: ego vixi decepta. s. per te: ne ego perfida auferrē. s. ad inferos voces mihi cōmissas. i. mādata tua ad filios mihi commissa. Iam nunc. s. postq̃ peregi mādata ego sequar te o cōiũx ꝑ chaos inane. s. veris corporibus: & ꝑ tartara. i. loca īfernalia maxime ꝓfunda & frigore torrētia: si sũt vlla. dubitat an sint inferi vt Seneca. incertũ est q̃. i. q̃tũ lōgo ęuo. i. vitę ego tradita. i. cōmissa a deo. vñ nefas est sibi mortē cōsciscere & mandatum dei transgredi. hoc est certo scio ꝙ te sequar: sed quando nescio. ego feram. i. auferam ante. s. q̃ moriar, pœnas aīę viuacis. i. cupientis diu viuere, aut ex natura diu viuentis, ab ipsa. s. anima mea. i. cruciabo eā ꝙ diu viuendo me abs te separet. aīa eñ mea o Magne, cernēs tua vulnera. i. te interfici, potuit nō fugere in mortē. i. euadere mortē: sed ipsa pibit cōcussa plāctu. i. ꝑcussiōe pectoris, & ipa effluet in lachrymas. i. plorādo effūdet cũ lachrymis. Ab Aldo impssũ est potui: qđ nō cohęret: nisi per furorem loquētis mutatā verbi personam dicas. nos nunq̃ veniemus ad enses. i. vt sit nobis potestas finiendi vitam gladio: aut laqueos, vt nos strangulemus: aut ad ꝑcipites iactus. i. ad precipitationē, per inania. i. per aerem vacuum: quia turpe est. s. vxori, non posse mori solo dolore. i. per solũ dolorem, & opus habere gladio, laqueo, aut pręcipitio: & ita vt significet se solo dolore posse mori reliqua non requiret. Vbi Cornelia est fata sic: ipsa obduxit, id est texit caput amictu ferali, id est lugubri vtpote nigro aut pullo:

& decreuit.i.deliberauit pati tenebras:& delituit in cauernis puppis,& cõplexa arcte.i.nõ deſerẽs ſuũ dolorẽ, perfruitur.i.indeſinenter fruitur lachrymis:& amat luctũ ꝓ cõiuge.i.ſqualidã vitã pro marito. Fluctus.i.impetus vndarũ,& Eurus vẽtus orientalis ſtridens rudentibus.i.faciẽs funes velorũ vehemẽter ſtridere, & clamor .ſ.nautarũ cõſurgẽs.i.ſimul ortus ad ſumma pericula:& faciens nautis ſollicitis vota contraria.ſ.votis Corneliæ:quia pro ſalute obtinẽda cũ illa mortẽ optaret:nõ mouit illã.ſ.Corneliã a cœpto dolore:cũ tñ nouus dolor priorẽ expellere ſoleat:& iacuit cõpoſita in mortẽ:& fauit ꝓcellis.ſ.vt nauẽ obruãt. Cypros accipit prima ratẽ i qua erat Cornelia, vndis ſpumãtib⁹:ꝓter vehemẽtẽ agitationẽ. Inde.i.deinde Eur⁹ vẽt⁹ oriẽtalis tenẽs pelag⁹ .i.cõtinuo flans,ſed iam moderatior.i.minus vehemens, egit nauẽ Corneliæ in ſedes Libycas & caſtra Catonis quæ erant ad Palinurum. Magnus.ſ.Pompeius Pompeij filius,triſtis (vt.i.ſecundũ q̃ mẽs.ſ.humana,eſt pręſaga .i.prẽſentiens futuri mali nuntium in multo dolore) aſpexit a littore comites patrios.i.paternos,& fratrem.ſ.Sextũ:& fertur tunc ꝓceps in medias vndas.i.nauigat obuiã:dicẽs. Dic o Germane.i.frater vbi parẽs .i.pater noſter Põpeius ſit:ſtat.i.viuit ne & valet,ſumma.i.tota ſalus,& caput orbis.ſ.terrarũ hoc eſt pater noſter: an occidim⁹.i.perimus funditus & magnus.ſ.pater noſter, abſtulit Romana.i. res Romanas vt imperiũ & libertatẽ,ad vmbras.ſ.infernas:Magn⁹ fatur ſic ad Sextũ: cõtra.i.ad quẽ,frater.ſ. Sextus,fatur talia.

O felix quem ſors alias diſperſit in oras:
Quiq; nefas audis:oculos germane nocẽtes
Spectato genitore fero:nõ Cæſaris armis
Occubuit:dignoq; perit authore ruinę.
Rege ſub impuro Nilotica rura tenente
Hoſpitiis frętus ſuperis & munere tanto
In proauos cecidit donati victima regni.
Vidi ego magnanimi lacerãtes pectora pr͞is:
Nec credens Phariũ tñ potuiſſe Tyrannum
Littore Niliaco ſocerum iam ſtare putaui.
Sed me nec ſanguis nec tñ vulnera noſtri
Affecere ſenis:quantum geſtata per vrbem
Ora ducis:quæ tranſfixo ſublimia pilo
Vidimus.hęc fama eſt oculis victoris iniqui
Seruari:ſceleriſq; fidem quęſiſſe Tyrãnum.
Nã corpus Pharię ne canes auidęq; volucres
Diſtulerint: an furtiuus quem vidimus ignis
Soluerit ignoro.quęcunq; iniuria fati
Abſtulit hos art⁹:ſuperis hæc crimina dono:
Seruata de parte queror. Cum talia Magnus
Audiſſet nõ in gemit⁹ lachrymaſq; dolorem
Effudit:iuſtaq; furens pietate profatur.
Pręcipitate rates e ſicco littore nautæ.
Claſſis in aduerſos erumpat remige vẽtos.
Ite duces mecum.nunq̃ ciuilibus armis
Tãta fuit merces:inhumatos cõdere manes:
Sanguine ſemiuiri Magnũ ſatiare Tyranni.
Non ego pellęas arces adytiſq; retectum
Corpus Alexãdri pigra Mareotide mergam?

SVLPI. ¶ Quẽ ſors diſperſit. qui neq; interfuiſti neq; vidiſti quę nos,audis,& nõ vidiſti, vt ego. Perit.ſyncope. Impuro,inceſto. Hoſpitij frętus ſuperis. fidẽs dijs hoſpitalib⁹ & beneficentia quã in reges Aegyptios cõtulit. Cecidit victima.mactat⁹ eſt velut victima ꝓ regno qđ donauerat Ptolemęo. Socerum, Cęſarẽ. Ora ducis,Pompeij caput veruto ſuffixum. Hęc ora ipſa. Seruari oculis, vt videat Cæſar. Fidem ſceleris. vt crederetᷣ a ſe interfectus Põpeius. Corpus,trũcum. Diſtulerit.laceratũ in fruſta abſtulerint. Soluerit:in cinerẽ verterit. Quæcũq; iniuria fati abſtulit hos artus.qualitercũq; fuerit abſumptus ſic volentibus dijs ęquo aĩo fero:& ipſis nõ imputo: & ignoſco ĩiuriã: ſed caput ſeruatũ doleo. Nõ in gemit⁹.nõ gemuit & fleuit p̃ dolore. Effudit, emiſit & oſtendit. Iuſta,q̄a paterna. Pręcipitate,celeriter e littore in mare deducite & remis ĩpellite etiã ventis obſtãtib⁹. Erũpat,exeat & eat remis ĩpulſa Merces,p̃miũ. Manes,corpus & aĩam. nã corpore ſepulto manes errare deſinunt. Satiare, Magnũ ſãguie Tyrãni.dare Ptolemęũ Pompeio inferias. Semiuiri. mollis & effœminati. Nõ ego.ira feruẽs minatᷣ ſe Alexãdriã euerſurũ & Alexãdri oĩmq; regũ ſepulcris dirutis cineres diſpſurũ. Adytis.ex cõditorio.

Mareotis Mareotide,palude Aegypti, quã efficit Nilus reſtagnãs: & dr̃ maris iact⁹.

Amaſis. Amaſis, Aegyptioꝝ rex qui vt ait Diodor⁹ violẽti⁹ q̃ cęteri regnauit:ſepultuſq; fuit in ĩmẽſa pyramide. ei⁹ Herodot⁹ meminit: fuerũtq; ãte eũ in Aegypto reges trecẽti &.xxx. Torrẽte. velociter inũdãte. Nudo, inſepulto. Euoluã, extrahã. Apis. bos ſacer qui idẽ eſt qđ Oſyris. Tectũ lino.alluſit ad Aegyptioꝝ habitũ qui [illegible] tũtur lineis veſtibus. Oſyrim.qui in ſuo Aſylo ſupra Sa-

Oſyris. rin iacere creditur: q̃q̃ fabulanᷣ Iſim multis ĩ locis eum ſepelire finxiſſe metu Typhonis & vno tãtũ in loco ſepeliuiſſe: vt tradit Strabo. Suppoſitiſq; deis.ſubmiſſis cadauerib⁹ & ſtatuis eoꝝ quos colũt pro deis. Caput,Magni. Terra.nã quas dixim⁹ erũt ædificioꝝ & deorũ. Vacuos cultorib⁹.interimã eñ & deſolabo Cui,in cuius vtilitatẽ & felicitatem. Genitor, Pompeius ibi ſepultus.

BERO. ¶ O felix quẽ ſors alias. Rñdet fratri Sext⁹ dicens:illum eſſe felicem qui non viderit mortem patris miſerabilem: cum in alijs eſſet regionibus. Oras.i.regiones. Quiq; nefas audis.ſ.& non vides. Nam vt inquit Horatius. Segnius irritãt animos demiſſa per aures Quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. Hoſpitijs

Non mihi pyramidū tumulis euulſus Amaſis
Atq; alii reges Nilo torrente natabunt?
Oīa dent pœnas nudo tibi Magne ſepulcra:
Euoluam buſto iam numen gentibus Iſim:
Et tectum lino ſpargam per vulnus Oſyrim.
Et ſacer in Magni cineres iactabitur Apis.
Suppoſitiſq; deis vrā caput. has mihi pœnas
Terra dabit: linquā vacuos cultoribus agros.
Nec Nilus cui creſcat erit: ſoluſq; tenebis
Aegyptum genitor populis ſuperiſq; fugatis.

¶O felix. Verba ſunt Sexti Pōpeij fratri ſuo per lamētationē necem patris vtriuſq; indicantis. Ordo eſt. O felix ſup. es tu germane .i. frater Pōpei, quem ſors .i. diuerſus caſus, diſperſit .i. deſtinauit, in alias oras .ſ. q̄ in eas vbi ego fui: & qui audis & nō vidiſti nefas .i. nefandā patris noſtri cędē: quia o germane, ego fero oculos nocētes, genitore ſpectato .i. eo q; vidi patrē noſtrum dum occideretur. Genitor ſup. noſter Pompeius, nō occubuit .ſ. in Pharſalia, armis Cęſaris, & nō perit, p perijt authore ruinæ ſcilicet ſuæ, digno .i. ſatis magno: ſed cecidit ſub rege impuro .i. ſceleſtiſſimo .ſ. Ptolemæo, tenenti regna Nilotica .i. Aegyptiaca: quę Nilus irrigat: cecidit dico frętus .i. confiſus, ſuperis .ſ. dijs hoſpitij .ſ. tutoribꝰ, hoc eſt Ioue: vt ęnei. j. Iuppiter: hoſpitibus nam te dare iura fatentur. & frętus tanto munere .i. beneficio, in proauos .i. maiores & potiſſimū in patrem Ptolemęi quem in regno locauerat, cecidit dico, victima regni donati .i. tanq̄ ſit victima dijs dāda pro auſpicata donatione regni a ſe dati. Nā quia ſępe donata in perniciē vertebantur: vt enſis datus ab hęctore Aiaci: quo ſe Aiax interemit: & lora balthei data ab Aiace Hectori quibus ad currū poſtea tractus eſt: idq; euenire putabāt per offenſionē deorum qui ægre ferebant ea mortalibus & non ſibi donata: ideo vt rata nec perniciosa ſint dona, etiā dijs victimā dabant. Ego vidi Septimium & Achillam lacerātes pectora patris .ſ. noſtri magnanimi: nec .i. & non, & ego non credens tyrannum Pharium .i. regem Aegypti, potuiſſe tātum .ſ. nefas, putaui ſocerum ſcilicet patris Cæſarem ſtare iam in littore Niliaco .i. Aegyptiaco. Sed nec ſanguis nec vulnera noſtri ſenis .ſ. patris affecere .i. mouerunt me tantum, quantum ora .i. caput ducis .ſ. patris noſtri geſta per vrbem .ſ. Aegyptiacā ad oſtentationem, quæ .ſ. ora nos vidimus ſublimia pilo tranſfixo, id eſt portata affixa pilo aut gladio ſublimi: & ex illo iudicabat q; etiam per vrbem geſtaretur. Fama eſt (quęras vnde ea īnotuerit Sexto: ſed vel de fama ex opiniōe ſuorum orta loquitur: aut per quēuis qui ex Aegypto venerit auditum eſſe vult) hæc .ſ. ora patris ſeruari oculis .i. aſpectui victoris iniqui .ſ. Cęſaris: & tyrannū .ſ. Ptolemæum, quæſiſſe fidem .i. approbationē ſceleris .ſ. a ſe p Cæſare patrati. Nam ego ignoro: ne pro an canes Pharię .i. Aegyptię, & volucres auidę .i. rapaces, diſtulerint .i. in diuerſa tulerit & rapuerint, corpus .ſ. patris, an ignis furtiuus .i. furtim illi accenſus quē vidimus e naui in littore, ſoluerit .i. reſoluerit ipm in cineres. quæcunq; iniuria fati abſtulit hos artus .i. corpus reliquum, ego dono .i. condono & ignoſco ſuperis hæc crimina ſed ſupple queror, id eſt conqueror de parte ſeruata .i. de capite Cæſari ſeruato. Quum Magnus, ſcilicet Pompeius Pompeij filius audiſſet talia a fratre ſuo, ipſe non effudit dolorē in gemitus & lachrymas: q; pro quia, furēs pietate, ſcilicet in patrem iuſta, profatur ſcilicet ad aſtantes. o nautæ pręcipitate .i. præcipitāter deducite rates e littore ſicco: & claſſis erumpat remige, id eſt remigio, in id eſt contra ventos aduerſos. o duces frętus ſuperis .i. cōfiſus iure hoſpitij quod ſuperioribꝰ tēporibꝰ cōtraxerat cū patre Ptolemęi pueri. Cecidit donati victima regni .i. Pōpeius tanq̄ victima fuit mactatꝰ: qui regnum Aegypti tradiderat Ptolemæo: vt ſupra mōſtrauimus. Socerū iam ſtare putaui .i. cū non crederē Ptolemęū auſurū tantū ſcelus putaui Cęſarē iā peruiniſſe in Aegyptū & eiꝰ iuſſu patrē iugulari. Sed me nec ſaguis. nō tātū me pturbauit viſa mors pris q̄ q; eiꝰ caput geſtarī fixū veruto. Noſtri ſenis .i. Pōpeij pris. Per vrbē. intellige Alexādriā. Sceleris fidē q̄ſiſſe tyrānū. quia caput patris Pōpeij inquit Sextus ſeruarūt, ex hoc argumēto ego exiſtimo tyrannū Ptolemæū ideo ſeruaſſe caput, vt fidē faceret ſui ſceleris Cæſari oſtētato capite. Nā corpus Pharię ne canes. neſcio īquit an canes & volucres cadauer patris lacerauerint an ille ignis quem vidimus cremauerit. viderāt eīm ignē rogalē vt ſupra diximꝰ. Diſtulerint .i. diuiſerit p fruſta. Seruata de pte q̄ror. Dono ſuperis inquit hęc crimina ſiue pris trūcꝰ ab auibꝰ canibus ve ſit diſcerptus ſiue illo igniculo crematꝰ. Verū doleo de capite qđ abſciſſū ſeruarūt Aegyptij. Cum talia magnꝰ audiſſet .i. Pōpeius filiꝰ e fratre paternā mortē cognouiſſet, nō cœpit flere ſed parabat vltionē & volebat in Aegyptū cū claſſe feſtiare. Pręcipitate rates. verba ſūt Pōpeij filij furētis nautas monētis vt claſſē feſtināter ſoluāt a littore & curſum dirigāt in Aegyptū. Sanguine ſemiuiri magnū. hęc erit inquit magna merces bellorū iugulare Ptolemęū interfectorē patris mei & eiꝰ ſanguie ſatiare ipm Pōpeium. Semiuiri .i. mollis & effœmiati. Nō ego pellęas arces. ego inquit nō euertā ſepulcrū Alexandri nec mergā eiꝰ corpꝰ i Mareotide q̄ eſt palus Aegypti a q̄ Libya Mareotis nūcupat̄: cuiꝰ Porphyrio & Plyniꝰ meminerūt. Corpus aūt Alexandri Magni Ptolemęꝰ Lagi filiꝰ Alexādriā detulit: eiq; parētauit. qđ & adhuc ait Strabo, ibi iacet ſed nequaq̄ ī eodē alueolo. nā qui nūc inquit idē Strabo, vitreꝰ ē olim aureꝰ erat. Nō mihi Pyramidum tumulis. vt ſupra diximꝰ, reges Aegypti in pyramidibꝰ ſepeliebant̄: q̄ ſepulcra regia mirabili opere cōſtructa erant. Inter reges Aegypti fuit Amaſis: quo regnante in Aegypto .xx. milia vrbiū fuiſſe Plyniꝰ & Mela teſtant̄. de Amaſi Herodotꝰ & Diodorꝰ ſcripſerūt. ait ergo Pōpeius ſe non euerſurū pyramides & ſepulcra regia & cineres eorū in Nilū abiecturū vel qđ melius eſt p indignationem & interrogationē loquit̄ quaſi dicat oīa ego ſepulcra diſſipabo. Euoluā buſto iā numē gentibus Iſim. Eruā inquit Pompeius e ſepulcro Iſim & Oſyrim q̄ ſunt numina Aegyptiorū: & Oſyris quidem ſol, Iſis vero luna eſſe exiſtimatur vt Diodorus & Euſebiꝰ meminerē. Secūdū hiſtoricos, Iſis cū multa cōmoda Aegyptijs cōtulerit poſt mortē honores diuinos aſſecuta ē: ſepultaq; apđ Mēphim in vulcani loco vbi vſq; ad tpa ſua eiꝰ ſepulcrū mōſtrari affirmat Diodorus. Similiter Oſyris eiꝰ maritus & frater p deo cultꝰ ſepulcrū habet in Aethiopię mōtibꝰ: q̄uis alij aliter tradāt eiꝰ .ſ. corpꝰ a Typhone ī multa fruſta diſſectū ſeruari apđ multos ſacerdotes: tradēte Iſide īuolutū

Sepulcrū Alexādri

lineis vestib⁹,q̄ in honore sunt sacerdotū Aegyptioꝝ: vt ait Plyni⁹. Vn̄ dicit. Tectū lino. Et sacer Apis. mactabo i honorē p̄ris Apim bouē quē vice numinis colūt Aegyptij: vt supra mōstrauimus. Vrā caput.s. paternū igne facto ex dijs Aegyptiorū. Nec Nilus cui crescat erit. oēs Aegyptios inquit ego delebo vt nō sint futuri qui colant agros irrigatos a Nilo. Populis superisq; fugatis. deletis omnib⁹ Aegypti populis & euersis sepulcris deorū & ipsis dijs disiectis.

ite.i. venite mecū: nunq̄ tanta merces fuit armis ciuilibus, q̄a totā Aegyptū diripiendā se daturū innuit, condere.i. p̄terea q̄ cōdatis manes inhumatos.i. corpus inhumatum: & satiare. i. eo q̄ satietis magnū.s. Pōpeiū, sanguine Tyranni semiuiri.i. mollis & effœminati. Non.i. nonne ego mergā Mareotide palude Aegypti pigra, arces Pelleas.i. Alexandriam: & corpus Alexandri, retectum.i. denudatum & erutū, adytis.i. ex inaccessibilibus locis tēplorū? q.d. maxime. & nō.i. nōne, Amasis rex Aegypti nobilissimus, euulsus tumulis pyramidū, atq; alij reges natabūt mihi Nilo torrēte? q.d. oīno: q̄a vt sup. o Magne omnia sepulcra dent tibi nudo.i. insepulto pœnas: ego euoluā busto Isim iam numen.i. habitam pro dea gentibus: & spargam Osyrim per vulgus, tectū.i. amictū lino: & Apis.i. deus in specie bouis apparens, & cultus Aegyptijs, sacer.s. ipsis mactabitur.s. a me in cineres Magni: & vram caput deis suppositis.i. hominibus pro deis illic positis & cultis. Terra.s. Aegypti dabit mihi has, scilicet sequentes pœnas: ego linquā agros vacuos cultoribus: nec erit sup. quisq̄ cui.i. ad cuius vtilitatem Nilus crescat: & o tu genitor tu tenebis solus Aegyptum populis & superis falsis fugatis scilicet ex Aegypto.

¶ Rapiebat, trahere volebat. Cōpescuit, repressit oratione. Planctibus, percussiōib⁹ deplorantiū. Exēploq; carēs, nulli cōparand⁹ & nūq̄ fact⁹. Nō enim solent populi principis viri mortē deflere sed illa lętari. Exhausta, attenuata. Effusa, effusos hn̄s. synecdoche. Verbere, ictib⁹ manuū. Socię. amicę. Imp̄ssas, itextas. Pictas, vt sūt palmatę & triūphales. Ter, in tribus triūphis. Intulit igni, cōbussit. Funesto, mortuo dicato. Fuit Magni cinis. loco cineris. Pietas ois. oīm Ro. intim⁹ q̄dā amor & reuerētia erga suos. Busta surgunt. ignes in cespitib⁹ erigunt̄ eis q in Thessalia occubuerāt. Sic vbi. sic lucet Apulia q̄n depastas hęrbas volūt p hyemē renouare pastores. nam calefacta terra excitat̄ ad pullulandū. Submittere, elicere & subnasci facere. Hibernas, hyemales

Vultur. Vulturis, mōtis in Apulia iuxta Garganum.
Buxeta. Hora. Me fabulosę vulture in Appulo. Buxe
Bucera. ta, loca buxis plena. legit̄ & Bucera.i. boū pascua. bucerus em̄ est possessiuū a boue. Lucili⁹. Lanigerę pecudes & equoꝝ bellica proles Buceriq; greges. quod quidā buceriæ corrumperunt.
Matinus. Matini. mōtis in Apulia ex quo Matini populi dicti sunt sicut a vulture vulturni.

Nō tn̄. ex his oībus inquit nil fuit Pō. gratius verbis Catonis: nam vulgus superis maledicebat. Oē q̄ in superos audet cōuitia vulgus Pōpeiūq; deis obicit. p parēthesim lege. Q̄, quia. Deis, velut oblitis honoꝝ & plane ingratis. Ciuis. Pōpeiū a modestia laudat sibiq; ipsi si esset Cęsari succubiturus simile exitiū a Iuba inferēdū p̄cat̄. Obit, syncope. Impar nosse modū iuris. minor in seruāda mesura iustitię. Cui nō vlla. videlicet ęuo. & id q̄d in Pompeio vitupauit ascribit tpi naturę ei⁹. Si cui ad ciuē rettuleris legēdū est nōnulla.i. aliq̄. Salua libertate, nō efferēdo se in Tyrānidē. Et solus priuat⁹. solus recusās dn̄ari cū vellet populus sibi seruire. Rectorq; senat⁹ sed regnātis erat. regebat quidē senatū: sed cui pareret. Iure belli, iure imperij & bellorū gestorū q̄q; alijs p̄staret. Queq; dari voluit.i. q̄cūq; petijt & imperauit. Immodicas opes. fuit em̄ ditissim⁹. Intulit, attulit in patriā. Inuasit ferrū. suscepit bellū ciuile: sed senat⁹ arbitrio erat depositurus. Arma, militiam & bella. Iuuit sumpta. vt delectabatur honores sumere sic & dimittere.

BERO. ¶ Exēploq; carēs. Tātus erat luctus deflētiū mortē Pō. vt nullū tale iueniri posset exēplū.

Dixerat: & classem sęuas rapiebat in vndas.
Sed Cato laudatam iuuenis cōpescuit iram.
Interea totis audito funere Magni
Littoribus sonuit percussus plāctibus ęther.
Exemploq; carens & nulli cognitus æuo
Luctus erat: mortē populos deflere potētis.
Sed magis vt visa ē lachrymis exhausta solu-
In vult⁹ effusa comas Cornelia puppe (tas
Egrediēs: rursus geminato verbere plangūt.
Vt primum in sociæ peruenit littora terræ:
Collegit uestes: miseriq; insignia Magni:
Armaq; & impressas auro quas fecerat olim
Exuuias: pictasq; togas: velamina summo
Ter conspecta Ioui: funestoq; intulit igni.
Ille fuit miserę Magni cinis. accipit omnis
Exemplum pietas: & toto littore busta
Surgunt Thessalicis reddētia manibus ignē.
Sic vbi depastis submittere gramina cāpis:
Et renouare parās hibernas Appulus hęrbas
Igne fouet terras: simul & Garganus & arua
Vulturis & calidi lucent buxeta Matini.
Non tn̄ ad Magni peruenit gratius vmbrā:
(Omne q̄ in superos audet conuitia vulgus:
Pompeiumq; deis obicit.) q̄ pauca Catonis
Verba: sed a pleno venientia pectore veri.
Ciuis obit (inquit) multū maiorib⁹ impar
Nosse modum iuris: sed in hoc tn̄ vtilis æuo:

Cui non vlla fuit iuſti reuerentia: ſalua
Libertate potens: & ſolus plebe parata
Priuatus ſeruire ſibi: rectorq̨ ſenatus
Sed regnantis erat: nil belli iure popoſcit:
Quæq̨ dari voluit: voluit ſibi poſſe negari.
Immodicas poſſedit opes: ſed plura retentis
Intulit: inuaſit ferrum: ſed ponere norat.
Prætulit arma togę ſed pacē armatꝰ amauit.
Iuuit ſumpta ducem: iuuit dimiſſa poteſtas.

¶ Dixerat. Ordo eſt. Pōpeius ſup. minor, dixerat. i. finiuerat ſermonē ſuū: & rapiebat. i. rapere parabat, claſſem. i. collectionem nauiū, in vndas ſęuas. i. tēpeſtate horrētes: ſed Cato cōpeſcuit. i. refręnauit & repſſit irā iuuenis. ſ. Pōpeij, laudatā. ſ. a ſe ꝓpter pietatē in patrē & iuſtū dolorē. Interea dū Cato ad Pompeiū loquebat̄, funere. i. cæde Magni. ſ. Pōpeij, audito, æther. i. ſummus aer, ꝑcuſſus plāctibus. i. cōfuſionibus pectoꝝ, ſonuit. i. ſonitū retulit, totis littoribꝰ. Et luctus erat carēs exēplo. i. nulli cōparabilis: & nullo æuo. i. ſęculo cognitꝰ. i. quo nunq̄ maior erat auditus aut viſus: vtpote populos deflere mortem potētis ſup. viri. Sed ſupple æther ſonuit: aut luctus erat tunc magis: vt. i. poſtq̄, Cornelia Pōpeij vxor, viſa eſt exhauſta lachrymis: & effuſa. i. habens effuſas, comas ſolutas. i. paſſos capillos, in vultus. i. faciem, egrediens puppe. i. e naui: quia tunc plangunt rurſus, verbere. i. ictu geminato. i. duplicato. aut ſic. ſed magis plangūt verbere geminato, vt Cornelia viſa eſt &c. Vt. i. vbi Cornelia venit primū in littora terrę ſocię. i. amicę, ipſa collegit veſtes & inſignia. i. ſpecialia victoriarū ornamenta, & indicia, Magni. ſ. Pōpeij mariti ſui, & arma. ſ. magni, & exuuias. i. quas exuerat veſtes, impreſſas. i. intertextas auro. i. filis auratis: quas. ſ. exuuias, ipſa Cornelia texendi & opis Phrygionū perita, fecerat olim. i. multo ante, marito ſuo: & togas pictas. ſ. acu, vt palmatas & triūphales, appoſitorie, velamīa cōſpecta. i. oſtēſa ter. i. in tribꝰ triūphis, Ioui ſummo vt qui in capitolio ſumma Romanoꝝ arce colebatur, ſummuſq̨ deorū habebatur: & intulit ſup. ea, igni funeſto. i. funebri, loco funeris inſtructo. ille. i. illarū exuuiaꝝ, cinis, fuit miſeræ. ſ. Cornelię. i. reputabatur ab ea, cinis Magni. ſ. Pōpeij, in Aegypto derelicti. Ois pietas. i. tota turba pia, accipit exēplum a Cornelia, & buſta. i. ſimulatę vſtrinę, ſurgūt. i. extruunt̄, toto littore, reddētia manibꝰ Theſſalicis. i. errātibus in Theſſalia circa corpora inſepulta ibidē occiſorū, ignē. i. ſimulatam vſtionē quę loco ſepulturę erat. ſic. i. a tali mō vbi Appulus. ſ. colonus & paſtor, parans ſummittere. ſ. occulta vi ignis, ī cāpis depaſtis. i. detōſis, gramina. i. hęrbas varias, & renouare hęrbas hibernas. i. ꝑ hyemē orituras q̄ in æſtate detonſę erāt, fouet terras igne. i. occultas vires ſuſcitat: tūc ſup. ſimul & Garganꝰ mōs Apulię, & arua vulturis etiā mōtis vicini, & buxeta. i. loca buxis natiua, Matini, etiam mōtis Apulię, calidi & ita hęrbiferi (vnde & apibus abūdat: & inde apes Matina ab Horatio dicta eſt) lucet. ſ. igni ab Appulo ſubmiſſo. Sed q̄uis oēs in Pōpe. ſtudia ſua conferrent: non tamen ſup. quicq̄ eorū quæ vulgus faciebat ꝙ. i. quia, omne vulgus, audet ſup. iactare, conuitia. i. contumelias in ſuperos, & obijcit. i. exprobrat Pompeiū. i. Pōpeij necē, deis. ſ. ingratis aut iniqs: vt q tyrāni cām fouerēt relicta cā iuſti: ꝓuenit gratius. i. acceptiꝰ ad vmbrā Magni, vbi inuit defūctoꝝ aīas reſcire q̄ ꝓ ipſis facimꝰ, q̄ pauca verba. i. breuis cōmendatio Catonis: pauca quidem: ſed venientia a pectore pleno veri: quia maior eſt breuis laudatio a viro graui, ſeuero & laudato, q̄ lōgiſſima a futili & iprobo habita. Cato itaq̨ impotentis. ſ. Pōpeij. Sed magis vt viſa eſt. Maior fuit planctus & gemitꝰ poſtq̄ viderūt Corneliā iā lachrymis euacuatam paſſis capillis & vultu miſerando. Effuſa comas. figura poetica. i. habēs comas effuſas. Vergiliꝰ. Nuda genu. Collegit veſtes miſeriq̨ inſignia Magni. Cornelia vt primū deſcendit in littus ſociorū vbi erant Cato & Pompeius filius, tūc veſtes & arma & ornamēta mariti Pōpeij collecta intulit igni: & ſic Pōpeio parētauit more priſcorū qui veſtes & res ꝓcioſiores defunctoꝝ cōburere ſolebāt. Vnde ait Vergiliꝰ, in funere Miſeni. Purpureaſq̨ ſuper veſtes velamina nota Cōijciūt. & poſt paulo. Suaq̨ arma viro remūq̨ tubāq̨. Pictaſq̨ rogas. Toga picta veſtis triūphalis: vt Plynius & Liuius docēt. Cornelia ergo cōbuſſit veſtes triūphales Pōpeij quę ter erāt notę & cōſpectę a Ioue capitolino: qa ter Pōpeius triūphauerat: vt ſupra ſępe monſtrauimus. Accipit ois exēplū pietas. omnes imitati Corneliā cœperūt parētare manibꝰ eorū qui in acie Pharſalica ceciderant. Buſta ſurgunt. i. ſepulcra vacua. q̄ dicunt̄ Cenotaphia vt apud Vergiliū Aeneas īſtaurat Polydoro funꝰ. Manibꝰ. i. vmbris. Sic vbi depaſtis ſubmittere gramina cāpis. ita oia igne collucebāt cōſtructis in honorē defunctoꝝ rogis, quēadmodū in Apulia vbi depaſti ſunt a gregibꝰ & armētis cāpi, ſolet igne fouere terras armentarius & paſtor: & ita renouare pabula hiberna. Ignis eñ terris ꝓbet alimēta. Vñ ait Vergiliꝰ. Sępe etiā ſteriles incēdere ꝓfuit agros. Simul & Garganꝰ. Eſt in Apulia ꝓmōtorium mōtis Gargani: de quo dictū eſt ſupra. ſimiliter eſt mōs Vultur. q mōtes lucēt ꝓpter icēdia crebra facta a paſtoribꝰ Appul̄. Et calidi lucēt buceta Matini. Matinū mōtē Apulię calidū appellat: qm̄ vt ait Varro vbi lati cāpi, ibi magis ſūt ęſtꝰ: & eo ī Apulia loca calidiora. Matini meminit Horatiꝰ. Pulueris exigui ꝓpe littꝰ ꝑua Matinū. Vulturꝫ mōtis quoq̨, & Gargāi. Buceta dicūt̄ loca boū: & boues bucerū pecꝰ. Buceta intelligit paſcua & prata quibus boues in Apulia paſcūt̄. Nō tñ ad Magni. i. oēs lachrymę, oia cōuitia quę vulgus faciebat dijs ꝓpter mōrtē Pōpeij, nō ſunt tā grata vmbrę Pōpeij q̄ fuerūt verba grata Catonis: quibus Pōpeiū laudauit veris laudibꝰ. Ciuis obit inquit. Verba ſunt Catonis dicētis perijſſe Pōpeiū ciuē Romanū ꝯ parē maioribꝰ & priſcis in mēſura iuris & ęqui ſeruāda: quia illi in hoc fuerunt prudētiores. Cui nōnulla. i. ois. Salua libertate potēs. Pōpeiꝰ voluit qdē eē potēs ſed libertate ſalua. q̄ſi dicat noluit eſſe tyrānꝰ imo fuit priuatꝰ cū tñ plebs eēt parata ſeruire ipi. Sed regnātis. & nō opꝑſſi ab ipo Pōpeio. Quæq̨ dari voluit. Pōpeius voluit ſibi dari honores magiſtratꝰ & ornamēta: ſed voluit eadem ſibi poſſe negari: quia non vi extorquebat: ſed ſuffragante populo aſſequebatur. Immodicas, id eſt nimias & ingentes. Sed plura retentis intulit. maiores opes intulit in ęrariū ex deuictis gētibus q̄ ſibi retinuerit. de his dictū eſt ſupra. Pręrulit arma togę. maluit bella tractare: ſed tñ in armis amauit pacē. Dimiſſa ptās. i. iperiū: qd̄ libenter ſūptū libēter deponebat. Fortuna domini. i. felicitate Pōpeij.

Cenotaphium.

quit. O milites, ciuis obit.i.obijt.s.Pompeius, multum impar maioribus.i. multo quidem inferior & minor cẽsendus maiorib' nostris, nosse.i.ad nos cẽdũ, modũ.i.mẽsurã iuris.i.qui plus iuris sibi vẽdicauit q̄ maiores nostri fecerunt: sed tñ vtilis in hoc ęuo.i.sęculo nr̃o, cui.s.sęculo nõ fuit vlla reuerentia iusti: & ideo vt aliorum iniuriam reprimeret coactus est fieri iniurius: nam qui iusta bella cõtra iniurios suscipiunt, multa nimirũ iniustissima durante bello fieri permittunt. Et ciuis obit potens salua libertate.i. citra Tyrannidem: & solus & priuatus.i.sine magistratu, plebe parata seruire.i.cum plebs esset parata seruire sibi.s.Pompeio, & obit rector senatus, sed regnantis.i.dñantis & non seruientis: vnde non vi sed consilio regebat: & qui nil poposcit sibi iure belli.i.propter bella p̄clare gesta & regna subacta, nullum sibi vendicauit ius aut imperium quia reipu. nõ sibi bella gesserat: & quæ voluit dari sibi.i.quæ censuit sibi cõcedenda esse, ea voluit posse negari sibi: quia licet iuste peteret non tamen imperiose exigebat. Possedit quidẽ opes immodicas ex victoria partas: sed intulit.s. in ærarium publicum, plura retentis.i.q̄ sibi retinuerat. Inuasit ferrũ.i.arma: sed norat ponere.i.deponere. Prętulit arma.i.bella, togæ.i.paci: quia bellicosus erat: sed armatus amauit pacem.i.propter pacem bella gessit: potestas.s.imperij sumpta & dimissa iuuit.i.delectauit ipsum ducem.

SVLPI. ¶ Casta domus luxuq̧ carens.i. familia pudica & frugi. Corruptaq̧ nunq̄ fortuna dñi. quę felicitate Põpeij nõ superbiebat & insolẽs erat. Charũ & venerabile nomen.i. adnotamẽ ipsius & fama. Olim vera fides. Vera libertas inqt Syllę Marijq̧ tẽporibus perijt. Nũc vero cũ superesset imago quędã & vmbra libertatis q̄ extincta est in Põpeio, neminẽ pudebit Tyrannũ. Color, qualitas & exp̄ssa dignitas. Frõs, vtilitas. O felix. eũ tẽpestiua morte felicẽ appellat. nam si vixisset in seruitutis discrimẽ potuisset incidere. Seneca in Troade ait. Felix Priamus felix quisq̧s bello moriẽs oĩa secum cõsũpta videt. Scelus Pharium, scelestus Ptolemęus. Q uęrẽdos, optandos. Scire mori sors prima viris. Viro forti in miseria cõstituto prima felicitas est sponte mortẽ sibi conscire: secunda vt ei inferatur. Si fatis aliena in iura venimus. si deorũ voluntate sub alterius potestatem vẽturi sumus. Talẽ, qualis fuit Ptolemæus in Põpeiũ. Deprecor, recuso Vocibus his. Mors Põpeij plus est hac breui Catonis oratione laudata q̄ si pro rostris fuisset publice cõmẽdatus.

Rostra. Rostra, forũ: nã id tẽplũ in quo est erectũ suggestũ ex rostris nauium Antiatium rostra est appellatum: vt libro viij. Liui' habet. Vulgi. prętertim cilicũ, quia respectu Pompeij militauerant & eo iam mortuo discedebant. Tarchõ, Cilicũ dux. Fugiẽtẽ rapta classe. fugere volentem acceptis nauibus. Notauit, cũ ignominię nota arguit. Nũq̄ pacate, semp rebellis. Cilix. Q uędã prouinciarũ noia a populis possessiuisq̧ ipsis cũ contra fieri deberet deriuari videntur. vt Thracia Bebricia, Cilicia, Phrygia: a Thrax, Bebrix, Cilix, Phryx. Ad rapinas, ad pyraticã exercendã. Vnus, quidã Cilix. Mente, cõsilio p̄posito. Regentẽ, Catonẽ. Nos Cato. excusans se missionẽ petit & bello ciuili finẽ imponẽdũ esse suadet. Partes. factionẽ diuisionẽ nostri vt alij domi remanerent: alij Pompeio officio se fauerent. Orbis. qui maluit p̄ eo pugnare q̄ in otio degere. Causaq̧ nostra perit. iam non habemus pugnandi causam. Perierunt tẽpora vitæ: hoc est consenuimus in bellis: liceat tute mori. Prospiciat tutas flãmas. præparet sibi rogũ & funeri necessaria. Vix ducibus. bene vix. nam non totus Põpeius sepultus est: & quidem miserande: alij vero cum innumeri sint sepeliri nõ possunt. Non barbara victos. nos qui victi sumus nõ erimus sub barbaris regibus sed sub eo Ro. qui post Põpeiũ secũdus erat. Regna nõ manẽt. reges nõ expectãt. Scythicũ iugũ, Parthicum imperiũ. Togati

Casta domus: luxuq̧ carens: corruptaq̧ nunq̄
Fortuna domini: charũ & venerabile nomen
Gentibus: & multũ nostrę q̄d proderit vrbi.
Olim vera fides Sylla Marioq̧ receptis
Libertatis obit: Pompeio rebus adempto
Nunc & ficta perit. nõ iam regnare pudebit
Nec color imperii nec frons erit vlla senatus.
O felix cui summa dies fuit obuia victo.
Et cui quęrẽdos Phariũ scelus obtulit enses.
Forsitan in soceri potuisses viuere regno.
Scire mori sors prima viris: sed p̄xima cogi.
Et mihi si fatis aliena in iura venimus
Da talem fortuna Iubam. non deprecor hosti
Seruari: dum me seruet ceruice recisa.
Vocibus his maior q̄ si Romana sonarent
Rostra ducis laudes gñosam venit ad vmbrã
Mortis honos. fremit interea discordia vulgi:
Castrorum belliq̧ piget post funera Magni:
Cum Tarchõ motus linquẽdi signa Catonis
Sustulit. hunc rapta fugientẽ classe secutus
Littus in extremum tali Cato voce notauit:
O nunq̄ pacate cilix iterum ne rapinas
Vadis ad ęquoreas? Magnũ fortũa remouit:
Iam pelago pyrata redis? tum respicit omnes
In cœtu motuq̧ viros: quorum vnus aperta
Mente fugę tali cõpellat voce regentem.
Nos Cato: da veniã: Pompeii duxit in arma
Non belli ciuilis amor: partesq̧ fauori
Fecimus: ille iacet quem paci prętulit orbis:
Causaq̧ nr̃a perit: patrios permitte penates

Desertamq; domum dulcesq; reuisere natos.
Nam quis erit finis si nõ Pharsalia pugnæ
Nec Pompeius erit: perierunt tempora vitę:
Mors eat in tutum: iustas sibi nostra senect⁹
Prospiciat flammas. bellũ ciuile sepulchra
Vix ducibus pręstare põt. nõ barbara victos
Regna manẽt: nõ armeniũ mihi sæua minat̃
Aut scythicũ fortuna iugũ: sub iura togati
Ciuis eo: quisquis Magno viuente secũdus
Hic mihi primus erit: sacris pręstabit̃ vmbris
Sũm⁹ honor: dñm quẽ clades cogit habebo.
Nullum Magne ducẽ te solũ in bella secutus
Post tua fata sequar. neq; eñ sperare secunda
Fas mihi: nec liceat: fortuna cuncta tenentur
Cæsaris: Emathium sparsit victoria ferrum.

¶ Casta domus &c. Prosequitur Cato reliquas laudes Põpeij dicẽs. Dom⁹. s. Pompeij. i. familia & habitatio, erat sup. casta. i. pudica: & carens luxu. i. frugi: & nunq̃ corrupta fortuna. i. pꝯsperitate dñi. s. domus Pompeij. Põpeius sup. erat nomen ciarum & venerabile, gentibus. i. cæteris nationibus: & quod ꝓderat. i. vtile erat, multum. i. abunde, nostræ vrbi. i. Romæ. Vera fides. i. constantia & libertas, obit. i. interijt, Sylla & Mario receptis scilicet in imperium: & vt dominis: nunc & id est etiam, ficta, scilicet libertas, perit. & nõ pudebit iam. i. deinceps, Cęsarem & alios qui poterunt, regnare. i. occupare regnum Romanum. Nec vllus color. i. qualitas & dignitas imperij erit iã, nec vlla frons. i. seueritas & audacia senat⁹ erit iam. i. deinceps. O felix. s. Pompei, cui victo. i. cũ vinceris, dies summa. i. extrema vitæ fuit obuia. i. aduẽtans proxima: & cui scelus Phariũ. i. regis Pharij Ptolemęi, obtulit enses quęrendos. i. expetẽdos post tantam felicitatem. tu potuisses forsitan viuere in regno soceri, sed non viriliter: quia prima sors est viris. i. virilib⁹ animis, scire mori. i. iuenire viã honestæ morti siue lacessendo hostem, seu terribilia alia audendo: & proxima sors. i. secũda conditio optanda viris, est cogi. s. mori: si non datur via honesta sibi cõscire mortẽ. Quod ex suo errore dicit Cato non ex vero. Nam non vere fortiter egisse Catonẽ dum sibi mortem inferret & filio seruitutem suaderet, docet diuus Aurelius in de ciuitate dei. Et o fortuna si nos venimus in aliena iura. i. si sub dominium Cęsaris fatis. i. per fata, fac, aut vt alij legũt da, Iubam mihi talem qualis erat Ptolemæus Pompeio. i. interfectorem perfidum. Ego non deprecor. i. non recuso seruari hosti. s. Cæsari: vt caput Pompeij seruatum ẽ: dũ. i. dummodo seruet me ceruice recisa. s. prius. hæc Cato. ad quæ poeta. Maior honor mortis venit. i. accessit ad generosam vmbram Pompeij, his vocibus Catonis, q̃ si rostra Romana sonarent laudem ducis s. Pompeij. i. q̃ si publica oratione laudatus fuisset Romę pro rostris. Interea dũ Cato Magnum laudabit, discordia vulgi. s. Ciliciũ, fremit. i. murmurat: & piget sup. ip̃m aut ipos, castrorũ & belli post funera. i. necem magni, cum. i. quo tpe, Tarchon pirata & dux Ciliciũ motus. i. affectus linquendi Catonis. i. ad linquendum Catonem, sustulit. i. amouit signa. s. sua. Cato secutus hunc. s. Tarchonta fugientẽ classe rapta, in extremũ littus, notauit sup. eum. i. nota ignominię arguit, tali voce. O Ciuis: Romani Cæsaris. Vmbris sacris. Pompeij manibus quos memoria & veneratione prosequemur. Clades, Thessalica. Dñm. cui excepto q̃ nolo militare parebo in cæteris. Fata, fortunam victoris & rerum successum a dijs constitutum. Nec fas. quia victus sum Secunda, prospera: videlicet regna & imperium. Nec liceat. ostẽdit se sorti suæ acquiescere & simul rebellionis tollit suspitionem & felicitatem Romanam precatur imperio. Fortuna, felicitate: ostenditq; nullam spem recuperãdarũ viriũ superesse fuso exercitu: mortuo duce: leuitate populorũ & clementia Cæsaris. Sparsit ferrũ, fudit exercitũ & potentiã partium Pompeij.

¶ Olim vera fides Sylla. Postq̃ Sylla & Mari⁹ tyrãnidẽ inuaserũt, perijt vera fides libertatis: nunc mortuo Pompeio perijt ficta fides s. libertatis: quia iam non erat vera sed ficta. Nec color imperij. ait Cato mortuo Põpeio victore Cæsare nullam rempu. nullũ futurũ senatum, immo nec quidem colorem & frontem & speciem senatus. O felix. felicem dicit Pompeium qui victus inuenit mortem: quã quęrere debuisset. Forsitã in soceri potuisses viuere regno. o Pompei tu es felix oblata tibi victo & adhuc libero facultate mortis: qa forte potuisses viuere in regno Cæsaris. quasi dicat fortassis Cęsar inuadet regnum. Scire mori. prima est conditio & sors scire mori secunda est cogi. Fac talem fortuna Iubã. O fortuna da mihi tale genus mortis quale Põpeio dedisti, si sumus vẽturi in alienã potestatem. Vocibus his maior. oratione hac Catonis maior honos peruenit ad vmbram Pompeij q̃ si in rostris Romanis & in foro laudaretur oratione funebri. Mos eñ fuit apd̃ priscos pro rostris laudare magnos viros defũctos vt Liuius & Hieronymus tradunt. Ducis laudes. s. Pompeij. Rostra. pulpita in foro, vnde cõcionabãtur. Belliq; piget post funera magni. Cœpit fremere vulg⁹ qm̃ nõ amplius post mortem Pompeij bella gerere volebant: & tunc Tarchõ pyrata cilix qui secutus fuerat Pompeium signum dedit vt Catonem desererent & nauigarẽt: quem iam fugientẽ in naue Cato vehemẽter obiurgauit. Notauit nota. s. ignominię fœdauit. O nunq̃ pacate Cilix. verba Catõis obiurgãtis Tarchonta moliẽtem fugam. o Cilix. i. pirata inquit vis ne iterum redire ad exercẽdam Piraticam & maria prędanda: qm̃ nõ amplius superest Pompeius qui te deleat: quemadmodum olim purgauerat maria deletis piratis. Motuq; viros. vidit Cato omnes fremere & moueri ad tumultum. & vnus tunc animo aperto fugiendi, Compellat. i. alloquitur, Regẽtẽ. s. Catonem. Pompeij duxit in arma. i. nos venimus in bellum amore Põpeij & nõ belli ciuilis. Vnde sublato Pompeio petim⁹ missionẽ. Ille iacet quem paci prætulit orbis. i. perijt Põpeius quẽ omnis orbis gentes prętulerũt paci qm̃ vt illum sequerent̃ bello vacare q̃ paci maluerunt. Causaq; nostra perit. Sublato Pompeio nullam amplius habem⁹ causam bella gerendi ciuilia. Si nec Pharsalia pugnę. Si clades Pharsalica & Põpeius. i.

BERC.

mors Põpeij,nõ imponunt finẽ bello,nullus vnq̃ erit finis:quia mortuo ductore Põpeio deberent finiri bella ciuilia. Perierũt tpa vitę. cum vitam in militia consumpserimus,non petimus vt liceat nobis domi viuere cum vita sit elapsa:sed petimus vt mors nostra sit i loco tuto:& vt possimus habere sepulchrum & flammas rogales quæ in bello interdũ corporibus ducum non pręstant. Non barbara victos. Nolumus inquit seruire regibus barbaris:nec esse sub iugo externorum sed esse sub iure & impio Romanorũ. Victos.s.nos. Quisquis magno viuente secundus. Põpeiꝰ dum vixit erat primꝰ:& Cæsar secũdus.sublato Põpeio qui erat secundus ille inquit erit mihi primus:illũ eñi habebo dominum. Sacris pręstabitur vmbris. Vmbræ & manibus Pompeij seruabo summũ honorem:nã nullum habebo amplius ducem quem sequi velim vt Pompeium secutus sum:etsi habebo dominum quem clades nostra nos coget habere. Post te fata sequar.i.post mortẽ tuã habebo fortunam ducem. Sperare secũda.i.felicia fata nõ licet sperare mortuo Pompeio. Fortuna cuncta tenentur Cæsaris. Oĩa sunt in potestate Cæsaris post aciem Pharsalicã.

lix nunq̃ pacate.i.tuis cõtẽte,vadis ne iterũ ad rapinas ęquoreas:fortuna remouit Magnum.s.victorem tui:& ideo tu redis iam pelago.i.in pelagus pirata.i.latro maris. Tum.i.deinde respicit omnes vires in coetu & motu.i.quid reliqui attentarent:quorum vnus.s.Cilicum forte aut Romanorum,quia & ipi fugam parabant,aperta mente fugæ.i.declarans rationem fugę,compellat.i.alloquitur tali voce,regentem.s.Catonẽ. O Cato da veniam.i.ignosce nobis,quia amor Pompeij nõ belli ciuilis duxit nos in arma:& fecimus partes.i.partialitatẽ,fauore.i.propter fauorẽ Pompeij. ille.s.Pompeiꝰ quẽ orbis prętulit paci.i.maluit sequi q̃ cum Cæsare pacem habere, iacet.s. occisus:& causa nostra.s.pugnãdi,perit.i.perijt cum Põpeio, permitte nos reuisere patrios penates,domum desertã,& dulces natos. Nam quis erit finis pugnæ si Pharsalia non erit,nec Pompeius.i.mors Pompeij erit finis pugnæ:q.d.nullus. Tẽpora vitæ.s.nostræ perierunt:eat mors.i.permitte vt mors eat in tutum.i.vt tuti saltẽ moriamur securi de sepultura. Prospiciat sibi senectus nostra iustas flammas.i.rogos funebres:qa bellum ciuile vix potest pręstare ducibus,vt Pompeio,sepulchra. Præterea non barbara sed Romana regna manẽt nos victos:quia fortuna sæua non minatur mihi iugum armenium aut scythicum,sed ego eo sub iura ciuis togati.i.Romani videlicet Cæsaris. Quisquis.i.quicunq; sup.fuit,secundus.s.in imperio Magno viuente,hic erit mihi primus. Summꝰ honor pręstabitur sacris vmbris.s.Magni.i.p̃tulero etiam mortuũ magnum omnibus viuentibꝰ:& ita o Magne ego habebo eũ dominũ.s.Cæsarem quẽ clades cogit habere.q.d.inuitꝰ illi seruiam:sed nullum ducem habebo cui sponte obediam. Ego secutus te solum in bella, sequar post te.i.mortẽ tuam,fata.i.voluntatem deorũ:aut sequar te post fata.i.mortem tuam:aut vt Sabellicus legendum putat vt vidimꝰ fo.xlviij.ego sequar te post tua fata,aut sequar post.i.postmodum tua fata.i.auspicia. sed melius sequar post.i.deinceps tua fata.i.euenta fatalia,licet sinistra. Neq; eñi fas est mihi sperare secũda.i.prospera,nã cuncta tenent̃ fortuna.i.a prosperitate Cæsaris:postq̃ victoria sparsit ferrũ.i.fudit exercitũ, Emathium.

Clausa fides miseris:& toto solus in orbe est
Qui velit ac possit victis præstare salutem.
Pompeio scelus est bellum ciuile perempto:
Quo fuerat viuente fides.si publica iura
Si semp patriã sequeris Cato:signa petamꝰ
Romanus quæ consul habet.sic ille profatus
Insiliit puppi iuuenum comitante tumultu.
Actum Romanis fuerat de rebus:& omnis
Indiga seruitii feruebat littore plebes.
Erupere ducis sacro de pectore voces.
Ergo pari voto gessisti bella iuuentus
Tu quoq; pro dominis:& Pompeiana fuisti
Non Romana manus:q nõ in regna laboras
Qz tibi non ducibus viuis morerisq;:q orbẽ
Acquiris nulli:q iam tibi vincere tutum est:
Bella fugis:quærisq; iugum ceruice vacante:
Et nescis sine rege pati.nunc causa pericli
Digna viris.potuit vestro Pompeius abuti
Sanguine:nũc patrię iugulos ensesq; negatis

SVLPI. Clausa fides miseris.i.miseris non seruat̃ fides & quisq̃s ab eis desciscit. Clausa, occlusa. Solus, Cęsar. Velit, clementia sua. Possit: quia victor. Scelus est. quia cum inter se de principatu certarẽt altero sublato pax sequi debet. Fides, cõstantiæ & veritatis officium. Iura publica. leges Romanę. Petamꝰ, sequamur. Consul, Cęsaris. Insilijt puppi. cũ saltu conscendit. Tumultu, turba. Indiga seruitij. quæ cupida seruire dñm non habebat. Erupere. egressę sũt. Ergo pari voto. Grauiter eos increpat Cato q non pro libertate Romana sed vt Pompeij seruos se esse assererent in bella venerunt:& nunc mortuo illo cum liberi sint,possintq; facilius in vnum pro libertate pugnare,malint sine cæde se subijcere Cæsari:& quo plus eis pudoris incutiat arguit timiditatis quia non audent in Corneliam Põpeium & ipm Catonẽ insurgere vt se gratiorem Cæsari faciant. Pari voto. æque optãdo vt alter vinceret. Pro dominis. pro dominorum victoria quorũ vterq; vincere optabat. In regna. alicui constituenda. Qz tibi nõ ducibꝰ viuis morerisq;.i.q potes viuere & mori pro te & libertate Romana & q nulli domino acquiris orbem:sed potes eripere Cæsari Tutũ. minus periculosum. tunc eñi instabãt duo domini nunc superest vnus quo victo eris liber. Iugum. seruitutem. Vacãte. libera: nam si euaseris Cæsarem dñm non habebis. Sine rege pati. sine domino sub ditione Romana esse. Nũc causa pericli digna viris. nũc si viri estis iustam causam pugnandi habetis pro libertate,pręsertim cũ potueritis pro Põpeio mori. Abuti. ad regnũ sibi cõstituẽdũ.

Quum prope libertas: vnū fortuna reliquit
Iam tribus e dominis. pudeat: plus regia nili
Contulit in leges: & Parthi militis arcus.
Ite o degeneres Ptolemȩi munus & arma
Spernite. quis vr̄as vlla putet esse nocentes
Cȩde manus? credet faciles sibi terga dedisse.
Credet ab Emathiis prios fugisse Philippis.
Vadite securi: meruistis iudice vitam
Cæsare: nō armis non obsidione subacti.
O famuli turpes: domini post fata prioris
Itis ad hæredē. cur non maiora mereri
Q̄ vitā veniamq; libet? rapiatur in vndas
Infelix Magni coniunx prolesq; Metelli.
Ducite Pompeios: Ptolemæi vincite munus.
Nr̄a quoq; inuiso quisquis feret ora tyranno
Non parua mercede dabit: sciet ista iuuentus
Ceruicis pretio bene se mea signa secutam.

¶ Clausa fides miseris. Prosequitur Cilix ratiōes suas cur bella declinaret dicens. Fides. i. fidutia aut credulitas est clausa. i. inclusa miseris. s. victis. Et solus. i. vnus Cæsar est in toto orbe, qui velit, quia clemēs, ac possit, quia victor, prȩstare victis salutem. Bellum ciuile est scelus. s. æstimandum, Pōpeio perēpto. i. postq̄ Pompeius est peremptus: quo viuente bellum ciuile fuerat fides. s. cilicibus, qui se Pōpeio dediderant: & ita fidem illi prȩstiterant pugnando contra Cæsarem. O Cato si tu sequeris iura publica. i. leges Romanas: & si sequeris semp patriam. i. patriȩ libertatem, petamus. i. sequamur sup. ea signa q̄ consul Romanus videlicet Cæsar habet. Ille. s. cilix profatus sic, insilijt puppi. i. in puppim, tumultu. i. tumultuosa multitudine iuuenum, comitāte. aut cum sequēti ordinetur sic. Actū fuerat de rebus Romanis. i. res Romanæ irreuocabiliter perierant tumultu iuuenum comitante. i. eo q͏ turba iuuenum illū comitabatur: & omnis plebes, indiga seruitij. i. cupiens habere dn̄m cui seruiat, feruebat. i. tumultuabat, aut p̄ceps decurrebat ad naues, littore. i. per littus. Voces ducis. s. Catonis erupere. i. ppter indignationem vi exiuere de pectore sacro. s. ipius. Ergo quia cilices sequeris: o iuuētus Romana, tu quoq;. i. etiam tu, gessisti bella pari voto, cum cilicibus. i. quia seruitiū debebas Pompeio: & fuisti pro dn̄is. i. secutura dn̄os victores: & fuisti manus Pompeiana. i. priuatas Pompeij causas secuta, non Romana. i. non secuta causam publicam reip. Romanȩ. & tu fugis bella q͏. i. quia, tu non laboras in regna. s. alicui paranda (per quod se penitus a tali suspitione purgat) & q͏ tu viuis & moreris modo tibi. i. ad vtilitatem tuā nō ducibus: & q͏ nulli acquiris orbem. i. orbis imperium, neq; Pompeio neq; alteri. Alij legunt mouensq; q͏ orbem &c. lege vtrū mauis. & q͏ tutum est tibi iā vincere, quia prius cū periculo vicisses ne forte Pompeius victor se tyrannum faceret. tu igitur ppter hæc propter quæ deberes bella sequi, fugis bella: & quæris iugum. i. seruitutem, ceruice vacante. i. libera a iugo: & nescis pati. i. tolerare laborem sine rege. i. dn̄o. Causa pericli, quia cōseruatio libertatis, est nunc digna viris. s. fortibus. Pōpeius potuit abu

Iugulos ensesq;. mortē & vires. Vnū: Cæsarem. E trib⁹. Pōpeio Crasso & Cæsare q̄ inter se orbē diuiserāt. Pl⁹ regia nili. nā Pōpeiū vnū ex tyrānis occidit. Arc⁹ Parthi. q̄ Crassū pemerūt. Ite o degeneres. iclamatio cū cōtēptu Munus Ptolemæi. q̄ per cædē Pōpeij donauit vos libertate. Esse nocentes: strenue pugnasse. Terga dedisse: fugisse. Vadite securi. sarchaismos. Meruistis: quia non pugnastis in ip̄m sed primū fugistis. Turpes: molles & imbelles, quia sine vulnere & cȩde sponte seruitis. Hȩredē. imperij successorē. Cur nō maiora mereri. cur nō maius facinus aggredimini vt consequamini etiam præmia scelerum Rapiat̄ in vndas. trahat̄ ad Cæsarē naui. Metelli. Scipiōis Metelli filia Cornelia: vt supra diximus ex Plutarcho. Pōpeios. Cn. & Sextum. Vincite. superate maiora audendo. Nr̄a ora. caput meū. Ceruicis pretio: vt consequeretur ceruicē meam.

Sarchaismos.

PHI. BEROALDVS.

¶ Clausa fides miseris. Nobis iq̄t q̄ victi sumus est clausa fides & cōsumpta. Et toto solus in orbe est. Cæsar solus est in orbe q̄ nos saluos possit efficere. Pompeio scel⁹ ē bellū. mortuo Pōpeio si immiscem⁹ nos ciuili bello istud bellū dicet̄ scelus q̄ fides diceret̄ viuēte Pompeio. Si publica iura. O Cato inquit si vis sequi ius publicum & ip̄am rempublicam tu non debes esse ductor cum sis priuatus sed Cæsar qui est consul. Vnde signa petamus quæ habet Iulius Cæsar qui est consul. & consulibus mandabantur imperia. Indiga seruitij. cum cilices inscendissent naues cœpit plebes Romana quȩ erat cum Catone fremere: quoniā indiga erat & inops seruorū qui recedebant. Ergo pari voto gessisti bella iuuentus. verba sunt Catonis ad iuuētutem Romanam: quam cum fremeret & missionē cuperet dicit bella gessisse pro domino Pompeio quemadmodum cilices, & non pro libertate quemadmodum ciues. Q̄ non in regna laboras. O Romana inquit Cato, iuuentus tu fugis bella in quibus non subis laborē pro rege sed p libertate: ppter quȩ tibi viues: & morieris, non autem ducibus more seruorum propter quæ bella acquiris orbem terrarum nulli tyrāno sed tibi & libertati. Bella fugis? cum interrogatione legēdum. Q uȩrisq; iugum ceruice vacāti. accusat Romanos q͏ cum sint liberi quȩrant regem qui ipis imponat iugum seruitutis. Potuit vestro Pompeius abuti. cum stomacho proferēda sunt. potuistis ne inquit fundere sanguinē pro Pōpeio & pro patria libertate arma sumere recusatis? quæ libertas est prope quia victo Cȩsare vigebit. Vnum fortuna reliquit. Iam trib⁹ e dominis. Vt dictum ē in primo commētario, Cæsar, Crassus, & Pompeius iniuerāt societatem ne quid ageretur in republica quod vlli e tribus displicuisset. ex istis ergo tribus dominis fortuna reliquit solum Cæsarē supstitem cum Crassus apd̄ Parthos Pōpeius in Aegypto perierint. Vnde ait Cato Aegyptios & Parthos plus cōtulisse legib⁹ & libertati Romanæ q̄ istos milites qui recusant tertiū dominum interficere. Ptolemæi mun⁹ & ar-

ma spernite. E tribus dominis vnum sustulit Ptolemaeus: hoc eius munus vos spernetis non interficiendo Caesarem qui superest. Vadite securi. Ite inquit ad Caesarem securi & nihil formidetis qm vos dignos venia iudicat qui non armis subacti sed metu in eius iura cocedititis. Itis ad haeredem. post mortē Pōpeij qui erat dominus vester itis ad Caesarem haeredem huius dominij. Cur nō maiora mereri. cur inquit non placet mereri & expectare a Caesare maiora q̄ vitam: dando. s. in ei9 manibus Corneliam & filios Pompeij. Rapiatur in vndas. rapite Corneliā & eam cū Pōpeijs iuuenibus ducite ad Caesarem. Ptolemei vincite munus. quia Ptolemaeus iterfecit vnum Pompeium: vos tradite Caesari duos Pompeios & Corneliam: & sic mun9 vincetis Ptolemaei. Nostra quoq; inuiso quisquis. etiā inquit Cato caput meum Caesari inimico portate propter quod magnam mercedem cōsequemini. Sciet ista iuuentus ceruicis ptio. isti milites desertores scient inquit Cato sibi profuisse mea signa quādo pro capite meo allato Caesari maxima pretia consequentur: & sic mea militia illis erit fructuosissima.

SVLPITIVS.

¶ Meritum. Beneficium vestrum in Caesarē Ignauū scelus est. ignauorū est fugere & aliud non audere. Haud aliter. Apes puppibus alueária castris. Tinnitum aeris orationi Catonis, pastorē Catoni, & Hyblā littori aptissime comparat. Simul, postq̄. Effoetas. quae foetus apium cōtinuere. Faui, mellis & aluea riorū. Non miscēt nexibus alas: nō cōglobāt se in vuam. Sibi, separatim. Desidiosa. negligēs mellificare. Thymū. herbā apibus gratā sed austerā nobis: q̄ paulo plus palmo e terra erigit: estq; folijs similib9 rorismarini: sed acutioribus & nigrioribus. Sonus aeris. quo territae colligūtur. Vergili. in Georgicis. Tinnitusq; cie: & matris quate cymbala circū. Laboris floriferi. mellificandi. In gramine hybleo: i valle attica. Inculcata patiētia. impressum & persuasum est eis vt patienter in bello iusto militarent. Iamq; actu belli. iam milites nescios quiescere firmauit & exercuit. Actu belli. ob agitationem & exercitiū belli: in quo versantes fere seditiosi sunt. Lassat. ad lassitudinem exercetur currendo, luctādo, & imaginario pr̄lio. Cyrenarū. oppidi qd ex pugnauit ppe maiorē syrtim. a Batto aedificatū vt Strabo ait. Cyrenaica oppida sunt Apollonia Barce Theuchira & Berenice. Exclusus. nō receptus. sed aliter ex Plutarcho ostendimus. Vicisse. victoria ipa in qua multi Cyrenei vulnerati caesiq; sunt. vlterius eni non seuijt. Inde peti placuit. Cato cū Cyrenis audisset Scipionem apd Iubā regē se recepisse, & Appium Varum Aphricae prefectū cū Scipione esse: pedes ad eos hyeme iuit multum commeatum & aquam vehens ducensq; per psyllos qui serpentū morsibus medicarētur Iube. regis numidarum. Syrtibus. terrestribus. nam & maritimae sunt: & geminae hoc ē maior & minor vt diximus libro primo. Cedere. liberū iter dare. Syrtes. siue inquit natura a principio voluit Syrtes neq; terram neq;

Thymum.

Hybla.

Cyrenae.

Cyrenaica oppida.

Syrtes.

ti sanguine vestro. i. victoria vestro sanguine parta: & vos negatis nunc patrię. i. vtilitati aut libertati ipius, iugulos: si forte cadendum fit: & enses quibus inimicos occidatis: nunc dicit quū libertas est ppe. i. in proximo, quia fortuna reliquit e trib9 dnis. s. Crasso, Pompeio, & Caesare, vnum. s. solum Caesarem. Pudeat sup. vos, q; regia Nili. i. rex Aegypti, qui Pompeium occidit: & arcus militis Parthi q Crassum transfixit, plus contulit in leges Romanas. s. conseruandas, q̄ vos, qui nō vultis vnum. s. Caesarem occidere. O degeneres ite & spernite. i. contēnite cum magis sitis cotēnendi, arma & munus. i. beneficiū in remp. Ptolemei. Quis putet manus vestras esse nocētes vlla caede. i. strenue pugnasse? quasi dicat nullus & ita nec Caesar qui credet vos faciles id est cito cedentes, dedisse sibi terga: & credet vos fugisse primos ab Philippis campis Emathijs. Vadite ergo ad Caesarem securi, quia meruistis vitam Caesare iudice, subacti scilicet sponte, non armis, & non obsidione. i. fame quam obsidio parit. O famuli turpes. i. ignobiles vos itis post fata prioris dñi. s. Pompeij cui vt dño seruiuistis, ad heredem. i. successorem eius Caesarem. Cur non libet vobis mereri de Caesare maiora q̄ vitam & veniam? Si vultis maiora mereri, Cornelia infelix coniunx Pompeij, & ples Metelli. s. Scipionis, rapiat. s. vt tradat Caesari, in vndas. i. maria vobiscum. ducite. s. ad Caesarem Pompeios. i. Pōpeij filios: vincite. i. superate munus Ptolemaei q vnū tm̄ Caesari obtulit. Quoq;. i. etiam, quisquis. i. quicunq; feret. i. offeret tyranno inuiso scilicet mihi, hoc est Caesari, nostra ora. i. caput nostrū, dabit sup. ea non parua. i. magna mercede. Ista iuuentus sciet se secutam esse bñ. i. vtiliter, mea signa, pretio. i. ob pretiū ceruicis. s. meę.

Quin agite & magna meritū cū caede parate.
Ignauum scelus est tātū fuga. Dixit: & omnes
Haud aliter medio reuocauit ab ęquore pup-
Q̄ simul effoetas linquūt examia ceras (pes
Atq; oblita faui nō miscent nexibus alas:
Sed sibi quęq; volat: nec iā degustat amarum
Desidiosa thymum: tum si son9 increpat ęris
Attonitae posuere fugam: studiumq; laboris
Floriferi repetunt: & sparsi mellis amorem.
Gaudet in Hybleo securus gramine pastor
Diuitias seruasse casae. sic voce Catonis
Inculcata viris iusti patientia martis.
Iamq; actu belli doctas non ferre quietem
Constituit mentes: serieq; agitare laborum.
Primum littoreis miles lassatur arenis.
Proximus in muros & moenia Cyrenarum
Est labor: exclusus nulla se vindicat ira:
Poenaq; de victis sola est vicisse Catoni.
Inde peti placuit libycis cōtermina Mauris
Regna Iubę: sed iter mediis natura vetabat
Syrtibus: has audax sperat sibi cedere virtus.

Syrtes vel primam mūdo natura figuram
Quū daret in dubio pelagi terręqꝫ reliquit.
Nā neqꝫ subsedit penitus quo stagna ꝓfundi
Acciperet: nec se defendit ab æquore tellus:
Ambigua sed lege loci iacet inuia sedes.
Aequora fracta vadis: abruptaqꝫ terra ꝓfūdo:
Et post multa sonant proiecti littora fluctus.
Sic male deseruit nullosqꝫ exegit in vsus
Hanc partē natura sui. vel plenior alto
Olim syrtis erat pelago: penitusqꝫ natabat:
Sed rapidus titan pōto sua lumina pascens
Aequora subduxit Zonę vicina perustę.
Et nūc pōtꝰ adhuc phœbo siccāte repugnat:
Mox vbi dānosum radios admouerit æuum:
Tellus syrtis erit: nā iā breuis vnda superne
Innatat: & late periturū deficit æquor.

¶ Quin agite &c. Cōcludit orōnē suā Cato: qua vt inqt poeta cōuocauit ad se oēs dispsos ꝑ maria, sicut apes dispsę ꝑ factionē cōgregant ad sonū ęris ac peluis sonorę. Ordo ē. Quin agite (adhortādi voces) & parate. i. cōparate vobis meritū. s. apđ Cęsarē cū magna cęde. i. faciēdo magnā cędē, occidēdo videlicet vxorē & liberos Pōpeij mecū. Tm̄ fuga. i. dūtaxat fugere ab impatore suo, & nihil audere i ipm, est scelus ignauū. i. arguēs ignauiā, aut ignauū pro ignauorū. dixit. s. Cato. i. porauit: & reuocauit ab medio ęquore puppes oēs, haud. i. nō aliter q̄ simul. i. statim postq̄, examina. i. nouę apes simul eductæ, linquūt cęras effœtas. i. exhaustas fœtu & melle, atqꝫ oblita faui. i. mellis & aluearioꝝ, nō miscēt alas nexibꝰ. i. nō cōglobant se cōnexis alis in speciē vuę: sed quęqꝫ. s. apū, volat sibi. i. separatim ad ꝓpriū cōmodū & arbitriū: nec apes desidiosa. s. quęlibet. i. nō oposa, qa nō intēta est ad fauū colligēdum, nō degustat thymū amarū. s. nobis, sed apibꝰ gratū: vt de Salice dixit Maronianus pastor ad capellas, salices carpetis amaras. hoc ē nō colligit mella e thymo: aut nō degustat thymū amaꝝ. i. partē amarā thymi pro cōdimēto mellis cōseruādi, qa in diē viuit. tū. i. deinde, si sonus ęris (Sūt q legāt Phrygij sonus vt crepat vt sit: vt. i. postq̄ sonꝰ Phrygij ęris. i. tubæ: sed qa ad corybātia ęra. i. pelues reuocant, nihil mutem.) increpat. i. acute sonat, apes sup. oēs attonitę posuere. i. omiserūt fugā: & repetūt. s. collectæ priꝰ in aluearīū & sub regē, studiū. i. studiosā exercitationē, laboris floriferi. i. mellificādi: & repetūt amorē mellis sparsi. s. ꝑ flores. Sūt q legant sacri, qa Maro dixit Protinꝰ aerei mellis cęlestia dona. pastor. s. apiū & ouiū securus in gramine hyblęo. i. attico (Seruius tm̄ interptat illud hyblęis apibꝰ florē depasta salicti, de Hybla Sicilię. Sic & Beroaldꝰ Plyniū & Strabonem citās. quos sequar: nā atticū mel in hymetto est) gaudet seruasse. i. cōseruasse reducēdo apes in aluearia sua, diuitias casę. i. tugurij sui, qa examina. Sic patiētia. i. tolerātia, iusti martis. i. legitimi belli pro libertate gerēdi, est inculcata. i. impssa viris ad quos locutꝰ erat, voce. i. orōne prolata ab ore Catonis. Et Cato cōstituit. i. simul statuit & ꝓposuit: mētes. s. militum doctas actu belli. i. assuetas bello, nō ferre quietē: & agitare sup. eas serie. i. cōtinuatiōe laborū. Scđm Sulpitiū videt ordo. Cato cōstituit iā. i. parauit mētes militū nō doctas. i. nescias ferre qetē,

pelagus esse: sed nūc illi nunc huic similes: siue mare, cui mersę erāt, ęstu torridę Zonę siccari cœpit: & donec in terrā vertet siccabitur. Nā neqꝫ subsedit penitꝰ. sunt em̄ vadosa arenosaqꝫ loca nō adeo demissa, vt ꝓfundū mare suscipiāt. Nec se defendit. nā tegit aliquantulū mari. Inuia: iaccessibił. Lege ambigua. natura cōditioneqꝫ incerta. est em̄ æquor vadosū & terra mari separata & itermista. Post multa littora. post multos arenarū spissosqꝫ cumulos. Nullos in vsus. qa neqꝫ nauibꝰ neqꝫ pedibꝰ vsum pręstat. Alto. ꝓfundo. Natabat. aqs mersa erat. Titā rapidꝰ. sol q alit humore maris ipmqꝫ ad se rapit. Subduxit. magna ex ꝑte retraxit. Perustę. torridæ. Adhuc repugnat. nondū est a sole exhaustꝰ & obstat ne fiat solida terra: qđ lōgo ꝓcessu tpis fiet.

BERO.

¶ Ignauū scelus est tm̄ fuga. Fugere solummodo ad Cęsarē est scelus ignaui & imbellis militis. Vn̄ ne fuga vestra sit talis, fugiētes caput meū Cęsari afferte. Quę simul effœtas linquūt examina cęras. Ita oēs q parati erant fugę admoniti oratione Catonis destiterūt ab icœpto reuocatis nauibꝰ: quēadmodū apes q̄ liqrunt aluearia vacua & volant ad aliena loca reuocant ad priores sedes & redeunt ad pristinū laborē audito ęris tinnitu. Examina apū, intelligunt caterue & coaceruatio. Vergilius. Cęloqꝫ examina ludūt. Effœtas. i. vacuas, sine melle. Vergi. Frigida tecta relinquūt. Nō miscēt nexibus alas. i. nō faciūt vuā quę pedibꝰ alisqꝫ apū cōnexis efficit. Vergili. Lentis vuā dimittere ramis. Sed sibi quęqꝫ volat. s. seiūcta & diuisa nō cōnexis alis. Desidiosa. i. iners & fastidita. Thymū. i. florē apibꝰ gratissimū. Vn̄ mel thymosū a Plynio dicit. Vergilius. Dūqꝫ thymo pascent apes. Amarū dicit hoibꝰ, cū ipis apibꝰ sit suauissimū. Ita Vergilius salices carpetis amaras. Si sonus increpat ęris. Ita Vergiliꝰ. Tinnitusqꝫ cie & matris quate cymbala circū. In Hyblęo securus gramine. Hybla ciuitas est Sicilię: vt Plynius & Strabo meminert: vbi floꝝ maxima copia: vn̄ apes hyblęas appellat Vergiliꝰ. Inculcata viris. i. infixū est viris vt æquo aio tolerarēt & paterēt bellū ciuile. Serieqꝫ agitare laborū. Cato cōstituit agitare mentes & corpora suorū militū exercere continuis laboribꝰ ne otio torpentes mali aliquid cōminiscerent. Proximus in muros & mœnia Cyrenarū. Cyrenæ ciuitas Africę q̄ regiōi Cyrenaicę indidit nomē: vt scribit Plynius. Cato cū ab initio non recipet a Cyrenaicis, milites ad oppugnāda mittit mœnia. Exclusꝰ nulla se vindicat ira. Cato cū Cyrenē ꝑ vim itrasset noluit vlcisci & punire deuictos: sed eis pepcit ꝓ pœnā hāc solā exigēs qđ vicerit. Sed iter medijs natura vetabat. Cato, vt Plutarchus ait, cū audisset Scipionē apđ Iubā regē esse, ꝓficisci instituit ad eos: verū Syrtes, inquit Lucanꝰ, iter impediebāt: & data occasione describit Syrtes Virtus. s. Catonis. In dubio terrę pelagiqꝫ reliqt. Natura cū mūdū formaret reliquit Syrtes in dubio terrę & maris qa incerta est earū cōditio: quas terra fretūqꝫ vindicat vicibꝰ alternis. ibi vt ait Plynius vadosū est & reciprocum mare. Nā neqꝫ subsedit penitꝰ. ꝓbat qꝫ

ſyrtes ſint in dubio terrę & pelagi: qm̄ tell⁹ earū neq; ita depreſſa eſt vt accipiat pfundum pelagus, neq; ita edita vt ab æquore ſe poſſit tutari. Inuia ſedes. expreſſit ſententiā Vergi. inhoſpita Syrtis. Aequora fracta vadis. deſcriptio eſt ipſarū Syrtiū q̄ nihil aliud ſunt q̄ mare vadoſum & terra mari abrupta. Nullui q; exegit in vſus. Inutiles ſunt prorſus Syrtes & in re nulla naturę parēti rerū ſeruientes. Vel plenior alto. Altera opinio de Syrtib⁹ q; cum olim eſſent altiores mari, & mobiles natarent: ſol ſuo ęſtu vorans pelagus ſubtraxit Syrtibus. Pōto ſua lumina paſcēs. Solis odore ſiccat̄ liquor q̄ cūcta torret & abſorbet author Plynius. Et nūc pontus adhuc. mare cū calore ſolis ſiccet̄ & minuat̄ tñ repugnat adhuc durans. Tellus Syrtis erit. vbi longis ſæculis radij ſolis ſiccauerint penit⁹ ipm pelagus, tunc Syrtis erit terra: qa iam quotidie minuit̄ ęquor & paulatim deficit.

actu. i. pp̄ter exercitum belli. ſed ſic deſideres verbū: neſcias em̄ quid eos facere cōſtituerit. & ſi dicas ſerie agitare laborum vacabit q;: vñ malī dicere cōſtituit nō ferre. i. vt non ferāt: & agitare. i. vt agitēt &c. Primū. i. in principio, miles laſſat̄ arenis littoreis. ſ. currendo & ſe exercēdo: proximus labor eſt in muros & moenia Cyrenarū: quas expugnauit: quib⁹ ſup. Cato exclulus, nulla ira. i. ſęuitia aut poena q̄ iræ ſignū eſt, vindicat ſe: & viciſſe eſt Catoni. i. recipit̄ a Catone, ſola poena. i. multa aut punitio, victis. i. deuictis. i. contētus erat viciſſe citra expilationē. Sūt q legere malint Catonē: ſed ſequar priorē lectionē. Inde. i. ex Cyrenis, placuit Catoni peti regna Iubæ cōtermina. i. cōfinia Mauris Libycis. i. ad Libyā vergentib⁹: ſed natura negabat iter medijs Syrtibus. i. p medias Syrtes. verum audax virtus. ſ. Catonis, ſperat has. i. Syrtes cedere ſibi. i. patere nauigationi ſuę. deſcribēs aūt Syrtes dicit: vel natura cum daret mūdo primā figurā, reliquit Syrtes in dubio terræ & pelagi. i. an acciperent formā terræ an pelagi: nā neq; tellus. i. terra ſubſedit. i. deſcendit penitus quo. i. vt acciperet ſtagna pfundi. i. altas aquas: nec defendit ſe ab ęquore. i. nō mãſit tā alta vt non eſſet aquis obruta: ſed ſedes. i. poſitio illa terrę iacet iuia. i. ſine via, ambigua lege loci, quia neq; mare neq; arida eſt. Aequora ſup. ſunt fracta. i. interrupta vadis: & terra eſt abrupta. i. intercīſa: pfundo. i. aquarū receptaculis: & fluct⁹ ſonant proiecti poſt multa littora. ſic natura deſeruit male. i. inutiliter aut ad malū hoim, & exegit. i. expulit a ſe in nullos vſus, hāc partē ſui. i. totius vniuerſi. vł ſi ita nō ſunt ab natura inſtitutę Syrtes, ſyrtis erat olim plenior alto pelago: & natabat penitus: ſed titā. i. ſol paſcens ſua lumina pelago. i. abſumēs aquas maris, ſubduxit i. ſubtraxit æquora vicina Zonę peruſtę. i. torridę: & pont⁹ repugnat adhuc, phœbo. i. ſole ſiccante. ſ. ipm adhuc. Mox. i. paulo poſt, vbi æuum dānoſum. i. conſumens res, admouerit radios. ſ. ſolis, tunc Syrtis erit tellus: nam breuis vnda innatat iam ſuperne. i. deſup: & deficit. i. deſerit late æquor periturum.

SVLPITIVS.

¶ Vt primum remis. Tempeſtatē quā ſunt i Syrtibus paſſi deſcribit. Actum. impulſum Propulit omne claſſis onus. procul pepulit claſſem militibus oneratam. In regna ſua. in ſibi expoſita loca. Turbine. volubili impetu Egit vndas longe a Syrtibus. Confregit, interrupit: non em̄ erat cōtinuus. Illato littore cumulis arenarum immiſſis. Tūc quaṝ. naues quas recto malo & velis tenſis hauſter inuaſit, auertit inuitis & reluctātib⁹ nautis. Eripuit. claſſes alio impulit q̄ quo remigādo tēdebant: cūq; vellent vela deponere non poterant: ſed adeo intumeſcebant vt fractis funibus prorā excederent. Sinus, velum. Om̄ia ſiquis. ſiquis etiā vela collegerat impellebatur. Antennæ. ligno trāſuerſo in malo a quo pendēt vela. Auertitur. a curſu remouet̄. Armamētis nudis. malo & antēnis nudatis: nā vis hauſtri vela eripuit. Quæ fluctib⁹ incidit altis. quæ erat a terra remotior. Certo. nō vadoſo vt ſunt Syrtes. Quæcunq; leuatæ. naues quarum malos inciderunt ne a vētis impellerentur, auferebātur contrarijs fluctibus contra hauſtrum. Leuatę. exoneratę. Cæſis. inciſis vt fit in maximis tempeſtatib⁹. Effudere flatum. non retinuerunt ventū: quia ſucciſo malo antennæ & vela ceciderant. Cōtraria voluens: obuius & contra veniēs. Victor. quia violētior vento. Detrudit. impulit. Obnixum. obſtantem & reluctantē. Has vada. aliquæ arenis mari ſubtracto inhęrebant. Vada. mare vadoſum. Terra interrupta profundo. cumuli arenarum miſti mari. Dubio fato. icerto periculo an arena an aqua obrueretur. Sedet. inhęret terræ. Pars. ſiue puppis, ſiue prora. Tunc magis, tum concertās arena cum fluctibus non diſſoluebat̄ ſed ſe cumulans obſidebat & implicabat naues. Breuius

Vt primum remis actū mare ppulit omne
Claſſis on⁹: dēſis fremuit niger ībrib⁹ auſter
In ſua regna furēs: tentatū claſſibus æquor
Turbine defendit: longe q; a Syrtibus vndas
Egit: & illato confregit littore pontum.
Tum quarū recto deprēdit carbaſa malo
Eripuit nautis: fruſtra q; rudētibus auſis
Vela negare noto ſpatium vicere carinę.
Atq; vltra prorā tumuit ſinus, omnia ſiquis
Prouidus antennę ſuffixit lintea ſummæ
Vincitur: & nudis auertitur armamentis.
Sors melior claſſi q̄ fluctibus incidit altis:
Et certo iactata mari. quęcunq; leuatæ
Arboribus cęſis flatum effudere, frementem
Abſtulit has ventis liber contraria voluens
Aeſtus: & obnixum victor detrudit in auſtrū.
Has vada deſtituūt atq; interrupta pfundo
Terra ferit puppes: dubio q; obnoxia fato
Pars ſedet vna ratis: ps altera pēdet in vndis.
Tūc magis ipactū breui⁹ mare: terra q; ſæpe
Obuia cōſurgens, q̄uis eliſus ab auſtro

Sæpe tamen cumulos fluctꝰ nō vincit arenę.
Eminet in tergo pelagi procul omnibus aruis
Inuiolatus aqua sicci iam pulueris agger.
Stant miseri nautæ: terręq; hærente carina
Littora nulla vidēt. sic partē intercipit ęquor:
Pars ratiū maior regimen clauūq; secuta est
Tuta fuga: nautasq; loci sortita peritos
Torpentem Tritonos adit illęsa paludem.
Hanc vt fama deus quem toto littore pontꝰ
Audit ventosa perflantē littora concha:
Hanc & Pallas amat: patrio q vertice nata
Terrarū primā Libyen (nā proxima cęlo est
Vt probat ipe calor) tetigit: stagniq; quieta
Vultꝰ vidit aqua: posuitq; in margine plātas:
Et se dilecta Tritonida dixit ab vnda.

¶ Vt primum remis &c. Describit tēpestatē quā Cato cū suis passus est dum e Cyrenis ī Numidiā ad Scipionē & Iubam regem per medias Syrtes nauigauit dicens. Vt primū .i. immediate postq̄, mare actum .i. impulsum, remis: quia se velis credere nō erat tutum: propulit .i. promouit a littore, omne onus classis .i. oēs qui erant in classe, hauster vētus ille meridionalis ab hauriendis aquis dictus, fremuit existens niger .i. caliginosus: imbribus densis .i. nimbis & pluuijs frequentibus: rurēs in regna sua .i. in plagam meridionalem vnde flat. Aequor tētatum classibus .i. cum sensit se inuasum classibus temerarijs: descendit turbine .i. volubili impetu: & egit vndas lōge a Syrtibus .s. primis: & confregit .i. interrupit pontum .i. aquas maris, littore illato .i. cumulis arenorum inuectis q̄ vt littus resistebant. tunc hauster eripuit nautis .i. gubernationi aut potestati nautarum, sup. eas naues, quarū carbasa .i. vela tensa deprēdit .i. inuasit, malo recto .i. directe ex aduerso vētis opposito: & ausis .s. nautis, frustra .i. nequicq̄, negare .i. subtrahere, rudentibꝰ .i. per funes & chordas, noto .i. vēto, hoc est haustro, vela, hoc est quādo volebant per funes subtrahere vento vela, ipa vicere spatium carinæ .i. impetu totā cooperuerunt nauē: & sinꝰ velorū tumuit .i. ex inflexione extēsus est, in proram .i. in primā partē nauis: & siquis .s. nautarū aut gubernatorꝝ, puidus .i. qui puidit id posse cōtingere, suffixit .i. subtus fixit, summę antennę .i. sub extremo ligno ītrāsuerso mali, oia linthea .i. vela: hoc est siquis ita suspēderat vela vt ea statim detraxerit malo & antēnis: is vincitur vi ventorū: & auertit̄ .s. a cursu suo, armamentis .i. instrumentis vtpote lignis nudis .i. non habentibus vela (Est autem spondaicus versus rei aptꝰ). Melior sors sup. erat classi, q̄ incidit altis fluctibꝰ .i. in pfundos fluctus: & quę iactata est mari certo .i. non vadoso sed continuo. Quæcunq; .s. naues, leuatę .i. exoneratę & leuiores factę, arboribꝰ .i. malis cęsis .i. intercisis, effudere flatū frementē .i. cū nō haberent obstaculū nō receperunt ventū: ęstus .i. vehemēs fluxus vndarū, liber .i. nō habēs resistentiā a ventis, abstulit has .s. naues, voluens cōtraria ventis .i. obuiā veniēs & cōtra ventos: & victor .i. voti cōpos, detrudit .i. impulit naues sine malo & velis, in haustrū obnixum .i. frustra obnitētē. qa vndę cōtrarię erāt potētiores: vñ cōtingit interdū fluctū & ventū cōtrariari, sicut in fluminibus. vada .i. loca breuia & parū pfunda, destituūt .i. deserunt, remo

mare impactum. breuia Syrtiū impulsa. Eisus. repressus. & sic magis arenas dissoluere potuisset: tamen non erat tanti. Eminet. cum eminentia apparet. In tergo. in superficie vel posteriore parte. Agger pulueris arenæ cumulus. Stant. non prouehuntur. Terræ. arenis quę firma littora non faciebant. Partem. nauiū. Intercipit æquor. Syrtes retinent. Regimē clauumq;: artificium & temonem. Tuta fuga. hæ quæ celeritate se syrtibus eripuerant in sinum quietum quem tritoniam paludem vocant se cōtulere. Tritonos. amnis q super Syrtis maioris sinum nō longe a Philenorum aris a Tritonide palude suscipitur: a qua Mineruę cognomen est inditum, vt incolæ arbitrantur, ibi genitæ: vt ait Mela. Nā regis Ogygij tēpore virginali habitu illic visa Neptuni & palladis filia est putata: sed ipa patrem illum dedignata Iouis vertice se genitam dixit. vt ait Herodotus. Deus: Triton Neptuni ex Salacia filius & eiꝰ tubicen. re autem vera est piscis in humani iuuenis speciē: qui vt Plynius inquit, nauigia noctu ascendit & degrauat. Vergi. in decimo de eo sic habet. Hūc vehit immanis Triton & cęrula cōcha Exterrens freta cui laterum tenus hispida nanti Frons hominem pręfert in pistrim desinit aluꝰ. Eum Tyberij tempore in speluca inuentum concha hoc est tuba canere Plynius tradit. Hāc. tritonidem paludē: q̄ & Pallantias dicta est a Callimacho. Patrio q: qa vt primum nata est illuc vt in altissimū e cælo locum ne Vulcano nuberet descendit & se ibi speculans ab eo voluit denominari.

Triton. Tritonis. Triton deꝰ & piscis. Pallantias.

PHI. BEROALDVS.

¶ Vt primū remis actū mare. Sēsus est hauster naues quæ vtunt̄ officio remorū in mari libyco iuuat & psequit̄ depulso mari longe a syrtibus: verū illas naues quæ velis nauigāt eripit suo impetu ipis nautis & ad Syrtes impellit. Niger hymbribꝰ hauster. vētus est pluuiosus, & humectꝰ hauster vt inquit Gellius Vñ ait Ouidiꝰ, Pluuioq; madescit ab haustro In sua regna. s. Syrtiū & maris Libyci in qbꝰ locis hauster halet. Turbie defendit. i. depellit, & amouet. Verg. Solstitiū pecori defēdite Turbo est flatus cūcta psternēs & vis vēti vt Seruius & Plynius scribunt. Frustraq; rudētibꝰ ausis. Hauster sua vi eripit vela nautis q̄ q̄uis sublatis rudentibus. i. funibꝰ vt vela decidant: tamē illa inflata vento notho q ē hauster adeo turgida efficiunt̄ vt superēt spatiū ipius nauis: & vltra proram Sinus. s. velorū porrigantur extensi. Omnia siquis prouidꝰ antēnę. si quis nauta alligaret ipa vela antēnę ne vento inflarent̄ tamē nō posset vi venti resistere & auertit̄ a cursu nudis nauiū Armamentis. i. propugnaculis. Sors melior classi: melior est conditio earum nauiū quæ in alto pelago nauigant quia tutiores sunt q̄ quę incidunt in Syrtium mare vadosum & incertū Quæcunq; leuate arboribus cęsis. illę naues q̄ leuiores reddunt̄ cęsis arboribus quibꝰ vela pandunt̄: euitant quidē impetum vēti dēptis velis: verum æstu maris contrario vētis rapiūtur. Et obnixum victor. Aestus qui superat, nauem detrudit contra haustrum relu

ftantem.& contra æstum insurgētem. Interrupta pfundo terra.i.syrtib⁹ q̄ est terra abrupta a mari allidunt. Dubioq; obnoxia fato nauis q̄ fertur a syrtibus duplici periculo est obiecta: terræ.s.& pelagi. Breuius mare.i. vadosum. Quis elisus ab haustro fluctus maris sępe non vincit cumulos arenarū q̄uis ab haustro elidat. Eminet in tergo procul. Syrtium Tergo eminet agger & cumulus pulueris, qui qđ mirum est, nunq̄ fuit violat⁹ ab vndis vicinis. Sic partem intercipit æquor. Ita inquit mare Syrtiū vadosum intercepit partem nauium Catonis: pars vero secuta clauū & regimē & habens peritos illorū locorū nautas, peruenit ad Tritoniā paludē. Clauumq;. Clauus est fustis gubernaculi: vt ait Seru⁹. Torpentem Tritonos adit. Intra duas Syrtes vel citra minorem syrtim est palus vasta ad amnem Tritonem a quo ipsa dicitur Tritonis: vt author est Plyni⁹. pars ergo classis Catonis illęsa peruenit ad paludem Tritonida. Hanc vt fama, deus. vt fertur inquit Lucanus Triton deus marinus tubicen Neptuni amat hanc paludem. Tritones autē vt ait Plynius non sunt fabulosi sed olim visi concha canentes vt nunciatū est Tyberio. Hanc & Pallas amat, patrioq; e vertice nata. Minerua quæ alio noīe dicitur: Pallas dicitur a poetis nata de vertice Iouis sine matre vt inquit

tas ab aquis, has.i.aliquas e nauibus: & terra interrupta pfundo.i.q̄ media erat inter aquas pfundas, ferit.i.cōcutit puppes, hoc est cōcutit a puppibus: & vna pars ratis obnoxia fato dubio.i.incerto periculo subiecta, sedet.i.adhæret fundo: & altera pars pendet.i.suspēsa est in vndis: & tunc mare breui⁹.i. breuis ille & angustus inter duas arenas sinus maris, est magis impactū.i.cōdensatus ex arenis nauis partē sequentibus: & terra sup. est cōsurgens sępe obuia.i.se obijciēs nauibus: & fluctus q̄uis elisus.i.intercisus sup. fuerit, sępe ab haustro, tñ sæpe nō vincit.i.nō pōt dissoluere cumulos arenę: agger.i.aggestus cumulus, pulueris sicci.i.arenę non rigatæ aquis, eminet .i. apparet eminenter in tergo.i.dorso pelagi, pcul.i.longe ab omnib⁹ arenis, existens inuiolatus aqua, quia eo vsq; nō ascēdit. Nautę miseri stāt.s.immobiles: & nulla littora vidēt: carina hęrente i.affixa terræ: & sic æquor intercipit partē ratiū: maior pars ratium secuta regimē & clauū.i.regimen claui, hoc est gubernaculi, est tuta, fuga.i.p fugā: & sortita nautas peritos loci, adit, proadiuit, illęsa, paludē Tritonos q̄ est in Aphrica, torpentē.i.stagnantē. Deus.s. Triton Neptuni filius quē pflantē littora (Beroaldus tñ & plures legūt murmura.i.pflando faciētē murmura) cōcha vētosa.i.vēto inflata. pontus audit toto littore, amat hanc.s.paludem, vt fama est: & Pallas amat hanc eo q (alij legūt patrioq; e vertice. vt sit: q pro qa:) ipsa nata vertice patrio i.de cerebro Iouis tetigit Libyen primā terrarum: nā Libye ē proxima cælo: vt ipe calor probat: & q ipsa vidit vultus.s.suos in aqua stagni quieta.i.nō mota: & posuit plātas scilicet pedum.i.pedes ipsos in margine scilicet paludis: & dixit se Tritonida (Nominatiuus est hæc tritonis) ab vnda dilecta.

Ouidius & Vergilius. Nec quæ de patrio vertice nata dea est. Pallas ergo amat Tritonidē paludē a qua Pallas appellauit seipsā Tritoniā: nā dicit labens e cælo primā Libyā vtpote altiorē alijs regionib⁹ tetigisse. Vt pbat ipse calor. Libya est torrida & adusta propter solis ardorem ex quo proxima cęlo esse probatur cum solis vicinitate magis q̄ aliæ regiones torreatur.

SVLPITIVS.

Lethe. ¶ Lethe. Amnis ad Beronicē ciuitatē inferna vt putant inūdatione prorumpēs: & apđ pristinos vates latex memoratus obliuionis vt ait Solinus. Insopiti, peruigilis. Tutela. ab ipo em̄ seruabat. q̄ q̄ fidei ratio ē q̄ flexuoso meatu est variū. e mari fertur adeo sinuosis lateribus tortuosum vt visentibus procul lapsus anguinos facta vertigine mentiat. idē est author. Diodorus vero ait per Draconem intelligi pastorū curā q sua fortitudine latrocinia phibebāt & per poma aurea milas.i. oues aurei coloris vel pulchras. Spoliatis frōdibus.raptis a frōdib⁹ pomis aureis. Inuid⁹. Maligni est fidem vetustati nō adhibere: eiusq; laudē minuere. Qui vates ad vera vocat. qui vult poetas quib⁹ licet fingere dicere vera. Sylua, arbores. Diuitijs, aureis pomis. Germine, fructu. Virgineus chorus. Hesperides, quæ fuerunt filiæ Atlātis ex Hesperide Hesperi fratris filia. fuerunt septem numero dicunturq; etiā Atlantides Diodoro authore. Lactantius eas Hespero genitas dicit, fuisseq; vt quidā autumant tres Eglen, Aretusam & Vesptusam: nec a Gorgonibus esse diuersas. Robora curuata. ramos arborum flexos Metallo, aureis pomis. Laborem nemoris. q in nemore seruando impēdebat. Inopes, absq; aureis pomis. Tyrāno. Euristheo cui⁹ iussu illuc iuerat. Depulsa. liberata. Garamantidas. Garamantū regio authore Strabone vltra Getuliā ē. Pōpeio duce. Magni filio pręfecto classis. Hęrere. quiescere donec ad Iubā peruenisset. Terra cingere. terrestri itinere circui-

Draco puigil quid.

Hesperides

Garamantes.

Quā iuxta Lethes tacitus prelabitur amnis:
Infernis (vt fama) trahēs obliuia venis.
Atq; insopiti quondam tutela draconis
Hesperidū pauper spoliatis frōdibus hortus.
Inuidus annoso qui famam derogat ęuo:
Qui vates ad vera vocat. fuit aurea sylua
Diuitijsq; grauis: & fuluo germine rami:
Virgineusq; chorus nitidi custodia luci:
Et nunq̄ somno dānatus lumina serpens:
Robora cōplexus rutilo curuata metallo.
Abstulit arboribus pretium nemorisq; laborē
Alcides: passusq; inopes sine pondere ramos
Rettulit argolico fulgētia poma tyranno.
His igitur depulsa locis eiectaq; classis
Syrtib⁹ haud vltra garamātidas attigit vndas
Sed duce Pōpeio Libyes melioris in oris
Mansit. at impatiens virtus hęrere Catonis
Audet in ignotas agmen committere gētes
Armorum fidens: & terra cingere syrtim.

Hęc eadē suadebat hyēs: q̄ clauserat æquor.
Et spes imber erat nimios metuētibus ignes:
Vt neq̧ sole viam nec duro frigore sęuam
Inde polo Libyes: hinc bruma tēperat ann⁹.
Atq̧ ingressurus steriles sic fatur arenas.
O q̄bus vna salus placuit mea castra secutis
Indomita ceruice mori: componite mentes
Ad magnū virtutis opus summosq̧ labores.
Vadimus in campos steriles exustaq̧ mundi:
Qua nimius Titan & rarę in fontibus vndæ
Siccaq̧ letiferis squalent serpentibus arua.
Durum iter. ad leges patrięq̧ ruentis amorē
Per mediā Libyen veniant: atq̧ inuia tentent:
Si quibus in nullo positum est euadere voto.
Si q̄bus ire sat est. neq̧ eñ mihi fallere quēq̄
Est animus: tectoq̧ metu perducere vulgus.

¶Quam iuxta. Describit situm Aphricæ circa tritonida paludem, & hortos hesperidum, in quibus describendis affectanter immoratur. Deinde pscriptis syrtibus prosequitur exhortationem militum factam per Catonem. quæ vt ex ordine pateant, Ordo est. Iuxta quam. s. paludem prędictam, amnis Lethes. s. flu. sic dicti eo q̧ ex Lethe infernali flu. manare credit, plabit. i. pterfluit, tacitus. i. sine murmure, trahēs obliuia. i. virtutē faciendi obliuionē, venis. i. ex venis, & scatebris, infernis. i. ab Lethe infernali manantibus: vt fama sup. est. i. vt vulgo dicitur. Atq̧ iuxta quam est tutela draconis insopiti. i. puigilis, quondā. s. priusq̄ illuc Hercules peruenerat, & ipsum draconem interemerat: appositorie, hortus hesperidum pauper. s. nunc. i. parum habens diuitiarum, frondibus. s. ferentibus aurea mala, spoliatis. i. denudatis pomis suis aureis ab Hercule. Inuidus sup. est: q derogat. i. detrahit æuo ānoso. i. sęculo multis annis anteacto, famam. i. credulitatem, & qui vocat vates ad vera. i. poetas ad describenda dumtaxat vera compellere vult. Sylua aurea, id est aurea mala ferēs, & grauis diuitijs, scilicet suis, hoc est pomis aureis in ea natis, & rami fului. i. resplēdentes in morem auri, erant sup. illic, germine fuluo. i. fului, ac aurei coloris. Et chorus virgineus, id est ipsarum hesperidum appositorie custodia luci nitidi. i. resplendentis in morem auri, sup. erat iuxta paludem: & serpens. i. draco, nunq̄ damnatus lumina. i. qui nunq̄ habuerat oculos damnatos, somno. i. propter dormitionem, complexus robora. i. fortia arborum corpora, curuata. s. in terrā, metallo rutilo. i. pomis aureis rutili coloris. Alcides. i. Hercules nepos putatitius Alcei: abstulit arboribus p̄tium, quia aurea detraxit mala, & laborē nemoris. i. horti colendi, & custodiendi: & passus. i. sustinens, deferere ramos inopes sine pondere. s. pomorum aureorum, rettulit. i. reportauit ex hortis hesperidum: Tyranno argolico. i. Euristheo poma fulgentia. i. resplendentia cum sint aurea. Igitur classis, scilicet Catoniana, depulsa his locis, scilicet syrtium, & deiecta syrtibus, attigit vndas haud vltra Garamantidas, id est Garamantum regiones. Sed sup. miles mansit duce Pōpeio, in oris. i. regionibus Libyes melioris, id est fertilioris. At virtus Catonis impatiens hęrere. i. immorari, & quiescere donec ad Iubam peruenisset, audet committere agmen. i. exercire. Clauserat, vetabat nauigari. Claudi maria dicuntur die tertio iduum nouembris vsq̧ in diem sextum iduum Martij. Et spes. & sperabat imbres sibi auxilio fore per feruidā sole regionem ituro: vt temperata efficeretur & nec sol, nec frigus abesset. Annus, anni tēpus. Neq̧ sæuam. non asperam. Polo. propter cælum qd̄ natura calidum est. Bruma. ꝑpter brumæ frigus. O quibus. animos militum ad desertorum Libyes subeunda discrimina erigit: quæq̧ sint illa aperiens se primū subiturum eadem pollicetur. Vna: sola. nam sine libertate nolumus eē salui, & pro illa moriendo salui sumus. Indomita. libera nō subiugata Cæsari. Componite, præparate. Ad opus virtutis. ad laborum periculorumq̧ tolerantiam. Squalent: maculati sunt. Durum iter: appositio. Ad leges. ad leges decusq̧ patriæ tuendum fortes inuitans, molles, qui seruire possunt, repellit a se ad Cæsarem. Est positum euadere in nullo voto, id est qui nulla vota faciunt euadendi. Positum, constitutum. Ire. & nō curare de reditu. Tecto, dissimulato.

Claudi maria.

PHILIP. BEROALDVS.

¶Quā iuxta Lethes. Iuxta paludē tritōidē est fluui⁹ nōie Lethes: a latinis dicit̄ obliuio. existimat̄ trahere originē a Lethe fluuio infernali: de quo dictum est supra. Trahens obliuia. allusit ad nomē: Lethe eñ obliuionem significat: & apud inferos potātes aquā Lethē am ducunt obliuia rerū: vt inquit Vergilius. Atq̧ insopiti quōdam tutela draconis. iuxta paludē erāt horti hesperidū quodā custoditi a dracone. ait Plinius de regione Cyrenaica Fluui⁹ Lethō: lucus sacer: vbi Hesperidum horti memorātur. Hesperides aūt septē nymphę fuerūt filiæ Atlantis, & Hesperidis, quæ hortū habuerūt i quo aurea mala, & auriferum nem⁹ a dracone puigili seruabant. Hercules missus ab Euristheo rege argiuoꝝ dracōe interfecto aurea mala sustulit. Alij pecudū greges fuisse dicūt aurei coloris: vt Serui⁹, Diodorus, & Varro tradūt. nūc more poetico hāc historiā refert Lucan⁹. Hortus pauper. ꝑpter sublata mala aurea. Qui famā derogat æuo: cum hort⁹ nūc visat̄, sine malis aureis, detrahit famā vetustati dicenti illic fuisse nem⁹ auriferum: nā vt ait Plinius nihil aliud extat ex narrato ꝯo aurifero nemore p̄ter oleastros. Fuluo germine. i. malis aureis. Serpens robora cōplex⁹. Secūdū historicos affūdit̄ hortis hesperidū ęstuariū ē mari flexuoso meatu in quo draconis custodię instar fuisse interp̄tāt̄. authores Plinius, & Solin⁹. Abstulit arboribus p̄cium Alcides. i. Hercules abstulit mala aurem ex hortis hesperidum, quæ erāt p̄tia arborum. Argolico tyrāno. i. Euristheo regi argiuorum cui duodecim labores debebat: vt Iustinus, & Diodo. memorāt. His igit̄ de locis. Classis Catonis depulsa e syrtibus. Haud vltra. i. nō vltra attigit vndas Libycas nā Pōpeius fili⁹ timēs p̄iculosa loca, mā sit in oris. i. regiōib⁹ Aphricę amœniorib⁹. veꝝ Cato cui⁹ virt⁹ vici nō poterat istituit pagere iter cœptum. Garamātidas attigit vndas. In desertis Aphricę sunt Garamātes: quoꝝ caput

est Garadamũ.author Plinius. Vergil⁹.Rapta Garamantide nympha. Et terra cingere syrtim.i.Cato audet itinere terrestri ambire syrtum,quã euadere nauibus fuerat periculosum:præterea erat hybernũ tẽpus quo mare clauditur nauigantibus.Et spes imbris erat. sperabat Cato imbres venturos,qui lenirent nimios feruores.Inde polo Libyes.i. via nõ erat sęua nimio frigore propter polum meridionalẽ,& haustrinũ:vbi sũt calores : nec metuebatur ꝙ sęua foret nimio solis ardore propter brumam,q̃ minuit ęstus. O quibus vna salus.verba Catonis ad milites:quos hortatur:vt forti animo vadant per deserta plena serpentibus.Indomita ceruice. q̃ domini iugum ferre non potest.Nimius Titan.i. solis æstus immẽsi.Durum iter ad leges patrięq;. ait Cato iter esse durum & asperum ad leges, & amorem reipublicę:quia causa legum,& libertatis petũt regnum Iubę per loca deserta. Si quib⁹ in nullo positum est euadere voto. veniant inquit Cato illi per Libyam,qui vt euadant nullũ faciunt votum,hoc est viuere non curant. Si quibus ire sat est.i.illi veniant quibus satis est ire:& de reditu non curant.

tum,in gentes ignotas,fidens armorũ,p armis,& fidẽs cingere.i.circũambulare syrtim terra,p terrã. Hæc eadem.s. consilia hyems suadebat,quę.s.hyems,clauserat æquor.i. fecerat non nauigabile.Et imber.i.vehemẽs pluuia,erat spes,scilicet nautis,metuentibus ignes.i.calores nimios:vt animus, id est tempestas illa,temperet.i.temperatam reddat viam,neq; sęuam.i. intractabilem,& asperam sole duro.i.nimio calore,neq; frigore duro.i.vehementi:temperet dico, inde.i. ex vna parte contra frigus polo.i.vicinitate cæli Libyes.i.illius regiõis,& hinc id est ex altera parte contra cauma,bruma .i. brumali frigore. Atq; Cato ingressurus arenas steriles.i. deserta Libyes, fatur id est alloquitur suos sic.O secuti mea signa quib⁹placuit vna id est vnica salus, videlicet mori ceruice indomita,id est non subiugata a Cæsare:alij legunt vt Beroaldus castra secutis:vt sit ordo.O sup.vos milites & amici mei,quib⁹ secutis mea castra,vna salus.s.mori ceruice indomita,placuit:componite.i. disponite & constituite mentes vestras, ad magnum opus virtutis,& ad summos labores.Nos vadimus.i. ire paramus, in campos steriles,& in exusta mundi.i. ptes exustas ad torridã zonam,qua scilicet parte,titã.i.sol,hoc est calor solis est nimius,& vndæ sup.sunt rarę in fontibus,& qua arua sicca squalẽt serpentibus letiferis,id est mortiferis, appositorie durũ iter.i. qua est difficilis profectio. Si quibus,id est aliquibus, euadere scilicet mortem,vt Cæsari seruiãt,in nullo,id non vllo,non est positum,id est constitutum in nullo voto.i. desyderio.i.si qui decreuerũt mecum mori:& si quibus sat est ire, id est proficisci mecum,licet non sint redituri, veniãt per mediam Libyen ad leges,scilicet defendendas,& ad amorem patriæ ruentis.s.in desolationem,sup.ostendendum:quasi dicat volo vobis pericula prædicere.enim pro quia,neq; id est non,animus non est mihi fallere quenq̃,& perducere vulgus, scilicet ignarum periculi,metu,id est causa metus,tecto id est dissimulata.

SVLPI.

Quos ipsa pericula ducẽt.hoc est qui causa experiendi pericula veniẽt. Vel quæ tristissima.etiam quæ laboriosissima sunt. Romanum.quasi dicat virile.Pulchrum,honestũ: vt Pulchrumq; mori succurrit in armis. Animæ,vitæ. Ad dominum:Cæsarem.Dũ primus. Mirifice milites excitat imperatoris audacia:nam excutit metum & pudorẽ segnioribus incutit.bene igitur Philippus dicere solitus est Terribiliorem esse exercitum ceruorum leone duce,q̃ leonum ceruo. Me calor. vmbraculo se nõ vsurum pollicetur:sed aliorum more solem passurum.Mihi, alios præcedenti.Prætentate,explorate casu meo.Sitiat:recuset sitim pati.Aestuet,æstu lassetur. Aut equitem.pedibus iturum se asserit,more Gregarij militis. Deficiat . vt defatigatus non veniat.Discrimine:differẽtia.Ardor,solis.Arenę.quas vẽtus impellet,& in quib⁹ nequeant consistere.Virtuti.quæ ver[s]atur circa difficilia.Gaudet patientia duris. Magnanimis solatio est pati,& fortes gaudent aduersis.Letius est.omnis virtus quo circa difficiliora versatur eo est laudabilior & maior.Honestum.virtus: honesta actio. Constat sibi. comparauit sese multa difficultate.Turbam pręstare malorũ vt deceat fugisse viros. hoc est Libye potest nobis multa incõmoda obijcere p quę videamur seruitutẽ fugere si victi sumus.Irreducẽ,irremeabilẽ, per quam rediturus nõ esset. Limite . terra vicina syrtibus. Inuasit fata.cœpit tentare fortunã Catonis mortem nõ metuẽtis. Tertia pars rerũ. Sallustiũ sequit̃ q ait in diuisione orbis terræ plęriq; in pte tertia Aphricã posuere: pauci tantũmodo Asiã & Europã eẽ:sed Aphricã in Europa. At si vẽtos.Eurũ,zephyrũ, Boreã,no

Pulchrum.

Ducis præstantia.

Mundi diuisio.

Hi mihi sunt comites quos ipsa picula ducẽt.
Qui me teste pati:vel q̃ tristissima: pulchrum
Romanumq; putant.at qui sponsore salutis
Miles eget:capiturq; animę dulcedine: vadat
Ad dominũ meliore via.dum primus arenas
Ingrediar:primusq; gradus in puluere ponã:
Me calor ęthereus feriat:mihi plena veneno
Occurrat serpens:fatoq; pericula vestra
Pętentate meo.sitiat quicunq; bibentem
Viderit:aut vmbras nemoꝶ quicũq; petentẽ
Aestuet:aut eqtẽ peditũ præcedere turmas
Deficiat : si quo fuerit discrimine notum
Dux an miles eam.serpẽs:sitis:ardor:harenę:
Dulcia virtuti:gaudet patientia duris.
Lętius est quoties magno sibi cõstat honestũ.
Sola potest Libye turbam pręstare malorum
Vt deceat fugisse viros.Sic ille pauentes
Incendit virtute animos & amore laborum:
Irreducemq; viam deserto limite carpit.
Et sacrum paruo nomen clausura sepulcro
Inuasit Libye securi fata Catonis.

Tertia pars rerum Libye (si credere famæ
Cuncta velis): at si ventos cęlumq; sequaris
Pars erit Europæ. neq; enim plus littora Nili:
Q̃ scythic⁹ Tanais: primis a Gadib⁹ absunt:
Vnde Europa fugit Libyen: & littora flexu
Oceano fecere locum. sed maior in vnam
Orbis adit Asiam. nam cum communiter istę
Effundāt zephyrum: boreę latus illa sinistrū
Contingens dextrūq; noti descēdit in ortus
Eurū sola tenens. Libyę quod fertile terræ est
Vergit in occasus: sed & hęc nō fontibus vllis
Soluitur: arctoos raris aquilonibus imbres
Accipit: & nostris reficit sua rura serenis.
In nullas vitiatur opes: non ære nec auro
Excoquitur: nullo glebarum crimine: pura
Sed penitus terra est. tantum Maurusia gēti
Robora diuitię: quarum non nouerat vsum:

¶ Hi sunt comites mihi: quos ipa picula ducēt. i. inuitabūt ad iter, aut potius qui in morē palmarū contra pondus renitētiū tanto audentius ibunt: quāto maius piculum instare videbūt hoc est qui non opus habent alio ductore, q̃ virtute sua, q̃ cum periculis augebit: & q putāt pulchrū. i. honestū esse, & Romanū. i. Romano dignum, pati, vel. i. etiam tristissima, me teste. i. spectante. At mi. es q eget sponsore salutis. i. de salute: priusq̃ se cōmittat periculo: & q capit dulcedine animę. i. vitæ, vadat ad dominū. s. Cæsarem via meliore. i. faciliore, dum. i. interea dum ego ingrediar primus arenas, & ponam primus gradum in puluere. Calor ęthereus. i. ex aere veniēs, feriat. i. pcutiat me & serpens. i. bestiola plena veneno, occurrat mihi: & pertentate. i. experimini, fato meo. i. nece mei, picula vestra. Sitiat. i. permitto, vt se sitire q̃rat, quicūq; viderit me sup. bibentem. Aut æstuet. i. conqueratur se ęstu cōfici, quicūq; viderit me petentem vmbras nemorum: aut si viderit me equitem p̃cedere turmas peditum, deficiat. i. permitto vt defatigatus nō pcedat: si fuerit notū. i. euidens, quo. i. aliquo, discrimine. i. discerniculo, aut differētia, an ego eam dux. i. tanq̃ dux, an miles. i. tanq̃ miles. Serpēs, sitis, ardor, arenę. i. oia q̃ nobis toleranda erunt in hoc itinere, sup. sunt dulcia virtuti: patientia gaudet duris. i. aduersis: honestum. i. factum laudabile est lętius. i. iucundius, & gratius sup. alicui, quoties cōstat. i. emptū est sibi magno. s. labore & periculo. Sola Libye. i. desertum Aphricę, potest pręstare. i. exhibere nobis turbam. i. confusam multitudinem malorū. s. pœnę. i. laborū, vt deceat viros. i. honestum sit viris fugisse. s. seruitutē: quia q̃ in ceteris regionibus sunt tolerāda, nō sunt viris digna. Posset etiā interrogatiue legi ad contrariū sensum sic. Potest sola Libye præstare turbam. i. tantū cumulum malorum: vt deceat viros fugisse. s. ab imperio ducis sui? q. d. nequaq̃. Sic ille. s. Cato, incēdit aios pauētes: s. militū, virtute. i. amore virtutis, & amore laborū: & carpit viā irreducē. i. irremeabilē, & nullū reducētē, limite deserto. i. terra vicia syrtib⁹ derelicta. Et Libye clausura. i. q̃ postea claudet apud Vticā, puo sepulcro nomē sacrū. s. Catōis, inuasit fata. i. icœpit hēre iurisdictionē in mortē Catōis securi. i. nihil de morte timētis. Libye ē tertū, qui a quattuor mūdi partibus flant: ita vt Eurus ab ortu ęquinoctiali occurrat Zephyro occidentali recta linea, & boreas septētrionalis e regione habeat notū. Cælū. quattuor cæli regiones: nā ęque distāt ab occidēte Tanais, & Nilus qb⁹ Asia disterminatur ab Europa, & Aphrica, quas separat mare Gaditanū & mediterraneū, qđ admissum est inter vtriusq; flexū. Lęuoq; latere Europā, dextro Aphricā radēs sepat Calpē mōtem Europę ab Calpe.
Abyla Aphricę mōte, quas colūnas Herculis dicūt. Gadib⁹. duab⁹ insulis in ipsis faucibus maris nostri: quarū altera Gadis, altera Erythrea dicta est: i qua fuit vrbs Gades: vt apud Pliniū libro quarto. Vnde. a qb⁹ Gadib⁹. Fugit, separatur. Sed maior. sed Asia est maior Europa, & Aphrica: nā vtriq; cōmunis zephyrus in orientem flans, a sinistro boreæ extendit, dextrā noti toto oriente complexo. Sed maior orbis. maior mundi pars. Adit. accessit. syncope. Istæ, Aphrica, & Europa. Illa, Asia. In ortus, in oriētē. Libyę. naturam fertilitatemq; soli Aphricani narrat. Quod. ea pars quæ. Vergit in occasus, ad occidentem inclinat. Arctoos imbres. a septentrione immissos. vt enim auster nobis pluuius est, & illis serenius, sic boreas, & aqlo nobis sereni illis imbriferi sunt. Reficit, recreat. Serenis. qa cū hic serenat illic pluit. In nullas vitiatur opes. non habet venas, & metalla p̃tiosa. Nullo crimine. sine scelere. Crimē terrę est aurum, & argentum producere. Et penitus terra, & simplex terra. Robora Maurusia. arbores, & cedri Mauritanię: cuius ligni vsum non norant contenti vmbris, & frondib⁹. Plinius inqt, a Mauris cedrū, & mensarum insaniam prouenire: esseq; similem cupresso fœminę syluestri: habereq; lignū varijs venis pictum: quo generum trium ad mensas vtuntur: aitq; mensis p̃cipua dos in vena crispis, vel in vertice paruis. illud oblōgo euenit discursu: ideoq; tygrinę appellantur: hoc intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur. sunt & vndatim crispę maiore gratia si pauonum caudæ oculos imitentur: magna vero post has gratia extra p̃dictas crispis, densa veluti grani congerie, quas a silitudine apiatas vocāt.

Abyla.
Gades.
Cedri.

PHILIP. BEROALDVS.

¶ Qui me teste pati. volo inquit eos comites, qui me presente existimant esse pulchrū pati etiam asperrima, & difficillima. At qui sponsore salutis. qui inquit petit sponsorem vitæ, vt incolumis redeat: ille non veniat mecum: sed vadat ad dominum, scilicet Cæsarem. Mihi plena veneno. iter enim facturus erat per cuncta plena serpētibus: vt infra narrabitur. Pretentate meo. ego ero tanq̃ dux itineris, & explorator: ita vt mors mea vobis esse possit periculorum vestrorum prætentatio. Sitiat quicunq; bibētē Viderit. hoc ideo dicit: quia vt scribit Seneca, Cato in hac expeditione nouissimus bibit. quicunq; ergo viderit me bibentem, ille tunc sitiat, & potet: quia ipse nunq̃ primus bibebat. Aut equitē peditum p̃cedere turmas. Cato vt refert Seneca per loca Libyę deserta duxit exercitum ipse pedes: & vt ait Plutarch⁹ agmē p̃cedens

sine vehiculo & equo. Serpēs sitis ardor. Virtus inquit Cato pati sitim, serpētes, & ęst⁹ existimat sibi suaue esse: nulli eñ difficultati succumbit: gaudet eñ sui experimētū facere in rebus duris & asperis. Sola potest Libye. in Aphrica sunt innumerabiles pest s, videlicet ardor, pœnuria aquarū, copia serpētū, loca deserta, & multa alia. vnde merito ait solā Aphricam prestare posse multitudinem malorum: quemadmodum deceat viros fortes cognosci. Irreducemq; viam. per quam nō redierunt. dicimus etiam viam irreducem incertam, dubiam, atq; irremeabilem. Et sacrū paruo nomē clausura. Cato perijt deīde Vticę & sepultus fuit in littore maris: vt scribit Plutarchus. vnde dicit Lucanus Libyā clausuram sacrum nomē Catonis exiguo sepulcro. Tertia pars rerum Libye si credere famæ. Terrarum orbis vniuersus in tres diuiditur partes Europam, Asiam, Aphricam: vt scribit Plinius. Quidam vero dixerunt tantummodo Asiam, & Europam eē. Aphricā in Europa: vt Sallustius refert. Vtrumq; nūc refert Lucanus dicens: si credimus famæ, Aphricam esse tertiam orbis partem: si sequamur naturam ventorum, & ipsum cælum, eē partem Europæ. Nec enim plus littora Nili. Ratio quare existimet partē esse Europæ: quia littora Nili, quę diuidūt Aphricam, nō absunt plus a Gadib⁹, vnde origo est, q̄ Tanais: qui terminus est Europæ, & Asiæ. Sed maior in vnam. Asia sola longe maior est Aphrica, & Europa simul iunctis.. Communiter istę, scilicet Europa, & Aphrica. Boreę latus illa sinistrum. Asia ex sinistra parte contingit boream ex dextra notum, siue haustrum. Eurum sola tenēs. Zephyrus flans contra Eurū ab occasu communis est Aphricæ & Europę: verum sola Asia possidet Eurum qui flat ab ortu. ex quo ostendit Asiā esse maiorem. Libyę qđ fertile terræ est. Libya siue Aphrica qua pte vergit ad occasum & mare mediterraneū fertilissima ē. nā vt Pli. & Solin⁹ tradūt: regio est Aphricę appellata Bizātiū, fertilitatis eximię cū cētesima fruge agricolis fœn⁹ reddēte terra. Arctoos raris aqlonib⁹ hymbres. vt ait Sallu. in Aphrica pœnuria est aquarū cælo terraq;. tñ pars vergēs ad septētrionē, & occasum īterdū hymbre cęlesti madescit aqlonib⁹ nubes in meridiē ppellētib⁹: & sic qñ nobis septētrionalib⁹ est serenū: tūc hymbres sunt in Aphrica. In nullas vitiatᷣ opes .i. in Aphrica nullę sunt metallorꝫ fodinę, neq; ęs, neq; aurū ibi excoqᷣ: vñ pura est Aphrica. Glebarꝫ crimine. i. metallis. Ouidi. Effodiunᷣ opes irritamēta malorꝫ. Tātū Maurisia gēti robora diuitię. Mauri alio noīe dicunᷣ

Mauri.

Maurisij: populi sunt Aphricę qb⁹ plurima arbor Citri, & mēsarū insania: vt ait Plini⁹. Nā ex hac arbore pcio sissimę cōficiebanᷣ mēsę rotūdę: quas Libycos orbes appellat Martialis. ait ergo Lucan⁹ istas arbores esse di-

Citrus.

uitias Aphrorꝫ quarū ipsi antiqt⁹ nō nouerāt vsum: vt. s. mēsas ex citro cōficerēt. Primi fuerūt Romani q ex citro Libyca mēsas fecerūt: & teste Plinio, Cicero prim⁹ apud Romanos habuit mēsam citream. vnde ait.

tia pars rerum. i. imperiorū mundi, si velis credere famę hoc asserēti, cuncta: at si sequaris vētos, & cælum .i. diuidas mundū per vētos & climata, ac regiones sub cælo, Libye erit pars Europæ: neq; enim littora nili absunt. i. distāt plus a primis. i. vltimis gadibus, q̄ Tanais flu. Scythicus: vnde. i. a quibus gadibus, Europa fugit Libyen. i. separatur a Libye, & littora fecere locum oceano. i. receperunt oceanū, flexu. i. sinuoso angulo sed orbis maior. i. pars orbis maior, adit, padijt, in vnam. i. solam Asiam. Nam cū istę. s. Aphrica, & Europa, effundant Zephyrū ventū occidētalē: illa. s. Asia, contingens sinistrum lat⁹ Boreæ. i. septētrionalis plagæ, & contingēs dextrū latus noti .i. haustri, hoc est meridiei: descendit in ortus. i. orientē, tenens sola, sine Europa & Aphrica, Eurū. i. orientē: illud terrę Libyę qđ est fertile, vergit in occasus. i. occidētem: sed & hæc. s. pars fertilis Libyæ, non soluitur. i. non mollificaᷣ fontib⁹: sed sup. accipit imbres arctoos. i. septentrionales, Aquilonibus. s. vētis raris. s. illis: sed dum sunt, illis imbriferi sunt: cum sint nobis sereniferi: & reficit (quia dulce satis humor) sua rura nostris serenis. i. borea & Aquilone illis pluuijs, qui nobis sunt sereni. & ipsa Libye, in nullas opes vitiatur. i. ex nullarum opū nimio prouentu vitium contrahit: non enim excoquitur ęre, neq; auro. i. non habet arenas auriferas, aut æriferas, q̄ in fornace purgentur. Libye est pura nullo crimine glebarū. i. habens glebas sine crimine. i. sine occasione criminis, quā nimia fœcunditas afferre solet. Sed est penitus terra. i. simplex, & non habens metalla admixta: tantum. i. tantummodo, robora maurusia. i. arbores Mauritanię, & Atlanticæ, vt Citri, & Cedri sunt genti. s. illi diuitię: quarum scilicet diuitiarum, vsum non nouerat, scilicet prius.

SVLPI.

Nasamon.
Mesammō

❡Epulas. esculenta, & poculenta. vt pisces, aues, feras. gulāq; & luxū Romanis obijcit. Mēsas, videlicet citrias. Añ Ciceronianā mēsam nulli⁹ vetustior est. habuit enim, & ex cedro, & ex Thia. Vagam: instabilem. Sub nimio proiecta die. in meridiem extenta, qui nimis illic æstuat. Perusti ætheris: torridæ Zonæ. Bacchum, vites. Putris, soluta in puluerem. Tenetur, possidetur. Cura Iouis. salubritas cæli. Immotis, inaratis. Non sentit annum. annuas messes, autumni vindemiam, & floridum ver. Segne, infœcundum. Nasamon. Nasamones gentes sunt in ora Syrtis, quos antea Mesammones græci appellauere ab argumento loci medios inter arenas sitos. Nudus, pauper. Damnis mundi. præda omnium qui incidunt in Syrtes. diripiunt enim naues, & naufragos. Populator iminet. prædator seruat. Et nulla carina. nec aliena, nec sua: nam portum non habēt, & ad eos nauigat nemo: nec ipsi nauigant. Opes, quas rapiūnt. Habent naufragijs. habe-

Sed citri contenta comis viuebat & vmbra.
In nemus ignotum nostrę venere secures:
Extremoq; epulas mensasq; petiuimus orbe.
At quęcunq; vagam syrtim complectitur ora
Sub nimio porrecta die: vicina perusti
Aetheris: exurit messes: & puluere bacchum
Enecat: & nulla putris radice tenetur:
Temperies vitalis abest: & nulla sub illa
Cura iouis terra est: natura deside torpet
Orbis: & immotis annum non sentit arenis.
Hoc tā segne solū raras tamē exerit hærbas.
Quas Nasamon gēs dura legit: q pxima pōto

Nudus rura tenet: quē mundi barbara dānis
Syrtis alit: nam littoreis populator arenis
Imminet: & nulla portus tangente carina
Nouit opes. sic cum toto commercia mundo
Naufragiis Nasamōes habēt. hac ire Catonē
Dura iubet virtus. illic secura iuuentus
Ventorum: nullasq; timens tellure procellas
Aequoreos est passa metus: nam littore sicco
Q̃ pelago syrtis violētius excipit haustrum:
Et terrę magis ille nocet. non montibus illum
Aduersis frangit Libye: scopulisq; repulsum
Dissipat: & liquidas se turbine soluit in auras:
Nec ruit in syluas: annosaq; robora torquens
Lassatur: patet omne solum: liberq; meatu
Aeoliam rabiem totis exercet arenis.
Et non imbriferam contorto puluere nubem
In flexum violentus agit: pars plurima terrę
Tollitur: & nunq̃ resoluto vertice pendet.
Regna videt pauper Nasamon errantia vēto
Discussasq; domos: volitantq; a culmine raptę
Detecto Garamante casæ. non altius ignis
Rapta vehit: quantūq; licet consurgere fumo
Et violare diem: tantum tenet aera puluis.
Tū quoq; Romanū solito violentius agmen
Aggreditur: nullusq; potest consistere miles
Instabilis: raptis etiam quas calcat arenis.
Concuteret terras orbemq; a sede moueret:
Si solida Libye compage & pondere duro
Clauderet exesis haustrū scopulosa cauernis.

¶ Sed citri. Gens inq̃t Libyca nō nouerat vsum arborꝝ suarꝝ sed viuebat ꝯtēta comis. i. frōdib⁹, & vmbra Citri arboris odoriferę: vñ fiebāt Citrinę tabulę: de q̃bus Martialis lib. xiiij. Accipe felices Atlantica munera syluas: Aurea q̃ dederit dona, minora dabit. Secures nr̄ę. i. Romanę, venere in nem⁹ ignotū. s. possessorib⁹ suis, & petiuim⁹ epulas, & mēsas ab extremo orbe. i. vltia pte Aphricę a polo fere ātarctico: vñ Citrū, & mēsas Citreas petiuerūt. At q̃cūq; ora. i. regio extrema, cōplectit̃ syrtim vagā. i. instabilē, existēs porrecta sub nimio die. i. nimis in meridie soli supposita, & vicina. i. cōtermina, ętheris perusti. i. zonę torridę, exurit messes. i. segetes, & enecat puluere. i. arena p ventū diffusa, bacchū. i. vitē, & nulla. i. non vlla, & ipa putris. i. resoluta nimis nō tenet̃ vlla radice. s. arboris. Tēperies vitalis, q̃ est ex humido & tepido, abest. s. ab illa terra, & nulla cura Iouis. i. pluuię, aut salubris cęli ē sub illa terra, orbis. i. clima illd̄

re videntur ob naufragia. Dura. fortis, & patiēs. Met⁹ ęquoreos, pericula q̃ solent in mari timeri. Aduersis, oppositis. Nō frāgit. nō debilitat: nec vllis scopulis, aut syluis rumpit: vt illis repressus in altum se erigat. Soluit turbine, non resoluit volubilitate. Lassat̃. repetenec. Patet om̄e solū: apert⁹, & liber est cāpus. Aeoliā. quā æolio carcere extulit. Et non imbriferam. nubem & congeriē sicci pulueris in circuitū vertit. Pēdet, suspēsa est in aere. Vertice nunq̃ resoluto. summitate nunq̃ dissipata in aerem versa more nubis. Regna. vrbes & terram, quam possidet. Garamante, populo Nasamonibus vicino. Rapta. quæ rapuit vt carbonem, fauillam. Quantumq; licet cōsurgere. q̃ alte eleuatur fumus tam & puluis. Violare diem, obtenebrare lucem. Aggreditur, ventus. Raptis, subtractis a vento. Concuteret. hauster Libyam conquassaret si esset dura ipsumq; haustrum in cauernis includeret: sed quia ei cedit stabilis manet. Cōpage: dēsitate, cōiūctiōe. Scopulosa. saxosa cū nō sit. Clauderet cauernis. Terrę mot⁹ em̄ fit ex vēto in cauernis terrę incluso conātēq; egredi. & vt ait Plinius, Neq; aliud est in terra tremor q̃ in nube tonitruum.

Garamas.

¶ Extremoq; epulas mensas. Nā Romani & mensas, & epulas peregrinas quęsiuerūt, & ex Aphrica veniebant gallinę numidicę. At q̃cūq; vagam. Aphrica qua spectat meridiē, & cīgit Syrtes, exusta est, & exurit vinum, & fruges. Et nulla sub illa cura Iouis. Iuppiter nō curat illam partē Aphricę, quæ est exusta: & hoc referri potest ad id q nunq̃ pluit: & per pluuias Iuppiter in gremium terræ descēdit: vt inquit Maro. Annum nō sentit arenis. q a. s. nunq̃ aratur, nunq̃ seritur, nūq̃ ibi fruges maturescūt. Exerit. i. producit herbas, quas Nasamones colligunt: qui vt ait Plini⁹ sunt in ora syrtis, quos antea Mesamōnes gręci appellauere ab argumento loci medios inter arenas sitos. Mundi barbara damnis. Nasamon alitur ex damnis mundi: quia qui pueniunt ad syrtes spoliantur ab ipsis. Sic cū toto commercia mundo. Nasamones populātes naufragorum naues habent commercia per ipsa naufragia cum omnibus mortalib⁹ qui vndiq; venientes in syrtibus periclitant̃. Hac. i. per hæc loca deserta. Illic secura iuuētus ventorum. in syrtib⁹, & locis arenosis milites Catonis, qui in terra non timebant procellas maris, & ventorū, tamen passi sunt difficultates, & pericula æquorea. Nam in littore sicco q̃ pelago. Syrtis cum maiori violentia, & impetu accipit haustrum furentem in arenis, q̃ in pelago: qui magis nocet terræ, q̃ mari. Non montibus illum. Aphrica nullos habet mōtes oppositos haustro flāti: & ideo vehementior est eius impetus, qui nullis scopulis retunditur. Turbine. i. vi & impetu suo cuncta prosternente. Patet omne solum. i. omnis terra est exposita haustro propter planiciem. Aeoliam rabiem. i. vim datā sibi ab Aeolo rege vētorꝝ. Et nō imbriferā cōtorto. hauster rotat, & agit i verticē nubē, q̃ nō ibrifera est, sed pulueria. Pars plurima terrę tollitur. Vt scribit Plutarchus in his locis hauster

BERO.

ingentes arenarũ cumulos attollit, qb⁹ olim oppreſſit q̃nquaginta milia hoim. Regna videt pauper Naſamõ. Naſamones, vt paulo ante diximus, ſiti ſunt in medijs arenis: regna ergo ſua, quæ ſunt arenę, rapi vident ab hauſtro, & domos diſcuti. Non altius ignis Rapta vehit. fumus & ignis nõ tã alte ſublimant, q̃ hauſter attollit in altũ q̃cunq; rapta. Tenet aera puluis. qa. ſ. ab hauſtro in cælum ſublatus eſt. Romanũ agmẽ, comites. ſ. Catonis. Raptis etiã quas calcat arenis. ex hoc inſtabilitas eorum oſtenditur, quorum pedibus arenę impetu hauſtri ſubducebant. Concuteret terras orbemq; a ſede moueret. Scribit Plinius ventos in cauſa motus terrę eſſe, qui in cauernis eius, & venis occultati terram concutiunt erũpere conãtes. Senſus eſt. hauſter concuteret orbem terræ ſi firma cõpage in Libya includeretur: vt nõ facile poſſet erũpere. verum quia terra Libyca eſt reſoluta, & mobilis, nuſq̃ reſiſtit furentẽ hauſtro, q ſummas eminẽtias, & arenas ſuperiores trahit.

Terræ motus cauſa.

aut regia illa, torpet. i. otioſus iacet, natura deſide. i. ſegni, & nihil ferente, & non ſentit annũ. i. circũuolutionem temporis per diuerſas facies terræ: quia alibi Redit agricolis labor act⁹ in orbem: Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus: illic autem nõ redit talis labor, arenis immotis. i. non aratis. Hoc ſolum tam ſegne. i. tam pigrum, exerit. i. educit, & profert, tantum aut tamẽ. i. q̃uis, ſegne, herbas raras, quas Naſamõ gens dura. i. immitis legit. i. colligit, qui. ſ. Naſamon, exiſtens nudus tenet. i. incolit, rura proxima põto. i. Syrtibus: quem Syrtis barbara. i. immanis, & dira regio maris, alit dãnis. i. naufragijs, & iacturis mundi. i. omnium qui in Syrtis inciderint: nam ipſe Naſamoni populator. i. deprędator, imminet. i. inſidiatur, & incumbit arenis littoreis. i. ad littus exiſtentibus: cum illic vbiq; ſint. vnde Naſamon, quaſi Meſammon. i. medius in arenis dictus eſt. & ipſe nouit, quia occupat, opes. ſ. iactas in mare, aut p naufragium diſperſas: nulla carina tangẽte portus: qa naues mãſerunt ſubmerſæ: & ſic Naſamones habent commercia cũ toto mundo, nõ emendo, ſed naufragijs. i. colligẽdo per naufragia, opes cuiuſlibet partis mundi. Dura. i. infrãgibilis virt⁹, iubet Catonem ire. i. proficiſci cum exercitu, hac. i. per hanc regionem, & per Syrtim terreſtrem. Et ita iuuentus. ſ. Romana, ſecura ventorum. i. non anxia de vi ventorum, & ita ſecura illic. i. in terra, non tamen tuta, & nullas. i. non vllas, non timens vllas procellas. i. vndas vento impulſas, eſt. ſ. poſtea vbi ingreſſa erat, paſſa metus ęquoreos. i. quales in ęquore pateretur: vtpote ventorum tempeſtatem, & obrutionem non aquarum, ſed arenarum: nam Syrtis. ſ. terreſtris excipit. i. eminenter capit hauſtrum. ſ. ventum ab Antarctico flantem, violẽtius. i. impetuoſius, littore ſicco q̃ pelago: & ille ſcilicet hauſter, magis nocet terræ. ſ. q̃ mari: quia Libye regio illa non frangit illum, ſcilicet hauſtrum, montibus aduerſis, id eſt oppoſitis: quia nõ habet: & non diſſipat illum repulſum ſcopulis: qa etiã non habet. Sunt qui legant Et terræ magis ille nocens: non montibus ortum. & ſup. non ſoluit, id eſt reſoluit ſe turbine. i. volubilitate ex repulſu facta, qa nõ fit repulſus, in auras liq̃das: nec ruit in ſyluas: q; p et non ſup. laſſatur frangens robora annoſa: quia etiam non ſunt: ſed omne ſolum, id eſt tota facies terræ, patet, id eſt peruium eſt, & expoſitum hauſtro: & hauſter liber. i. a nullo impeditus, exercet totis arenis rabiem æoliam: quam æolio carcere diu retentus, & ita indignatus extulit: & ipſe violentus agit nubem non imbriferam, ſed pulueriferam, puluere contorto in flexũ. i. per gyrum. Plurima pars terræ, tollitur. i. leuatur in aera, & pendet, ſcilicet in aere, vertice nunq̃ reſoluto, ſicut nubes in pluuiam reſoluuntur. Naſamon pauper videt regna. i. tuguria, & mapalia ſua, errantia. i. aſportata vento: q; pro. i. domos diſcuſſas: & caſæ volitãt raptæ a culmine. i. a ſummitate ſua: Garamãte populo illo detecto. i. derelicto nudo cum tectum ſit ablatum. Ignis nõ vehit altius rapta ſcilicet a ſe q̃ ventus. ſ. illic facit, & puluis tenet aera tantum. i. per tantum ſpacij, quantum licet fumo conſurgere. i. erigi in aerem, & violare. i. obſcurare diem. i. lucem. Tum quoq;. i. etiam tunc hauſter aggreditur agmẽ Romanum violentius ſolito. i. q̃ ſolitus ſit aggredi quoſlibet, & nullus miles poteſt conſiſtere, exiſtens inſtabilis: quia arenis etiam quas calcat raptis a vento. Ventus ille concuteret terras, & moueret orbem. i. totum corpus terræ: ſi Libye ſcopuloſa, cum iam non ſit, clauderet ſolida compage, & pondere duro, hauſtrum, ſup. in cauernis exeſis, id eſt ſi per obſtaculum vires colligeret.

SVLPI.

Luctando. reſiſtendo vento. Stat. non cõcutitur. Fugit. cedit hauſtro. Virorum. militum. Actu. impulſu. Intentus, continuus & vehemens. Sic illa. Ancyle hoc eſt ſcutum ſine angulo vndiq; exciſum in formam peltæ Thracię a Ioue quem Numa elicuerat, fuiſſe in imperij pign⁹ e cælo demiſſum, ſyncera fide credebat antiquitas. poeta vi ventorum ereptum alicui Romam fuiſſe prolatum aſſerit. Numæ qui a Mamurio fabro iuſſit. xj. q̃ ſimillima fieri nequis illud poſſet ſubripere. ea autem omnia a canentibus, & ſaltantibus Salijs, qui patricij erãt, & ſupra tunicam æneum pectori tegmen habebant, per vrbẽ menſe Martio geſtabant: vt late in Iuuenalẽ Faſtoſq; ex Plutarcho, & Liuio dixim⁹. Orbẽ. Syrtes Libycas. Procubuit. ſe pſtrauit. Cõſtrixit. ne lacerarent, vel auferrent. Nixu. conatu ne raperetur. Viros, iacẽtes. Hærens, retẽtus & grauatus. Congeſtu, cumulo. Alligat: retinet, iplicat. Diſcuſſis: euerſis. Latet iter. via non diſcernit: nã tota regio vnius figuræ & ſimilitudinis erat: ſed itinerabãt ſtellas obſeruando more nautarum. Flammæ.

Ancylia.

Salij.

Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis:
Nuſq̃ luctando ſtabilis manet: imaq; tellus
Stat: qa ſumma fugit. galeas & ſcuta virorum
Pilaq; contorſit violento ſpiritus actu:
Intentuſq; tulit magni per inania cæli.
Illud in externa forſan longeq; remota
Prodigium tellure fuit: delapſaq; cælo
Arma timẽt gentes: hominũq; erepta lacertis
A ſuperis demiſſa putant. ſic illa profecto
Sacrifico cecidere Numę: quę lecta iuuentus
Patricia ceruice mouet: ſpoliauerat hauſter
Aut boreas populos Ancylia noſtra ferẽtes

Sic orbem torquēte noto. Romana iuuētus
Procubuit: metuensq; rapi cōstrinxit amict9:
Inseruitq; manus terrę: nec pondere solo
Sed nixu iacuit: vix sic immobilis haustro:
Qui super ingētes cumulos inuoluit arenę
Atq; operit tellure viros. vix tollere miles
Mēbra valet: multo cōgestu pulueris hęrens
Alligat & stantes effusæ magnus arenę
Agger: & immoti terra surgente tenentur.
Saxa tulit penitus discussis proruta muris.
Qui nullas videre domos videre ruinas.
Iāq; iter omne latet: nec sunt discrimina terræ
Vlla: nisi ętherię medio velut ęquore flammę.
Syderibus nouere vias: nec sydera tota
Ostendit Libycę finitor circulus orę:
Multaq; deuexo terrarum margine celat.
Vtq; calor soluit quem torserat aera ventus:
Incensusq; dies: manant sudoribus artus:
Arent ora siti: conspecta est parua maligna
Vnda procul vena: quā vix e puluere miles
Corripiens patulum galeę confudit in orbem
Porrexitq; duci. squalebant puluere fauces
Cunctorum: minimūq; tenens dux ipse liquoris
Inuidiosus erat. Me ne inquit degener vnum
Miles in hac turba vacuum virtute putasti?
Vsq; adeo mollis primisq; caloribus impar
Sum visus? quanto pœna tu dignior ista es
Qui populo sitiente bibas? sic concitus ira
Excussit galeam: suffecitq; omnibus vnda.

¶ Sed qa mobilibus. Rationē affert cur hauster vēt9 in Libyē ipetuosissim9 nō totā terrā rapiat, dicēsq; raperet qdē totā si solida, & cōglobata eēt: sed qa ipsa terra turbat facilis. i. sine resistentia, arenis mobilibus. i. agitabilibus vēto, nusq̄. i. ex nulla pte, luctādo. s. cū vēto, ipsa manet stabilis, & tell9 ima. i. in fundo stat. i. nō mouet: qa fugit summa. i. qa naturaliter descēdit & ad cētrū tēdit. spūs & flat9 vēti, cōtorsit. i. in obliquum intulit galeas, & scuta, & pila virorum, actu. i. impulsu violēto: & ipse intēt9. i. nō remissus tulit ea p inania magni cæli. i. p latū aera. Illd. s. q; scuta, & pila in aerē rapta illinc lōge deciderūt, fuit forsan pdigiū. s. reputatū ab ijs q causam ignorauerunt, in tellure externa. i. pegrina (sunt q legāt extrema: sed tūc frustra addat lōgeq; remota.) & remota lōge. s. a via Catonis, & gentes timent arma delapsa cęlo: & putāt arma erepta lacertis hoim eē demissa a supis. Profecto. i. reuera, illa. s. ācylia saltē vnū, cecidere stellæ. Finitor circulus. Orizon qui terminat ea quæ pspici, aut non videri possunt: vt ait Iginus: deductusq; ab ὁρίζω q; est termino diuidit enī inferius hemisphęrium a superiori. Celat multa, ex his q̄ in nostro orizōte apparēt. illic est enī terra deuexior. Nec sydera nota, q̄a nobis nō cernunt. vt Canopum. Vtq; calor. postq̄ inquit aduentante calore puluerulentū frig9 repressum est, & solutum: vt solent nebulæ aduenientę sole. Soluit: fedauit. Torserat, agitauerat. Incensusq; dies: postq̄ auctus est diei calor. Maligna, non fœcunda. Cōfudit, cōfundēdo immisit, & turbauit. Inuidiosus erat. omib9 inuidię, & odio erat. Virtute, patientia. Mollis. delicatus, & sine robore. Impar, q resistere nequeam. Pœna, inuidia. Populo, reliqs oib9. Suffecitq; omibus. nemo enim cupit cum nullus bibisset.

Orizon.

¶ Nusq̄ luctādo stabilis manet. Libye cum nusq̄ resistat, & luctet cōtra haustrū nō sentit motū, & manet stabilis, q̄ alioqui concuteretur. Ima, pars inferior. Galeas & scuta virorum. Hauster suo turbine arma Romanorū contorquebat, & in aere vibrabat. Spirit9. i. hauster. Intētus. i. vibrat9, & omib9 viribus nisus. Prodigiū tellure fuit. Hauster arma extorta vi e manib9 militū Catonis ptulit in remotas regiones, quarū accolę vidētes hymbrē telorum existimabāt fortassis, inquit Lucanus, esse quoddā pdigiū, tanq̄ dij illa emitterent arma de cælo. Sic illa pfecto Sacrifico cecidere Numę. Numa Pōpilius secund9 Romanorum rex sacra & cerimonias omnēq; cultū deorū docuit: vt ait Florus. quo regnāte e cælo lapsa est pelta, siue clypeus breuis, & rotūd9. tūc respōso aruspicū monitus Numa, vt duodecim similia efficerent curauit: quę in honorem Martis Salij sacerdotes p vrbem gestare solebāt cū tripudio. authores Seru9 Plutarchus, & Ouidi9: & in primo diximus. Lecta iuuēt9. s. saliorū. Spoliauerat hauster, aut boreas. qn̄ illa scuta, q̄ dicunt ancylia ceciderūt Numę, nō missa fuerūt a dijs, sed vis vētorū eripuit qbusdā populis: & Romā ptulit: queadmodū nūc arma militū Catonis ab haustro perlata fuerunt in alias regiones. Ancylia nostra. i. Romana, q̄ gestāt a salijs. Metuensq; rapi. Comites Catonis timentes ne & ipsi quoq; ipetu haustri raperent, cōstringebāt vestimēta q̄ expansa vētos admittūt. Sed nixu iacuit. virib9 omibus & conatu nitebant in terrā. Vix tollere miles. oppressi cumulis arenarum deinde surgere non poterāt. Agger. i. cumulus. Saxa tulit penitus discussis proruta muris. more poetico p hypbolē ostēdit Lucanus tantā fuisse haustri violētiā: vt etiā saxa murorum discuteret, & efferret in altum. Qui nullas videre domos, videre ruinas. hæc erat miseranda conditio Romanorum, qui cum nullas viderent domos: tamē ruinas domorum passim spectabant, quas dissipatas illuc hauster pertulerat. Nec sunt discrimina terræ. nullus limes, nulla semita, nullum vestigium amplius apparebat: q̄ seq possent Romani. Syderib9 nouere viā. queadmodū nautę spectātes sydera dirigūt cursum: ita cogebāt comites Catōis viā nosse e syderib9.

BERO.

Finitor circulus orę. Orizontem intelligit, q est vt ait Macrobius, velut quodã circulo designatus terminus cęli, qđ super terram videtur: & quia globosa est terra vnus oĩbus Orizon esse non poterit: queadmodũ nec vnus meridianus. vnde milites Catonis cum eẽnt in regionibus meridianis non poterant videre tota sydera maxime septẽtrionalis poli, & vrsas quas in nauigando nautę sequunt. Manant sudoribus art⁹. milites Catonis sudore defluebant cum iam calor ęstuaret. Arent. i. sicca sunt. Vnda procul vena. viderunt venã venenatã aquarũ, quas galea hauriebãt. Galeę confudit in orbem. milites aquam haustã galea cõfundebant & pturbabãt. Duci. s. Catoni. Inuidiosus erat. i. sustinebat inuidiam. Inuidiosus enim est cui inuidetur. Me ne inquit degener vnum. Cato obiurgabat milites, qui ei habẽti paululũ liquoris inuidebãt tanq̃ potaturo. Excussit galeã: suffecitq̧ omnibus vnda. Cato aquã quã ei miles in galea porrexerat eiecit intactam: vñ milites admirati eius constantiã sitim forti animo tolerarũt. vñ illa aqua piecta a Catone suffecit omnibus: quia nullus deinde sitire se dixit.

sic: quia vẽto prius rapta: Numę sacrifico. i. sacrificijs deo͝p, & religioni intento: q. s. arma lecta i. collecta, aut q̃ iuuẽt⁹ lecta. i. electa mouet. i. quatit feriendo, & saliendo: vñ & salij dicti sunt ceruice patricia: qa salij hoc est flamines Martiales erãt patricij. hauster aut boreas spoliauerat. s. ancylib⁹, populos ferẽtes. i. qui tunc ferebãt ancylia nostra. i. q̃ postea nostra fuerũt. Sic. i. tali modo, iuuẽtus Romana pcubuit. i. pstrata est, noto. i. haustro, torquente orbẽ. s. Libycũ: & metuẽs rapi. s. a vẽto, cõstrinxit. i. contraxit ne extensis vestib⁹ plus posset vẽt⁹, amictus. s. suos, & inseruit man⁹ terræ. s. ne raperet: nec iacuit. s. cõtra ventum, solo pondere: sed sup. etiã nixu. i. obnitẽdo: & miles vix sup. iacuit sic obnitẽdo, & vngues terrę infigẽdo, immobilis. i. immot⁹ austro, q sup. hauster supinuoluit igẽtes cumulos harenæ, atq̧ operit viros. s. pstratos, terra. i. puluere decidenti, & ita miles vix valet tollere. i. erigere mẽbra, hęrẽs. i. retẽt⁹, & affixus terræ, multo cõgestu. i. cumulo pulueris, & magnus agger harenę effusę. s. ab aere, alligat. i. circũsepit, & implicat, stantes . i. eos q se non pstrauerãt, & ipsi tenent immoti. i. nequntes se mouere, terra surgente. i. cumulo crescẽte. Et sup. auster, tulit p aera, saxa pruta. i. pcul iacta, muris. s. vrbiũ, discussis. i. impetu depactis, & solutis, penitus. i. omnino, & effudit procul. s. a muris, mirãda forte. i. pgnostico, aut potẽtia, malorũ. i. incommodo͝p: qa q nullas domos videre, videre ruinas domo͝p: atq̧ omẽ iter. i. via latet. s. Catonẽ, & milites: nec vlla discrimina . i. differentię terrę sunt (qa vna erat facies terrę. nihil eñ p̃ter arenas videbãt, sicut in mari nihil p̃ter aquas videret) nisi sup. q sunt flammę. i. stellę ęthereę. i. in cęlo apparẽtes, velut. i. pinde, ac si essent medio ęquore. i. mari: quia ipsi nouere vias syderibus. i. per sydera: nec. i. non tamen circulus finitor. i. orizõ orę Libycę, ostẽdit sydera nota. s. Romanis: sed ignota: vt canopũ, & ãtarcticũ. Beroald⁹ tñ & alij legũt: tota: qđ alijs nõ placet: qa nulla ps tota ostẽdit: verũ qa addit: multũq̧ &c. legã tota: vti exponit Beroald⁹.) & circul⁹ ille celat. i. occultat, mlta. s. sydera nobis apparẽtia, margine. i. extremo circulo terrarũ deuexo. i. rotũdo. Et vt. i. postq̃ calor. s. diurnus, soluit. i. rarefecit aera. s. contractũ frigore nocturno in ventũ & nubẽ: quẽ. s. aera, vẽtus torserat. i. agitauerat cum esset dẽsior: & dies est incensus. i. calefactus radijs solis, & artus. s. militum, manant. i. distillant sudoribus, & ora arẽt siti: tunc sup. parua vnda. i. riuulus fontis, maligna. i. exigua, & infœcũda, vena. i. scatebra, conspecta est a milite: quam miles. s. quidam, vix corripiens. i. hauriens e puluere confudit. i. infudit miscendo, in patulum orbẽ . i. concauitatem galeę. s. suę, & porrexit duci. s. Catoni. Sũt qui his addant illa, quæ paulo post ponentur. Iam plaga &c. sed nõ ẽ necesse. fauces cunctorum squalebant puluere: & ipse dux tenens minimum. i. minimã partem liquoris. i. aquę, erat inuidiosus. i. multa inuidia affect⁹. & hoc sciens inquit, o miles degener. i. a virtute degenerans, putasti me vnum. i. solum in hac turba vacuum. i. inanem virtute. s. tolerantię sitis? Sum ego visus tibi vsqueadeo mollis, & impar. i. insufficiens primis caloribus? quãto dignior es tu ista pœna. s. malæ æstimationis de virtute tua, qui. i. vt, bibas populo sitiente. Cato concitus sic ira, excussit. i. inuertit galeã, & vnda sufficit omnibus: quia omnes contenti erant cum viderent ne ducem quidem expertem sitis.

SVLPI. ¶Templum. Iouis hammonis qui colitur in forma eius arietis, qui sitienti Libero patri fontẽ pede effodit, cum illac exercitum duceret. ἄμμος autem arena interpretatur. Donaria. loca vbi dona seruantur. Vergilius. Ductos alta ad donaria currus. Beatis, diuitib⁹. Vnus. solum, & commune omnibus templũ Morum priorũ, priscę simplicitatis, & fidei. Tibullus. Tunc melius tenuere fidem cum paupere cultu. Defendit. tuetur ne inficiatur auro more Romano. Esse locis superos. hoc est deos habere syrtium curam: nam omnis terra, quæ est inter Leptim, & Berenicida, arbores non producit. Berenicida. Berenicis vrbs est in Pentapolitana regione in Syrtis extimo cornu quondam vocata Hesperidum: vbi Hesperidum horti memorantur. abest a Lepti. ccclxxv. milibus passuum. Leptis vero est in Libyphœnicũ regione: quæ est eximiæ fertilitatis, vt Plinius scribit. Extulit nemus, erexit arbores. Putria terræ alligat. terram puluercam constringit, & densat. Hic quoq̧. vt in Syene, & in alijs locis. Q uũ cardine summo stat librata dies. idest cum sol est certo die in medio cæli perpẽdicu

Hammon. Donariũ. Leptis.

Vẽtũ erat ad tẽplũ Libycis qđ gentib⁹ vnũ
Inculti Garamãtes habẽt. stat corniger illic
Iuppiter vt mẽorãt: sed nõ aut fulmina vibrãs
Aut similis nostro: sed torris cornib⁹ Hãmõ.
Non illic Libycę posuerunt ditia gentes
Templa: nec eois splendẽt donaria gemmis.
Quis Aethiopum populis Arabumq̧ beatis
Gẽtibus atq̧ Indis vn⁹ sit Iuppiter Hãmõ.
Pauper adhuc deus est: nullis violata p æuum
Diuitiis delubra tenens: morumq̧ priorum
Numẽ Romano templum defendit ab auro.
Esse locis superos testatur sylua per omnem
Sola virens Libyẽ: nã quiquid puluere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti

Ignorat frõdes: sol⁹ nemus extulit Hammõ.
Syluarum fons causa loco qui putria terræ
Alligat: & domitas vnda connectit arenas.
Hic quoq; nil obstat Phœbo: quũ cardie sũmo
Stat librata dies: truncum vix protegit arbor:
Tam breuis in mediũ radiis cõpellitur vmbra.
Deprensum est hũc esse locũ qua circul⁹ alti
Solstitii medium signorum percutit orbem.
Non obliqua meant: nec Tauro Scorpi⁹ exit
Rectior: aut Aries donat sua tempora libræ:
Aut Astrea iubet lentos descẽdere pisces.
Par geminis Chirõ: & idẽ qđ carcinus ardẽs
Humidus Aegoceros: nec pl⁹ ieo tollit̃ vrna.
At tibi quæcũq; es Libyco gẽs igne dirẽpta:
In notõ vmbra cadit: quæ nobis exit in arctõ:
Et segnis Cynosura subit: tu sicca profundo
Mergi plaustra putas: nullumq; ĩ vertice sũmo
Syd⁹ habes ĩmune maris: ꝓcul axis vterq; est:
Et fuga signorum medio rapit omnia cœlo.

¶Ventum erat. Describit aduẽtum Catonis cum exercitu ad tẽplum Iouis Hammonis: & exigua eius templi ornamẽta ac situm dicens. Ventum erat. s. a Catone & exercitu, ad templũ. s. Iouis Hãmõis. i. arenarij: quod Garamantes populi Libyæ inculti, more ferarum degentes, habẽt vnum. i. solum & commune, gẽtibus Libycis. i. omnib⁹ qui sunt in Libya. Iuppiter stat illic. i. in illo templo, corniger. i. forma arietina in qua Baccho ꝑ deserta Libyæ exercitum siti deficientem agẽti parebat vt memorant. i. vt dicũt. q. d. poeta: ego quidẽ nõ vidi. sed nõ stat illic aut vibrans. i. iaculans, hoc est similis iaculanti, fulmina, aut similis nostro. i. capitolino aut latiali: sed stat Hammõ. i. arenarius, cornibus tortis. i. intortis in formam cornuum arietinorum. Gentes Libycę non posuerunt illic. i. in arenis illis, templa ditia. i. diuitijs ornata, nec donaria. i. loca vbi dõa seruantur aut dona ipsa vt vult Valla, non splendẽt illic gẽmis Eois. i. orientalibus: quis Iuppiter Hammon sit vnus. i. solus populis Aethiopum, & beatis. i. felicibus & diuitibus populis Arabũ, atq; Indis. i. licet omnes illi non habeant nisi vnũ templũ & vnum deum exorandum: non tamen exornant. deus. s. ille. i. Iuppiter Hammõ est adhuc paup. i. parum habens diuitiarum, tenẽs delubra. i. templa dura eo ꝙ in eis sint simulacra delibrata. i. decorticata, nullis. i. non vllis, non violata. i. corrupta & prophanata (vnde Persi⁹. Dicite põtifices in tẽplis quid facit aurum &c.) vllis diuitijs, per æuum. i. per omne tempus ex quo primum ędificatum fuerat a Baccho: & numen priorũ. i. priscorum auorum. i. amans paupertatẽ priscam, defendit templum. s. suum ab auro Romano. i. ne corrumpatur auro quo Roma corrupta perit. Sylua virens illic sola, per omnem Libyem. i. nusq̃ alibi in tota Libye, testatur superos esse locis. s. illis. i. frequẽtare illa loca. Nam qcquid. s. terrarum, separat. i. dirimit puluere sicco. i. arida terra seu arena: Berenicida vrbem ardentem. i. soli ardenti suppositam, sup. a Lepti vrbe, te laris: vt in Ariete & in Libra. Arbor, vmbra arboris. Deprensum est. compertum est syrtes & Garamantes sub ęqnoctiali circulo eẽ. Circul⁹ alti solstitij. i. ęquinoctialis in quo cõtigũt duo alta solstitia sub æquinoctiali existẽtibus: qui cum semper habeant æquinoctium habent quatuor solstitia, videlicet duo alta in principio Arietis & Libræ: quia sol directe transit supra ipsorum capita: & duo ima in principio Cancri & Capricorni qa tunc sol maxime remouetur a recta linea capitis eorũ. Percutit medium orbem. quasi diuidit & correspondet medio Zodiaco. Nõ obliqua meant. Omnia signa his qui sunt in ęquinoctiali circulo recta oriuntur & occidunt: ijs vero qui sunt extra, partim recta, partim obliqua: vt nobis quibus vt ille inquit, Recta meant: obliqua cadunt a sydere Cancri: Donec finit̃ Chiron sed cætera signa Nascuntur prono descendunt tramite recto. Meant, procedunt Nec Tauro. Signa. xij. q̃ inter se sunt opposita, & habẽt ortum & occasum cõtrarium poeta commemorat. Ortus autem & occasus alicuius signi nil aliud est q̃ illam partem ęquinoctialis oriri: quæ oritur cum illo signo ascendente supra Orizontem: vel illam partem æquinoctialis occidere: quæ occidit cum altero signo tendẽte ad occasum sub Orizonte. Signum autem recte oriri dicitur cũ quo maior pars æquinoctialis oritur. Oblique vero cum quo minor. sic dicitur & occidere. Aut donat sua tempora. par enim temp⁹ in decurrendo consumit. Astrea, virgo. Descendere, occidere. Pisces. q duo sũt: haustral' & Borealis. Chiron, sagittarius. Idem, par in ascẽdẽdo & descendendo. Carcinos, Cancer. sic em̃ dicitur gręce. Ardere autem fertur: quia qñ sol in eo est sunt maximi æstus. Aegoceros Capricornus græce dixit. αἲξ enim capra est. & κερας cornu. effigiatur em̃ capra ventre tenus reliquo corpore piscis. Vrna, aquario q vrnam tenet. At tibi. Apostrophe ad Libycos qui sunt ab æquinoctiali circulo ad cancrum vsq;: q ita habẽt vmbras meridiem versus: prout sol ab ꝑpendiculari ipsorum vmbra ad Cancrum ascendit. Dirempta igne Libyco. diuisa nobis æstu & torrida zona. Vmbra. solstitij nostri quę est nobis septentrionalis. Et segnis cynosura subit. & vrsa minor tibi videtur occidere. Segnis. parum enim moueri videtur. Plaustra sicca: vrsam maiorem quę non occidit, nec oceano tingitur. Putas. bene putas nam re vera etsi abscondatur eis non mergitur oceano. Nullũq;. & omnes stellæ quæ sunt in polo septẽtrionali occidunt tibi. Vterq;. Borealis & haustral'. Procul, remotissime: quia ipsi sub æquinoctiali sunt: neutrũq; vident. Fuga, rotatio. Rapit medio cęlo. versat inter vtrumq; polum.

Solstitia alta.

De ortu & occasu signorum.

Oriri recte
Oriri obliq̃

Pisces.
Aegoceros
Carcinos.

¶Ventum erat ad templũ. In Cyrenaica regione est illustre templũ Iouis Hammonis cuius simulachrũ effingitur capite arietino quoniam dicit̃ in forma arietis opẽ tulisse Libero patri vt ait Seruius: siue Herculi, vt ait Herodotus. Secũdum vero Diodorum Hammõ dicitur vsus esse in bellis galea cuius insigne erat caput arietis. vnde cum cornib⁹ arietinis

BERO.

formabaſ. Catonis exercitus iam peruenerat
ad iſtud templũ Iouis Hammonis cuius ha=
bita eſt mentio ſupra. ait hunc Iouem non vi
brare fulmia nec ſimilem capitolino Ioui ſed
cum cornibus. Splendent donaria. Dona=
ria ſunt loca in quibus dona reponũntur: vt
ait Seruius. Arabumq; beatis gẽtibus. i. di=
uitibus. nam vt ait Plini. gentes Arabũ ſunt
ditiſſimę vendentes q̃ mari aut ſyluis capiãt
nihilq; inuicem redimentes. Eſſe locis ſupos
Vt ſcribit Curtius ſylua & lucus amœniſſim⁹
ambit templum Iouis Hammonis quod eſt
argumentum numia illic habitare cum arbo
res ſemp vireant omnibus circa vicinis locis
arentibus. Tepida Berenitida Lepti. Bereni
ce oppidum eſt in Cyrenaica regiõe: Leptis
vero in Libya Phoenice vt ſcribit Plin. Syl=
uarum fons cauſa loco. Fõs eſt iuxta templũ
Iouis Hammonis interdiu frigidus: noctib⁹
feruet vt Plinius Curtius & Lucretius tradũt.
dicit ergo Lucanus illũ fontem cauſam eẽ vt
arbores perpetuo vireſcant. Hic quoq; nil
obſtat Phœbo. quãdo in hoc loco ſol eſt me
ridianus tunc nullę vmbræ ſolares radios de
pellunt quoniam imminet perpendiculariter
illi templo. Truncum vix protegit arbor. tã
breuis ẽ vmbra vt arbores vix ꝓtegãt trũcũ.
Deprenſum eſt hunc eſſe locum qua circul⁹
alti. Docti viri & aſtrorum peritiſſimi depren
derunt templum Iouis Hammonis eſſe ſub
æquinoctiali zona quã incolentes oia ſignife
ri ſigna habent ſemper recta cum in alijs regi
onib⁹ obliqua ſurgant. & in hoc loco doctiſſi
me traditur a Lucano. Medium ſignorum
ꝑcutit orbem. i. Zodiacum: qui dicitur orbis
. i. circulus ſignorũ. Nec tauro Scorpius ex
it ſegnior. Scorpius ſignũ in Zodiaco oppo
nit Tauro quo oriẽte occidit. In ſphera obli

pida. i. magis temperata, ignorat quia non profert, frondes. ſ.
arborum: ſolus Hammon. i. Iuppiter Arenarius dum pedibus
fontem excitauit, extulit nemus. i. ſyluam amœnam & viren=
tem: quia fons ille eſt loco cauſa ſyluarum. i. ꝙ habet ſyluas: q
ſ. fons, alligat terrę putria. i. limum inducit, & connectit. i. con=
glutinat arenas domitas. i. mollificatas vnda. Hic quoq;. i. eti
am hic vt apud Syenem, nil obſtat Phœbo. i. ſoli. i. nullam vm
bram facit per interpoſitionẽ ſui, quum. i. quãdo dies librata. i.
quaſi ad libram commenſurata, ſtat cardine ſummo. i. perpen
diculariter in medio cœli ſol eſt, arbor. i. vertex arboris, vix ꝓ
tegit. i. inumbrat & defendit a calore ſolis, truncum. ſ. ſuum: tã
breuis vmbra compelliſ radijs. ſ. ſolis vmbram fugãtibus: in
medium. ſ. truncum & non in latus. Deprenſum eſt ab aſtrono
mis & geometris: hunc locum eſſe, qua. ſ. parte, circul⁹ alti ſol=
ſtitij. i. ęquinoctialis, percutit orbem ſignorum medium. i. iter
ſecat Zodiacũ: & quæ ſup. ſigna nõ meant obliqua: nec Scor
pius exit rectior Tauro. i. q̃ Taurus ſignum: aut aries donat li
bræ ſua tempora: quia nõ minori tempore eget Aries q̃ libra
par enim tempus conſumunt: & non dat illi de tẽpore ſuo: aut
aſtrea. i. virgo (repete non) non iubet piſces deſcendere lentos
vt ipſa curſum ſuum expleat interea: & Chiron. i. ſagittarius,
eſt par. i. æqualis in motu geminis: & idem ſup. tempus quod.
. i. ꝑ quod carcinos. i. cancer ardens ſup. tollitur, tollitur Aego
ceros. i. capricornus humidus & ita contrarius cancro ardenti.
Nec leo tollitur plus. i. per plus temporis, vrna. i. q̃ vrna aqua
rij. At. i. ſed, o gens quæcunq; es dirẽpta. i. ſeparata, ab igne. i.
ardore Libyco. i. ęſtu quem ſol facit in Libya, vmbra cadit tibi
in noton. i. in polum antarcticũ: quę exit. i. cadit nobis in arctõ
. i. polum arcticum, & cynoſura. i. vrſa minor, ſegnis. i. apud il
los ſe tarde mouens, ſubit. i. occidit illis: & tu o gens Libyca,
putas plauſtra ſicca. ſ. nobis quibus ſemper apparẽt. i. vrſam
maiorem, mergi profundo. ſ. oceano: cum tamen non mergã
tur: ſicut nulla merguntur: ſed quibus occidunt mergi videnſ:
& tu nullum ſydus habes in vertice ſummo. ſ. nobis. i. polo ar
ctico. de quo Maro in gęor. Hic vertex nobis ſemper ſublimis
immune maris. i. quod non videatur occidere in mare. vterq;
axis. i. polus eſt procul, ſcilicet a te, & fuga. i. rotatio ſignorum
Zodiaci, rapit omnia cœlo medio. ſ. tibi.

qua ſcorpi⁹ emergit tardior occidẽte Tauro qđ nõ fit in recta quã habẽt habitãtes ſub ęquinoctiali. & ſic aries q e
regione ſpectat libram non donat ei ſua tempora: quia ęquis interuallis oritur & occidit. Aut aſtrea. i. iuſti=
tia quæ eſt virgo in Zodiaco. alio nomine dr̃ Erigõe. Ver. Qua locus Erigonẽ inter. Virgo aũt eſt cõtraria pi
ſcibus ſigno Zodiaci. Par geminis Chiron. i. ſagittarius. de Chirone dictum eſt in ſexto. Carcinus ardens.
i. cancer ęquo interuallo ſurgit, & occidit ab ipſo Capricorno: q dr̃ Aegoceros verbo græco quaſi Capricor=
nus. Aegos græce ſignificat capram: ceras cornu. Tollitur vrna. i. aquario q eſt contra leonem. At tibi q̃=
cunq; es Libyco. i. illarum gentium quæ ſunt vltra Libyam, vmbrę iaciunſ in meridiem cum noſtræ cadãt in
ſeptentrionem: qm̃ ſunt vltra æquinoctialem. Te ſignis Cynoſura ſubit. i. illis vltra Libyam habitantibus oc
cidunt ſeptentriones vrſa maior & minor quæ dicitur Cynoſura. Mergi plauſtra. i. ſeptentriones qui formã
plauſtri efficiunt. Immune mari. i. nullum illis ſydus eſt ſemper apparens vt nobis ſeptentriones ſunt q nũ=
q̃ dicũtur occidere. illa autẽ ſydera quæ nobis occidunt dicunſ immunia a mari quia in illud non merguntur.
Procul axis vterq;. i. duo poli ſeptentrion, & hauſtrinus.

SVLPIT.
Eos.
ηωσ.

¶ Ante fores, tẽpli Hammonis. Eos. aurora
quæ gręce ηωσ dicitur. eos etiam oriens appel
latur & corripit primam. Fata, ſortes, reſpon
ſa. Duci, Catoni. Numina memorata. Iouẽ
celebratum. De fama. an verum ſit illic vera
reddi oracula: vt iam olim creditum eſt. Ma=
ximus, inter omnes. Scrutandi euentus: ſci=
tandi caſus belli. Voce, reſponſis. Ora, oracu
lum. Nam cui, ſuaſio a facili cum eius laudis
atteſtatione. Superas, diuinas. Deum, dei vo
luntatem quæ eſt ſecundum leges & virtutẽ.
Excute, explora an ſuis legib⁹ & libertate vi=
cturi ſint populi: an fruſtra bellum ciuile fiat
& tyranni ſint dominaturi. Sacra diuina. Io=
uis. Reple. hæc Labieno dicẽte cum Cato ge
ſtu recuſaret ſe velle de futuris ſcrutari ꝙ le=
uis & vani videtur: nam ſi futura ſunt vitari

Stabãt ante fores populi quos miſerat Eos
Cornigeriq; Iouis monitu noua fata petebãt
Sed latio ceſſere duci: comiteſq; Catonem
Orant: exploret Libycum memorata ꝑ orbẽ
Numina: de fama tam longi iudicet æui.
Maximus hortator ſcrutandi voce deorum
Euentus Labienus erat: ſors obtulit inquit
Et fortuna vię tam magni numinis ora
Conſiliumq; dei: tãto duce poſſumus vti

Per Syrtes: belliq; datos cognoscere casus.
Nā cui crediderim superos arcana daturos
Dicturosq; magis q̄ sancto vera Catoni?
Certe vita tibi semper directa supernas
Ad leges: seq̄risq; deum: datur ecce loquendi
Cum Ioue libertas: inquire in fata nefandi
Cęsaris: & patriæ venturos excute mores.
Iure suo populis vti legumq; licebit:
An bellum ciuile perit. tua pectora sacra
Voce reple: duræ semper virtutis amator
Quęre quid est virtus: & posce exēplar hōesti.
Ille deo plenus tacita quem mente gerebat:
Effudit dignas adytis e pectore voces.
Quid queri Labiene iubes: an liber in armis
Occubuisse velim: potius q̄ regna videre?
An sit vita nihil sed lōga? an differat ętas?
An noceat vis vlla bonis? fortunaq; ꝑdat
Opposita virtute minas? laudandaq; velle
Sit satis & nunq̄ successu crescat honestum?
Scimus: & hoc nobis non altiꝰ inseret Hāmō.
Hæremus cuncti superis: temploq; tacente
Nil facimus non sponte dei: nec vocibus vllis
Numen eget: dixitq; semel nascentibꝰ author
Quicquid scire licet: steriles nec legit arenas
Vt caneret paucis: mersitq; hoc puluere verū.
Estq; dei sedes nisi terra & pontus & aer:
Et cęlū: & virtus. superos quid quærimꝰ vltra?
Iuppiter ē quodcūq; vides: quocūq; moueris.
Sortilegis egeāt dubii: semperq; futuris
Casibus ancipites: me non oracula certum:
Sed mors certa facit: pauido fortiq; cadēdū ē.

non possunt: si non futura, curanda non sūt. Labienus hoc vt minimum ei suadere tentauit: vt exploraret q̄d esset virtus & eius exemplum efflagitaret: nam si virtꝰ est pro pr̄ia & libertate pugnare gratum dijs esse debet q̄d ipsi agunt & Cæsar est succubiturus. Ille. Cato qui quoddam numē gestabat in aīo. Adytis, penetralibus Iouis aut Phœbi. Quid queri. improbat Labienum quoniam nō sit opꝰ explorare quæ sunt præsertim stoico exploratissima. Regni. tyrannidem. An sit vita nihil. nam nostrum istud viuere & spirare, siue breui, siue diu duret, nihil profecto est: sed est plane mors animorū qui sunt demersi in carcere corporis: & ętatis lōgitudo in nullo a breui differt nisi in moribus. An noceat. nocere possit. Sapienti enim vis inferri non potest: & fortuna sapienti nequit obesse: & q̄q̄ videatur affligere tamen sapiens ipse virtutis suæ conscius semp beatus & felix est, vel in tauro Phalaridis. Perdat mi. q̄a nocere nō potest Velle laudanda. honestum optare ad ipsumq; tota mente ferri etiā si consequi non possumus. Successu crescat. felicitate & suffragijs augeatur. Nā omnis recta actio si fauoribus destituatur recta est: si foueatur honestior nō efficitur. Altius, profundius, firmius. Hæremus, iuncti sumus: & loquitur secūdum illos qui dicunt animū nostrū esse particulam dei: q̄ cum omnia moueat etiā cogitata nostra ipsum non latent: eiusq; permissu agimus oīa. Temploq; tacente. etiam si Hammō nihil respondeat. Nec eget. non opus est loquat̄. Auctor, summus opifex. Quicquid scire licet: quicquid vere possunt homines scire. Nec legit arenas. nec solus hic locus, sed totus mundus omnisq; virtutis actio est dei sedes. Vt caneret paucis. vt vaticinaretur huc venientibꝰ. Mersit, occuluit: nam etiam alibi veritas est. Estq; dei sedes. deum toti mūdo inesse dicit. Sic & Verg. Principio cęlum ac terras cāposq; liquentes Lucentemq; globū lunę titaniaq; astra Spiritus intus alit: totamq; infusa p artus Mens agitat molem & magno se corpore miscet. Idem. Iouis omnia plena. Et virtus. etiam in mente exercentium virtutem & in ipsa virtutis actiōe habitat deus. Iuppiter est quodcūq; vides. Sic enim per omnia diffusus est potentia sua: vt quicquid est, possit dici deus. Sortilegis, diuinatoribus. Ancipites casibus. semp pendētes a casu & fortuna. Oracula. responsa q̄ possunt illudere. Mors certa: quæ neminem præterit quæq; vnicuiq; imminet. Deꝰ vbiq;

¶ Stabant ante fores. Ante fores templi Hāmonis erant legati missi a populis oriētis ad consulendum oraculum Hāmonis q̄ locum dederunt Catoni. Maximus hortator. comites oēs rogabant Catonem vt oraculum cōsuleret, sed maxime Labienꝰ hortabat̄, dicēs fortunā obtulisse ora Iouis Hāmonis & oracula quæ possent eum monere de itinere & de casu bellorum. Iam cui crediderim superos arcana daturos. i. ait Labienus o Cato nulli libentius dij reuelabūt arcana q̄ tibi: & ideo consulendum est oraculum. Certe vita tibi. o Cato tu egisti vitam semper simillimā dijs BERO.

¶ Stabāt ante fores &c. Post descriptionem templi Hammonis & locorum q̄ in circuitu eius sunt, prosequit̄ aduentum Catonis ad ipsum: & q̄d in eius aduentu factum sit: dicens. Populi quos Eos. i. aurora, miserat. s. ad oracula Iouis Hammonis stabant ante fores. s. tēpli, & petebant noua fata. i. fatorum reuelationem per oracula & responsa, monitu. i. per monitum, Iouis cornigeri. i. sub specie arietis effigiati: sed cessere duci latio. i. Catoni locum dederūt: & comites Catonis. i. qui cum eo ibant, orant Catonem vt sup. exploret. i. inquirat, numina memorata. i. celebrata per orbem Libycum. i. quid numinis habe

& eorũ leges es ſecutus. Inquire in fata.i. interroga de morte Cęſaris. Iure ſuo populis vti legumqꝫ licebit. ait Labienus, O Cato inquire & ſciſcitare ab oraclo an populi ſint futuri in libertate & vſuri ſuo iure & ſuis legibꝰ an bellum ciuile perit.i. an fruſtra gerimꝰ hoc bellum cõtra Cæſarem qui ſit futurus victor & occupaturus imperiũ. Sacra voce.i. diuiã. Duræ ſemp virtutis amator. Cato erat perfectiſſimus ſtoicus qui ſolum ſapientem beatũ regẽ, liberum, pulchrũ eſſe fatẽtur: & nihil vtile quod non honeſtum. vnde ait Labienus. O Cato cum ſis ſtoicus amator virtutis inqre ab ipſo Ioue quid ſit virtus. Ille deo plenꝰ.i. Cato prudentiſſimꝰ q in aĩo & mẽte numẽ gerebat effudit verba digna ipſo oraclo: nec minꝰ vera q̃ edũt ab oraclis. Adytis.i. oraculis. Sunt enim adyta loca ſanctiora in tẽplo q̃ ſoli ſacerdoti fas eſt adire: vt Cęſar & Seruꝰ docent. An liber in armis. Vis ne o Labiene ait Cato me quęrere an malim mori in armis liber q̃ viuere in ſeruitute: & reliqua q̃ ſequuntur. q. d. quid opus eſt hęc ſciſcitari cum ego optime iſta omnia nouerim. Aut ſit vita nihil.i. an viuere paucis annis, an multis, hoc ſit aliquid. nam ſecundum ſtoicos ſapiẽs nõ in numero dierum vitam computabit: ſed bonis operibus. de hac re multa apud Senecam Fortũaqꝫ perdat. Supra fortunam dicitur eẽ ſapiens qui eius ictibus eſt impenetrabilis. eſt enim fortuna infra virtutem. Et nunq̃ ſucceſſu.i. felicitate. Creſcat honeſtum. vt ait Seneca. Virtus cum ſit perfecta, ſe ipſa maior effici non poteſt: nec poteſt eſſe honeſtiꝰ honeſto, perfectius perfecto. Hammõ.ſ. Iuppiter Hęremus cuncti ſuperis.i. omnes habemus aliquam diuinitatem. Eſt deus in nobis: vt inquit Ouidius. Nil facimus non ſponte dei. i. oĩa facimus nutu & voluntate eiꝰ dei qui dr̃ eſſe aſcriptus ſingulis mortalibꝰ Genius nũcupatus: qui, vtpote deꝰ & p̃ſcius rerum, nõ indiget voce oraculorũ. Auctor.i. deus. Vt caneret paucis. Credis ne ait Cato deũ elegiſſe has ſedes arenoſas vt ibi r̃nſa daret paucis mortaliũ petẽtibus? q. d. ne credas numẽ occultaſſe verum futurum in iſtis arenis. Eſtqꝫ dei ſedes niſi terra. deus dicitur vbiqꝫ eſſe, vbiqꝫ habere domicilium. Vñ ait Vergi. Deũ nãqꝫ ire per oẽs Terraſqꝫ tractuſqꝫ maris cœlumqꝫ profundum. et Orpheus ait. Iuppiter eſt ſummus vertex atqꝫ infima plãta. Et nũc expreſſit Lucanus dicẽs. Iuppiter eſt quodcunqꝫ vides. Semperqꝫ futuris.i. iſti qui ſũt dubij & ſolliciti de rebus futuris interrogent vates. Sed mors certa facit. Morte nihil certius eſt: vt ait Cicero. vnde dicit Cato ſe certum eſſe de morte quæ eſt certiſſima omnibꝰ imminens & timidis & fortibus.

ret Iuppiter a Libycis cultus, & iudicet.i. decernat, de fama tã longi æui.i. an verum ſit vt pertinax diu fama aſſeruerat, Iouẽ illic certiſſima dare reſponſa. Et licet omnes comites orarent Catonem, tamen Labienus q aliquando tribunus plebis fuit & relicto Cæſare ad Pompeiũ tranſfugerat: erat maximꝰ hortator, ſcrutandi.i. explorandi & inquirendi, voce.i. reſpõſo deorum, euentus.ſ. futuros ſi pluralis eſt numeri: aut euentus futuri: ſi ſingularis. Qui ſup. inquit. ſors & fortuna vię, obtulit.ſ. nobis, ora.i. reſponſa, tanti numinis.ſ. Iouis: & conſilium tanti dei: nos poſſumus vti per Syrtes tanto duce.i. Iouis Hãmonis oracula ſequi: & cognoſcere caſus.i. aleam & incertos exitꝰ belli datos.i. conſtitutos a dijs. Nam cui crediderim.i. debuerim credere, ſupos daturos, qꝫ pro.i. dicturos arcana vera, magis.i. potius q̃ Catoni ſancto.ſ. viro? q. d. nulli. Certe vita ſup. fuit aut eſt tibi ſemper directa ad leges ſupnas.i. a ſuperis conſtitutas: & ſequens deum.i. dei voluntatem. Ecce. q. d. præter ſpem, libertas loquendi cum Ioue datur tibi. Inquire.i. fac inquiſitionem, in fata.i. exitum per ordinationem diuinam, Cęſaris nefandi: & excute.i. explora, mores venturos patriæ.i. an ſub libertate, an ſub ſeruitute futura ſit: & an ſup. licebit populis vti iure ſuo.i. proprio, & iure legum, an bellum ciuile.i. conatus ſup. noſter in gerendo bello ciuili, perit.i. fruſtra fit. Reple tua pectora voce ſacra.i. oraculo Iouis, & ſaltem.i. ſi aliud quęrere nõ vis, ſaltem tu amator durę virtutis quęre ab Ioue: quid eſt virtus (Alij legunt vt nunc repoſitum eſt: vt ſit: tu amator ſemper.i. qui ſemper fuiſti & es amator virtutis &c.) & poſce.i. expete a deo, exemplar.i. veram imaginem, honeſti.i. require ab Ioue quid ſit ſimpliciter honeſtum quod imitari poſſis. Ille.ſ. Cato plenus deo.i. quodam numine, quem.ſ. deũ.i. quod numen gerebat mẽte tacita.i. occulta & operta, effudit e pectore.ſ. ſuo, voces dignas adytis.i. Iouis & Apollinis oraculis ex inacceſſibilibꝰ templi locis acceptis. O Labiene, quid.i. ad qd iubes.i. vis, quęri.ſ. a deo: an ſup. vis vt quęram: an ego velim occubuiſſe liber in armis potius q̃ videre regna.i. Cæſarem regnantem aut tyrannidem Cæſaris: & an vita ſit nihil.i. nihili facienda: quia non refert q̃ diu ſed q̃ bene vixeris: ſed an longa ætas differat, ſup. a breui. An vlla vis.i. violẽtia, noceat bonis.ſ. viris, & an fortuna perdat minas.ſ. ſuas, virtute oppoſita. i. obiecta fortunæ: & an ſatis ſit velle.ſ. facere, licet non facias, laudanda.ſ. facinora: & an honeſtum nũq̃ creſcat ſucceſſu honeſti.i. felicitate: aut acceſſione facti ad voluntatem? id inquã totum ſcimus: & Hammon.i. reſponſum Iouis arenarij, nõ inferet nobis altius hoc.ſ. q̃ inſertum eſt. nos.ſ. homines cuncti hęremus.i. iuncti ſumus vt pars eorum, ſuperis.ſ. deis: & templo tacente.i. licet oracula taceant, nos nil facimus non ſpõte. i. niſi cum bona gratia & fauore, dei.ſ. Iouis, nec.i. & non, & numen.i. poteſtas diuina quæ ſolo nutu quæ vult efficere poteſt non eget vllis vocibus: quia tacite inſpirare poteſt: & author.ſ. omnium deus, dixit naſcentibus.i. in natiuitate vniuſcuiuſqꝫ, ſemel.i. vna opera, quicquid licet.ſ. homini, ſcire. Nec Iuppiter legit.i. elegit arenas ſteriles, vt caneret.i. vaticinaret̃ paucis.ſ. huc venientibus: & non merſit verum.i. veri cognitionẽ hoc puluere.i. his arenis. Et ſedes dei eſt ſup. non aliud niſi terra & pontus.i. aqua, & aer, & cęlum.i. omnes ſphęrę cœleſtes: & niſi virtus.i. vbi eſt virtus (vñ multi non niſi ſed vbi legunt).ſ. in mente bonorum. quid quærimus ſuperos vltra.i. amplius in alijs locis particularibus? Iuppiter eſt quodcũqꝫ vides: quocunqꝫ moueris. quia Iouis oĩa plena (Sunt qui legũt: quodcũqꝫ moueris). dubij.i. q dubitant qd agere debeant, & ancipites.i. incerti ſemp in caſibus dubijs, egeant.ſ. quantũ velint, ſortilegis.i. diuinatoribus: oracula. q. d. incerta, non faciunt me certum.ſ. futuri exitus: ſed mors certa facit me certum.ſ. qꝫ debeam mori: cum oracula non doceant quomodo & quando. cadendum eſt.i. neceſſe eſt ſemel mori, forti & pauido.i. qualicunqꝫ homini.

SVLPIT. ¶ Dixiſſe, dicendo aperuiſſe. Seruata fide. ſalua credulitate populorum de Hammone qui noluit explorare ne fidei in eum derogaret. Non exploratum. intentatum an verꝰ an falſus eſſet. Pedes. ambulans non vectus. nã

Hoc ſatis eſt dixiſſe Iouem. Sic ille profatur:
Seruataqꝫ fide templi diſcedit ab aris
Nõ exploratum populis Hãmona relinquẽs.

Ipse manu sua pila gerens praecedit anheli
Militis ora pedes: monstrat tolerare labores
Non iubet: & nulla vehitur ceruice supinus
Carpentove sedēs: somni parcissimus ipe est:
Vltimus haustor aquae: cum tādē fonte repto
Indiga cogatur laticis potare iuuentus:
Stat dum lixa bibat. si veris magna paratur
Fama bonis: & si successu nuda remoto
Inspicitur virtus: quicquid laudamus in vllo
Maiorum fortuna fuit: quis marte secundo
Quis tantū meruit populorū sanguie nomē?
Hūc ego p Syrtes Libyesq extrēa triūphū
Ducere maluerim: q̄ ter capitolia curru
Scandere Pōpeii: q̄ frangere colla Iugurthae.
Ecce parēs verus patrię dignissimus aris
Roma tuis: per quem nūq̄ iurare pudebit
Et quem si steteris vnq̄ ceruice soluta
Hunc olim factura deum. Iam spissior ignis
Et plaga quam nullam superi mortalibus vltra
A medio fecere die calcatur: & vnda
Rarior: inuentus mediis fons vnus harenis
Largus aquę: sed quē serpentū turba tenebat
Vix capiente loco. stabant in margine siccae
Aspides: in mediis sitiebant dipsades vndis.
Ductor vt aspexit perituros fōte relicto
Alloquitur: vana specie conterrite leti
Ne dubita miles tutos haurire liquores.
Noxia serpentum est admisto sanguie pestis.
Morsu virus habent & fatum in dente minatˀ:
Pocula morte carent dixit: dubiumq venenū
Hausit: & in tota Libyes fons vnus harena
Ille fuit: de quo primus sibi posceret vndam.

¶Hoc satis est dixisse Iouem. Videri posset quibusdā hoc dictum esse ex persona poetae cēsentis Catonem esse alterum Iouem & oracula Ioue digna e sacro pectore suo prompsisse: verum quia poeta addit sic ille profatus, verius attribuitur Catoni vt sit sensus & ordo. Satis est Iouem dixisse. i. si Iuppiter dixerit hoc, videlicet forti pauidoq cadendum esse. Nam cū breuis sit oībus vita, stultum est Iouem de futurę vitae statu sollicitare. Ille. s. Cato, profatur. i. palam loquitur sic: & discedit ab aris seruata fide. i. credulitate & persuasione templi. i. quā gen

vt ait Plutarchus, septem continenter diebˀ iter fecit ipse semper absq equo & vehiculo agmen pręcedens. Ora anheli militis, hoc est militem anheli oris. Monstrat. exemplo suo. Supinus. superbus non vehitur ceruicibus hominum non curru. Stat dum lixa bibat. expectat donec biberit etiam qui miles non est. Lixę enim hi sunt qui aquam ad tentoria vehunt. Nam lixam aquā veteres dixerunt: vnde fit elixare aqua coquere vt ait Nonius Festus vero inquit eum esse qui q̄stus gratia exercitum sequtur: dictumq a licēdo q cum sit extra ordinem militiae liceat ei quicquid libet. Si veris. Catonem omnium hominum prestantissimum fuisse argumentatur: q̄ q̄ alij plus fortunae habuerint: sed ipse in virtute excelluit omnibus, estq colendus pro numine. Veris bōis. virtute ipsa aqua proficiscitur laus. Et si successu. et si consyderatur pura virtus sine fauore: atq fortuna laus quae Catoni tribuitur ex virtute fuit: in maioribˀ ex fortuna. Marte secundo. victoria & cęde hostiū Nomen, famā, & gloriam q̄tam Cato. Hunc ego. Malim ego inquit hāc Catonis laudem q̄ tres Pōpeii triumphos & vnū marij de Iugurtha rege Numidarū quiī triūpho ductus & e capitolia rupe pręcipitatus est. Aris tuis. templis quae erigas ei. Nunq̄ pudebit. vt pudet per Caesarem: qui scelestˀ fuit: ille vero iustus atq diuinus. Ceruice soluta, libera tyrānide. Factura deum: in deos relatura. Quem hunc. quem illum. Relatiuum demōstratiuo coniunxit: vt apertius indicaret. Iam spissior ignis calcatur. per vehementioris aestus loca iam eunt vltra quae nulla hominibus habitabilia esse dicit. Et vnda rarior, id est quae rariores habet aquas. vnda ablatiuus. Aspides, serpentes. ασπισ scutum significat: eoq dicta q ad caput tegendum reliquo corpore pro scuto vtitur. & ασπιζω defēdo significat Dipsades. Dipsas siti iterficit: dicta a διψα quod est sitis: vel a διψαω sitio. Fōte relicto id est si non biberent. Vana specie, vana apparentia & opinione. Noxia serpentum. Serpentis inquit morsu necant: non inficiunt aquas tactu aut gustu. Pestis, venenum. Admisto sanguine. quum sanguini nostro virus miscetur. Dubium. nōdum enim compertū habebat an noceret. Venenum, aquā hoc loco. BEROALDVS.

¶Non exploratum populis. Cato recessit a templo Iouis Hammonis nō sciscitatus oraculum quod consulendum reliquit populis ante fores sedentibus. Et nulla vehitur ceruice supinˀ. i. Cato pedes faciebat iter sine lectica quae ferri solet a seruis sine vehiculo. qd supra dictū est ex auctoritate Senecę & Plutarchi. Carpento. i. curru. & est proprie carpētum Gallorum. & dicuntur carpēta, vt docet Ouidi. a Carmente matre Euandri. Carpentis olim matronae in latio vehebantur. apud Liuium carpenta Gallorum. Stat dum lixa bibat. Cato tamdiu expectat donec bibāt serui & vilissimi quiq. Lixa proprie est qui aquā ministrat militibus vt aiunt Porphyrio & Nonius. Festˀ dicit lyxam dici a Lycha Herculis puero. placet vt deriuetur ab aqua. Quicqd

Lixa.
Elixare.
Catōis praestantia.
Iugurthę mors.
Aspis.
Dipsas.

laudamus in vllo.i.si volumus virtutem nudam inspicere,& ex veris bonis laudare mortales:quicquid in vnoquoq; laudatur id prouenit ex fortuna maiorum eius:verum in Catone vera virtus,vera bona laudantur, quæ ex fortuna non pendent. Hunc ego per Syrtes Libyę.i.ego mallem hanc gloriam Catonis & quedam triumphū quē reportat ex itinere facto per Syrtes tāta tolerātia, q̄ triumphos Pompeij & Marij. Q; frangere colla Iugurthæ,id est triūphare de Iugurtha rege Numidarum quē captiuum duxit Marius in triumphum:qui deinde perijt in carcere:vt Plutarchus ait. historiam scribit Salustius. Dignissimus aris Roma tuis. Cato dignus est coli pro deo per quem iurare non pigeat. Et quem si steteris vnq̄.i.o Roma tu aliquando factura es deū Catonem si vnq̄ fueris in libertate soluta iugo tyrannidis. Iam spissior ignis.i.iā Cato & comites peruenerant ad plagam torridam quæ inhabitabilis est. Inuētus medijs fons vnus arenis. Cato vnicum tantum reperit fontem in locis ardentibus qui erat venenatus propter innumerabiles serpentes q̄ illum fontem bibendi causa cingerāt. Stabāt in margine siccę aspides, vt diximus supra ī quarto aspides sunt serpentes quarum colla veneno tumescunt:quarum ictus est irremediabilis pręter q̄ si confestim partes hominis contactę amputentur: vt tradit Plinius. In medijs sitiebāt dipsades vndis. Dipsades sūt vt Solin⁹ ait ex genere aspidum:quæ necant siti. quisquis enim fuerit a dipsade percussus ille siti necabitur:& ipsę dipsades a siti nomē acceperunt. Vnde ait Luca. eas in medijs vndis sitisse. Ductor vt aspexit. Cato vbi vidit milites suos lōga siti cōfectos perituros esse nisi biberent,eos hortatus est vt ex illo fonte bibere vellent:nec debere formidare venena quum aquę carent morte quā serpentes morsu & dentibus minantur. Vana specie.i.fallaci. Leti.i.mortis. Morsu virus habet.i.venenum. Et fatum in dente minantur.i.mortem inferunt morsu & dente:sed vndis nocere non possunt. Ille fuit de quo primus. Cato qui semper vt supra diximus fuerat nouissimus in bibendo ex fontibus salubribus,nūc factus est primus hauriendo aquas venenatas:vt milites alacres faceret.

tes illæ habebant de veritate oraculorum:in eo templo dari sortitorum,relinquens populis Hammona.i.Iouem illum arenarium,nō exploratum .i.non tentatum nec experimento disq situm an vera diceret. Ipse.s. Cato gerens manu pila sua pręcedit exiliēs pedes.i.pedester,ora.i.faciem militis anheli.i.anhelantis præ siti,& monstrat.i.docet facto ipso,& non iubet.s.edicto aut iussu publico,tolerare labores:& nulla.i.non vlla,nō vehitur vlla ceruice.s.hominis,supinus.i.otiosus & superbus desuper pspectans e lectica, ve pro vel,sedens carpento.i. in vehiculo:quia neq; supinus erat,neq; sedens in carpento. Valla censet supinos dictos otiosos & auersos ab opere:sicut contra pronos & incumbentes diligentes esse. Ipse.s. Cato parcissimus somni.i.minimum dormiens,est vltimus haustor.i. bibitor & potator aquæ,cum enim iuuentus indiga laticis.i.egena fontis,cogatur.s.præ siti potare:aut sic est latices,dic indiga .s.fontis cogatur potare latices,fonte reperto tandem.i. post lōgum iter, Cato stat.i.erectus manet, dum.i.donec,lixa.i.militum minister,& ita infimus in exercitu,bibat. quocirca inquit poeta. Si magna fama paratur.i.cōparatur & acquiritur, veris bonis.i.virtute & bene factis simpliciter:& si virtus inspicitur nuda.i.p se,successu.i. prospero euentu(qui fortunæ est) remoto:quicqd nos laudamus in illo.i.in Catōe:vt virtutem, fuit fortuna.i.felix euentus maiorum. vnde Plutarchus in libro de fortuna Romanorum,& virtute Alexandri contendit Romanos plus fortunæ q̄ virtutis habuisse. Sane hic locus videtur obscurus:nec ab omnibus similiter legitur nec accipitur Nam Omnibonus & vt nunc videmus Beroaldus cui libēter accedo legit in vllo:vt sit, qcqd nos laudamus in vllo maiorū fuit fortuna:sed sup. qd laudamus in Catone fuit virtus. Qui vero legunt in illo varie exponunt:alij vt iam exposuim⁹:alij sic. Quicqd nos laudamus in illo.s. Catōe fuit virtus sup. sed sup. fortuna fuit maiorum.i.quod laudamus in maiorib⁹ nostris. Quis.s.maiorum,aut oīm populoꝝ,meruit tantum nomen.i.tam inclytam famam,marte secundo.i.felice exitu belli:& quis meruit tantum nomen,cęde.i.per cædē populorum? q.d. nullus omnino. Ego maluerim(inqt poeta)ducere hūc triumphum.i.qualem Cato duxit,p Syrtes ad extrema.s.loca Libyes,q̄ scandere ter capitolia.i.arcem tarpeiam,curru Pompeij.i.quo triumphauit Pompeius:& q̄ frangere colla Iugurthæ regis Numidarum.s.præcipitādo ipsum:sicut Marius faciendum curauit. Ecce sup. Cato est verus parēs patriæ,o Roma,dignissimus tuis aris.i.cui aras & sacra constituas:per quē nunq̄ pudebit te iurare:qa sanctus est & te non coegit:& quem hunc.i.quem eundē,factura sup. es,olim.i.tēpore futuro deū si steteris vnq̄.i.quouis tempore futuro,ceruice soluta.s.a iugo seruitutis.i.si fueris vnq̄ a tyrannide Cęsarum liberata. Aldus legit nunc olim:vt sit. Et quem nūc olim.i.quouis tempore,factura es &c. Hacten⁹ poeta de Catōis laude:nunc psequit rei gestę seriem,dicens. Iā ignis.i.ardor,spissior.i.densior sup. fit:& plaga.i.regio cæli,vltra quam.s.plagā superi nullā.i.nō vllam,non fecere mortalibus vllam partē mundi a medio die,calcat:& vnus fons inuentus sup. est in medijs arenis,existens rarior vnda.i.ipsa aqua e fonte manante,& largus aquæ.i.habens largas aquas:sed sup. talis, quem.i.qualem:turba serpentum tenebat,loco vix capiente.i.ipsam. Aspides.s.serpētes noti,stabāt in margine sicco,aut siccę.i.sitientes quod plus terret,& dipsades.i.alij serpentes sitiebānt in medijs vndis.i.alijs sitim inferebant,aut inextinguibilem sitim habebant. Ductor.s. Cato,vt.i.postq̄,aspexit.i.animaduertit,milites perituros.s.siti,fonte illo relicto.i.si dereliquerint,nec biberint,alloquitur sup. eos, O miles conterrite.i.simul territe,vana.i.mēdaci specie leti.i.mortis per venenum:ne dubita haurire liquores tutos:pestis.i.īfectio serpentum est noxia,sanguine admixto.s.cum veneno,hoc est si sanguis veneno imbuat per morsum. Serpentes habent virus.i.venenum mortiferū:morsu.i.dū mordēt quēpiā:& minant dente,aut in dēte.i.morsu fatū.i.mortem:sed pocula carent morte.s.actiua. Dixit.i.porauit Cato,& hausit.i.bibit, venenum.i. infectū fontem, dubium.s.an necaret bibentes:et ille vnus.i. solus fons fuit in tota arena Libyes de quo posceret sibi vndam primus:vt faceret de se experimentum alijs.

SVLPIT. ¶ Cur Libyeus.cur abundet serpentibus Libye nosse inquit non possumus:nisi fictæ fabulæ fidem adhibuerim⁹ ex stilis capitis Medusæ quod præsens volans super Libyē tulit exortas esse. Naso in meta.quarto. Cunq;

Cur Libycus tantis exundet pestibus aer
Fertilis in mortes:aut quid secreta nocenti
Miscuerit natura solo:non cura laborq;

Noster scire valet: nisi q̃ vulgata per orbem
Fabula pro vera decepit sæcula causa.
Finibus extremis Libyes vbi feruida tellus
Accipit oceanum demisso sole calentem:
Squalebant late Phorcynidos arua Medusæ:
Non nemorum ꝓtecta coma: nõ mollia sulco
Sed dominę vultu cõspectis aspera saxis.
Hoc primum natura nocens in corpore sęuas
Eduxit pestes: illis e faucibus angues
Stridula fuderunt vibratis sibila linguis:
Fœminęę qui more comę per terga soluti
Ipsa flagellabant gaudẽtis colla Medusę.
Surgunt aduersa subrectæ fronte colubræ:
Vipereumq; fluit depexo crine venenum.
Hoc habet infelix cunctis impune Medusa:
Q̃ȝ spectare licet: nam rictus oraq; monstri
Quis timuit? quem qui recto se lumine vidit
Passa Medusa mori est? rapuit dubitãtia fata:
Præuenitq; metus: anima periere retẽta
Mẽbra: nec emissæ riguere sub ossib⁹ vmbrę.
Eumenidum crines solos mouere furores:
Cerberus Orpheo leniuit sibila cantu.
Amphitryonides vidit quum vinceret hydrã.
Hoc monstrũ timuit genitor: numẽq; secũdũ
Phorcus aquis: Cetoq; parens: ipsæq; sorores
Gorgonis: hoc potuit cœlo pelagoq; minari
Torporẽ insolitum: mũdoq; abducere terrã.
E cœlo volucres subito cum pondere lapsę:
In scopulis hæsere feræ vicina colentes:
Aethiopum totę riguerunt marmore gẽtes.
Nullum animal visus patiens: ipsiq; retrorsũ
Effusi faciem vitabãt Gorgonis angues.

super Libycas victor penderet arenas Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ Quas humus acceptas varias animauit in angues Vnde frequẽs illa est infectaq; terra colubris. Exundet, abundet. Nocenti. feraci serpentum. Noster, meus: nam vt Horati⁹ ait, Nec scire fas est omnia. Pro vera causa: pro vera ratione. Finibus extremis Libyes. Ad mare atlanticum contra promontorium quod vocatur Hesperioncetas, sunt insulæ Gorgades Gorgonum quondã domus bidui nauigatione distantes a cõtinẽte. Gorgones autẽ tres: Stennio, Euriale, & Medusa Phorci, & Cetus filię: tanta deformitate monstra: nam solum vnũ oculũ quẽ mutuo sibi tradebant cõmunem habebant & hydros pro crinib⁹ gerebant: seq; aspiciẽtes in saxa vertebant. Sed Perseus auxilio Palladis & Mercurij clypeo speculari & talaribus vsus, Medusę caput amputauit. Oceanum. oceani fluct⁹. Phorcynidos Phorci filię. Phorc⁹ vero Neptuni Pthoosæq; filius fuit. Squalebant. inculta & saxis aspera erant. Vultu dominę. Medusæ quæ aspexerat. Hoc primũ. Serpentes quos primũ natura produxit in Medusæ capite apparuerunt: nam Minerua eius crines in angues conuertit, q̃a in suo tẽplo fuerat cõstuprata a Neptuno: ex quo Pegasum pepit. Pestes, serpẽtes. E faucibus. e maxillis e quibus pẽdebãt. Vibratis, celeriter agitatis. Gaudentis, ipsis serpentibus. Depexo crine: pectine rarissimo explicitis & expressis serpẽtib⁹. Infelix. vel quia alijs perniciosa: vel quia monstrum est. Impune. sine sensu doloris quia statim rigebant in saxa quæ animam velut sepulcro includebãt. Quis. nemo: nã cum primum aspicerent non moriebãtur: sed vertebãtur in saxa præclusis animis. Se, ipsam. Mori, dolorem mortis pati. Dubitantia, metu mortis. Pręuenit, pręoccupauit. Vmbræ, animæ. Riguere, compressę sunt. Eumenidum. Horribiliorem esse Medusam furijs Cerbero hydroq; dicit: nam furiæ conspectæ solum furorem inducunt. Cerberus ab Orpheo mitigat⁹ est. Et hydram pugnans Hercules vidit. hãc nemo cernere potest nisi cũ stupore ꝑpetuo. Solos mouere furores. furiam tm̃. Leniuit sibila: destitit sibilare. Amphytrioniades, Hercules. Monstrum, Medusam. Secũdum, post Neptunum. Ceto, mõstrũ marinũ. Sorores, Stennio, & Euriale. Cælo pelagoq;, volucribus & piscib⁹. Metonymia est: q̃q̃ de ipsis elementis loqui videtur: sed mox declarabit. Torporem: vt in saxa torpescerent. Terram, terrenos homines. Cũ pondere: quia saxeę. Ferę. tã terrestres q̃ marinas itelligit. Riguerũt marmore: duruerunt in marmor. Patiens visus. potest impune videre.

Gorgades.
Gorgones
Phorcus.
Pegasus.

¶ Cur Libyeus. Disquirit causam tot venenatorum serpẽtiũ i Libya nascẽtiũ quã poetice per fabulam Medusę dissoluit dicens. Labor noster. i. meus, & cura sup. nostra. i. opa & diligentia non valet scire cur aer Libycus exundet. i. abundet, tãtis pestib⁹. i. infectionib⁹ ex veneno, exñs fertilis. i. copiosus in mortes. s. iferẽdas, aut q d natura secretą. i. occulta, miscuerit solo. i. terrę, nocenti. i. pestiferę. Nõ valet dicit scire, nisi q̃ fabula. s. de Medusa, decepit sæcl'a. i. credita est a posteris ꝑ vera causa.

¶ Cur Libyc⁹ tãtis exudet. Aphrica plẽa est serpentibus & mõstris: vt Plini. ait. quare hoc sit ait Luca. se causam ignorare nec aliđ nosse nisi qđ ex fabula Medusæ circũfertur: quã multis versibus ipse narrat. Phorcynidos arua Medusæ. Gorgones insulæ in mari atlãtico sunt domus Gorgonum quarum vna fuit Medusa filia Phorci quæ suo aspectu homines vertebat in saxa: vt narrat Ouidi⁹. Nõ

BERO.

nemorum protecta coma.id est vbi nullæ erant frondes arboreę sed omnia saxea. Eduxit pestes illis e faucibus angues. Vt fabulantur poetę,& in primis Ouidius, Medusæ capilli cum prius fuissent speciosissimi mox facti sunt angui & serpentibus implexi. vnde e faucibus eius angues sibila fundebāt & sparsi per terga secūdum morem fœminearum comarum flagellabāt colla Medusæ: quæ ex hoc lętabatur. Vipereumq; fluit depexo crine venenum. Medusa quando pectit caput ex eius capillis anguinis tunc defluit venenum. Infelix cunctis.id est inimica & afferens infelicitatem. vt apud Vergilium. Quę potui infelix. Nam rictus oraq; monstri quis timuit? Sensus est. Nullus vnq̄ timuit ora Medusæ: quia non datur spatium timori vno enim momento quis videt & riget. vnde Medusa neminem patitur mori: quia repente homines qui inspexerint facit saxeos anteq̄ anima egrediatur de corpore. Passa Medusa mori est? quasi dicat nullum patitur mori, quia simul præcludit animam. Nec emissę riguere sub ossibus vmbræ, id est animę spectantium simul cum corpore rigescūt & saxeæ efficiuntur. Cerberus Orpheo leniuit sibila cantu. Orpheus desyderio vxoris Eurydices defunctæ petijt inferos & carminum suauitate demulsit Cerberū canem tricipitem. fabula nota apud Vergilium & Ouidium. Amphitryōiades vidit. Hercules Amphitryōis dictus filius vidit Medusam cum vinceret hydram: quæ vno capite cęso tria remittebat. de qua supra diximus. Timuit genitor numenq; secundū Phorc⁹ aquis Phorcus pater Medusæ timuit filiā: adeo erat mōstrum & portentum formidolosum. Phorc⁹ autem deus est marinus. Vnde eum appellat numen secūdum aquarum: quia Neptunus est primus ipse Phorcus secundus. Cetosq; parens. id est etiam mater timuit Medusam filiam. Cetos autem quam matrem ipsius fuisse dicit est immanis piscis. vnde Cetarij piscatores dicuntur: vt apud Terētium. Ipsęq; sorores. Gorgones scilicet timuerunt Medusam. Sororum nomina sunt hęc. Stenio & Euriale: vt inquit Seruius. Hoc potuit pelago cæloq; minari torporem insolitū. tanta est vis huius monstri Medusæ: vt non solum homines in saxa cōuertere possit sed etiā cœlum & pelagus quæ perpetuo motu agitātur, efficere immobilia & sic minari torporem insolitum: qui. s. torpor est insolitus cęlo & pelago velociter se mouentibus. E cœlo volucres subito. aues volantes conspecta Medusa conuersæ sunt in saxa: & ferę tanq̄ scopuli hęrebant in saxa formatæ. Vicina colentes Aethiopū totę. omnes gentes finitimę factæ sunt marmoreæ visa Medusa. Nullū animal

Cetos.

vnde. Arua Medusæ Phorcynidos. i. Phorcynos filiæ (nam Phorcys seu Phorcyn hu⁹ Phorcynos facit) squalebāt. i. immunda iacebāt late in extremis finib⁹ Libyes: ad mare atlanticum: vbi tellus feruida accipit oceanū calētē sole demisso. i. occidēte: squalebāt inqt non ptecta coma. i. frōde nemorū: qa nulla erāt: & existētia nō mollia sulco. i. ad faciēdum sulcum aratro: sed aspera. i. dura, saxis conspectis. i. productis per aspectū factū, vultu. i. facie dominę. s. Phorcynidos Medusę: quæ hoc potētię habebat q̄ a quocūq; īspiceret̄ illā ī saxū cōmutaret. Natura nocēs. i. volēs nobis nocere, eduxit primū in hoc corpore. s. Medusę, pestes sęuas. i. venena pestifera serpētum. Angues fuderūt e faucib⁹. i. maxillis, illis. s. Medusinis, sibila stridula. i. sonora, līguis vibratis. i. micātib⁹ & agitatis: q. s. angues soluti. i. passi & pēduli sine reticulo, more comę fœmineę . i. in morē capilli muliebris, flagellabant. i. concutiebant ipsa colla Medusę gaudentis. i. oblectantis se de tali motu. Sulpitius legit gaudentes. s. angues. Colubrę. i. tales serpētes, surgūt . i. eriguntur, subrectæ aut surrectæ. i. sursum actæ, fronte aduersa Medusę: & venenum vipereum. i. vipera venenosa. fluit . i. abunde in terram cadit, crine depexo. i. pectine a serpentib⁹ mundato. Medusa infelix. s. actiue, quia infelicitatem affert: sicut contra ęneid. i. sis felix dicitur: aut passiue: quia inuita hoc mali īfert: oppressa enim lęsit Mineruam: habet hoc. s. mali: q̄ licet cunctis. s. hominibus spectare sup. eam impune. i. sine punitione tantisper dum homīes sunt: nā q s metuit rictus & ora monstri? q. d. nemo: qa licet plurimū mali inferat conuertēdo hominē in saxū: non tñ ita terribili est vultu: & quē. s. hominē q̄ vidit se. s. Medusam lumīe. i. obtutu recto, est Medusa passa mori? q. d. neminē: qa ipsa rapuit fata dubitantia. i. mutationē in saxū intulit priusq̄ id fieri posse formidabant, & ita præuenit. i. anticipauit, met⁹: qa priusq̄ metuerēt patiebant̄ malū: sicq; mēbra periere. i. trāsformata sunt, aīa retēta. s. intra saxa: qa exilire neqbat: nec. i. & nō, & vmbrę. i. aīę, non emissę. s. e corporibus, riguere. i. duruerunt intra saxa, sub ossib⁹, q̄ in saxa duri ora versa sunt. Et ita perniciosior erat Medusa q̄ furiæ: qa crines Eumenidū. i. furiarū serpētes quos p̄ capillis habēt, mouere. i. excitauerunt aspicientib⁹, solos. i. dūtaxat, furores: & Cerber⁹ q in collo angues habet, leniuit sibila. i. molliter pro latratu sibilauit, cantu Orpheo. i. Orpheo canente. Amphitryoniades. i. Hercłes vidit. s. impune hydrā qū vīceret sup. eā Phorc⁹ genitor. i. pr̄. s. Medusę, & numē aqs secūdū. s. ab Neptuno . i. proxim⁹ illi in potētia deus, timuit hoc monstrū. s. Medusā monstruosam: & Ceto monstrū marinū, parēs. i. mr̄ eius, timuit ipsum: & ipsę sorores Gorgonis. s. Stenio & Euryale timuere hoc mōstrū. Si dicas pri⁹ dixit q̄ nemo timuit rict⁹ oraq; mōstri, dicā id verū eē primū: priusq̄ cognita esset ei⁹ pnicies. Hoc mōstrū potuit minari cœlo & pelago, torporē insolitum. i. cōstrictionem in saxa: & abducere mūdo terram. i. cōuertere totū globū terrę in saxum: aut terrā. i. hominem terrenum: & facere eum saxeum. Probat exēplis. Nam volucres lapsæ sunt e cœlo cum pondere subito. Et ferę colentes vicina. s. loca Medusę hæsere in scopulis. i. factæ sunt lapides: & totæ gentes Aethiopum, riguerunt marmore. i. durauerunt in marmor. Nullum animal sup. erat patiens. i. toleratiuum, visus sup. eius: vt ipm videat: & ipsi angues Gorgonis. i. depexi e capillis eius, effusi retrorsum, id auersi a Medusa, vitabant faciem Gorgōis. Ac dictū est: q̄ impune spectare liceret: sed dic donec cōuersa fuerant in saxa.

visus patiens. i. nullum animal videre quibat Medusam quin saxeum efficeretur. Ipsiq; retrorsum. quinetiā serpentes qui erant implexi eius crinibus retorquebant ora ne viderent faciem Medusę.

SVLPIT. ¶ Atlanta titana, Atlantem titanis filium quem vertit in montem: Sub columnis. vltra Calpem & Abylam. Cęloq; timente. quum dij gigantes metuerent, Medusæ caput quod a Pallade in pectore gerebatur eos in montes conuertit & ita finitum est bellum

Illa sub Hesperiis stantem titana columnis
In cautes Atlanta dedit: cæloq; timente
Olim Phlegræo stantes serpente gigantes

Erexit montes: bellumq; immane deorum
Pallados in medio confecit pectore Gorgon.
Quo postꝗ partu Danaes & diuite nimbo
Ortum parrhasię vexerunt Persea pennę
Arcados authoris citharę: liquidæq; Palęstræ:
Et subitus prępes cyllenida sustulit harpen:
Harpen alterius monstri iam cęde rubentem
Ab Ioue dilectę fuso custode iuuencę:
Auxilium volucri Pallas tulit innuba fratri
Pacta caput monstri: terręq; in fine Libyssę
Persea phœbęos conuerti iussit ad ortus
Gorgonos auerso sulcantē regna volatu:
Et clypeum leuæ fuluo dedit ęre nitentem:
In quo saxificā iussit spectare Medusam.
Quā sopor æternā tracturus morte quietem
Obruit haud totā: vigilat ꝑs magna comarū
Defendūtq; caput protenti crinibus hydri.
Pars iacet in medios vultus oculiq; tenebras.
Ipa regit trepidū Pallas: dextraq; tremente
Perseos auersi cyllenida dirigit harpen:
Lata colubriferi rumpens confinia colli.
Quos habuit vultus hamati vulnere ferri
Cęsa caput Gorgon? quanto spirasse veneno
Ora rear: quantūq; oculos effundere mortis?
Nec Pallas spectare potest: vultusq; gelassent
Perseos auersi: si non tritonia densos
Sparsisset crines texissetq; ora colubris.
Aliger in cęlum sic rapta Gorgone fugit.
Ille quidē pēsabat iter: propiusq; secabat
Aera: si medias europę scinderet vrbes.
Pallas frugiferas iussit non lędere terras:
Et parci populis. quis em̄ non præpete tanto
Aethera respiceret? Zephyro conuertit̄ ales:
Itq; sup Libyen quę nullo consita cultu
Syderibꝰ phœboq; vacat: ꝓmit orbita solis
Exuritq; solū: nec terra celsior vlla
Nox cadit in cælum lunęq; meatibus obstat:
Si flexus oblita vagi per recta cucurrit

& ita finitum est bellum. Stātes serpēte phlegręo. insistentes pedibꝰ serpētinis apud Phlegrā Thessalię vallē: vbi pugnatū est. dicunt̄ aūt gigantes serpentipedes quia ab imis ad summa quasi reptare sūt visi. Erexit mōtes. Serpētipes
cōuertit eos in montes. Gorgon. Medusę caput in munimēto pectoris. i. ęgide Palladis. Confecit, finiuit quia eos vertit i saxa. Quo, ad quē locū. videlicet ad Gorgades postꝗ ꝑuenit Perseus Danaes Iouisq; filiꝰ recidit caput Medusæ. Diuite nimbo. Ioue qui se in nībū aureū verterat: vt cū Danae Acrisij filia rē habere posset. Ouidius lib. iiij. Persea quē pluuio Danae conceperat auro. hanc fabulā & Ouidius & Horatius in odis explicāt. Pennę Parrhasię: talaria Mercurij arcadici citharę palæstræq; repertoris. Liquidæ. oleo vnctæ. Et subitꝰ præpes. & Perseus subito volucer. Prępetes dicunt̄ aues ꝗ ꝓspero augurio locū idoneū captāt: & quę patulis alis & altius volant. Præpes.
Harpen cyllenida. īcuruū Mercurij gladiū. Mōstri. Argi qui cētum oculos habebat Harpe.
quiq; Io vaccā seruabat vt est in primo metamorphoseos. Iuuencę. Ius, ꝗ fuerat in vaccā a Ioue cōuersa ne cū ea dep̄henderet̄ a Iunone. Innuba. virgo nō nupta. Auxiliū. nā ei cōcessit scutū speculare æneū & modū pugnādi docuit, ea lege vt illius ad ip̄am caput perferret. Fratri. Perseo Iouis filio ex cuiꝰ capite ip̄a armata ꝓsilijt. Libyssę. libycę. Sulcātē. volatu diuidentē. Auerso. retrouersus ip̄e ne os eius cōspiceret: & ip̄a Medusa i clypeo speculari se cerneret & stati letali somno corriperet̄. Tracturus quietem. ꝓducturus somnū. Obruit, oppressit, extinxit. Protentis crinibus, eminentibꝰ serpentibꝰ qui pro crinibꝰ erant. Oculiq; tenebras. i. sedem oculi iam tenebrosam: nā oculū dum alteri traderet̄, Perseus supposita manu furtim subtraxerat dormientemq; ip̄am & serpentes ferro inuasit vt scribit Ouidiꝰ. Dirigit. vt recte feriat. Quos. ꝗ horrēdos. Ferri lunati. harpes recuruæ. Oculos. serpentiū. Potest, sustinet. Gelassent. i. saxū vertissēt. Ora, medusę. Aliger, Perseus Gorgone. capite Medusę. Pensabat. breuiare volebat vt argos reuerteret̄. Secabat. volare volebat. Parci populis. ne verterentur in saxa. Præpete tanto: hoc est volante Perseo. Zephyro conuertitur. a Zephyro conuersus super Libyæ deserta volauit. Quæ consita nullo cultu. quæ inculta & non plantata. Vacat. exposita est æstui solis & syderum. Premit, vrget. Orbita. Asconius tradit rotæ vestigium Orbitā dici. Nec terra. Nec Orbita.
ex aliqua terræ parte nox altiꝰ attollitur. Est enim nox vmbra terræ quæ iacitur altior ex terra quæ est sub æquinoctiali circulo: ꝗ ex Nox.
remotiore. quia circulꝰ solaris qui illic est maximus hic breuior redditur: & figura vmbræ quam terra emittit ꝓpter magnitudinē ip̄ius solis est similis metę & turbini inuerso: neq; excedit altitudinē lunę: qm̄ nullū aliud sydꝰ eodē modo obscurat̄ vt etiā Plynius ait. Cadit, extēdit̄, iacitur: vsusq; est hoc verbo ꝗa tam supra ꝗ infra terram nox se extēdit. Lunæq; meatibus obstat. nam cum ex terræ interpositione fiat lunæ eclypsis: nulla altior

interponitur ipa Libya quũ ea sit in ęquinocti ali circulo. Flexus vagi. nũc eñi i dextrã nũc in sinistrã tendit. Recta: q̃ recte oriunt̃: vt Cãcer. Leo. Virgo. Libra. Scorpius. Sagittari⁹. Vmbra, Aphricę. Nec effugit in Borean. sed est recta.

PHI. BEROALDVS.

¶ In cautes Atlanta dedit. Perseus, vt inqt Ouidi⁹, Atlantẽ regẽ Mauritanię q̃ erat vn⁹ ex Titanib⁹ cõuertit in mõtem ostẽso capite Gorgoneo. i. meduseo. de quo Vergili⁹. Atlantis duri cęlũ q̃ vertice fulcit. Stat autẽ sub hesperijs colũnis. i. herculeis, Calpe. s. & Abyla. de quib⁹ supra memorauimus. Olim phlegręos. vt supra dixim⁹ gigãtes in Phlegram Thessalię bellũ cõtra supos fecerũt mõtibus cõstructis: quos Iuppiter fulmine disiecit: & Pallas q̃ i ægide gestat caput Meduseũ, ostẽso illo vertit gigãtes i mõtes: q̃ septẽ fratres appellant̃ in Aphrica a simili altitudie vt ait Plynius. Gigãtes aũt pedes habẽt viperinos Gorgon. i. caput Medusę qđ Pallas gestat i medio pectore in ægide. Quo postq̃ partu Danaes. i. Perse⁹ filius Iouis & Danaes: quã Iuppiter mutat⁹ in aurũ corrupit: vt Terẽti⁹ ait. Vñ nũc dicit Lucan⁹. Diuite nimbo. Ortũ Parrhasię vexerũt Persea pẽnæ. Mercuri⁹ talaria sua, q̃ sunt pẽnę nexę ei⁹ pedibus, accõmodauit Perseo dimicaturo cõtra Gorgonẽ Lucan⁹ pennas parrhasias a Parrhasio oppido Arcadię. & Arcas fuit Mercurius: author citharę & reptor palęstrę. quod & refert Horatius. Curuę quoq̃ lyrę parẽtẽ. Liquidęq̃ palęstrę. i. oleo & ceromate delibutę. cui⁹ rei mẽtionẽ supra fecim⁹. Et subitus prępes. i. Perseus, qui acceptis talarib⁹ fact⁹ erat volucer. Nã ppetes dicunt̃ aues q̃ volãdo petunt alta & supiora: vt tradit Serui⁹. Cyllenida sustulit harpen. Mercurius vtit̃ gladio q̃ dicit̃ Harpe: quã similiter tradidit Perseo. Harpen appellat cyllenida. i. mercurialẽ. Mercuri⁹ eñ dicit̃ Cylleni⁹ a Cyllene mõte Arcadię vbi dicitur nat⁹ esse: vt ait Seruius. Harpen alteri⁹ mõstri. Mercuri⁹ Argo q̃ tot⁹ erat ocule⁹, caput pscidit harpe dũ custodiret Ionẽ quã Iuppiter in vaccã versã dono dederat Iunoni: q̃ illi Argũ apposuerat custodem. fabula nota apud Ouidiũ. Harpe ergo rubebat cęde alterius mõstri. s. Argi. Fuso custode. s. Argo interempto. Auxiliũ volucri Pallas tulit innuba fratri. Pallas soror Persei, quia & ipa e Ioue genita, fratri dedit clypeũ: eũq̃ admonuit vt auerteret se a cõspectu Medusę: & spectaret ortũ solis: pacta cũ Perseo vt victor sibi daret caput Medusæ. Lęuæ. i. sinistræ manui Persei. In quo. s. clypeo. Saxificã. oia i saxa vertentem. Quam sopor ęternam. Somnus qui erat ex morte futurus perpetuus, obruit Medusam non tamẽ totã: nam pars serpẽtũ vigilabat pars dormiebat. Hydri. i. serpẽtes. Dextraq̃ tremẽte Perseos auersi. Pallas direxit harpen ensem quem habebat frater Perseus in caput Medusæ cum dextra ipsius Persei qui erat auersus a facie Medusæ tremisceret. Lunati vulnere ferri. Ferrũ lunatũ appellat Harpẽ curuatã in lunæ effigiẽ. Vultusq̃ gelasset Perseos auersi. nisi Pallas sparsisset crines ante ora

Signa nec in borean aut notõ effugit vmbra.

¶ Illa. s. Medusa, dedit. i. cõuertit, in cautes. i. saxa aspa atlãta regẽ Titana. i. Titanos filiũ, stãtẽ sub colonis hesperijs. i. Herculis: & cęlo. i. cœtu cęlitũ timẽte. i. cũ timeret olim, gigãtes stãtes. i. nixos, serpẽte phlegręo. i. pedib⁹ serpentinis iuxta Phlegrã sũptis, erexit mõtes. i. fecit ex gigãtib⁹ illis mõtes: & Gorgon. i. Medusę caput, confecit. i. finiuit e medio pectore pallados. s. ostẽsum, mane bellũ deoꝝ. Quo. i. ad quẽ locum videlicet ad Gorgadas insulas, postq̃ pennæ Parrhasiæ. i. talaria arcados. s. Mercurij, authoris. i. inuẽtoris citharę & palæstræ liquidę. i. q̃ fit a punctis oleo liqdo, vexerũt Persea ortũ. i. pgenitũ partu Danaes filiæ Acrisij regis & nimbo diuite. i. Ioue per impluuiũ immisso i gremiũ Danaes sub specie imbris aurei, & ipe Perseus ppes subit⁹. i. fact⁹ subito volucer & ales, sustulit. i. secũ sursũ tulit, harpẽ. i. gladiũ incuruũ, cyllenida. i. cyllenĩã. i. mercurialẽ: Harpẽ inquã sustulit rubentẽ iã cęde alterius mõstri, videlicet Argi habẽtis cẽtũ oclos, & hoc argo custode iuuencę. s. Ius, dilectę ab Ioue, fuso. i. pstrato. Pallas innuba. i. semp virgo, tulit frĩ volucri. i. Perseo volãti, auxiliũ. s. ad iter imẽdã Medusã, pacta. i. ex pacto ab eo stipulata, caput monstri. s. Medusæ: & iussit persea cõuerti. s. volando, in fine terræ Libyssę. i. Libycę: hoc ẽ cũ esset i Libyę fine iussit vt se cõuerteret, ad ort⁹ phœbęos. i. ad ortũ solis, sulcãtẽ. i. pẽnis dirimẽtem regna gorgonos. i. aerẽ q̃ erat i regno Medusę, volatu auerso. i. habẽdo dorsũ nõ faciẽ medusã vers⁹ ne eã vidẽs i saxũ verteret. Et Pallas dedit lęuę. i. sinistro humero Persei, clypeũ nitẽtẽ ærę fuluo. i. scutũ speculare: i quo. s. clypeo, iussit. i. voluit Medusã saxificã, spectare. s. serpam: quã. s. Medusã, sopor. i. pfũdus sõn⁹, tractur⁹ ęternã quietẽ. i. mortẽ, obruit. i. oppssit, haud i. nõ totã, qa magna ps comarũ. i. serpẽtũ quos p capillis habebat, vigilat. s. ea dormiẽte. hydri. i. serpẽtes illi defendũt caput s. Medusę, crinib⁹ ptẽtis. i. dilatis. Pars. s. hydrorũ, iacet. s. protẽta, in medios vultus. s. Medusæ: & in tenebras oculi. i. in locũ oclĩ execti. Ipa pallas. s. dea, & author illius facinoris, regit i. dirigit Perseũ trepidũ. i. prę timore trementẽ: & dirigit harpẽ cyllenida. i. cyllenĩã, dextra Perseos auersi. i. habẽtis os ab ore eius versũ, tremẽte. s. ne forte erraret: & excita somno se vlciscatur: dirigit dico Harpen, rũpens p ipam, cõfinia lata. i. amplã ceruicẽ & guttur, colli colubriferi. i. p qđ p crinib⁹ volitabãt colubri: Quos. i. o quales vult⁹, habuit Gorgon. i. Medusa, cęsa caput. i. cui caput erat iam cæsum, vulnere ferri hamati: aut vt Sulp. legit, lunati. i. icurui videlicet harpes: quãto veneno rear ora ei⁹ spirasse: & quãtũ mortis. i. mortiferi veneni, rear oculos s. serpẽtiũ effundere: q. d. plurimũ. qa nec Pallas põt. i. sustinet spectare. s. faciẽ Medusę: & vultus perseos auersi gelassent. s. i duriciẽ cristalli, si Tritonia. s. Pallas, nõ sparsisset crines dẽsos sup ora: & texisset ora ei⁹ colubris. Perseus aliger fugit. i. auolauit in cælum. i. aera, Gorgone capta sic. s. auxilio Palladis. Ille quidẽ pensabat. i. meditabatur, iter. s. breuius: & secabat aera pius. i. cœpit volare directo volatu, quo breuior erat via: & pẽsabat si scinderet. i. interuolaret aut ascẽderet (nã sunt q̃ legãt Aethera si medias Europę ascẽderet vrbes) medias vrbes Europę: sed Pallas iussit nõ lędere veneno decidẽte ex Gorgone terras frugiferas: & iussit parci populis: ne. s. verterent̃ in saxa visa Gorgone, quã vero sile erat visuros. q̃s eñ nõ respiceret æthera tãto ppete. i. alite volãte. s. Perseo: Ales. s. Perseus, cõuertit̃ Zephyro & it. i. volat, sup Libyen q̃ nullo consita cultu i. q̃ deserta vacat. i. otiosa exponit̃ sy derib⁹ & phœbo. i. soli. orbita solis pmit & exurit solũ. s. Libyes: nec nox cadit. i. extẽditur in cælũ. i. Hemisphęriũ cõtrariũ soli celsior. i. sublimior, vl la terra. s. q̃ Libyca: & obstat meatib⁹ lunæ. i. facit eclypsim ei⁹ si. s. luna oblita flexus vagi. i. obliqui & istabilis cursus sui: cucurrit p signa recta. i. q̃ recte oriunt̃: nec vmbra Aphricæ effugit. i. extendit̃ in borean. i. polũ arcticũ: nec in noton. i. polum antarcticũ: sed manet in medio corporis opaci.

capitis abscissi, & illa texisset, Perseus cõuersus fuisset in Saxeã statuã. Tritonia. i. Pallas a Tritonide palude nũcupata: vt supra diximus. Aliger. i. Perseus gerẽs alas Mercurij. Pallas frugiferas iussit. cum Perseus p aerem volans gestaret caput Medusę interẽptę, Pallas eũ monuit ne transiret sup vrbes Europę ne hoĩes suspicientes ipm volantẽ viso capite Gorgoneo in saxa verterent. Prępete tãto. s. Perseo more auis prępetis supernora petẽte. Zephyro cõmittit ales. i. Perse⁹ volat impulsus a Zephyro vento occidẽtali: q eũ duxit i Libyã incultã, ardorib⁹ solis obnoxiã. Premit orbita solis. Orbita dicit signũ qđ imprimit rota. Aphrica aũt premitur cursu solis cui subiacet. Nec terra celsior vlla. i. Aphrica iõ est feruẽtissima quia propter altitudinẽ est vicina soli. Vñ ex nulla terra nox altior cadit in cælũ tanq̃ locũ inferiorẽ: & sic nox q̃ nihil aliud est q̃ vmbra terræ retardat meatum lunę qñ pergit p signa Zodiaci recta nec in septẽtrionẽ deflexit nec in meridiem.

Illa tamen sterilis tellus: fœcundaq; nulli
Arua bono: virus stillantis tabe Medusę
Concipiunt: dirosq; fero de sanguine rores:
Quos calor adiuuit putriq; incoxit harenę.
Hic quę prima caput mouit de puluere tabes
Aspida somniferam tumida ceruice leuauit.
Plenior huic sanguis & crassi gutta veneni
Decidit: in nulla plus est serpente coactum.
Ipsa caloris egens gelidũ non transit in orbem
Sponte sua: niloq; tenus metitur arenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petunt
Huc Libycę mortes: & fecim⁹ aspida mercẽ.
At non stare suũ miseris passura cruorem
Squãmiferos ĩgẽs hęmorrhois explicat orbes
Nat⁹ & ambiguę coleret qui syrtidos arua
Chersydros: tractiq; via fumante chelydri:
Et semper recto lapsurus limite cenchris.
Pluribus ille notis variatam tingitur aluum
Q̃ paruis tinctus maculis Theban⁹ ophites.
Concolor exustis atq; indiscretus arenis
Ammodites: spinaq; vagi torquẽte cerastę.
Et scytale sparsis etiam nunc sola pruinis
Exuuias positura suas: & torrida dipsas:
Et grauis in geminũ vergẽs caput ãphisibẽa:
Et natrix violator aquę: iaculiq; volucres:
Et contẽtus iter cauda sulcare phareas:
Oraq; distendens auidus spumantia prester:
Ossaq; dissoluens cũ corpore tabificus seps:
Sibilaq; effundens cunctas terrentia pestes
Ante venena nocens: late sibi submouet om̃e
Vulgus: & in vacua regnat basiliscus arena.

Illa tñ &c. Prosequit mala Libyę q̃ cũ nullos salubres fruct⁹

Tabe. corrupto sanguine. Rores, guttas. Tabes, sanies. Quę prima mouit caput. quę primũ ẽ animata. Somniferam. quos enim mordet enecat somno. Tumida ceruice. Plynius ait colla aspidum morsu intumescere nullo ictus remedio preterq̃ si confestim partes contactæ amputentur. Plenior sanguis. maior copia sanguinis. Plus, veneni. Sponte sua. nã capta trãsfert i alias oras. Aspida. aspidis venenũ. Nõ stare. emittit eñ quicqđ habet sanguinis is quẽ momordit: dictaq; ẽ Hęmorrhois q sanguinẽ facit effluere: αἷμα eñ sanguis est ῥόω fluo. nam morsu sanguinẽ elicit: & dissolutis venarũ cõmercijs quicquid anima est euocat p cruorẽ vt ait Solin⁹. Orbes, sinus. Coleret qui syrtidos arua q tã in terra & arena q̃ in aqua syrtium versaretur tracto inde nomĩe. Χέρσοσ eñ terra ẽ. ὕδωρ aqua. Fumãte, pulueruleta. Chelydri. serpẽtes q se per terrã conuoluũt dicti a κυλίω qđ est voluo & ὕδροσ serpens. Cylyndrus vero lapis est preciosus & colũna qua arena æquatur. Limite, via. nõ eñ flectit iter. Cenchris. serpens crebras maculas in milij similitudinem habens: quã ophite marmore dicit maculosiorem. κέγχροσ enim milium significat Ophites. marmor maculis albis a cẽchri serpente denominatum. ὄφισ enim serpens est Indiscretus. qui nõ discernitur: quia ẽ eis cõcolor ipsasq; fodit: & iõ dictus Ammodites qa ἄμμοσ arena est & διορύττω fodio significat. Vagi spina. flectentes terga. Cerastæ. q cornicula habent quadrigemina quorũ motu veluti esca sollicitant ad se aues vt Plyni⁹ Solinusq; asserũt. κέρασ aũt cornu est. Scytale. Scytale vt ait Solin⁹, tãta prefulget tergi varietate vt notarũ gratia videntes retardet: & qm̃ reptãdo pigrior est, quos assequi nequit miraculo sui captat stupentes. in hoc tñ squãmarũ virore hyemales exuuias prima ponit Scytale etiã dicit virga teres: vt meminit Gellius. Sola aliæ eñ verno tempore se exuũt. Torrida, sicca: nam siti iterficit. Amphisibena. hęc vt inqt Solinus cõsurgit in caput geminũ: quorũ alterũ in loco suo est: alterũ in ea parte qua cauda: q̃ causa efficit vt capite intrinsecus nitibũdo serpat tractib⁹ orbiculatis. dictaq; est q vtrinq; circũ ascẽdat: nã ἀμφί circ & βαίνω ascẽdo significat. Natrix. a nãdo dictus. Iaculi volucres. Iaculi arbores subeũt e quib⁹ in maxima turbinati penetrant animal quodcũq; obuiũ fortũa fecerit. Phareas. hic pedes ĩ quos se erigit iuxta caudẽ habet. græci φαρείασ dicũt nos phareas: vt σπονδεῖοσ spondeus. Prester. Prester quẽ percusserit distẽdit enormiq; corpulẽtia necat: vt ait Solinus. dictusq; videtur ab ardore. πρήθω eñ ardeo est. Tabificus seps. σήπω putrefa-

SVLPI.
Hęmorrhois.
Chersydros.
Chelydri.
Cylyndrus
Cenchris.
Ophites marmor nõ serpens.
Ammodites.
Cerastæ.
Scytale.
Amphisibena.
Natrix.
Iaculus.
Phareas.
Spondeus
Prester.

Seps. cio est. inde fit seps. de quo sic Solin⁹. Extuberatos ictus sepis statum putredo sequit. Pestes, serpētes. Añ venena. añ morsum. nā visu & auditu interimit: estq; malū in terris singulare. Submouet. fugiūt eñ auditū aut visum serpētes. Regnat basilisc⁹. apte dixit regnat. βασιλεὺς eñ regē significat: & ipe
Basiliscus. authore Solino serpēs est pene ad semipedē lōgitudinis alba q̄si mitrula lineatus caput: hominū aliarūq; animantiū exitiū. terrā polluit & exurit vbicūq; se recipit: herbas extinguit: arbores necat: auras corrūpit: ita vt nulla alitū impune transuolet infecta spū pestilenti Q uū mouet media corporis pte serpit: media arduus ē & excelsus. Quicqd morsu ei⁹ occidit non depascit fera: nec attrectat ales. Mustellis tantū vincit in cauernas vbi delitescit illatis. hæc ille fere.

BERO. ¶ Illa tñ sterilis tellus. Libya regio sterilis inculta cōcepit stillas manātes e capite Medusę q̄ mox calore solis animatę genuerūt serpentes. hinc Aphrica serpētib⁹ est plenissima. Virus. i. venenū. Aspida sōniferā tumida ceruice leuauit. Primę serpētes, quas guttę fluētes e capite meduseo procreauerint, fuerūt aspides: de q̄bus supra diximus. quas somniferas vocat: quia hoies aspide percussi somno extinguunt: vt ait Plyni. Pręterea vt Plutarchus memorat, Cleopatra brachio siue papillis admouit aspida. quā Solinus a vi somnifica Hympnalē nuncupat. Tumida ceruice. quia vt supra dictum est, eius collū veneno tumescit. Gelidū nō trāsit in orbē spōte sua. Serpētes & maxime aspides siti acriores fiūt vt ait Sallustius: ardentib⁹ regionib⁹ delectātur: & iō nisi asportatæ nō cōmeant in septentrionales regiones. Inde petunt huc Libycæ mortes. Aspides a Romanis redimebantur vt venena in prōptu haberēt mori coacti: & maxime tēporib⁹ Tyberij, Caligulę, & Neronis: q̄ fuerunt sanguinarij & nobiliū diuitūq; pestes acerrimę. Vñ apd̄ Tacitū & Tranquillū multi leguntur veneno se necasse. Hęmorrhois explicat orbes. Hęmorrhoides sūt serpētes quarū ictib⁹ pcussi diffluunt sanguinē: qui vndiq; effusus ruit: vt refert Solinus. Vñ Hęmorrhois a sanguine sortita nomē ē. Naturæ ambiguę chersydros. Chersydri sūt serpentes in terra & vndis iuxta viuentes. Vnde nomē acceperunt. Cherson eñ terrā, hydor aquam dicimus. author Seruius ¶ Vnde ait naturæ ambiguæ, id est duplicis. Vergilius. Agnouit prolē ambiguā. Chelydri. serpētū genus: de quib⁹ Vergilius. Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros. Chelydri sinuoso tractu sulcant arenas: quas suo anhelitu reddūt fumantes. Et semper recto lapsurus. Cenchris ex genere serpētū nō sinuat⁹ in spiras & gyros sed recto limite incedit maculis distinct⁹. Vñ ait Lucan⁹ eū plurib⁹ notis aluū hr̄e depictā: q̄ Ophites maculis sit insignit⁹.

afferat, imo tñ eā tñ vim serpentū pfert: quorum varia describit genera & natura dicēs. Tñ. i. quis sit vicina soli q̄ oīa pfert, illa tellus. s. Libyca, existens sterilis. & arua nulli. i. nō vlli, non fœcūda, vllī bono. i. ad vllū bonū pducendū, cōcipiunt virus i. venenū, tabe. i. ex corrupto sanguiē. Medusę stillantis. i. q̄ stillauerat dū Perseus illac volaret: & cōcipiūt diros. i. execrabiles & deorū ira inductos, rores. i. guttas: quos rores calor. s. aeris, adiuuit. s. ad naturā veneni assumendā: vl' adiuuit. i. auxit: & i coxit. i. coalere fecit arenę putri. i. in terra arenosa & soluta. Tabes. i. sanies ex sāguie corrupto Medusę, q̄ mouit hic. i. i hac regione, pria caput de puluere. i. q̄ prima aiata est & suscepta vita & forma serpentis de terra erexit caput, leuauit. i. leuādo produxit & extulit, aspida serpentē somniferā. i. inferentē morsis somnū vsq; ad mortē, tumida ceruice. i. per inflationē ceruicis cōtactæ (Et tñ duplex sens⁹, aut q̄ ipa habeat ceruicē tumidā cū plurimū sit i ea sanguinis, aut q̄ faciat ceruicē morsi tumere: vñ dicit Ply. colla aspidū mori u intumescere, nullo ictus remedio. pterq; si cōfestim partes cōtactę amputent. hac serpēte adhibita mamillis Cleopatra interijt.) Sanguis. s. Medusę, plenior. i. corpiosior, & gutta veneni crassi decidit huic. i. in hui⁹ serpētis pductionē: & in nulla serpente est plus. s. sanguinis venenati coactū. i. condensatū. ipa egēs caloris. i. frigoris impatiens. non transit sponte sua. i. nisi trāsferatur, in orbē gelidū. i. regionē frigidā: & metit arenas. i. versat in arenis, Nilo tenus. i. iuxta Nilū. Sed q̄s pudor lucri erit nobis. i. de quo lucro afficiemur pudore? q. d. de nullo: quādoquidē mortes Libycæ. i. venena quibus mors infert, petunt. s. a nobis. inde. i. a Libya, huc. i. ad nos: & nos ferim⁹ aspida. i. venenū aspidis, mercē. i. rē vęnalē & mercabilē. alij legūt merces sed parui refert. At. i. sed, hęmorrhois ingēs. s. serpēs a fluxu sāguinis dicta, nō passura miseris quos momorderit, suū cruorem stare. i. coactura ipm effluere, explicat. s. in Libya. recens nata, orbes squāmiferos. i. sinus & anulos squāmis tectos: & chersydros serpēs terrestris & aquatilis nat⁹ ē q̄ coleret arua syrtidos. i. regiōis iuxta Syrtim, ambiguę. i. ancipitis & dubię an ipm teneret i terra an in aqua: & Chelydri serpētes volubiles, grece χέλυδροι, tracti sup. sunt via fumante. s. post tractū: quā sup. viā: sed plures legūt, Et semp: vt fit. Et Cenchris lapsurus. i. celeriter icessurus semp limite recto, repete natus est. Ille. s. Cēchris tingit aluū. i. habet aluū tinctā, variatam plurib⁹ notis. i. maculis, q̄ ophites serpēs Thebanus tinctus paruis maculis. Ammodites serpēs in arenis versat⁹, cōcolor atq; indiscret⁹. i. nō discernibilis i colore, arenis exustis: & cerastæ serpentes cornuti, vagi spina. i. tergo, torquente. s. se. i. flexo, repete nati sunt: & scytale positura. i. depositura, suas exuuias. i. veterē pelliculā, sola nūc sparsis pruinis. i. in hyeme: & dipsas torrida ab effectu: & Amphisibena grauis. i. molesta, vergēs. i. se inclinās in geminū caput. i. duo capita sua: & natrix violator. i. isectora q̄: & iaculi. s. serpētes, volucres. i. velociter se ex arbore in animal obuiū iaculantes & ipm penetrātes: & phareas serpēs cōtent⁹ sulcare iter. i. viam preptare, cauda: quia pedes i quos se erigit iuxta caudam habet: & Prester auid⁹. s. sanguis humani, distēdēs. i. aperiēs late, ora spumātia (dict⁹ aūt est scd̄m Sulpitiū a πρήθω qd̄ est inquit ardeo. sed putē scribēdū aut πρήθω. i. seco, aut veri⁹ a πρήθω qd̄ est ardeo. πρηστήρ aūt est flāma & fulmē cōbustiuum.) & seps tabific⁹ dissoluēs ossa cū corpore (de quo Berold⁹ in annota. impressis. fo. lxxv. sed nihil nūc noui affert.) & Basilisc⁹ rex serpētū effūdēs sibila terrētia cūctas pestes, nocēs. s. visu & auditu, añ venena. i. priusq̄ venenū imittat, submouet. i. arcet sibi late omne vulg⁹ serpētū: & regnat in arena vacua. s. aliis serpentibus.

Est aūt Ophites gen⁹ marmoris serpētis maculis simil'. Vñ & nomē accepit. author Ply. Ophis eñ significat serpentē. Inde Ophiophagi qui vescuntur serpentibus. Ammodites. ex genere serpentis ab arenis nuncupatus. Ammō eñ grece dicit arena: vt aiunt Festus & Seruius. Arenarū aūt colorē repsentat ammodites. nā vt scribit Ply. vulgatū est colores serpentū plerasq; terras habere in quas occultentur. Cerastę. Cerastis serpentibus cornicula eminēt sæpe quadrigemina: quorū motu sollicitāt ad se aues. authores Ply. & Solin⁹. Et scytale. Angues verno tepore membranam exuunt succo fœniculi: vt ait Plynius. Vel ieiunio quadraginta dierū

vt scribit Hieronymus. Scytale autē serpens etiam hiberno frigore exuuias ponit. Dipsas. de hac dictum est supra ꝗ siti necat. Amphesibena. Geminū caput habet amphesibena: hoc est & ad caput, & ad caudā: tāq̄ parū esset vno ore fundi venenū. author Plynius. Et natrix, genus serpētis natātis: cuius Columella & Trāquillus meminerunt. Iaculiq; volucres. Iaculū serpentē esse dixerunt Plynius & Solinus: & ex arborum ramis vibrari: & missili volare tormēto. Pharias. anguis volubilis & sinuosus. Pręster. vt refert Solinus, quē percusserit serpens Pręster ille mirandū in modū turgescet atq; rumpet. Tabificus seps. ictus sepis serpentis cōpagē membrorum dissoluit: q̄ omnia infra latius narrabunt. Sibilaq; effundens: basiliscus sibilo oēs fugat serpentes: diademate, quasi rex, insignitus. authores Plynius & Solinus. In vacua regnat basiliscus arena. Basilisc⁹ candidā in capite maculam habet: vt quodam diademate regio insignitus. Vnde nomen accepit. Nam Basileus grecæ dicitur rex. basiliscum necat mustella. authores Plynius & Solinus.

Vos quoq; qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore dracones:
Pestiferos ardens facit Aphrica: ducitis altū
Aera cū pēnis: armentaq; tota secuti
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros.
Nec tutus spatio est elephas: datis oīa leto.
Nec vobis opus est ad noxia fata veneno.
Has inter pestes duro Cato milite siccum
Emetitur iter: tot tristia fata suorum
Insolitasq; videt paruo cū vulnere mortes.
Signiferū iuuenem tyrrheni sanguinis Aulū
Torta caput retro dipsas calcata momordit.
Vix dolor aut sensus dentis fuit: ipsaq; leti
Frons caret inuidia: nec quicq̄ plaga minatur.
Ecce subit virus tacitum: carpitq; medullas
Ignis edax: calidaq; incendit viscera tabe.
Ebibit humorem circum vitalia fusum
Pestis: & in sicco linguam torrere palato
Cœpit: defessos iret qui sudor in artus
Nō fuit: atq; oculos lachrymarū vena refugit.
Non decus imperii: non mœsti iura Catonis
Ardentē tenuere virum: quin spargere signa
Auderet: totisq; furens exquireret agris
Quas poscebat aquas sitiēs in corde venenū.
Ille vel in Tanaim missus Rhodanūq; Padūq;
Arderet: Nilumq; bibens per rura vagātem.
Accessit morti libye: fatiq; minorem
Famā dipsas habet terris adiuta perustis.
Scrutatur venas penitus squallētis arenę:
Nūc redit ad Syrtes & fluctus accipit ore.
Aequoreusq; placet: sed nō & sufficit humor.
Nec sentit fatiq; genus mortemq; veneni:

SVLPITIVS.

Numina. Diuini eñ putanť & sunt sacri: nec alibi nocent nisi in Aphrica: & lucēt aureis squamis. Strabo scribit dracones trecenū cubitorū qui tauros elephantosq; capiant in Aphrica esse. Ducitis, trahitis. Pēnis, auib⁹. Verbere, ictu caudæ. Aulum, Tuscū militē. Torta caput retro. retro flexa quū calcaretur Leti frōs caret inuidia. hoc est vulnus non ē horrendū. Inuidia, odio. Minatur. aut tumore aut colore aut hiatu. Subit. serpit sensim. Carpit, rodit. Tabe. veneno. Pestis ebibit. venenum exhaurit. Vitalia. hepar, cor, cerebrū, pulmonē. Non fuit. defuit quia aruerat. Decus imperij. honor aquilæ quā gerebat. Iura, potestas. Mœsti, miserantis ipm & reliquos. Accessit morti Libye. addita est morti siticulosæ regio sicca. Famam fati, mortis infamiam. Adiuta. videtur eñ potius æstu regiōis q̄ ipo veneno necare. Scrutatur. inquirit Aulus. Squallentis, siccæ. Syrtes, vbi fons Hāmonis. Fluctus. maris aquam. Placet. nō offendit. Venas suas. vt sanguinē biberet. Rapi signa. q̄ sitiēs Aul⁹ abiecerat. Discere nulli. nūq̄ ampli⁹ visum ē hoc: vt qs q̄ sitiēs suū sanguinem biberet. Discere. discēdo videre aut audire. Stetit i crure. inhęsit mordēs in tibia. Parua mō. parua mensura: sed qua nulla mortē infert cruentiorē. dissoluit eñ corpus & in frustą decidit. Circū proxima plagę. circū vicina vulneri. Dracones.

PHI. BEROALDVS.

Aurato nitidi fulgore draconis. In India atq; Aethiopia dracōes nascunť tātę magnitudis: vt solidos hauriāt ceruos taurosq;: & inueniunť vicenū cubitorū lōgitudie. Author Plyni⁹. Sūt pēnati. Vñ ait ducitis altū aera cū pēnis. Nec tut⁹ spatio ē. discordia ē ꝑpetua inter elephātes atq; dracones q tātę sūt magnitudinis: ꝰ elephātos circūflexu ambiāt facili, nexuq; nodi ꝑstringāt: & vt ait Ply. omnē sāguinē ebibāt: ex quo siccati cōcidunt. Vñ eis ait Lucanus nō opus esse veneno ad inferendā mortē virib⁹ suppetētibus. Insolitasq; vidēs ꝑuo cū vulnere mortes. Cato multos ex suis videbat extigui nouo & isolito genere mortis cū ictu serpētis minimo corruerēt. Signiferū iuuenē. Nūc speciatim enumerat mortes quorūdā q a varijs serpentib⁹ ꝑcussi miserādo fato perierūt: & dicit Aulū Hetruscū a Dipsade, q̄ vt supra dixim⁹ siti necat fuisse ꝑcussū. Erat aūt Aul⁹ signifer. Calcata. s. ab ipo Aulo. Ipsaq; leti frōs caret iuidia species & forma mortis veniētis ꝑ ictū dipsadis caret iuidia qa non cognoscit. & iō null⁹ execrať null⁹ ei inuidiā facit. Carpitq; medullas ignis edax: calor veneni & incēdium cœpit

paulatim ebibere omnē humorē q erat i Aulo & immittere sitis ardorē. Calida tabe.i. ardēti veneno. Pestis. vir⁹ dipsadis. Defessos iret q sudor in art⁹. Ardor veneni adeo oēm ebiberat humorē: & incēderat vitalia: vt nec quidē sudor posset effluere e sup̄ficie corporea: nec lachrymę ex oculis manare. Ne ispargere signa auderet. Aulus ardēs & æstuās vi veneni dū quęrit aquas spargit signa: & cuncta p̄turbat. Ille vel in Tanaim missus. tanta vis erat ardoris & veneni in visceribus Auli: vt si fuisset in maximis fluminibus non posset mitigari. De tanai fluuio Scythię & reliq̄s sæpissime dictū est. Accessit morti Libye. in Libya penuria est aq̄rū, vt ait Salusti⁹, cælo terraq̄. Vnde Africa adiuuit mortē Auli siti furētis: & sic dipsas habet minorē famā mortis quia Libya eā iuuare videt̄ aquarū penuria. Aequoreusq̄ placet, tanta erat Auli sitis vt aquę maris q̄ sunt salsę & amaræ ei viderētur iucūdæ: quib⁹ tamē sitim explere nō poterat: q̄ sola cruciari se putabat nesciens se a dipsade p̄cussum. Atq̄ os implere cruore. ex hoc ostēdit̄ noua sitis q̄ Aulū cōpulerit ad secādas p̄prias venas: vt cruore os siccū madefaceret. Discere nulli p̄missum est hoc posse sitim. Cato iussit q̄ primū rapi signa ne quispiā intelligere posset causā mortis ex siti manantis. Seps stetit exiguus. serpens nūcupatus seps: cuius supra meminit, Sabellū i crure p̄cussit q excitatus sepē interemit & pilo inter arenas fixit. Nā plagæ proxima circū. vt supradictū est sepis ictus ossa dissoluit oib⁹ cōpagib⁹ diffluentibus. Ossa retexit .i. nudauit erepta cute & carne.

Sed putat esse sitim: ferroq̄ aperire tumētes
Sustinuit venas: atq̄ os implere cruore.
Iussit signa rapi propere Cato: discere nulli
Permissum est hoc posse sitim. sed tristior illa
Mors erat añ oculos: miseriq̄ in crure Sabelli
Seps stetit exiguus: quem flexo dente tenacē
Auulsitq̄ manu: piloq̄ affixit arenæ.
Parua modo serpēs: sed qua nō vlla cruentę
Tantū mortis habet. nā plagę proxima circū
Fugit rapta cutis: pallentiaq̄ ossa retexit.

Emimus,conciliauimus.Hoc totum fœdus.hęc tota amicitia,& cōcordia firmata est morte Pompeij.Cruore:vulneribus,& cęde militum.Regna Phari:Alexandriā.Ius gurgitis niliaci.potestatem vniuersi ægypti quę Nilo abluitur.Quicquid dares.omne pretiū quod persolueres.Dignumq; clientem.crede te dignum ducem,& patronū eius cui tantum iuris fortuna in tuum dederit inimicum Nec vile.liptote.immo non aduersa rei facilitate plurimi facere debes:quia hospitem,& benemeritum interemimꝰ.Feram,dicā.Nomina.an pietatē in te,an beneficium,an officium appellare velis:vel vide quo nomine id mūdus appellat.Si scelus est.si scelus appellabis.Qꝫ scelus hoc non ipse facis.quia tibi preripuimꝰ.Caput,Pompeij.Habitum,qualitatem.Non damnauit.non detestatus est.Auertitq; oculos.sed libēter aspexit.Hæsit,firmauit se.Fidem,veritatem& credulitatē.Iam bonus eē socer.iam bonum socerū imitari.Non sponte:sed cum conatu & arte.q̄q̄ Valerius Maximus ait.Vt eum Cæsar aspexit oblitus hostis,soceri vultum induit:ac Pompeio tum ꝑprias,tum filiæ lachrymas reddidit.Caput etiam plurimis,ac preciosis odoribus cremandum curauit.Destruit meritum immane.& ostendit se offensum nō ꝑmeritum a Ptolemęo.Qꝫ debere,q̄ obligatꝰ esse a Ptolemæo.Qui duro.a repugnantia,& a maiori eū ficti doloris arguit.Duro,crudeli & immoto ad commiserationem.Membra senatꝰ:senatores.Vni tibi.cum illi q̄ plurimi fuerint.& eironia.Hunccine.a repugnāti argumentatur:nam si deflere volebat cur oppugnauit:si oppugnauit iniuste cur deflet? Scelerato marte,impio bello.Non misti foedera tangunt te generis.non moueris causa affinitatis.Mœrere,vere dolere.Neposq; foetum immaturum intelligit:quem Iulia coacta est eijcere:visa Pompeij veste cruenta:vt diximus libro primo.Castris,exercitui.Tāgeris inuidia tyrāni.inuides Ptolemęo.male enim tu Pompeium occidisse.In viscera,in corpus.Perisse vindictam,ꝙ vlcisci non potes.Raptumq; ex iure victoris:subtractū ex potestate.Impetus:stimulus. A vera longe pietate recessit.non fuit pietatis & gratiæ. Esse socer.

BEROALDVS.

Tanto te pignore Cæsar emimus.id est fecimus te nobis obligatū,& beniuolentiā tuā redemimus morte Pōpeij:cuiꝰ sanguine nos tecum inimus fœdus ex more barbarorum.q fœdera sanciebāt humano sanguine Accipe Niliaci ius gurgitis.damꝰ tibi o Cęsar

ius, & poteſtatem Nili & totius Aegypti. Nec vile putaris Hoc meritum. noli o Cęſar exiſtimare hoc eſſe vile beneficiũ qđ in te cõtulimus: q̄a ſine difficultate Põpeium necauimus: immo maximũ reputare debes: quia Ptolemęus violauit iura hoſpitij beniuolentięq; necando Põpeiũ: vt tibi placeret. Hoſpes auitus erat. i. vetus amicus. Auitus dicit̃ ab auo. Depulſo ſceptra parẽti Reddiderat. vt ſupra dictũ eſt, Auletas pater huius Ptolemęi pueri fauẽte Põpeio fuerat reſtitut⁹ in priſtinã dignitatẽ. Vel famã cõſule mundi. ſecũdũ rumorẽ & famã p orbẽ vulgatam iudica o Cęſar quo noĩe debeas nũcupare opus, qđ fecimus. ſ. interimẽdo Põpeiũ tuũ aduerſarium. Q; ſcelus hoc nõ ipſe facis. o Cæſar ſi eſt appellandũ ſcelus interficere Pompeiũ tãto magis nobis es obnoxius, q̄ fecim⁹ ne tu iſtud ſcelus patrares. Opertum detexit tenuitq; caput. Theodotus reuelauit caput Põpeij, qđ erat velamine Aegyptio inuolutũ. Nõ primo Cæſar dãnauit munera viſu. Cæſar primo aſpectu cũ nõdũ recognoſceret faciẽ Põpeij nõ dãnauit tale munus, & tamdiu inſpexit, quoad cognouit illud eſſe Põpeij caput. Tutũq; putauit iam bonus eſſe ſocer: Cæſar multas effudit lachrymas viſo capite Põpeij: vt Plutarch⁹ ait: verũ nũc Lucan⁹ dicit illas lachrymas fuiſſe ſimulatas: vt videret̃ eſſe pius ſocer erga generũ Põpeiũ. Meritũ imane tyrãni deſtruit. fleuit Cęſar vt monſtraret ſe nõ reputare loco bñficij, ꝙ Ptolemęus Põpeiũ interemiſſet: & ita lachrymis euertit meritũ tyrãni. ſ. Ptolemęi imane. i. maximũ: & maluit Cæſar lugere de morte Põpeij, q̄ debere Ptolemęo, propter ei⁹ mortẽ. Qui duro mẽbra ſenat⁹. Cęſar q̄ nõ fleuerat mortuos ſenatores, & Romanos iacẽtes in cãpis Pharſalicis, fleuit ob Põpeiũ. Sicco lumine. oculis carentibus lachrymis. Qui tibi flend⁹ erat. ſi eras deploratur⁹ mortẽ Põpeij, quare eũ iſectabaris hoſtiliter? Nec nata iubet mœrere. non fles cauſa filię Iuliæ q̄ fuerat cõiũx Pompeij: nec cauſa nepotis geniti ex Iulia & Põpeio. Credis apud populos Põpeij nomẽ amãtes. i. o Cęſar ideo defles mortuũ Põpeium: vt tanq̄ pius ameris ab om̃ibus, qui Põpeij nomẽ amãt, & venerant̃. Fortaſſe tyrãni Angeris inuidia. i. ideo fortaſſe defles o Cęſar quia inuides Ptolemęo: qui tibi hanc palmã ꝑripuerit de necando Põpeio: quẽ tu voluiſſes interimere. Raptumq; a iure ſuperbi. doles ꝙ Põpeius per mortem ſit erept⁹ a tuo iure: qđ in illum, tanq̄ ſuperbus victor, exercere voluiſſes.

Te generis: nec nata iubet mœrere nepoſq;?
Credis apud populos Põpeii nomẽ amantes
Hoc caſtris prodeſſe tuis. fortaſſe tyranni
Tangeris inuidia: captiq; in viſcera Magni
Hoc alii licuiſſe doles: quererisq; periſſe
Vindictam belli: raptumq; ex iure ſuperbi
Victoris generum. quiſquis te flere coegit
Impetus: a vera longe pietate receſſit.

¶Theſſalicas &c. Callide adducit Põpeiũ in inuidiã: vt commendatius faciat beneficium Ptolemęi, adducens etiam aliũ de eiuſdem cõmendationem. Ordo eſt. Magnus. ſ. Pompeius agnomento magnus, vt ſæpe dictum eſt, q̄rens. i. attẽtans, reparare ruinas Theſſalicas. i. exercitum in Theſſalia fuſum reſarcire, & bellum inſtaurare, iacet. ſ. occiſus enſe noſtro. i. Aegyptiaco: o Cæſar nos emimus. i. conciliauimus te. i. beniuolẽtiam tuam tanto pignore. Fœdus eſt percuſſum tecum hoc. i. huiuſmodi ſanguine: aut hoc fœdus eſt percuſſum. i. ictũ ſanguine non porcę fœde mactatæ: ſed Pompeij qui longe ſanctior eſſe debet (Sulpitius legit hoc totum: alij hoc tutum: diligẽtiores hoc tecum &c.) Accipe. ſ. in ſocietatem, & fœdera, regna Phari q̄ſita. i. parta tibi, nullo cruore. i. ſine effuſione ſanguinis tui. accipe ius gurgitis Niliaci. i. poteſtatẽ vniuerſi Aegypti, quæ Nilo alluitur: accipe. ſ. gratis, quicquid dares ꝑ ceruice Magni. ſ. Pompeij, & crede eum cui fata voluere licere tãtum. i. tantam rem quãta eſt necem inferre, in generum tuum, qui te parem ferre recuſauit, eſſe clientem. i. dedititium, & commendatitiũ dignũ tuis caſtris. i. quẽ tuis caſtris protegas, aut tuis militibus aſcribas: nec putaris. i. & non putaueris, hoc meritum. ſ. ꝑ nece Pompeij, vile. i. rem parui momẽti, aut ꝑtij: ꝙ. i. eo ꝙ, aut q̄a, pactũ eſt nobis cęde facili. i. ſine reſiſtentia, aut labore facta. quia erant cauſæ, quæ rem difficilem faciebant. nam Pompeius erat hoſpes auit⁹. i. iure hoſpitalitatis qđ ſanctum eſſe voluerunt priſci, auo regis noſtri coniunctus: & reddiderat parẽti. i. patri regis depulſo a regno, ſceptra. i. inſignia regni, & gubernationem. qd. i. ad quid feram. i. dicam, plura? tu inuenies tanto operi nomina. i. quib⁹ debeat nominari, vel nomina. i. debita, & obligationes quibus nobis obnoxius es. conſule. i. conſilium pete quomodo nomines, aut an debeas nobis, vel. i. ſaltẽ, famam. i. vulgatam opinionem, & iudiciũ mundi. i. totius populi. Si ſcelus ſup. dicis qđ fecimus pro te, fateris te debere nobis plus. i. tanto magis: ꝙ. i. quia ipſe. i. tu non facis hoc ſcelus. i. ꝙ liberauimus te a ſcelere perpetrando. Nũcius. ſ. Theodotus fat⁹ ſic, detexit caput. ſ. Pompeij opertum. ſ. prius, & tenuit ſup. ipſum. Effigies. ſ. Pompeij iam languida morte. i. propter mortem mutauerat habitum. i. diſpoſitionem oris noti. i. quale noſcebatur. Cæſar non damnauit. i. non reiecit munera primo viſu: & ſup. non auertit oculos: ſed hęſit. i. infixus eſt, dum. i. donec crederet vul[illegible] ſup. Pompeianos eſſe. Et vt. i. poſtq̄, vidit fidẽ. i. approbationem, ſceleris. i. necis Pompeij per ſummum nefas, & putauit iam eſſe bonus ſocer (quod grammaticus authore Valla diceret, ſocerũ bonum eſſe) eſſe tutum. i. ſine periculo, effudit lachrymas non cadentes ſponte. i. per naturam: q; pro &, expreſſit. ſ. violenter, gemitus pectore lęto: ſed vultu triſti: putans non. ſ. poſſe abſcondere, aliter gaudia manifeſta mentis, q̄ lachrymis: & deſtruit immane meritum tyranni, ſcilicet regis ægypti diſſimulans illius in ſe meritum: & mauult lugere caput generi reuulſum, ſcilicet ẽẽ id eſt ꝙ erat reuulſum, q̄ debere. i. q̄ fateri ſe propterea Ptolemęo debere. O Magne is qui calcarat mẽbra ſenatus, id eſt ſenatorum duro. i. immiſericordi vultu, non audet negare tibi gemit⁹? q. d. non dubiũ eſſe, quin id ficto pectore fecerit. Vñ exclamat. O ſors duriſſima fati. o Cæſar, hunccine. i. nõne hũc, nõne petiſti tu marte. i. bello ſcelerato, hunc. i. huiuſmodi virum: qui erat tibi flendus. i. quem deberes extinctum flere? fœdera generis mixti. i. affinitates, non tangunt. i. afficiunt te, nec nata. i. filia. ſ. Iulia, nec nepos. i. Iuliæ fœtus abortiuus: non iubet te mœrere. i. vere dolere: ſed tu credis hoc ſcilicet ꝙ fles & gemis, ꝓdeſſe tuis caſtris apud populos amantes nomẽ Põpeij: & fortaſſe tu tangeris, aut angeris, inuidia tyranni. ſ. Ptolemęi: inuidens illi licuiſſe, qđ

tibi negatum ſit: hoc eſt & doles. i. ęgre fers, hoc licuiſſe alij: aut alijs: in viſcera Magni capti: & quereris vindictam belli quā in Pompeium parabas, periſſe: & q̄reris generum raptum ſup. eē ex iure. ſ. tuo, victoris ſupbi. certe quiſquis. i. q cunq; impetus coegit te flere, is receſſit multū a vera pietate: qđ iterū per ſequentia probat.

Scilicet hoc animo terras atq; ęquora luſtras
Necubi ſupp̄ſſus pereat gener. o bene rapta
Arbitrio mors iſta tuo: q̄ magna remiſit
Crimina Romano triſtis fortuna pudori:
Qꝫ te non paſſa eſt miſereri perfida Magni
Viuentis. nec non his fallere vocibus audes:
Acquiriſq; fidem ſimulati fronte doloris.
Aufer ab aſpectu noſtro funeſta ſatelles
Regis dona tui: peius de Cæſare veſtrum
Qꝫ de Pompeio meruit ſcelus. vnica belli
Pręmia ciuilis victis donare ſalutem
Perdidimus. ꝙ ſi Phario germana tyranno
Non inuiſa foret: potuiſſem reddere regi
Quod meruit: fratriq; tuū pro munere tali
Miſiſſem Cleopatra caput. ſecreta quid arma
Mouit: & inſeruit noſtro ſua tela labori?
Ergo in Theſſalicis Pellęo fecimus armis
Ius gladio? veſtris quæſita licentia regnis?
Non tulerā Magnum mecū Romana regētē
Te Ptolemęe ferā? fruſtra ciuilibus armis
Miſcuimus gētes: ſi qua eſt hoc orbe poteſtas
Altera q̄ Cęſar: ſi tellus vlla duorum eſt.
Vertiſſem latias a veſtro littore proras:
Famæ cura vetat ne non damnaſſe cruentam
Sed videar timuiſſe Pharō. nec fallere vos me
Credite victorem: nobis quoq; tale paratum
Littoris hoſpitiū eſt: ne ſic mea colla gerantur
Theſſalię fortuna facit. maiore profecto
Qꝫ metui poterat diſcrimine geſſimus arma.
Exilium generiq; minas Romamq; timebam
Pœna fugę Ptolemę⁹ erat: ſed parcim⁹ annis
Donamuſq; nefas: ſciat hac pro cęde tyrānus
Nil venia plus poſſe dari. vos condite buſto
Tanti colla ducis: ſed nō vt crimina tantum
Veſtra tegat tellus: iuſto date tura ſepulcro:

SVLPI. ¶ Scilicet. Inſtat, & vrget eū, cōfirmādo qđ dixit: nā nō ideo pſequit̃ Pōpeiū terra & mari, vt ipſum ſeruet. Rapta arbitrio. erepta poteſtati tuę: ne aut eā inferre, aut ignoſcere poſſes. Qꝫ magna remiſit. q̄ magnam dedecoris culpā remouit fortuna a ſenatu, atq; Pōpeio: quibus fuiſſet ſummum dedecus ſi Pōpeium Cæſar vita donaſſet. Triſtis, aduerſa. Perfida. q̄ in hoc fuit tibi infida & fallax. Fronte, apparentia. Aufer ab aſpectu. Plutarchus inquit Cæſarem per ſummum faſtidium auertiſſe Theodotum: quū caput Pōpeij ferret. Accepto autem annulo multas lachrymas effudiſſe. Funeſta, funere maculata. Peius de Cæſare veſtrum meruit ſcelus. magis Cæſarem q̄ Pompeiū hoc ſcelere offendiſtis: nā dare ſalutem ciui non poſſum⁹. Vnica pręmia, ſolum munus. Victis donare ſalutem. appoſitio eſt. Qꝫ ſi Phario. ſed ſi ſororem odio non haberet ſororis caput ꝑ Pōpeij capite reddere potuiſſem: verum quia odit, afficerem gaudio. Quod meruit. aptū meritum. Tali. tam ingrato. Secreta, priuata. Fecimus ius Pellęo gladio. dedimus potentiam Ptolemęi crudelitati noſtra victoria & vt liceret hoc in Pompeium effecim⁹. Non tuleram. a maiori argumentatur: qui enī Pōpeium ſocium non patiebatur minus ferret Ptolemęum. Miſcuimus gētes. cōmiſim⁹, & certauimus. Duorum, diuerſorum dominorum. Vertiſſem ꝓras. fugiſſem hinc inqt horrore ſceleris: ſed ne videar timuiſſe ꝓhibeor. Nobis quoq;. me etiā non aliter truncaſſetis niſi viciſſem. Fortuna, victoria. Maiore ꝓfecto. Maius ꝑiculū nobis imminuit q̄ putarem⁹. Nā nō tm̄ exiliū, & Pōpei⁹, & Roma timēda erat: ſed etiā Ptolemęus. Pœna fugę. erat puniturus fugā. Annis, adoleſcētię eius. Donam⁹ nefas, ignoſcimus. Nil venia plus poſſe dari. nullū maius p̄miū accipe poſſe, q̄ veniam. Sed nō vt crimina. ſed non ſolum, vt monumēta ſcelerū obruatis: ſed etiā, vt ipſū honore afficiat;. Iuſto, cōuenięti. Sparſis manibus: diuiſo corpori. Dū p̄fert. dū mihi non confidit. Læta dies. qua exultaſſent de concordia noſtra. Perit mundo. in mundi damnum extincta eſt.

BERO. ¶ O bn̄ rapta Arbitrio mors iſta tuo. Mors Pompeij euenit ex animi tui ſententia o Cæſar ꝙ non coactus es miſereri viuentis Pompeij. Acquiriſq; fidem. quia verba, q̄ ſequuntur, quibus vſus eſt Cæſar, fidē fecerūt eū vehementer indoluiſſe de obitu Pōpeij. Regis dona tui. i. caput Pompeij qđ ad me miſerat Ptolemęus tanq̄ donū eximiū. Peius de Cæſare veſtrū q̄ de Pōpeio meruit ſcel⁹. ſenſus eſt: maiorē iniuriā intuliſtis mihi, q̄ Pōpeio illū necando: qm̄ erepta mihi eſt p veſtrū ſcel⁹ facultas & occaſio clemētię meę, & humanitatis demōſtrādę: qđ eſt vnicū p̄miū ciuiliū bellorum. Qꝫ ſi Phario germana tyranno. Cleopatra regno expulſa cum fratre Ptolemæo gerebat bellum: vt Cæſar refert in Cōmentarijs. vnde ait Cęſar ſe, vt parē gratiā referret,

missurum fuisse ꝑ munere Ptolemęo caput sororis Cleopatræ nisi sciret eam illi inuisam esse: ex quo magis gauderet, q̃ mœreret Ptolemęus de eius morte. Et inseruit nostro sua tela labori. qd immiscuit Ptolemęus nostris bellis sua tela: interficiēdo. s. Pompeium. Ergo in Thessalicis. dū ego vinco in acie Pharsalica feci ius Ptolemæo vt auderet necare Pompeium. Nō tuleram Magnum mecum. vt supradictum est Cæsar priorem ferre non poterat: & ideo bellum cōtra Pompeiū sumpserat: vnde nunc ait: Ego cum non potuerim ferre Pompeium, feram ne Ptolemęum qui videtur immiscere se velle Romanis negotijs trucidando Pompeium. Hoc orbe. i. Aegypto. Si tellus vlla duorum est. Quem admodum mundus duobus solibus regi, ita nec terra duobus dominis potest gubernari: vt dicit Alex. apud Curtium. Famę cura vetat. ego inquit Cæsar ꝑpter hoc scelus recessissem ab Aegypto, nisi famę cura vetaret, q̃ vulgaret me ideo recessisse, quia vos timuerim. Nobis quoq; tale paratum Littoris hospitium. scio inquit Cæsar q̧ eodem hospitio me recipetis quo Pōpeiū recepistis. i. ita me quoq; obtruncaretis, nisi ego vicissem. Thessaliæ fortuna facit. quia vici in campis Pharsalicis, ideo ego non decollabor more Pompeij. Exilium generiq; minas Romāq; timebam. i. maius discrimen mihi contra Pōpeiū dimicāti impendebat, q̃ putarā: nā victus timebam minas Pompeij, & Romanorū, verum magis timendus fuerat Ptolomęus, qui est pœna, & suppliciū fugiētis. Sed parcim⁹ annis. ꝑpter puerilem ętatē ego cōdono hoc scelus Ptolemæo. Nil venia plus posse dari. expectabat Ptolemęus ob iugulatum Pompeium maxima a me munera: sed sciat nullū maius recipere posse, q̃ veniā, quā ei do: qa erat dignus morte ob hoc nefas. Iusto date tura sepulcro. sepelite inquit legitimo sepulcro Pompeij reliquias & ei sacrificate. Vnam sparsis date manibus vrnam. Colligite inqt Cæsar cineres Pōpeij fusos in littore, & vna cū capite eius in vna vrna condite, & ita vmbris Pompeij, quæ sunt sparsę propter sparsos cineres, date sepulcrū. Voces q̃rentis. vmbra Pōpeij audiat voces mei lamentantis ꝑpter eius obitum, & dolētis, atq; cōquerentis q̧ maluerit credere se fidei Ptolemei, q̃ meę. Caruere deis mea vota secūdis. dei noluerūt exaudire vota mea ait Cæsar, q̃ erant vt ego parta victoria depositis armis complecterer te o Pompei, & te rogarē vt eo amore me ꝑsequi velles, quo olim me dilexeras.

Et placate caput: cineresq; in littore fusos
Colligite: atq; vnā sparsis date manibus vrnā.
Sentiat aduentum soceri: vocesq; querentis
Audiat vmbra pias. dum nobis oīa pręfert:
Dum vitam Phario mauult debere clienti:
Lęta dies rapta est populis: concordia mundo
Nostra perit. caruere deis mea vota secūdis:

¶ Scilicet &c. Affert (vt dixi) alias rationes quibus argumentatur non esse vero simile Cęsarē veras emisisse ob necē Pōpeij lachrymas, dicēs. Scilicet. i. scire licet q̧ impetus ille a vera pietate recessit: nam tu o Cæsar lustras. i. circuis, & inuestigas terras, atq; ęquora hoc animo, necubi. i. ne alicubi gener. s. Pompeius, pereat suppressus. i. sublatus tibi clāculum. O (exultātis vox) ista mors. s. Pompeij, bene. i. decēter, rapta. i. erepta, arbitrio tuo. i. potestati tuæ: q̃. i. o quantum magna crimina, fortuna tristis. i. aduersa, remisit. i. cum immittere potuisset abstulit, pudori Romano. i. Romanoꝝ. quos puduisset si socer generū interemisset, aut vita donasset, & ita sibi obnoxium tantū principē fecisset: q̧. i. qa ipsa fortuna, ꝑfida. i. in ea re spē tuā decipiens, nō est passa te misereri Magni viuētis. i. videre eū viuētē in tāta calamitate: vt ei⁹ misereri possis. necnō. i. insup, audes fallere. s. opinionē hoīm, his vocib⁹. s. sequētib⁹, & acqris fidem. i. credulitatē & firmā opinionē. s. pietatis, fronte. i. per apparētiam, doloris simulati. dici etiā potest sic: opinionē doloris simulati, frōte. s. tristi cū mens esset lęta. voces aūt quibus fefellit audiētes sunt hę. O satelles, cū tn̄ Theodotus caput Pōpeij attulerit, aufer ab aspectu nr̄o funesta. i. funere ingnata dona regis tui. s. Ptolemęi: hoc est caput Pōpeij: vestrū scelus. i. sceleratum facin⁹, meruit peius de Cæsare, q̃ de Pōpeio. i. plus peccauit in me, q sum Cæsar, q̃ in Pōpeiū. Nos eñ pdidim⁹ ꝑ vestrū scelus, vnica. i. sola pmia ciuilis belli. i. q̃ sperabam⁹ e ciuili bello: vtpote, donare victis salutē. q. d. eo aīo Pōpeiū ꝑsecut⁹ sum: vt victo parcerem, & significarē, q̃ pio in illū fuerim animo: qd prius q̃ victus eēt significare nō poterā. Q꞉. i. ꝑpter qd si germana. i. soror, videlicet Cleopatra, nō foret inuisa. i. odio habita, tyrāno. i. regi Phario. s. Ptolemęo: ego potuissem reddere regi id qd meruit. i. cōsimile donum: q̧ pro. i. o Cleopatra ego misissem fratri. s. tuo. ꝑ tali munere caput tuum. Quid. i. ad quid, tyrannus sup. Phari⁹. i. Ptolemęus. mouit arma secreta. i. priuata, aut dolosa, & inseruit. i. immiscuit sua tela. nostro labori. s. qui restabat ad Pōpeiū vincēdū: q. d. id eū nō decuisse Ergo, indignātis vox, nos fecim⁹ in armis Thessalicis, ius gladio Pellęo. i. regis Alexādrini: & licentia. s. in caput Pompeij, est q̄sita. i. parta vestris regnis. ꝑ arma mea: qa nisi fugatus victusq; fuisset Pōpeius nō ausi fuissent eū occidere. Ego nō tuleram. i. pati nolueram Magnū regētē mecū Romana. i. res Romanas, & sup. o Ptolemęe ego feram. i. putas q̧ patiar te. s. regētē mecū: q. d. nequaq̄. Nos miscuimus. i. cōmisimus frustra gentes. s. varias, armis ciuilibus. i. ad gerenda bella ciuilia: si q̄ potestas. i. si quis potētat⁹, aut magistrat⁹, altera q̃ Cęsar. i. ꝑter me, est hoc orbe. s. terrarū: & si vlla tell⁹ est. s. adhuc duorū. s. dn̄oꝝ. s. mea & alteri⁹: vn̄ & ægyptū suā significat. Ego vertissem ꝑras latias. i. naues latios vehētes, a vr̄o littore. q. d. tā scelerato: s; sup. cura famę. i. de noīs mei glia, vetat. s. vertisse, ne videar. s. male de me opinātib⁹, nō dānasse. i. execrat⁹, & detestat⁹ eē, Pharō cruētā. i. cruore Magni fœdatā: sed timuisse, ne. s. sīle mihi faceret. Nec credite vos fallere. i. q̧ decipere possitis: aut q̧ lateatis me victorē: q. d. scio. q̧ tale hospitiū littoris q̄ le parastis Pōpeio est quoq;. i. etiā patū nobis. s. ꝑ vos si vt Pōpeius vict⁹ venissem ad vos. sed fortuna Thessaliæ. i. ꝑspera pugna, hoc est victoria Thessalica facit, ne colla mea gerant. s. a vobis, sic. s. vt geritis colla Pōpeiana. Profecto. i. reuera, nos gessimus arma maiore discrimine, q̃ poterat metui: qa ego timebā si vict⁹ essem, exiliū & minas generi. s. Pōpeij, cui⁹ minę. i. magnifica verba duriora fuissent, q̃ mors ipā: & timebā Romā. i. senatū offensum, & ei⁹ in me iudiciū: sed Ptolemęus erat pœna fugę. i. puniturus fugā meā: sed parcim⁹ annis. s. ei⁹. i. adolescētiæ, & donam⁹. i. ignoscendo remittimus illi nefas. s. in nos cōmissum. Tyrannus. s. Ptolemęus ne forte pręmium expectet, sciat nil plus posse

dari sibi pro hac cæde, venia.i.q̃ veniam. Vos condite busto.i.cremate & sepelite colla.i.caput cum collo tanti ducis, sed non tantum.s.eo animo, vt tellus tegat.i.abscondat vestra crimina.i.monumenta vestrorum criminum, sed date iusto.i.condigno, busto.i.sepulcro, tura.i.odores nobilib⁹ dari solitos: & placate caput.s.Põpeij per vos ludibrio habitum, & colligite cineres eius fusos.i.dispersos in littore, atq; date manibus sparsis.i.circa corpus diuisum errantibus, vnam vrnam.i.cõmune sepulcrum. Vmbra Pompeij sentiat per subleuamen factum manibus, aduentum soceri, hoc est meum: & audiat pias voces soceri querentis, scilicet de morte eius. quia dum gener pręfert nobis omnia.i.plus confidit alijs quibuscũq; q̃ nobis: & dum mauult debere vitam.i.salutem clienti Pharo.i.regi qui Pompeij erat cliens: aut clieti, quia cum rex esset puer, regnũ per Photinum & Achillam clientes regebatur: dies lęta qua exultassent populi de concordia nostra, rapta.i.erepta est per necem eius populis, & concordia nostra.i.quæ inter nos fuisset, perit pro perijt mundo.i.ad incommodũ mundi: mea vota caruere deis secundis.i.annuentibus & prosperis.

Vt te complexus positis felicibus armis
Affectus abs te veteres vitãq; rogarem
Magne tuã: dignaq; satis mercede laborum
Contentus par esse tibi tunc pace fideli
Fecissem vt victus posses ignoscere diuis.
Fecisses vt Roma mihi. Nec talia fatus
Inuenit fletus comitum: nec turba querenti
Credidit: abscõdunt gemit⁹: vel pectora lęta
Fronte tegũt: hilaresq; nefas spectare cruetũ
O bona libertas: cum Cæsar lugeat: audent.

¶Vt te &c. Mea inquit vota caruere deis secundis: quę vota erant vt o Magne ego complex⁹ te.s.humaniter, & hoc armis felicibus quibus te vicerim positis.i.depositis, rogarem.i.expeterem a te veteres affectus, & vitam tuam.i.consuetudinem vitæ veterem.i.pristinam: & vt ego contentus esse par.i.æqualis tibi in rep. Romana, appositorie mercede laborum satis digna.id est condigna, hoc est q; esse tibi parem putem esse condignam mercedem laborum omnium bello impensorum: tunc si id contigisset, fecissem pace fideli.s.tecum cõstituta, vt victus possis ignoscere diuis q; te vinci siuerint: & tunc tu fecisses, vt Roma ignosceret mihi te a me victum fuisse. Hactenus Cęsar de quo poeta. Nec Cæsar fatus talia.s.tam pia, inuenit comitem fletus.i.qui secum fleret vt in vero dolore solet inueniri: aut inuenit fletus comitum.i.comitantium & astantium: quia nec turba credidit querenti.i.conquerẽti: credebat enim per dissimulationem queri vt experiatur quo animo essent in Pompeium: nam si Aegyptij etiam fleuissent putasset eos sibi obuersantes: quod illi non ignorantes licet essent mœsti de nece Pompeij: tamen abscondunt gemit⁹ & tegunt pectora.i.dolorem intrinsecum, fronte lęta: & audent spectare hilares.i.tanq̃ hilares nefas cruentum: quod erat in nece Pompeij: cum Cęsar lugeat.s.ipsum. o bõa libertas, acclamãtis est cũ ironia.q.d.o miseranda seruitus, non audentium pietatem suam ostendere ob metum tyranni eandem dissimulantis. Et hæc in nonum librum.

SVLPIT. ¶Felicibus, victricib⁹. Affectus. amorẽ pristinum. Vitam tuã. vt velles meo munere viuere. Par, paris potestatis. Ignoscere diuis posses deis non imputare: & eis non irasci q; vinci te fuerit. Vt Roma mihi. videlicet opa tua ignosceret. Comitem fletus. socium flendi: nam ipsum simulare aduertebant. Abscõdunt, dissimulant. Pectora, mentis dolorem. O bona libertas. ironia. q. d. o misera seruit⁹ & assentatrix: quę nõ tuis affectibus sed tyranni obtemperas: q̃ q̃ dissentire ab ei⁹ vultu videaris.

BEROALDVS.

¶Affectus a te veteres.i. beniuolentiam & amorem pristinum. Vitamq; rogarem.i. vt velles viuere. Vt victus posses ignoscere diuis. ego te o Pompei ita liberaliter tractassem vt tu non posses cõqueri de dijs q; tibi victoriam denegassent: tu autem fecisses vt Roma respublica mihi reconciliaretur. Nec talia fatus inuenit. q̃uis Cęsar ita pie & clementer locutus esset de morte Pompeij, tamen null⁹ comitum eius ausus est flere, existimans Cæsaris lamentationes esse simulatas. Hilares .i.se lętos monstrãtes audent spectare caput Põpeij sine lachrymis. O bõa libertas. Cum ironia prolatum est.

Io. Sulpitii Argumentum in. X. Lucani.

IN decimo intrepide victor per templa vagatus
Admittit regem: Cleopatraq; supplicat ipsi.
Pax fit: & immẽso celebrant cõuiuia sumptu.
Ostentantur opes: consultus Achoreus ort⁹
Nile tuos aperit: cursusq;. Photinus Achillam
Ductorem in latiũ mittit: qui pugnat ab alta
Obsessus cum rege domo: noctuq; per ęquor
Classe Pharõ vect⁹ metuẽs se imittit i vndas.

ASCEN. IN decimo &c. Ordo ẽ. Victor.s.Cęsar, vagat⁹ itrepide q a timorẽ dissimulauit, p tẽpla.s.deoꝝ & busta regũ Aegypti, i decio.i. vt describit i decio li. admittit.i.recipit ad se, regẽ.s. Ptolemęũ: & Cleopatra clã ad illũ iducta, supplicat ipsi.s.Cęsari victori. Pax fit inter regẽ & ipsã celebrant conuiuia immẽso sumptu: & opes Aegyptię ostẽtant.s.Cęsari. Et o Nile Achoreus p̃sbiter, aperit.i.manifestat tuos ortus & cursus.i.flux⁹. Photin⁹ volens Cæsarẽ necare, mittit Achillã p̃fectũ militiæ in ductorem latiũ.i.cõtra Cęsarẽ: qui.s.Cæsar, obsessus cũ rege in regia, pugnat, scilicet contra Achillã ab alta domo.i.regia: & icẽsa classe Aegyptioꝝ, vect⁹ noctu classe.s.sua, p ęquor, Pharõ.i.in insulã illã: metuẽs.s.cõprehendi ab aduersarijs immittit se in vndas. quod tamẽ vltimum a Sulpitio additum est.

Io. Sulpitij in librum. X. Lucani interpretatio.

VTt primum. Cæsar iam nihil nec a Pompeio, nec a Ptolemęo metuēs Theodotum regis nuntiū consecutus, quū primum e naui egressus est clamorem militū audit quos rex in oppido p̄sidij causa reliquerat: concursum ad se fieri videt ꝙ fasces ante ferrentur: nā omnis multitudo maiestatē regiam minui prædicabat. Hoc sedato tumultu continuis diebus: cum ex concursu multitudinis complures milites interficerentur, legiones sibi alias ex Asia adduci iussit: dissimulatoq; metu deorum templa & Alexandri & regum conditorium visit Interim controuersiā regum ad se vt ad consulem pertinere existimans, Ptolemęū & Cleopatram exercitus quos habebant dimittere iussit: & de cōtrouersijs iure apud se disceptare. Terras. littus: adhuc enim in mari se continuerat. Colla. caput quod pręferebat Theodotus. Pugnauit fortūa ducis. certamē exortum est inter Cæsarem & Aegyptios: fuitq; in dubio an Cæsar eos subiugaret an ipsi Cęsarem obtruncarent. Victoris. Cæsaris. Tua vmbra. nam tuæ mortis exemplo deterritus est: cauitq; ne idem sib iaccideret. A sanguie. a cęde. Manes mors: itęrp̄tatio est. Ne populus post te. ne vniuersus tecum exercitus perimeretur. Vrbem Parætoniam, Alexandriā

Parętoniū. Aegyptiacam. sed Cacozilon est. Parętoniū enim ciuitas est & portus ingens in Aegypto quadragita fere stadiorum: quam alij Armoniam vocant auctore Strabone. Securus. nihil iam metuēs & otiosus. Nam vt ait Appianus otiositatem quādam ob assistentiū paucitatem simulare cœpit: & ad se accedentes p humane recipiebat: & vrbem circumuectus pulchritudinem admirari visus est & disputātibus philosophis astitit. Sua signa. fasces. Pignore sceleris. capite Pompeij. Discordia sēsit pectora: putabant regiam maiestatem imminui nihilq; sibi conferre Pompeij mortem. Vetusti numinis, hoc est Isidis cuius tē-

BERO. plum vetustissimum esse Strabo tradit. Nulla capitur dulcedine. nam alia mēte agitabat.

VT primum terras. Pompeij colla sequut⁹. ait Luca. in pricipio hui⁹ vltimi libri fortunam Cęsaris & fatum Aegypti inter se pugnasse an Aegyptius pareret Cæsari & ei⁹ subiret iugū an ensis Aegyptius Cęsarem victorem ita interimeret, vt Pompeiū leto dederat. Regnū Lagi. i. Aegypt⁹: a Lago patre Ptolemęi cuius sæpe habita est mentio. Memphiticus ensis. i. Aegypti⁹ a Memphi oppido Aegypti. Victoris. Cęsaris. Victi. Pompeij. Tua profuit vmbra. Pōpeij vmbra profuit Cęsari ne & ip̄e Ptolemęi dolis circūueniretur. Inde Paretoniam fertur secur⁹ in vrbem. Cæsar vt ipse scribit cum peruenisset Alexandriam clamorem fremitumq; militum Aegyptiorum audit & concursum ad se fieri videt ꝙ fasces anteferrentur. Pharetoniam vrbem, Alexandriam itelligit quē appellat a Pharetonio oppido quod ab Alexandria distat haud multū auctor Plin. siue a Pharo insula de qua dictū

M. Annei Lucani. Liber X.



VT primum terras Pompeij colla secutus
Attigit: & diras calcauit Cæsar arenas:
Pugnauit fortuna ducis: fatūq; nocentis
Aegypti: regnum Lagi Romana sub arma
Iret: an eriperet mundo Memphiticus ensis
Victoris victiq; caput. tua profuit vmbra
Magne: tui socerū rapuere a sāguine manes:
Ne populus post te Nilum Roman⁹ haberet.
Inde Parętoniam fertur secur⁹ in vrbem
Pignore tam sæui sceleris sua signa secutus.
Sed fremitu vulgi fasces & iura querētis
Inferri Romana suis: discordia sensit
Pectora: & ancipites animos: Magnūq; p̄isse
Non sibi. tunc vultu semper celante timorem
Intrepidus superum sedes & templa vetusti
Numinis antiquas Macedum testantia vires
Circuit: & nulla captus dulcedine rerum
Non auro: cultuq; deum: nō mœnibus vrbis:

VT primū terras. Statim inquit vt ingressus est Cæsar Aegyptū, orta est seditio ꝑpter fasces an̄ ip̄m latos: qui timorē dissimulans ad deorū templa regumq; sepulcra contemplanda se diuertit. Ordo est. Vt primū Cæsar secutus colla Pompeij. i. caput quod Theodotus ante ipsum rettulit, attigit terras & harenas diras. i. execrabiles propter tantum facinus: fortuna ducis. s. Cæsaris semper vincere soliti, & fatum Aegypti nocentis. i. prosperitas Aegypti in cuius potestatem fortuna prius Pompeium & nūc pene Cęsarem induxerat, pugnauit. s. inter se, an regnum Lagi. i. Aegypt⁹, iret. i. redigeretur sub arma Romana. i. sub imperiū Cęsaris, an ensis Memphiticus. i. Aegyptius eriperet mūdo. i. ad bonum totius vniuersi, caput victoris & victi. i. sic nunc victoris Cæsaris, vt prius victi Pompeij: sed sup. o Magne. s. Pompei tua vmbra profuit. s. Cæsari, & tui manes rapuere. i. eripuerunt socerum. s. Cęsarem a sanguine. i. ab effusione sanguinis sui: nam quia per mortē tuam facta est Aegyptus hostis senatui, coacta est Cæsari parcere quem aliter occidisset. Aut quia (vt Sulpitius dicit) Cæsar accepta fraude quā Aegyptij Pompeio parauerant: ipse sibi cauit & prospexit. Profuit inquā ne populus Roman⁹ haberet post te Nilum. i. ne tecum in Aegypto sepeliretur. Cæsar securus, id est nil timens pignore, id est propter pign⁹ tam sæui sceleris, id est propter caput Pompeij fertur inde in vrbem Parętoniam, id est Alexandriam. Scribitur autem Parætoniam, non Parethoniam. Nam Stephan⁹ Παραιτώμιον ἐστι πόλις πλησίον ἀλεξανδρείας ἣν ἀμμωνίαν

καλοῦσιν, id est Parętonium vrbs est non procul ab Alexandria quam vocant Ammoniam. sic ille. Non ergo Aemoniā, aut Armoniam scribemus cum Sulp. cum & Straboni libro. xvij. Ammonia scribatur. Notandum autem Parętoniam penul. breui proferri: cum si codex sit ver⁹ a Stephano per ω scribatur: sed & Sidonius a Marone variatur. secut⁹ sua signa. i. fasces & vexilla: sed sensit discordia pectora vulgi q̄rētis. i. conq̄rētis, sup. cū fremitu, fasces & iura Romana īferri suis. s. vrbib⁹: & sensit aīos vulgi ancipites. i. varios, & Magnū nō perisse sibi. i. ad vtilitatē suā, hoc est Cæsaris: sed ꝑpter vulgi varietatē. Tūc ipse Cęsar ītrepid⁹. s. apparēs, vultu celāte. i. occultāte semp timorē, circuit sedes superū: & tēpla numīs vetusti: videlicet Isidis, testātia. i. indicātia antiquas vires. i. facultates Macedū. i. Alexādri, q ea cōstruxerat: & nulla. i. nō vlla nō capitur aut (vt construat cū sequēti) non capt⁹ vlla dulcedine rerum: non scilicet captus auro, & cultu, id est ornatu d eum pro deorum: & non mœnibus vrbis: quia auxius erat:

Effossum tumulis cupide descēdit in antrum.
Illic Pellæi proles vesana Philippi
Felix prædo iacet terrarum: vindice fato
Raptus: sacratis totum spargēda per orbem
Membra viri posuere adytis: fortuna pepcit
Manibus: & regni durauit ad vltima fatum.
Nam sibi libertas vnq̄ si redderet orbem:
Ludibrio seruatus erat: non vtile mundo
Editus exemplum: terras tot posse sub vno
Esse viro. Macedum fines latebrasq; suorum
Deseruit: victasq; patri despexit Athenas:
Perq; Asiæ populos fatis vrgentibus actus
Humana cum strage ruit: gladiumq; per oēs
Exegit gentes: ignotos miscuit amnes
Persarum Euphratem: Indorū sanguīe Gāgē:
Terrarum fatale malum: fulmenq; qđ omnes
Percuteret pariter populos: & syd⁹ iniquum
Gentibus: oceano classes inferre parabat
Exteriore mari: non illi flamma nec vndę:
Non sterilis Libye nec syrticus obstitit Hā
Isset in occasus mundi deuexa secutus (mon.
Ambissetq; polos: Nilumq; a fonte bibisset:
Occurrit suprema dies: naturaq; solum
Hunc potuit finem vesano ponere regi.
Qui secum inuidia qua totum ceperat orbem
Abstulit imperium: nulloq; hęrede relicto
Totius fati lacerandas præbuit vrbes.

est supra. Pignore tam sæui sceleris. i. capite Pompeij. Fasces. s. lictorios qui ante Cęsarem consulem gestabantur. Discordia sensit pectora. Cæsar ex clamore militum Aegyptiorum & tumultu cognouit eos a se esse discordes & Pompeiū fuisse ab illis interemptū non propter se: sed propter ipsos. Non sibi. i. vtilitati suæ. Celante timorem ita Vergili⁹ spem vultu simulat. Superum sedes & templa vetusti. Cęsar Pyramides & sepulchra Aegyptiorum & templa deorū circuire & lustrare cōcupiuit: sed in primis sepulcrū & conditorium Alexandri Magni, qui vt supra monstrauimus conditus erat in loculo vitreo cum prius fuisset in aureo: vt ait Strabo.

SVLPIT.

¶ In antrum Effossum tumulis. i. conditorium Alexandri & regum Aegyptiorum. Erat enim circuitus quidam: qđ authore Strabōe corpus appellabatur. Nā Ptolemæus Lagi filius Alexādri corp⁹ Perdiccę abstulit: cum id ex Babylone deferret, atq; huc diuerteret auaritia tractus vt Aegyptum sibi vendicaret: sed perijt a militibus interemptus in insula deserta prius a Ptolemæo inclusus qui corpus Alexandri Alexandriam detulit eiq; parentauit: adhucq; ibi iacet: sed nequaq̄ in eodem alueolo. Nam qui nunc vitreus est prius aureus erat. Ptolemæus enim Coccas illum rapuit. Vesana proles Philippi Alexander insanus. Nam Hammonis se filium finxerat: seq; inebrians furebat: & plures mundos expugnare optabat. Prædo. prędonem appellat: quia populis iniuste bella mouit subiugauitq; eos. Fato vindice terrarum. morte vltrice subacti orbis. Mortuus est em̄ Babylone veneno ei in poculo subministrato a Casādro filio Antipatri metuētis ne mortem sibi machinaretur. idq; factum est cōscio Thessalo medico apud quem Alexander cōessabatur. Vis veneni, quod Stygis appellabatur, tanta fuit vt non ære non ferro non testa contineretur: nec aliter ferri: nisi in equi vngula potuerit: vt scribit Iustinus. Plinius vero li. xxx. inquit mulę. Totum spargenda ꝑ orbem. quia toti bellum ferens iniurius fuit. Pepercit. quia eius cinis nō est dissipatus: sed ad vltimos Aegypti reges est seruat⁹ illęsus. Si redderet orbem sibi. si mūdus liberaretur. Ludibrio. in ridiculum ludum: nam sparsus fuisset. Orbem, magnam orbis patrem. Non vtile mundo editus exemplum. nat⁹ ad homines suo exemplo ambitiōe & superbia inficiendos & regni cupiditate. Latebras, secessus in quibus illustris non erat. Patri, Philippo qui superauit Atheniēses. Miscuit, turbauit. Fulmen, vehemens impetus cui nil resistit. Fatale, vel mortiferum vel fato immissum. Sydus. pestilentia vi syderis orta & cælestis quędam potentia. Parabat: vt quęreret alios mundos. Flamma, ęstus torridæ zonę. Sterilis. desertę, serpentibus squalidę. Mūdi deuexa. decliuum mundum. Ambisset polos. iuisset a septentrionali polo ad antarcticū & Antipodas & vltimam Aethiopiā vbi Nilus nascitur peragrasset: sed vitæ secundo & trigesimo mortuus est. Hunc finem. hāc quietem: nam viuus nunq̄ vlli fini acquieuisset.

Cōditoriū Alexandri

Corpus.

Alexandri vesania.

Alexandri mors.

Venenum Stygis.

Qui secum. qui eodem odio quo sibi mundi imperiū comparauerat ipsum abstulit. nā nullum hęredem toti⁹ reliquit imperij: sed suis pfectis tradidit diuidendū. quippe Perdicca cui Alexander moriēs tradiderat anulum: quēq; procerum consensus sedatis seditionibus ducem elegerat: q̄q̄ Arideus Alexandri frater creatus rex esset: & portio regni posthumo Alexandri seruata: & Antipater Macedoniæ & gręcię ppósit⁹ esset: tamē inter .xxiiij. principes diuisit puícias. primaq; Ptolemęo Aegyptus contigit. Totius fati. vniuersi regni & felicitatis suæ. Lacerandas suis, profectis diuidendas. Babylone sua. vbi regiū cōstituerat a Parthis formidatus: quoȝ Babylō Metropolis est. Pro pudor. Indignatur poeta q; plus Alexandrum Parthi timuerunt q̄ Romāos. Sarissas, Macedonum tela. Metonymia est. Terrasq; premamus flagrātis post terga noti. hoc est dominemur terris quæ sūt ad circulum æquinoctialem vbi notus est calidissimus & post quem tepidior est. Arsacidū domino. Parthorum regi. Non felix, perniciosa. Pellę, vrbis in Macedonia.

BERO. ¶ Effossū tumulis cupide descendit in antrū regiarū pars in Alexandria illud est: qđ corpus appellatur. id circuit⁹ quidam est in quo regum sepulturę & Alexādri erat: vt ait Strabo. illuc descendit Cęsar. Illic Pellęi proles vesana Philippi. i. Alexander magnus cui⁹ corpus Perdiccę abstulit Ptolemęus Lagi filius & Alexandriam delatum in alueolo aureo cōdidit. mox Coccas sustulit alueolum aureum in cuius locum posuit vitreum. auctor Stra. Philippus vero pater Alexandri Pellæus nūcupatur a Pella ciuitate Macedoniæ q̄ vtriusq; fuit patria: vt scribit Pōponius Mela. Felix prædo iacet. Alexandrum appellat felicē prædonē quoniam fauente fortuna Asiā subegit: penetrauit in Indos: & mare oceanum ingressus est. auctores Plutarchus & Curtius. Terrarum vindice fato raptus. Babylone periit Alexander: vt historici autumant veneno Stygie aqua: quod Aristoteles excogitasse fertur. Posuere adytis: vt supra dixim⁹ Adyta sunt occulta ac remota templa: quo præter sacerdotes adire fas non est. Fortuna pepercit manibus. i. vmbris Alexandri. Nam sibi libertas. si vnq̄ orbis terrarum, iquit foret in libertate ad ludibrium seruatus esset Alexander quem nunc in Aegypto venerantur in templis. Non vtile mundo. Alexāder nō fuit mundo vtile exemplū tot regiones posse esse sub vnius imperio: q̄a alij eius exēplo incitati idem affectarunt & Cęsar olim visa Alexādri imagine ingemuit q; nihil a se memorabile actum esset ea ætate qua Alexander orbem terrarū subegisset. Victasq; patri despexit Athenas. Alexander non contentus imperio Macedoniæ & græcię sibi a patre traditę bellum sumpsit cōtra Darium regem Persarum: quem duobus prælijs profligauit. lōga historia apud Plutarchum & Curtium atq; Iustinum. neglexit ergo Alexander Athenas: quas Philippus pater deuicerat. Persarum Euphratem. Alexander sanguinolētos reddidit Euphratem fluuium Babyloniæ: vt

Sed cæcidit Babylone sua Parthoq; verend⁹.
Pro pudor eoi propius timuere Sarissas
Q̄ nūc pila timēt populi. licet vsq; sub Arctō
Regnem⁹ Zephyriq; domos terrasq; pmam⁹
Flagrantis post terga noti: cedamus in ortus
Arsacidum domino: nō felix Parthia Crassis:
Exiguæ secura fuit prouincia Pellæ.

¶ Effossum &c. Nactus occasionem faciendæ mētionis de Alexandro Magno pp̄ter eius sepulcrum late prosequit̃ eius historiam cum detestatiōe ambitionis & vanitatis atq; iniquitatis eiusdem. dicit aūt primo Cæsarem declinantē a furore populi Aegyptiaci p dissimulationem timoris descendisse ad visenda sepulcra regū: inter q̄ vidit conditorium corporis Alexādri. Ordo est. Cæsar, vt superiora repetamus, non captus dulcedme rerum, nō auro, non cultu deum, non mœnibus vrbis descendit cupide. i. cupiens salutem suam & suorum: & simulās cupiditatem visendi sepulcri, in antrum effossum. i. exhaustum tumulis. i. ad tumulos extruendos. Proles vesana. i. Alexander Magnus mentitus se filium Iouis Hāmonis, & nō contentus vnius mundi imperio, & qui per ebrietatem & ambitionem multa vesani hominis facinora perpetrauit, Philippi Pellæi. i. Macedonici a Pella regia Macedoniæ, iacet illic. i. in illo antro: existens prædo felix: quia cum sit reuera prædo & pp̄ter prędone repudiandus, regali fungitur honore, raptus. s. e mūdo per venenum, fato vindice terrarum. i. morte vindicāte terras inique per ipsum oppressas. sup. reges Aegyptij, posuerūt mēbra viri. s. Alexandri, spargenda. i. digna quæ spargantur per totum orbem vbi peccata cōmisit: posuere dico adytis. i. inaccessibilib⁹ vulgo locis, sacratis. i. dicatis illi. fortūa pepcit manibus. s. Alexandri, & fatum. i. felicitas sepulturæ Alexandri ne eruantur cineres, durauit sup. vsq; ad vltima regni. i. vsq; ad vltimum regem de genere Lagi. Nam si libertas redderet sibi vnq̄ orbem. i. oppressum ab Alexandro impositis regib⁹, ipse Alexander erat. i. esset, seruatus ludibrio. i. ad ludibrium, & irrisionem popl̄i liberati a seruitute per illum imposita. Alexander sup. erat editus. i. in lucem datus aut natus, exemplū. i. exemplar vitæ, non vtile mundo, vtpote tot terras posse eē sub vno viro: vnde eius exemplum secuti alij tyranni idē sibi sperantes, idem quoq; moliri possent. Ipse Alexander deseruit fines Macedum pro Macedonum seu Macedoniæ, & deseruit latebras. i. ignobilia loca suorum in quibus virtus eius latuisset, & despexit. i. vilipēdit, Athenas victas patri. i. a patre suo Philippo: & actus fatis vrgentibus. i. ipsum impellentibus, p populos Asiæ, ruit. i. penetrauit præceps cum strage. i. pernicie humana, & exegit. i. exercuit, & extulit gladiū per omnes gētes: & miscuit amnes ignotos. s. sibi prius, sanguine: vt Euphratem sanguine Persarum, & Gangem sanguine Indorum existens fatale. i. perniciosum malum terrarum: & fulmen qđ percuteret pariter oēs populos: & exñs sydus iniquum. i. pestilens, parabat inferre gentibus classes. i. nauigare in alios mundos, oceano exteriore mari. i. circundante globum huius terrę Flamma. s. æstus torridæ zonæ, nec vndæ, nec Libye sterilis, nec Hammō syrticus. i. difficultas itineris ad templum Hammonis syrtici. i. Iouis arenarij in desertis Libyæ, obstitit. i. obstaculum facere potuit illi: quia ipse isset in occasus secutus deuexa mundi. i. mundum decliuum, & ambisset. i. circuisset polos: & bibisset Nilum a fonte. i. vbi ortum habet: sed sup. suprema dies. i. terminus vitæ, occurrit & ita obstitit: & natura potuit ponere regi vesano solum hunc finem. s. conatuum cum fine vitæ. qui abstulit secum imperium. s. mundi. i. monarchiā, sup. ea inuidia qua ceperat totum orbem. i. sicut cum inuidia

omnium mortalium inuaserat viuus imperium mūdi: ita moriens idem secum abstulit: q; pro qa, nullo hęrede toti⁹ fati. i. tantę felicitatis & fatalis imperij relicto, præbuit. s. comitibus suis, vrbes lacerandas. i. diripiēdas. Sed ipse cecidit sup. in Babylone sua vbi regiam constituerat: & cui maxime confiderat vtpote verendus Parthis. Pro pudor, Eoi. i. orientales populi timuere propius. i. citius aut vicinius sarissas. i. tela Macedonica, q̄ timent nunc pila. i. tela Romana: licet nos regnemus vsq; sub arcton. i. polum arcticum: & premamus impio domos Zephyri. i. occidentis: & terras noti flagrantis post terga. s. nostra: tamen sup. cedamus. i. locum demus in ortus. i. orientem versus, domino Arsacidum. s. Parthorum regi. Parthia enim non felix immo perniciosa prouincia Crassis, patri & filio q in ea perierunt, fuit prouincia secura. i. minime timenda Pellę exiguæ. i. Alexandro Pellæ, quę exigua respectu Romę est, dño. supra dictum est sanguine Persarum, Gangē sanguine Indorum. Fulmeq; quod omnes. dicit Alexandrum fuisse, quasi quoddā fulmen qui cuncta fulminis more prosterneret. Exteriore mari. Alexāder ingressus oceanū qui ambit orbem terrę peruēit ad insulā Psytalē & ibi pactis sacrificijs & natura maris inspecta deos precatus est vt nemini vnq̄ daretur expeditionis suæ terminos supare: vt refert Plutarchus. Non illi flamma nec vndę. nulla res retardauit Alexandri impetum. Nec Syrticus obstitit Hāmō. Alexander cū se filium Iouis Hāmonis esse p redicaret eius adijt oraculum, de quo supra abūde diximus. Syrticus dicitur quia inter syrtes situm est tēplū Hāmonis. Nilumq; a fonte bibisset. Alexander ea quę nunq̄ fuerūt cognita explorasset si diutius vixisset. voluisset enim inuenire Nili fontem qui incertus est & adhuc latet. Nulloq; hęrede relicto. Post obitum Alexandri inter duces de imperio ad internecionem certatum est cum singuli varias regiones occupassent. Pro pudor Eoi propius. dolet Lucanus q; populi orientales vicinius timuerint tela Macedonum q̄ pila Romanorum: q;. s. ausi sint Macedones duce Alexandro Indos & orientis populos penetrare & Romani hoc efficere, nec possunt, nec audeant. Sarissas. Sarissæ lanceę sunt & hastę longę Macedonum. auctor Liuius. Pila, tela Romanorum. Licet vsq; sub arcton regnemus. i. licet Romanis a septentrione occasu & Meridie imperium proferre: verum ab oriente cedendum est regi Parthorum qui Crassos interemerunt. Exiguę secura fuit. Parthia quę vicit Crassos fuit ꝓuincia Pellæ patriæ Alexandri. q. d. vrbs Roma non potuit vincere Parthos quos deuicit exigua ciuitas.

Iam Pelusiaco veniens a gurgite Nili
Rex puer imbellis populi sedauerat iras:
Obside quo pacis Pellæa tutus in aula
Cæsar erat: cum se parua Cleopatra biremi
Corrupto custode Phari laxare catenas
Intulit Emathiis ignaro Cæsare tectis.
Dedecus Aegypti: latii feralis Erinnys:
Romano non casta malo: q̄tū impulit Argos
Iliacasq; domos facie Spartana nocenti:
Hesperios auxit tantum Cleopatra furores.
Terruit illa suo (si fas) capitolia sistro:
Et Romana petit imbelli signa canopo:
Cæsare captiuo Pharios ductura triumphos.
Leucadioq; fuit dubius sub gurgite casus
An mundū ne nostra quidē matrona teneret.
Hoc animi nox illa dedit: quæ prima cubili
Miscuit incestam ducib⁹ Ptolemęida nostris.
Quis tibi vesani veniam non donet amoris
Antoni: durum cum Cæsaris hauserit ignes
Pectus? & in media rabie: medioq; furore
Et Pompeianis habitata manibus aula:
Sanguine Thessalicę cladis perfusus adulter
Admisit venerem curis: & miscuit armis

SVLPIT.

¶ Rex. Ptolemęus quem Cęsar acciuerat vt exercitus dimitteret & cum sorore corā se disceptaret. A gurgite Nili Pelusiaci. a Pelusio Nili ostio. Populi sedauerat iras. nam Photinus nutritius & Eunuchus regis indignans eum ad dicēdam causam euocari: adiutores quosdam nactus exercitum a Pelusio clam Alexandriam euocaret eiq; Achillam pręfecerat. Cęsar paruis cum copijs extra vrbem dimicare diffidens milites in armis esse iussit regem hortatus vt ad Achillam legatos mitteret. illos cum primum otiosos accepit regē vt in suam potestatem haberet effecit. & ideo eum pacis obsidem dicit poeta. Videbantur igitur omnia iam tranquilla cum Cleopatra quam euocauerat Cæsar clā in regiam est inuecta. Custode, pręfecto. Corrupto Phari laxare catenas. hoc est ad lentandum. nam vt ait Plutarchus, lembum ingressa cum solo Apolodoro sub primis tenebris regiam ad nauigauit: cūq; alio occultari pacto nequiret se intra culcitram protendit in longum quā loro circumligans Appollodorus intro tulit ad Cęsarē. Tectis Emathijs, domo Cæsaris victoris in Emathia. Feralis erinnys: pestifera furia. Romano non casta malo. non immunis. Nam multam intulit calamitatem & Cæsaris & Antonij tempore. Argos. græciā per synecdochen. Spartana, Helena. Furores bella. Si fas, si licet dicere. Sistro, tympano. Verg. de eadem loquens ait, patrio vocat agmina sistro. Petit syncope. aduexit enī cū Antonio Aegyptiorum exercitum in Augustū Octauium. Canopo, Aegyptijs. Cęsare captiuo. de capto Augusto triūphatura & sedem imperij in Aegypto constitutura. Gurgite leucadio. i. sinu Ambracio apd Leucadiam peninsulam quę Neritus est appellata: vt Plinius ait. Casus dubius. periculosus. euentus, an mundus a Barbara fœmina possideretur. Ne nostra quidem matrōa teneret. Nostra. i. Romana, quod esset tolerabilius. Hoc

Leucadia.

Illicitosq̧ toro & nō ex coniuge partus.
Pro pudor:oblitus Magni tibi Iulia fratres
Obscœna de matre dedit: partesq̧ fugatas
Passus in extremis Libyes coalescere regnis
Tempora Niliaco turpis depēdit amori.
Dū donare Pharō:dū nō sibi vincere maluit.
Quem formæ cōfisa suæ Cleopatra sine vllis
Tristis adit lachrymis:simulatū cōpta dolorē
Quā decuit veluti laceros dispersa capillos:
Et sic orsa loqui:Si qua est o maxime Cęsar
Nobilitas Pharii proles clarissima Lagi
Exul in æternum sceptris depulsa paternis:
Si tua restituat veteri me dextera fato
Complectar regina pedes. Tu gētibus ęquū

animi. hanc audaciam. Ptolemęida: Cleopatram. rectı⁹ est Ptolemęis. Quis tibi. argumētum a maori ad minus. Antoni, qui iunior & mollior eras. Hauserit ignes. captum fuerit amore. Habitata. in qua versari videbaẗ vmbra Pōpeij. Admisit venerem curis: deliniuit curas lasciuia. Partus, filios vt Cęsarionē nam vltra nouem menses illic est commoratus vt tradit Appianus. Magni. cuius vxor fuisti. Coalescere, crescere, & colligi. Depēdit consumit. Donare, Cleopatrę. Non sibi. sed Cleopatræ. Quem forma confisa suę. Cęsar astu culcitrę primum illectus, inde splendore formæ & sermōis gratia victus est. Compta dolorem. comptum habēs & cum ornatu gerēs. Dispersa, synecdoche. Qz decu. q̄ decēs & pulchra fuit. Si qua est Cleopatra a fratre eiecta supplicat Cæsari vt in regnum restituaẗ nam ex testamento patris ex æquo cum fratre est hæres coniunxq̧ fratris: atq̧ vt regiam in qua Photinus non Ptolemæus regnat tāto dedecore liberet obsecrat. principio igitur si beneficium acceperit gratā se fore polliceẗ. Exorditurq̧ a beniuolentia & attentione. Est autem ordo: o maxime Cæsar. ego regina ꝓles clarissima Lagi Pharij si qua est nobilitas exul in ęternum depulsa sceptris paternis cōplectar pedes si tua & reliqua. Si qua est nobilitas. si est alicuius nobilitatis & gloriæ inde ortam esse. Fato, fortūę & dignitati. Aequū sydus. cęlestis iustitia & potentia.

BERO. ¶ Iam Pelusiaco veniens Cæsar. cum Achillas prefectus regius cum exercitu venire Alexādriam nūtiaretur: vt Ptolemęum in sua potestate haberet, effecit: vt ipse refert: existimans magnam regium nomē apud suos authoritatem habere. Pellęa tutus in aula. s. Alexandrina: vt sæpe dictum est: a Pella patria Alexandri, Alexandriæ conditoris. Cum se parua Cleopatra triremi. Cleopatra cum Ptolemæo rege fratre bellum gerebat a quo fuerat paucis ante mensibus regno expulsa: vt scribit Cęsar. Cleopatra a Cęsare accersita assumpto vnico ex familiaribus Apollodoro ingressa nauiculam circa crepusculum nocturnum adnauigat Alexandriam, & cum regiam in qua erat Cæsar occulte intrare vellet culcitrę se inuoluit & ita ab Apollodoro ītro ducta est ad Cæsarem: qui hac calliditate delectatus ad ei⁹ amorē illectus est. auctor Plutarch⁹: & ex ea genuit filium Cęsarionem: vt scribit Trāquillus. nūc ait Lucanus eam corrupisse custodem Phari: quam Cæsar cepat quæ obiecta Alexādriæ portum facit in qua sunt domicilia Aegyptiorum. Emathijs tectis. i. regia Alexādrina quæ dicit tecta Emathia propter Alexādrum Macedonem conditorem. Emathia enim dicitur Macedonia. Latij feralis Erinnys. Cleopatra furia & exitium Italię. Quātū impulit Argos. i. ita Cleopatra auxit furores Romanorum quemadmodum Helena impulit græcos & troianos ad arma feralia. Spartana. s. Helena lacena quā rapuit Paris. vnde Troiani belli origo. Terruit illa suo. hoc refertur ad amorem. M. Antonij qui capt⁹ amore Cleopatræ repudiauit vxorem, Octauiam sororē Augusti Cæ

¶ Iam Pelusiaco &c. Prosequitur gestorum Cęsaris in Aegypto historiam: narrans quō regē accitum ad se ad disceptandū cum Cleopatra sorore de iure regni ipsum tanq̄ obsidem pacis secum habebat: & quomodo Cleopatra a fratre exclusa, & catenis adnauigare prohibita, corruptis custodib⁹ auro & catenis solutis ad Cæsarem venit: quē etiam coitu polluit: vñ ei⁹ mulieris perniciem quā reip. Romanę intulit, & orationem ac faciem lubricam & apparatum cōuiuij late prosequitur. Ordo est. Iam rex. s. Ptolemæus puer. s. adhuc, veniēs a gurgite Pelusiaco. s. Nili: alij legūt. Nili Pelusiaci. i. a Pelusio vno e septē ostijs Nili: sedauerat iras populi imbellis. i. mollis & cito placabilis: quo obside. i. cuius aduentu tanq̄ obsidis pacis. i. concordiæ cum eo habendæ, Cæsar erat tutus in aula Pellæa. i. Alexandrina: cum. i. quando, Cleopatra soror regis, custode. i. præfecto Phari. s. insulę, corrupto. s. pecunia ab ea data, laxare. i. ad laxandum, catenas Phari. quibus interclusa non poterat ad regiam venire: sed illis laxis, intulit se parua biremi. i. naui bino ordine remorum agenda, tectis Emathijs. i. in quibus erat Emathiæ victor Cæsar: & hoc Cæsare ignaro. s. aduent⁹ eius. Cleopatra inquā dedecus. i. probrum Aegypti: quia incesta & execrabilis mulier, & erinnys. i. furia, feralis. i. mortifera latij: propter quam cum Antonio coniuncta erit tot Romani victore Augusto peribunt in actiaco bello (sunt qui legunt latio: quod quidem per se rectum esset sed quia pręcessit Aegypti malim subdere latij) & non casta. i. polluta, malo Romano quia eius causa fuit. Nam quantum Spartana. s. Helena lacena, vxor Menelai, impulit. i. subuertit Argos. i. gręciam, eo q̧ gręcorum principes propter eam fere perierunt, & domos Iliacas. i. Troianas, facie. i. pulchritudine faciei, nocenti. i. perniciosa: tantū Cleopatra auxit furores Hesperios. i. Italicos: q̄ illa terruit. s. tempore Augusti, capitolia. i. arcem Romanā ne forte diripiat, suo sistro. i. tympano Aegyptiaco excitato milite: si fas sup. est dicere: aut dijs ita visum: & petit. i. petijt & inuasit signa Romana, canopo imbelli. i. Aegyptijs suis mollibus, ductura. i. eo aīmo vt ducat triumphos Pharios. i. in Aegyptum, Cęsare. s. Augusto existente captiuo, & casus. i. euentus belli fuit dubius sub gurgite Leucadio. i. in nauali prælio apud Leucada gesto, an matrona. i. mulier, ne nostra quidem. i. non etiam Romana sed Barbara, teneret mundū. i. Monarchiam orbis. Illa nox quæ prima miscuit cubili. i. per concubitum, ducibus nostris. s. Cæsari & postea Antonio, Ptolemæis

da.i. Cleopatram Ptolemæi filiam, incestam vt q̄ fratris quo q; vxor erat, dedit.s. Cleopatræ: hoc animi: vt.s. auderet capitolium petere. O Antoni triumuir, q̄s non donet tibi veniam vesani amoris.s. in Cleopatram? q.d. nullus nō. & ita vnusq̄sq;: cū durū pectus Cęsaris hauserit ignes amoris: & cū ipse Cęsar adulter in media rabie, & in medio furore belli, & in aula habitata manibus Pōpeianis, errantibus.s. circum caput suum, pfusus sanguine cladis Thessalicę admisit curis.i. ad curas tātas, venerem.i. libidinē coitus, & miscuit armis.i. bello contra præscripta maiorum, toros.i. thalamos illicitos, & partus.i. p lem ex nō coniuge.i. ex adultera. Pro pudor, o Iulia Cæsar pater tuus, oblitus Magni mariti tui, dedit tibi fratres de matre obscœna q̄a icesta: & ipse passus partes fugatas.s. a Thessalia coalescere.i. corroborari, in extremis regnis Libyes, depēdit.i. consumit, turpis.i. detestandus, amori Niliaco.i. propter amorem Cleopatræ, tempora.s. belli gerendi, dum mauult.s. q̄ vincere, donare Cleopatrę Pharon.i. Aegyptum: & dū nō mauult vincere sibi q̄ Cleopatræ. Quem.s. Cæsarē Cleopatra cōfisa formę suę, ac tristis.i. simulans se tristē q̄a sine vllis lachrymis, cōpta.i. habens comptum dolorem simulatum, veluti dispsa capillos laceros q̄.i. q̄tū decuit.s. ipsā.i. quātū fecit ad decorē eius. Et orsa est loq sic. O Cæsar maxime, siqua est nobilitas, ples clarissima Lagi pgēitoris Ptolemęorū, Pharij, depl'sa.s. a fratre, exul.i. exulās sceptris paternis: si tua dextera.i. fides, aut potentia, restituat me veteri fato.i. pristinæ fortunæ & regno debito, ego tunc regina complectar pedes tuos, scilicet deosculando eos.

saris. vnde iter eos orta pnicialia bella & apd̄ Actium promōtoriū Epiri Cleopatra & Antonius profligati fuere. Cleopatra ergo terruit capitolia Romana ne ipsa efficeret Romanorum domina. Sistro.id est tuba & sceptro Aegyptiaco. ita Verg. Regina in medijs primo vocat agmina sistro. Imbelli Canopo.i. canopitanis militib⁹ qui sunt mollissimi. Canopus autem insula est Aegypti: vt supra diximus. Cęsare captiuo. quē sub iugū amoris miserat. Leucadioq; fuit. Leucadium litt⁹ est Epiri & īsula Leucadia seu potius peninsula & promontorium Leucates: vbi Antonium & Cleopatram nauali prælio profligauit Augustus. tūc dubiū fuit an mundus iret sub imperiū matronę.s. Cleopatrę q erat nō Romana sed Aegyptia. Hoc aī nox illa dedit. Cleopatra sūpsit hos animos vt Romanis dominaretur ex illa nocte qua primū cōcubuit cū Cęsarę. Ptolemeida.i. Cleopatram Ptolemęi filiam. Quis tibi vesani. danda est venia Antonio capto amore Cleopatrę cū & Cæsar capiat. Ignis, amor. Adulter.s. Cęsar. Obscœna de matre dedit.i. ex Cleopatra habuit filiū Cæsarionem: & sic dat fratres Iuliæ filiæ suæ Donare Pharon. regnum Aegypti donauit Cleopatræ. Quē formæ confisa suæ Cleopatra Cęsarem alloquuta est sine lachrymis splendore formæ confisa. Et sic orsa loqui, id est ita cœpit Vergilius. Veneris sic filius orsus. Si qua est o maxime Cæsar. verba sunt Cleopatrę ad Cæsarem dicentis se nobilissimam filiam regis Ptolemæi regno eiectam nunc exulem complecti pedes Cæsaris mox si Cæsar eam restituere voluerit reginam futuram. Pharij proles clarissima Lagi. id est ego traho originem a Lago. Lagus enim a quo Lagidę nuncupantur Aegypti reges, pater fuit Ptolemæi successoris Alexandri cui Philadelphus successit in regno. Philadelpho Euergetes: post eum Philomator: cui Physcō: post Physconē Laturus: Laturo autem successit Auletas Cleopatræ pater. Auctor Strabo.

Sydus ades nostris. non vrbes prima tenebo
Fœmina Niliacas: nullo discrimine sexus
Reginā scit ferre Pharos. lege sūma pempti
Verba patris: qui iura mihi communia regni
Et thalami cū fratre dedit. puer ipse sororem
Si mō liber: amet: sed habet sub iure Photini
Affectus ensesq; suos. nil ipsa paterni
Iuris habere peto: culpa tantoq; pudore
Solue domū: remoue funesta satellitis arma:
Et regē regnare iube. quantos ne tumores
Mente gerit famulus: Magni ceruice reuulsa?
Iam tibi (sed procul hoc auertāt fata) minat.
Sat fuit indignum Cæsar mundoq; tibiq;
Pompeium facin⁹ meritumq; fuisse Photini.
Nequicq̄ duras tētasset Cæsaris aures:
Vultus adest precibus: faciesq; incesta porat.
Exigit infandā corrupto iudice noctem.
Pax vbi parta duci: donisq; ingētib⁹ empta ē

¶ Non vrbes. occurrit his quę obijcere possent. Fœminam populi regnare nō patienf. immo inquit consueuere parere fœminę. Nā cum Ptolemæum patrem eiecissent, sororē meā natu maiorē reginā constituerūt. Sūma verba, testamentū. Perempti. non cæsi dicit, sed morbo assumpti. Et thalami, cōiugij. Puer ipse sororē. prosequaf me fratris non mariti affectu si est liber & licet p Photinū cui paret. Photini. nutritij sui quē in odiū & in contemptū adducit. Affectus, volūtates. Enses potentiam. Nil ipsa paterni. regnet solus mō regia tanto dedecore liberetur. Funesta. morte Pompeij maculata. Tumores, superbiam. Minatur, inferendo in te arma. Mūdo. q̄a alterius iussu pire debuerat. Tibi. q̄a ab illo meritū accepisti & tibi in q̄uū p̄repta potestas est Facin⁹. audax factū & scel⁹. Meritū. bñficiū in te. Necq̄ tētasset. frustra orasset: nō enim fuisset cōmotus. Vult⁹, venustas & forma q̄bus plus effecit q̄ verbis. Perorat. noue dixit pro persuasit. Exigit noctem. petit cōmunē lectulū noctis. Infandā, obscœnā. Iudice. Cęsare q iudex erat iter ipsā & fratrē. Pax vbi. facta pace cōuiuiū ē istitutū. Duci, Ptolemęo. Donis, q̄ Cę. dedit. Epulæ, cōuiuia. Tum ītu strepitu, & murmure mīstrorū. In sæcla Rōana.i. annos Romanorū: nā multa sæcula sine talis lux⁹ notitia p̄terierūt. Ipse loc⁹. Regia in q̄t erat ornatior q̄ nūc sint tēpla Romana: q̄ q̄to ætas erit corruptior tāto nitidiora ædificabit. Quod, quale. Laqueataq; te. laquearia tectorum. Diuitias, precium magnum.

SVLPI.

Peroro.

Excepere epulę tantarum gaudia rerum:
Explicuitq; suos magno Cleopatra tumultu
Nondũ translatos Romana in sæcula luxus.
Ipse locus templi quod vix corruptior ætas
Extruet instar erat: laqueataq; tecta ferebãt
Diuitias: crassumq; trabes abscõderat aurũ.
Nec summis crustata domus sectisq; nitebat
Marmoribus: stabatq; sibi nõ segnis Achates
Purpureusq; lapis: totaq; effusus in aula
Calcabatur Onyx: Hebenus Mareotica vastos
Non operit postes: sed stat pro robore vili
Auxilium: nõ forma domus: ebur atria vestit:
Et suffixa manu foribus testudinis Indæ
Terga sedẽt crebra maculas distincta smaragdo.
Fulget gemma toris: & iaspide fulua supellex.
Strata micant Tyrio quorũ ps maxima succo
Cocta diu virus non vno duxit aheno.

quod declarat. Aurũ cra. laminæ aureę. Nec summis. Parietes inquit interiores non marmoreis laminis sed gemmeis incrustati erant. Incrustare (margin: Incrustare.) autẽ & crustare est sic laminas marmoreas in pariete affigere vt totus esse marmoreus videatur. Opus vero tectorium (margin: Op⁹ tectorium.) dicitur quũ dẽsa calce obducitur, leuigaturq; paries. Sũmis. nã in summa parietis parte ponunt. Stabat non segnis. erecta erat ad sustentandum pondera. Achates (margin: Achates.), gemma subalba: diuersorum zonis distincta: a quib⁹ nomina plurima accipit: primũ in Siciliæ sui nois fluuio reperta ẽ authore Pli. Purpureusq; lapis. Sardã (margin: Sarda. Sardonyx Onyx.) intelligit: q est gẽma rubicũda in similitudinẽ carnis. hęc Onyci iũcta Sardonycẽ efficit. Onyx gẽma est in qua candor est vnguis humani similitudie. Onyx enim vnguis est. Hebenus (margin: Hebenus.). arbor idica & Aethiops: quã Aethiopes regibus Persidis tributi vice pendunt. materia est nigri coloris & odoris iucũdi. Mareotica (margin: Mareotis.), Aegyptia a Mareotide palude. Non operit postes. non ornat ostia nec in paruas tessellas diuisa attenuataq; est. Auxilium. trabs tabula tibicen. Non forma. non ornamentum. Atria (margin: Atrium.), ædificia circa impluuium. Et suffixa. ex tegmine testudinis vario & pretioso ostia & fores erãt ornatæ ita vt in mediis maculis haberent Smaragdos (margin: Smaragdi. Testudo.) quę sunt gemmę viroris eximii oculisq; iucundissimi. Testudinũ putaminib⁹ in lamias sectis ostia & lectos discubitorios ornabãt: qd primũ Aemylius Pollio Nerõis tpib⁹ iuenisse li. ix. Plin. scribit. Gẽma, variarũ gẽmarum gña. Toris mẽsis. Iaspide (margin: Iaspis.). Iaspis viret & trãslucet estq; purpurei & cerulei & varii generis. Torus, mẽsa vbi accubituri. Succo Assyrio: purpura sericea. Strata. lecti vbi recubituri. Tyrio, lana tincta apd Tyrũ qui color est ardẽtior. Duxit lentũ colorem non vno aheno. purpuram bis tinctam intelligit quæ authore Plinio Dibapha (margin: Dibapha.) appellatur. BEROALDVS.

¶ Aequum sydus. i. numen ꝓpitium & benignũ. & hoc ideo dicit quia Cæsar voluit Ptolemæum & Cleopatram apud se iure potius q̃ armis inter se disceptare vt ipse scribit. vnde sydus ęquum appellat quasi ęquum & iustum iudicem. Non vrbes prima tenebo. aliæ fœminæ in Aegypto regnauerant & maxime Cleopatra hui⁹ Cleopatrę soror: vt ait Strabo. Reginam sciat ferre Pharos. Aegyptii ita ferũt reginam queadmodum regem. Lege summa pempti verba patris. i. o Cęsar lege testamentum patris mei in quo hæres erat scripta Cleopatra cum Ptolemæo puero qui eã ꝑ propinquos eiecerat. auctor Cæsar. Et thalamos. i. vt cum fratre regnarem & ei nuberẽ. Si modo liber. i. Ptolemæus frater meus me amat si nõ sit sub aliena tutela. Remoue funesta satellitis arma. hoc peto o Cę. vt Photin⁹ submoueat q ipe regnare vult & iube fratrẽ meũ regnare ne sit obnoxi⁹ seruili Photini impio. Quãtos ne tumores. Photin⁹ fact⁹ est tumid⁹ & superb⁹ q fuerit auctor mortis Põ. qd idẽ tibi o Cę. minat. Nequicq̃ duras. frustra Cleopatra verbis vsa esset apd Cęs. nisi oratiõi formę blãdities accessisset: q̃ Cęsar exorari facile potuit. Faciesq; icesta ꝑ

¶ Non tenebo prima fœmina. i. inter fœminas, vrbes Niliacas. i. Aegypti sceptra. Nã Pharos. i. Aegyptus scit ferre. i. pati & tolerare reginã, nullo. i. sine discrimie sexus. legẽ. s. ex testamẽto, summa. i. vltima verba, patris pempti. i. morbo absũpti: qui. s. pater Ptolemęus dedit. s. per testamentum, mihi iura regni & thalami. i. cõiugii cõmunia cũ fratre. s. Ptolemæo iuniore. i. voluit q coniunx eius & regina hęres dimidii regni essem. Puer ipse. i. frater, si modo. i. dũmodo sit liber, amet sororem. s. me, non repudiet me consortem regni: sed habet affect⁹ & enses suos. i. vult & potest ac facit omnia, sub iure. i. dictione & imperio tyrannico, Photini: qui militię pręerat & Cleopatram expulerat. Ipsa. i. ego, nil. i. non aliquid, nõ peto habere aliqd iuris paterni. i. derelicti mihi ex testamento patris: solue. i. scd sup. peto vt soluas & liberes domũ. s. patris. i. regiam, culpa & tanto pudore: vtpote q satelles in ea regnet oppressis liberis: & ideo remoue arma satellitis. s. Photini, funesta. i. multorum & præcipue Magni funere polluta: & iube regẽ. s. fratrẽ, regnare. i. habere gubernacula regni. Ne, id est nonne, quãtos tumores. i. quantam elationem & inflationem animi, ipse famulus gerit mente, id est in animo, ceruice Magni reuulsa. i. intercisa, sup. tantos minatur iam tibi: q. d. maxime: sed fata auertant hoc procul. s. a te, O Cęsar. Pompeium fuisse facin⁹. i. factũ ꝑclarũ, & meritũ. s. de te, Photini, fuit mũdo & tibi satis indignũ. i. ignominiosum. Cleopatra sup. inquit poeta tẽtasset frustra. i. neqcq̃ & in vanũ, duras. i. difficiles aures Cęsaris: si tantum verba fudisset: sed vultus. i. aspectus eius lubricus, adest precibus: & facies incesta. i. impudica, perorat. i. psuadet & ipetrat q̃ vult, & exigit noctem infandam. i. in qua coiret cum Cæsare, iudice. s. causę, iter ipsam & fratrem, corrupto. s. per stuprum. Vbi. i. postq̃ (Mira autem breuitate rem perstringit. nã his paucis verbis innuit Cæsarem coegisse Ptolemęũ ad concordiam cum sorore) pax est parta duci. s. Ptolemæo & empta ingentibus donis quæ ad Cęsarẽ miserat, epulę. i. cõuiuia, appositorie, gaudia tantarum rerũ excepe. i. acceperunt cõuiuas, Cæsarẽ, Ptolemęũ, & Cleopatrã cũ nobilitate: & Cleopatra explicu

it.i.ostentauit magno tumultu.i. agitatione ministrorū, suos luxus.i.nimios apparat⁹, nondum trāslatos.s.tunc, sed paulo post, in sęcula Romana.i.in quibus Romani rerū potiebātur. aut sæcula.s. locoꝝ sicut & tēporū sunt a secādo dicta. Ipse locus.s.cōuiuij, hoc ē regia erat instar.i.in statū & formā tēpli.s. Romani: quod ętas corruptior.s.q̄ tunc erat, extruet.i.ędificabit dijs, vix.i.cū difficultate:& tecta laqueata.i.hn̄tia laquearia inaurata, ferebāt diuitias:qꝫ pro quia crassum aurū absconderat.i.cooperuerat trabes:nec.i.& non, & domus nitebat.i. splēdebat nō crustata.i.quasi crustis tecta, marmorib⁹ sūmis.i. tm̄ in superficie positis, & sectis.s.in laminas tenues:sed sup.densis & solidis:& achates gemma stabat nō segnis.i. torpēs sibi, sed sup.lucēs alijs:& lapis.i.lapillus purpureus, vt sarda gēma & onyx lapillus habens speciē vnguis effusus ī tota aula calcabatur qa erat ꝓ pauimento.hebenus arbor ferens lignū nigrū & ꝓtiosum, Mareotica.i. Aegyptiaca (cū tn̄ dicat Maro. sola India nigrū fert hebenū) nō operit.i. nō īcrustat vastos postes sed stat pro robore vili.i.loco ligni vilis, quo Romanę domus sustentant̄:exn̄s auxiliū.i.sustentamentū, nō forma.i.nō ornamentū domus. Ebur.s.indicū.i.dens elephantinus, vestit.i.incrustat, atria.i. ædificia circa īpluuiū: vt dicit Sulp.aut primā partē regię: aut terga.i.putamina, testudinis Indę.i.indicę, suffixa forib⁹ manu.i. opere manuali sedēt.i.otiosa sunt, distincta.i.hn̄tia distīctas maculas, smaragdo.s.gēma, crebra.i. frequēti. Gēma.i.margarita fulget toris.i. lectis discubitorijs: & supellex est fulua.i.rutilās iaspide, lapillo viridi & lucēti. (Sūt qui addāt Hic torus Assyrio cui⁹ pars maxima succo, Strata micāt tyrio quoꝝ pars maxima succo:vt sit ordo.) Hic sup. ē torus.s.accubitorius, cui⁹ maxima ꝑs sup.est, succo Assyrio .i.purpura sericea:& strata.i. ornamēta lectoꝝ, micāt tyrio sup. succo:quorū maxima pars cocta.i.tincta diu, duxit virus lentum.i.infectionē purpurę, non vno aheno.i. cacabo tinctorio sed duobus:quia dibapha.i.bis tincta sunt aut varijs colorib⁹ imbuta. Sic legit Sulpitius. Alij non legunt versum Hic tor⁹ &c. sed sequētes sic. Strata micāt tyrio quorum pars maxima succo Cocta diu virus non vno duxit aheno. Beroald⁹ etiā videtur legere fuco assyrio.i.tinctura quę purpura est.

orat. forma meretricia & impudica fungebat̄ apud Cęsarē oratiōis & psuasiōis officio. Corrupto iudice.s.Cæsare q cū Cleopatra cōcubuit & ex ea vt supra diximꝰ filiū genuit noīe Cęsarionē & Cleopatrā fratri recōciliauit vt simul regnarent. ex qua re ob lętitiā epulę regiæ celebratę sūt vt ait Plutarch⁹: & nūc narrat Lucan⁹. Nōdū trāslatos Romana in sęcula lux⁹. Cleopatra ad cōuiuiū celebrādū oē gen⁹ luxurię & lautitię explicauit: q lux⁹ & ꝓdigalitates nōdū Romanos inuaserāt. Laq̄ataqꝫ tecta. i. lacunaria q̄ sunt camerę & cōtignatiōes supiores erant aurea. Vergilius. Pendēt lichni laquearibus aureis. Crassumqꝫ trabes. trabes lacunares auro crassissimo & dēsissimo erāt coopertę vt lignū non appareret. Nec sūmis crustata domus.i. crustis marmoris opta. Vt scribit Plynius, primus Romę parietes toti⁹ domus suę operuit crusta marmoris Māmurra Formianus. nunc dicit Lucanus domum in qua conuiuiū patum est non fuisse crustatam marmore sed ebore & gēmis vestitā. Achates. Achates gēma ē. oli in magna fuit auctoritate vt ait Plyni⁹. Purpureusqꝫ lapis.i. porphyrites: qđ marmor teste Plynio rubet. Calcabit̄ onyx. Onychitē qđ est gen⁹ marmoris itelligit. & vt ait Ply. Onychites in Arabię mōtib⁹ nascit̄ vasis potorijs pedibusqꝫ lectorū & columnis conficiēdis idone⁹. Cornelius Nepos tradit se vidisse columnas ex Onychite triginta pedū lōgitudine. Heben⁹ mareotica. Heben⁹ arbor est Indiæ. Vergili⁹. Sola India nigrū fert hebenū. Romę eā Magn⁹ Pōpei⁹ in triūpho Mithridatico ostēdit. Auctor Ply. Mareoticā appellat a mareotide. Vn̄ Libya mareotis apud Plyniū. Opit.i.tegit. Pro robore vili. heben⁹ illic est ꝓ trabib⁹ vilissimis q̄ sint ad fulciendā domū nō ornādā. Ebur atria vestit.

Atria q̄ sūt in anteriore ędiū pte erāt ebore vestita. Testudinis indę. Testudines tātę magnitudinis Indicū mare emittit vt singularū supficie hitabiles casas integāt. Testudinū putamina secare in laminas lectosqꝫ his vestire instituit Carbili⁹ Pollio. auctor Plyni⁹. Fores erāt putamie testudinis ornatę & Smaragdis intextis distinctę. Smaragd⁹ aūt gēma est viridis. & vt ait Ply. nihil oīno viridi⁹ est Smaragdo. Et iaspide fulua supellex. Iaspis gēma est varij coloris apud plurimas gētes. Iaspis phrygia est cęrulea mō purpurea, alibi glauca, alibi sīlis smaragdo. Auctor Ply. Vergi. Celat⁹ iaspide fulua ensis erat. Supellex vt ait iuriscōsult⁹ ē domesticū patrisfamilię instrumētū. Strata micāt. oīa q̄ sternunt̄ strata dicūt̄: vt ait Iuriscōsultus. Tyrio fuco.i.oīa strata erāt purpurei coloris. nam Tyrius color laudatur nigricās aspectu in colorem concreti sanguinis. vt scribit Plynius. & dicitur Tyrius ab Tyro quondam insula Phœnicię: quę purpura & conchilio censetur. Virus non vno duxit aheno. Luxuria inuenit pluribus medicamentis simul inficere: nam Amethystus color inebriatur tyrio. & cocco tinctum tyrio tingere inuentum est vt color alius opiretur alio. Auctor Plynius. Virus appellat medicamentum quo in vasis æneis lanæ tinguntur. Testudo Indica.

Pars auro plumata nitet: pars ignea cocco:
Vt mos est Phariis miscendi licia telis.
Tūc famulę nūer⁹ turbę: populusqꝫ minister.
Discolor hos sanguis: alios distinxerat ætas.
Hęc Libycos ꝑs: tā flauos gerit altera crines
Vt nullas Cæsar rheni se dicat in aruis
Tā rutilas vidisse comas: pars sanguinis vsti
Torta caput refugosqꝫ gerēs a frōte capillos.
Nec non infelix ferro mollita iuuentus

SVLPI. ¶ Plumata. in modum plumarum cōtexta. Ignea cocco. splendida est colore coccineo q est densior purpura. Coccum enim est Galacię rubens gramen nitorē purpureū reddens. Coccū. Est & granū Ilicis eiusdē virtutis qđ & in Galacia & alibi nascit̄ vt Plynius. xvj. tradit. Miscendi licia, fila diuersi coloris quæ polymita dicuntur. Polymita. Plynius ait. Colore diuersæ picturę intexere Babylon maxime celebrauit & nomen imposuit: e plurimis vero licijs, texere, quæ polymita appellantur, Alexandria instituit. Libycos, subnigros. In aruis rheni, in Germania. Sanguinis vsti nigri coloris. Torta caput, intortos habens capillos. duplex synecdoche. Refugos, sursum inuersos. Iuuentus mollita ferro, id est eunuchi castrati & effœminati. Execta virum. amputata geni

talia. Forti or ætas. nõ castrata iuuentus tamẽ
imberbis, vt sũt eunuchi. Reges, Ptolemęus
& pceres ppinqui eius. Maior potestas, maio
ris potestatis. Immodice fucata: nimiũ fuco
Fucus. illita. Fucus aũt est linimẽtũ qđ mãgonizat &
decipit nitore occultãs vitia corpis. Spolijs.
gẽmis, & margaritis. Laborat. nã ei sũt oneri
ornamẽta & vix illa sustinet. Perlucẽt filo sido
nio translucent serico tenui qđ prius dense te-
xtũ acu rarefactũ erat. itelligitq; sindonẽ hoc
Sindon. est tenuẽ illã purpurã: de qua Martialis. Cult⁹
sindone nõ quotidiana. Quod Nilotis acus.
qđ acus Aegyptia distinguendo dissoluit pe-
ctenapud Seres texẽdo dẽsauerat. Laxauit,
lentauit, rarefecit. Dentib⁹ hic niueis. illic mẽ-
sę citreę eburneis pedibus sustinebãtur. fit aũt
Ebur. Ebur ex dẽtib⁹ elephãti. Orbes, mẽsas citreas
Ora, aspectũ. Iuba, qui erat rex Mauritaniæ:
ex qua mẽsæ citreę siue cedrinæ pulcherrimæ
aduehunt. Pro cæcus. Cleopatrã imprudẽ-
tiæ increpat q; Cęsari cui ad bella peragenda
pecunia opus erat diuitias ostẽtauit. Incẽdere
mentẽ. ad inflãmandã ei⁹ cupiditatẽ qui vim
possit inferre. Nõ sit licet. vt profecto est. Po-
ne duces priscos. non mõ Cæsar sed etiã vete
res illi cõtinẽtissimi corrũpent & cuperent tñ
pdę Romã inuehere. Recũbat, inhęreat corrũ
Quinti⁹. pat. Cõsul sordidus. i. Quintius quẽ nuntius
ei afferẽs dictaturã nudũ & arantẽ trãs Tybe
rim offendit. de quo Persius Quẽ trepida ãte
boues dictaturã induit vxor. Auro, aureis va
sis. Nõ mãdante fame. sed ad delitias. Deos,
quas Aegypt⁹ pdijs colit. Crystall⁹, guttur-
Crystall⁹. niũ crystallinũ. Gẽmæ, pocula gẽmea. Mare-
Mareotis otidos. q̃ nascit in mareotide regione Aegy-
pti Libycę. quã Vergi. in gęorgi celebrat. Sed
paucis. sed natum apud Meroẽ insulã Nili in
qua vinũ in optimũ saporẽ intra paucos an-
nos decoquit Seniũ, saporẽ & nitorem vete-
ris vini, Cogẽs spumare phalernũ indomitũ.
cogẽs feruere vinũ potẽs. nam maximo solis
ęstu & vua & vinũ decoquitur. Indomitũ. cu-
ius vis aqua plurima non extinguitur.
BERO. ¶ Pars auro plumata nitet. Quędam erãt ve-
stes stragulę q̃ auro intexto plumas imitaban
tur. quas Plautus plumatiles nuncupat. Pars
ignea cocco. Coccũ est rubens gramẽ ex quo
nobilissimũ pigmentũ cõficit. Vñ vestes coc-
cineæ & color coccine⁹ noiat. Miscendi licia
tel. Plurimis licijs texere q̃ polymita appellãt
Alexãdria instituit in Aegypto. Auctor Ply
nius. Hęc Libycos pars nõnulli e ministris cri
spos habebãt capillos & in nodũ tortos mo-
re Afroꝝ: alij flauos & rutilos more Germa-
noꝝ: quibus vt ait Tacitus rutilę sunt comæ.
In aruis rheni. i. in Germania. Refugosq; ge-
rẽs a frõte capillos. pars capillos habebãt cin-
cinnatos & ĩ anulos retortos more Aethiopũ
qb⁹ vapore solis capilli torrent & in supa fle-
ctunt: vt ait Ply. Capilli ergo retorti fugiebãt
a frõte q a vaporis vi in supa reuocãt. Atq; ex
ecta virũ. i. stabãt etiã castrati & eunuchi qb⁹
reginę delectant: vt ait Terentius. Lanugine
malas. erãt & alij ministri imberbes. Lanugo
enim dicitur prima barba. Plena maris rubri
spolijs. i. margaritis quæ nascuntur in cõchis:
quas Indicus oceanus & mare rubrum maxi-

Atq; execta virum stat contra fortior ætas
Vix vlla fuscante tamen lanugine malas.
Discubuere toris reges: maiorq; potestas
Cæsar: & immodicę formã fucata nocentem
Nec sceptris cõtenta suis nec fratre marito:
Plena maris rubri spolijs colloq; comisq;
Diuitias Cleopatra gerit: cultuq; laborat.
Candida sidonio perlucent pectora filo:
Quod Nilotis acus cõpressum pectine Serũ
Soluit. & extenso laxauit stamina velo.
Dentibus hic niueis sectosq; Atlantide sylua
Imposuere orbes: quales ad Cæsaris ora
Nec capto venere Iuba. Pro cęcus & amens
Ambitiose furor: ciuilia bella gerenti
Diuitias aperire suas: incendere mentem
Hospitis armati: nõ sit licet ille nefando
Marte paratus opes mundi quæsisse ruina.
Pone duces priscos & nomina pauperis æui
Fabricios Curiosq; graues: hic ille recumbat
Sordidus Hetruscis abductus cõsul ãratris:
Optabit patriæ talem duxisse triumphum.
Infudere epulas auro: quod terra: quod aer:
Quod pelagus Nilusq; dedit: quod lux⁹ inani
Ambitione furens toto quęsiuit in orbe.
Non mãdãte fame multas volucresq; ferasq;
Aegypti posuere deos: manibusq; ministrat
Niliacas crystallus aquas: gemmęq; capaces
Excepere merum: sed non mareotidos vuæ:
Nobile sed paucis senium cui contulit annis
Indomitũ Meroe cogens spumare phalernũ.

¶ Pars auro plumata nitet. Prosequit reliquũ luxũ & appatũ
a Cleopatra instructũ dicens. Pars. s. castrorum nitet plumata
.i. in morem plumarum circũtexta auro. i. squammis aureis:
pars nitet ignea. i. rutilo ac purpureo colore ex cocco facto: vt
id est quemadmodum aut secũdum q; mos est Pharijs, id est
Aegyptijs miscendi licia, id est fila diuersi coloris, telis, id est
dum telas texunt & polymita faciũt. Tunc. i. deinde, numer⁹
.i. numerosa multitudo, turbę famulę. i. famulantis, & popul⁹
minister. i. ministroꝝ frequentia, sup. nitet aut adest. Sanguis
discolor. i. diuersũ gen⁹, aut diuersa forma q̃ ex sanguine for-
mo id est calido aut tepido maior & minor est, aut infectio

ex sanguine conchilij diuersi, distinxerat hos .i. quosdam: ętas .s. varia, distinxerat alios. Hęc .s. ps. gerit crines .i. capillos Libycos .s. subnigros: altera pars gerit crines tã flauos: vt nullas .i. nõ vllas, vt Cęsar dicat se nõ vidisse vllas comas tã rutilas in aruis rheni .i. in Germania. Pars torta caput crines .i. hñs in tortos crines capitis, sanguinis vsti .i. nigri coloris: & gerẽs capillos refugos a fronte .i. sursum reflexos: vt sunt Aethiopi: necnõ .i. etiã, iuuentus infelix mollita .i. mollificata & effoeminata, ferro .i. cultro euulsorio, atq; execta virũ .i. hñs sexũ virilem exectũ, hoc est spadones & eunuchi, stant sup. ex vna pte & ętas fortior .i. virilis nõ emasculata, stat contra .i. ex aduersõ: vix tñ vlla lanugine fuscante .i. obscurante & vestiẽte genas .i. licet sit fortior & virilis: tñ fere adhuc inuestis: quia parũ barbę adhuc habebat. Reges .s. Ptolemeus ac reguli ac maior ptãs, vt ptores, & pfecti ac satrapę, & Cęsar discubuere toris: & Cleopatra fucata imodice .i. hñs abũde fucatã .i. adulterino colore decoratã, formã .i. venustatẽ suã, nocentẽ .i. pniciosam, nec cõtẽta suis sceptris .i. regno Aegypti, nec fratre marito, qa affectabat imperiũ Romanũ & cõcubitũ Cęsaris, exñs plena spoliis maris rubri .i. gẽmis & margaritis quib⁹ eoꝝ inuẽtores mare rubrũ spoliauerãt, gerit collo & crinali .i. capillis crismali, diuitias .s. suas .i. pcipua ornamenta, & laborat .i. oneraṫ, cultu .i. ornamẽtĩ suis tot & tãtis vt vix ferre qat. Pectora .s. Cleopatrę cãdida .i. alba & lucẽtia, placent .i. translucẽt aut p mediũ lucẽt filo Sidonio .i. serico tenui ac sindone pellucente, qđ sup. filum cõpressum .i. dẽse textũ, pectine .s. textorio, Serũ .s. populorũ apud quos in arboribus nascit, acus Nilotis .i. nilotica aut Aegyptiaca, soluit .i. rarefecit, & laxauit .i. lentauit, stamina .i. partẽ illã texturę, velo extẽso .i. dilatato cõtextu, cũ sit rarior fact⁹. Et sup. opifices aut famuli, iposuere hic .s. ad lectos discubitorios, dentib⁹ niueis .i. in pedib⁹ eburnis, orbes .i. mẽsas rotundas, sectos .i. sectando factas sup. e sylua atlantide .i. citro aut cedro mauritanica: q̃les sup. orbes nec .i. & nõ etiã Iuba rege Mauritanię capto venere ad ora, id est cõspectum Cęsaris. Pro .i. porro sit, vt execrabilis, furor .s. Cleopatrę, cęcus & amẽs .i. improuidus & alienus a mente .i. ratiõe, ambitione .i. pp ter ambitiosam ostentationẽ diuitiaꝝ, furor dico est, apire .i. ostẽtare, gerẽti bella ciuilia, & ita ipio & auido, vt Cęsari, suas diuitias: & incẽdere .i. inflãmare ad auaritiã, mẽtẽ hospitis armati: & ita potẽtis vim inferre: licet ille .s. Cęsar nõ sit (qđ tñ maxime est) parat⁹ Marte nefando .i. bello detestabili, q̃sisse opes .i. diuitias & potẽtias, ruina .i. p casum & excidiũ mũdi. pone .i. cõstitue ad mẽsam tuã o Cleopatra, duces priscos .i. tã abstinẽtes q̃ erãt prisci: & pone noĩa ꝗui paupis .i. quo paupertas erat ĩ ptio: vt pote, pone Fabricios & Curios graues .s. viros: & recũbat hic .i. ĩ tãto appatu, ille cõsul sordid⁹ .s. Quinti⁹, abduct⁹ .s. ad dictaturã, aratris Hetruscis .i. ab aratro quo colebat terrã suã ĩ Hetruria: tñ sup. optabit duxisse patrię .i. in patriã, talẽ triũphũ .i. de tã diuitib⁹ raptis eoꝝ diuitijs. Ministri sup. infudere auro .i. vasis aureis, epulas hoc est p epulis. id qđ terra dedit .i. quicquid acq̃situ est in terra: & qđ aer dedit vt volatilia: & qđ pelagus dedit vt pisces maris: & qđ Nilus dedit vt pisces fluuiatiles: & qđ luxus furens inani ambitione .i. stulta cupiditate honoris ex põpa tali, q̃siuit in toto orbe: & posuere fame nõ mãdante .i. citra famẽ ad solã ostẽtationẽ, multas volucres & feras exñtes deos Aegypti: quia varia aĩalia p dijs colũt: & crystallus .i. vas crystallinũ, ministrat manib⁹ .s. añ & post cibũ aquas Niliacas: & gẽmę capaces .i. pocula gẽmea vt Myrrhina & amethystina excepe merũ .i. purũ vinũ: sed nõ vuę mareotidos .i. ad mareotim nascẽtis: sed nobile cui Meroe insula Nili dedit paucis annis seniũ .i. saporẽ & mititatẽ talẽ q̃lẽ cętera vina assequũť p seniũ .i. lõgã durationẽ. Meroe dico cogẽs falernũ .i. vinũ quale est falernũ in Italia, indomitũ .i. forte, spumare .i. feruere & cito decoqui.

me mittũt: vt aiũt Solin⁹ & Plyni⁹. Sydonio pellucẽt pectora filo. vestẽ bõbycinã intelligit alio noĩe dictã Coã q̃ denudat foeminã vt ait Ply. Bõbyces eñi vermiculi in Assyria cuius ciuitas est Sidon telas texũt ad vestẽ luxũ q; foeminarũ. Quod nilotis acus .i. lucet Cleopatra veste serica acu facta. Seres ei lanificio syluarũ sunt nobiles vt supra diximus. Dentib⁹ hic niueis .i. in hoc cõuiuio erãt mẽsę citreę rotundę: q̃ pedes habẽt eburneos ex dẽtibus elephãtorum. Hic ille recũbat sordib⁹ Hetruscis. Attiliũ Seranũ intelligit q semĩa spargẽs inẽtus ẽ ab his q eũ ad iperiũ po. Ro. suscipiẽdũ missi a senatu euocauerãt: vt scribit Valeri⁹: q triũphũ ex deuictis hostib⁹ reportauit. de hoc Vergi. Vel te sulco Serane serentẽ. potes intelligere de Quitio cincinato cui aranti siue fodienti viator attulit dictaturã nudo pleno puluere. Auctores Ply. & Liuius. Infudere epulas auro .i. in vasis aureis epulas p oĩa elementa q̃sitas intulerũt. Quod luxus inani .i. illa delicatiora opsonia q̃ luxuriosorũ reperit gula. Aegypti posuere deos. Aegypti colũt varia aĩaliũ auiũq; gña p dijs: vt Diodorus & Herodot⁹ tradũt. & Iuuenalis. Crocodilon adorat Pars hęc illa pauet saturã serpẽtib⁹ Ibim .i. cõuiuio itaq; posita fuerũt Aegyptioꝝ numia. Crystallos .i. vasa crystallina. Gẽmęq; capaces, vasa gẽmata. Sed nõ mareotidos vuę. vinũ nõ erat mareoticũ a mareotide dictum: de quo Horati⁹. Mẽtẽ lymphatã mareotico. sed erat ex insula Meroe quã facit Nilus oĩm in eo fluuio maximã: quod Phalernũ cãpanũ representare videbatur.

Accipiunt sertas nardo florente coronas
Et nunq̃ fugiente rosa: multũq; madenti
Infudere comę quod nondum euanuit aura
Cinnamon: externę nec perdidit aera terrę:
Aduectũq; recens vicinę messis amomum.
Discit opes Cęsar spoliati perdere mundi:
Et gessisse pudet genero cum paupe bellum:
Et causas Martis Phariis cũ gentibus optat.

Sertas .i. pactiles. nã sunt & Sutiles & quę ex solo ramulo fiũt. Nardo. Nardus frutex ẽ principalis in vnguentis graui & crassa radice folio puo dẽsoq;. Cacumina vt ait Ply. in aristas se spargũt. ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrãt. Nunq̃ fugiẽte, semp florẽte: toto eñi anno seruari intra arũdinẽ in suo stipite potest. vel nunq̃ fugiente dixit: qa nunq̃ odorẽ amittit. Madenti, vnguentatę. Q đ nũdũ euanuit aura .i. recẽs: & qđ nihil odoris amisit tractatiõe & cœli mutatiõe. Cinnamõ. Cinnamũ ideq; cinamomũ frutex duoꝝ cubitorũ altitudine nascit in Aethiopia: nec metiť nisi deo placato. Aera, odorẽ. Externę terrę: nã in ea natũ est. & idicat ĩ Aegypto nasci. Amomum. frutex vitis labruscę similis in palmi

SVLPI. Corõarũ species. Nardus.

Cinamũ. Cinnamomum

Amomũ

Postq̄ epulis bacchoq; modū lassata voluptas
Imposuit longis: Cæsar producere noctem
Inchoat alloquiis: summaq; in sede iacentem
Linigerum placidis cōpellat Achorea dictis.
O sacris deuote senex: quodq; arguit ætas
Nō neglecte deis: Phariæ primordia gentis
Terrarumq; situs vulgiq; edissere mores:
Et ritus formasq; deū: quodcunq; vetustis
Insculptū est adytis profer: nosciq; volentes
Prode deos. si Cecropiū sua sacra Platonem
Maiores docuere tui: quis dignior vnq̄
Hoc fuit auditu mundiq; capacior hospes?
Fama qdē generi Pharias me duxit ad vrbes.
Sed tamen & vestri: media inter prælia semp
Stellarum cœliq; plagis superisq; vacaui.
Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.
Sed cū tanta meo viuat sub pectore virtus:
Tantus amor veri: nihil est qđ noscere malim
Q̄z fluuii causas per sæcula tanta latentes:
Ignotumq; caput. spes sit mihi certa videndi
Niliacos fontes: bellū ciuile relinquam.
Finierat: cōtraq; sacer sic orsus Achoreus.
Fas mihi magnorum Cæsar secreta parentū
Edere ad hoc æui populis ignota profanis.
Sit pietas aliis miracula tanta silere:
Ast ego cœlicolis gratum reor ire per omnes
Hoc opus: & sacras populis notescere leges.

altitudinē folijs mali punici vuā pducit. Vici-
nę messis. carpit̃ eñ in Assyria q̄ nō longe di-
Recens. stat ab Aegypto. Recēs, recenter: nomē p ad
uerbio. Perdere. i vanū luxū cōsumere Opta.
vt iure diripere videat̃. Lassata, satiata. Acho
rea lin: gerū, sacerdotē linea veste indutū. Sa-
Xilinę ve stes. cerdotes eñ Aegyptij vestes ex lino xilino
gerūt qbus nullę sūt in cādore mollitie ve p̄fe
rēdę. author est Ply. O sacris. Cæsar captata
beniuolētia orat Achoreū vt q̄cūq; digna co
gnitu sūt in Aegypto apiat: & se Astrologiæ
& philosophię studiosum pfessus vt primum
de ortu nili quid sentiat explicet. Deuote, de-
putate: qa sacerdos. Arguit. indicat & demō
strat: nā nō tādiu vixisses nisi supis eēs grat⁹.
Nō neglecte, chare. Primordia, originē Aegy
ptioꝝ. Edissere, eloq̄re. Rit⁹, sacroꝝ morem.
Prode, māifesta. Volētes. cupidos, nā gloria
sua gaudēt. Cecropiū. Atheniēsem. a Cecro-
Plato in Aegyptū pe rege. Plato inter plurimas natiões q̄s discē
di gr̄a adijt Aegyptū petijt vbi a sacerdotib⁹
Mēphitisq; vatib⁹ sydeꝝ ortus cursus obitus
variasq; ptētes ac reꝝ diuinaꝝ occulta, nume
rorūq; insup & mēsuraꝝ rationes accepit. Di
gnior. tum quia consul & dominus rerum: tū
quia studiosus. Capacior hospes, docilior cō
templator. Generi, Pompeij. Vestri, vt vos vi
Eudox⁹. derē & alloquerer. Plagis, regiōib⁹. Vacaui, in
ægyptum calentē quoq;.i. etiā primo sole.i. vt primū sol ortꝰ erat (Cauedicas quoq; a q sq; deduci: nā syllabæ prioris quātitas id vetat): quū.i. qn, acies.s. ab Achilla adducta cōspicit̄ nō sparsa maniplis.i. habēs manipulos militū non sparsos pcul a muris.s. Alexādriæ: nec vaga.i. & nō sine ordine excurrēs: sed cōspicit̄ sup. talis, qualis acies vertit recta frōte.i. prima pte directa ad hostes iustos.i. veros, & in quos gerat̄ iustū bellū. Et sup. milites Achillæ, ruūt.i. impetuose adueniūt passuri arma.s. hostium, cōminus.i. de ppe consertis manibus, & laturi.i. illaturi in hostem arma: hoc est ita appropiant, vt q consertis manibus p̄liaturi sint. At Cæsar diffisus moenibus vrbis: aut q nō satis munita erāt, aut q ciues quoq; timebat: ptegit se foribus aulæ.i. regiæ clausæ, passus latebras degeneres.i. quales patiunt̄ degeneres. Nec tota regia vacabat.i. vacua, & aperta erat, cōpressio.s. Cæsari.i. in angustum redacto, & collegerat arma.i. armatos istruxerat minima pte domꝰ: aut qa paucos habebat, aut q reliqua pars clausa erat. Iræ & metus tangunt.i. afficiunt aios.s. Cæsaris: qa &.i. simul timet incursus.s. tāti exercitus, & indignatur timere.i. se ostēdere timētē: vn̄ irę processerant. sic.i. tali modo, fera nobilis, videlicet leo, abdita.i. oc-

inqt Lucanus: Cæsar vbi defecissent tela, & ignes qbꝰ dimicatū est, caput tuū, tāq̄ telum misisset in Achillā, & alios tuos famulos qui eū oppugnabāt. Sic barbara colchis. Medea fugiens cū Iasone, vt patrē Oetā insequentē remoraret̄ fratrē Absyrtū in frusta dissectū p varia sparsit loca: vt narrat Ouid. Sēsus est. ita Medea credit̄ expectasse patrē Oetā parato capite fratris: qđ illi obijceret: sicut Cæsar habebat Ptolemæū secū, cuiꝰ caput erat missurus in aduersarios. Spē pacis tētare ducē. Cæsar, vt ipse scribit, regem hortatus est: vt ex suis necessarijs legatos ad Achillā mitteret, & q desset suæ volūtatis ostēderet: a quo missi Dioscurides, & Serapion ad Achillā puenerūt: quos ille corripi, ac iterfici iussit. hoc nūc tāgit Lucanꝰ dicens missum esse satellitē regiū, qui Achillā moneret: vt ab icœpto desisteret: quē interfecerūt violato iure gentiū.

clusa, in paruis claustris, id est in cauea, aut clatris, fremit scilicet ex indignatione, & frangit dentes, scilicet suos rabidos.i. rabie percitos, carcere morso, p̄ mordendo obstacula. Nec o mulciber.i. vulcane, tua flamma fureret secꝰ.i. aliter in cauernis.i. antris siculis, si quis obstrueret tibi ætnam summam: q̄.s. Cæsaris ira insaniuit. Is.s. Cæsar qui nuper.i. paulo ante audax sub rupe Aemi montis Thessalici, nō timuit cunctos proceres.i. primores, & principes hesperiæ.i. Italiæ, & aciem senatus.i. in qua erant senatores: & Pompeium ducem.s. eatenus felicissimū, & qđ maximū erat, causa vetāte sperare.i. quū pp iniquā causam etiā deū metuere poterat sibi obuersantem, non tamen timuit: & pmisit sibi fatum iniquum.i. ausus est sperare victoriam in causa iniqua: expauit.s. nūc in ægypto, nefas seruile.i. qđ clientes machinabantur, & obruit̄ telis.i. sinit in se tela immitti intra penates.i. clausus in domo: quē si suo animo, & felicitate vti potuisset, Alanus ferox populus Scythię nō violasset, & quem scytha.i. reliquus Scythiæ populus, aut parthus Scythiæ profugus non violasset, & Maurus q ludit.i. illudit, in hospite fixo.i. transfixo a se per summā perfidiā. Et hic.s. Cæsar cui spacium orbis.i. imperij Romani nō sufficit, & q putat Indos.i. totū orientē, cū Gadibus tyrijs.i. a tyrijs colonis conditis, hoc est cum toto occidēte, putat.i. æstimat regna parua.i. exigua, q̄rit nunc tuta.i. munimenta, & tutiores ptes domus: ceu.i. tanq̄ eēt puer imbellis, vel fœmina, muris.s. vrbis captis: & ponit spē vitæ in limine clauso: & ipse vagus.i. incerte & anxie fugiens, lustrat.i. circūspectat atria.s. regiæ, cursu incerto: quia ipse erat incertus quo se reciperet: non tamen sine rege.i. cū tn̄ p̄sentem haberet regē Ptolemęū: quē ducit secū in omnia.s. loca, sumpturus poenas, & piacula grata morti suæ, & missurus.i. proiecturus o Ptolemęe caput tuum in famulos.s. tuos si nō sunt tela, neq; ignes quæ in eos iaciat. Sic colchis, scilicet Medea, barbara, credit̄ metuens expectasse patrem, scilicet Oeetam vltorē regni.s. p eā pditi, & fugæ.s. cum Iasone cœptę, ense suo parato.s. ad occidendū, & ceruice fratris.s. Absyrti parata: vt priusq̄ a patre dep̄hendat̄ ipsam secet. Tamē vltima rerū.i. summæ necessitates, cogunt ducem.s. Cæsarem tentare spem pacis: & missus est satelles regius: vt corriperet famulos scilicet Photinum & Achillam, sęuos.s. in hospitem, voce.i. verbis Tyranni.s. Ptolemæi absentis.s. ab exercitu corriperet autem quærendo quo authore mouerent bella, quum scilicet rex abesset.

Sed neq; ius mūdi valuit: neq; fœdera sancta
Gentibus: orator regis pacisq; sequester
Aestimat in numero scelerum ponēda tuorū
Tot mōstris Aegypte nocēs. nō Thessala tel
Vastaq; regna Iubę: nō pōtꝰ: & ipia signa (lꝰ:
Pharnacis: & gelido circumfluus orbis Ibero
Tantū ausus scelerū: nō Syrtis barbara: q̄tū
Delitiæ fecere tuæ: premit vndiq; bellum:
Inq; domū iā tela cadunt quassantq; penates.
Non aries vno moturus limina pulsu
Fracturusq; domū: nō vlla est machina belli:
Nec flāmis mandatur opus sed cæca iuuētus
Consilii vastos ambit diuersa penates:

SVLPIT.

Ius mūdi. inuiolabile ius gētiū de legatis quos Achillas interimere ausus est. Valuit. alicuiꝰ dignitatis fuit. Sequester pacis, id est mediator & apud quē deponitur eius arbitrium. Aestimat, consyderat ea quę annumerāda sunt inter scelera tua. Monstris, sceleribꝰ. Thessala tellus. quæ gigantes produxit. Regna Iubę vasta. Mauritania lata & barbara: Pontꝰ, Scythię. Pharnacis, filij Mithridatis q Pōpeio fauens patrē ad mortē cōpulit. Orbis. Hispania. itelligitq; per hęc loca oēs nationes quę pro Pompeio dimicuere & periere. Tm̄ scele℞. quātū est Cęsaris Ptolemæiq; oratorem perimere. Nō syrtis.i. Nasamōes & Aphri. Delitiæ, Achillas & Photinus Eunuchus molles. Premit. vrget Cæsarem. Moturus limina. euersurus ostia vno impetu. Flammis, incendio. Nusq̄ incur. nulla ex parte inuadit. Muriq; vi. fortuna tue. stat fortuna pro muro. Nec non & ratibus tentatur regia. Eodem tempore pugnatū est ad portum vt ait Cæsar: & magna multitudine naues lōgas occupare hostes conabāt̄ quarū erant qnquaginta auxilio missę ad Pōpeiū:

Pharnax.

Et nusq̃ totis incursat viribus agmen.
Fata vetant: muriq; vicem fortuna tuetur.
Nec non & ratibus tentatur regia: qua se
Protulit in medios audaci margine fluctus
Luxuriosa domus: sed adest defensor vbiq;
Cęsar: & hos aditꝰ gladiis: hos ignibus arcet.
Obsessusq; gerit: tanta est constantia mētis:
Expugnātis opus. piceo iubet vnguine tīctas
Lampades immitti iunctis in vela carinis.
Nec piger ignis erat ꝑ stupea vincula perq;
Manātes cæra tabulas: & tempore eodem
Trāstraq; nautarū summiq; arsere ceruchi.
Iā ꝓpe semustę mergūtur in ęquora classes:
Iāq; hostes & tela natāt. nec puppibus ignis
Incubuit solis: sed quæ vicina fuere
Tecta mari longis rapuere vaporibus ignem:
Et cladem fouere noti: percussaq; flamma
Turbine non alio motu per tecta cucurrit:
Q̃ solet ęthereo lampas decurrere sulco
Materiaq; carens atq; ardens aere solo.
Illa lues clausa paulum reuocauit ab aula
Vrbis in auxiliū populos: nec tēpora cladis
Perdidit in somnos sed cæca nocte carinis
Insiluit Cæsar: semper feliciter vsus
Præcipiti cursu bellorum: & tempore rapto.
Tūc claustrū pelagi cepit Pharō: īsula quōdā
In medio stetit illa mari: sub tempore vatis
Proteos: at nunc est Pellęis proxima muris.
Illa duci geminos bellorum pręstitit vsus.

prælioq; in Thessalia facto domū redierant. præter has auxilio erāt, q̃ pręsidij causa Alexādrię eē cōsueuerūt: rostratę oēs: quas si occupassent classe Cæsaris erepta portū ac mare totū in sua potestate haberēt: cōmeatu auxilijsq; Cæsarē ꝓhiberēt. Itaq; tāta e st cōtentione actū quāta agi debuit, cū ille celerē in ea re victoriā, hiq; salutē suā cōsistere viderent. Sed rē obtinuit Cæsar: oēsq; eas naues & reliquas, q̃ erāt in naualibus incendit, q; tā late tueri, & tā parua manu nō poterat. Cōfestimq; ad Pharū nauibꝰ milites exposuit. Regia, in qua erat Cæsar. Protulit, extēdit. Audaci, multū exporrecto. Opꝰ, certamē & officium. Tinctas vngui. pice. illitas pice liq̄facta. Vincula, funes. Trāstra, sedilia. Ceruchi, cornua antennarū dicta a κέρασ qđ est cornu, & χέω fundo. Incubuit, occupauit eas. Lōgis vaporibus, lōga exhalatiōe flāmę, & fumi. Cladē, incendiū. Turbine, volubili impetu vēti. Lāpas. lāpades æthereę, vt Plinius ait, ardentes imitāt̄ faces. Materia. quā vrat. Illa lues, incēdiū. Clausa reuocauit ab aula. a regia obsessa auertit ad vrbem tuēdam. Nec tēpora cladis. dū hostes inq̄t essent in extinguēdo incēdio occupati Cæsar se somno non dedit: sed nauibus milites ad Pharū occupandā imposuit. Cladis: incēdij. Cæca, obscura. Pręcipiti cursu, festiatiōe subita. Rapto, ꝓoccupato. Pharon. Pharꝰ est in insula turris magna altitudine, mirifice operibꝰ instructa, q̃ nomē ab insula accipit. hęc insula obiecta Alexādriæ portū efficit: vt ait Cęsar. & ideo claustrū poeta appellat. facit aūt, vt ait Strab. portū bicipitē: nā cū littorea regio sit sinuosa, duo ꝓmōria in mare emittit inter quæ insula iacet, quę portū claudit: ei nāq; ꝑ longum obijcitur. Insula quon. olim inq̄t insula fuit, nūc est Alexandrię ponte coniūcta. Proteos. regis ægypti, & vatis. Proxima: iuncta ponte.

Ceruchi.

Lāpades.

Pharus.

BERO.

¶ Neq; fœdera sācta gētibꝰ. Legati apđ oēs gētes esse debēt sancti, & inuiolabiles: tn̄ apđ Achillā hęc fœdera violata sunt. Orator, legatꝰ. Pacisq; sequester. Sequestres dicimus quorū fidē vtraq; pars sequit̄. Sequester pacis dicitur quasi interpositor, q hinc, & inde pacē cōponeret. Vergi. Pace sequestra. Non Thessala tellꝰ. i. nulli etiam barbari, & hostes hoc fecissent: nec etiā interemissent legatos quēadmodū Achillas legatū regiū interemit Thessalā tellurē dicit cāpos Pharsalicos in q̄bus dimicatū fuerit atrociter. Regna Iubę. i. Numidię: quorum rex erat Iuba: cuiꝰ supra habita est mentio. Impia signa Pharnacis. Pharnaces filius Mithridatis de quo supra dictum est a Cæsare vnica acie fuit ꝓfligatus tribꝰ, quibꝰ in cōspectum venit, horis. vt ait Trāquillus. verū nec Pharnaces ausus esset necare legatum. Inq; domum iam tela cadūt vt ipse Cęsar scribit, vndiq; oppugnabatur: ac pluribꝰ vijs hostes eū affligere conabant̄. Sed cęca iuuētus. Milites Achillę Cęsarē oppugnabāt nō ariete nō flāma non machinis bellicis: sed quadā temeritate ābire cœperūt domū Cæsaris tētātes, si qua possent irruere Fata vetāt. Cæsar auxilio fatorū seruabatur ab impetu militum Achillę. Nec non & rati-

Sequester pacis.

¶ Sed neq; ius mūdi &c. Q̃uis inq̄t legatos miserit Cęsar ad Photinū, & Achillā tētaturos pacē: tn̄ nil ꝓfecerūt: imo contra ius gentiū ab illis interfecti sunt. Ordo est. Sed licet miserit legatū: tn̄ neq; ius mūdi. i. qđ totꝰ mūdꝰ cōcedit legatis pacis ꝑcipue, vt sint imunes, valuit. i. ꝓfuit, aut alicuiꝰ valoris fuit: nec fœdera. s. cōsensus oīm mortaliū, de nō lędēdis legatis sancta. i. īuiolabilia, gētibꝰ. i. oībꝰ nationibꝰ, valuerūt sup. Orator regis. i. missus a rege, & sequester pacis. i. mediator, apđ quē rex & Cęsar deposuerāt arbitriū pacis, ęstimat. i. pōderat o ægypte nocēs tot mōstris. i. enormibus factis, ponēda. i. q̃ si posses ponas in numero tuorum scelerum: hoc est quū in odium Cæsaris orator ꝓ pace cōciliāda etiā ab rege missus sit a satellitibus Aegypti truculenter occisus, facile ostendit quanta in Cæsarem si potuissent ausi fuissent. Quia tellꝰ Thessala in qua fere

mundus constrixit cũ Cæsare hostili aĩo (nã de bello Giganteo in quo nihil in Cæsarẽ factũ, nõ placet intelligere.) non sup. est ausa in Cæsarẽ tantũ, & Pontus. i. filius regis Põti Põpeianas pres cõtra patrẽ secut⁹, & pro. i. signa Pharnacis. s. filij Mythridatis, impia, videlicet in patrẽ, nõ sunt ausa tãtũ: & orbis circũfluus Ibero. s. fluuio Hispaniæ gelido: hoc est circũ quem fluit Iberus: hoc est Hispaniæ ambitus: nõ est ausus tantũ scelerum. s. in Cæsarem: & Syrtis barbara. i. Nasamones, & cęteri aphri syrtim accolẽtes, nõ est ausa sup. facere, tãtũ scelerũ, quãtum o ægypte delitię tuę. i. Eunuchi tui molles & teneri sup. ausi sunt in Cæsarẽ: qa nũq̃ prius sic oppressus fuerat. vñ addit. Bellũ. i. vis bellantium premit vndiq̃. s. Cæsarem, & tela cadũt iã. s. effractis foribus, in domũ. s. regiã, & quassant. i. cõcutiũt penates. i. interiores lares. Non sup. est illis aries moturus. i. q̃ mouisset si affuisset, limina. s. dom⁹, vno pulsu. i. impetu: & fractutus. i. qui frangere potuisset domũ: & vlla machina belli nõ est illis: nec op⁹. i. exercitatio belli mãdatur. i. cõmittit̃ flãmis. i. incẽdio: sed iuuẽtus. s. ægyptiaca, cæca. i. inops consilij, sicut cæcus visu caret, ambit. i. circuit, & circũoppugnat, diuersa. i. ex diuersis ptibus, penates vastos. i. amplã regiã: & agmen nusq̃. i. in nulla pte, aut in nullam ptem, incursat. i. impetũ facit totis viribus: qđ si fecisset facile expugnasset: sed fata. s. Cęsaris vetant: & fortuna tuetur vicẽ. i. ptes muri. i. stat Cæsari p muro. Nec nõ. i. & etiam, regia tentatur. i. oppugnatur ratibus, ea parte qua domus luxuriosa. i. ad luxum extructa, protulit. i. aperuit, aut si domus est familia, protulit. i. extulit se, margine audaci. i. multũ exporrecto, in medios fluct⁹. Sed Cęsar adest defensor vbiq̃, & arcet hos aditus, qui fierẽt a terra, gladijs: & hos qui fierent a mari, ignibus: quia incẽdit classem: & ipse obsessus gerit opus. i. partes expugnantis: quia eorum naues incendit. tanta constantia mentis sup. fuit illi. Ipse iubet lampades tinctas vnguine. i. pingui piceo immitti in vela carinis iunctis: nec ignis erat piger. i. cito furebat, per vincula stuppea, & per tabulas manantes cæra: & eodem tempore, & transtra. i. tabulata nautarum, & summi ceruchi. i. cornua antẽnarũ arsere simul: & iam classes ppe. i. quasi oẽs semiustæ. i. ad dimidiũ sui vstæ, mergunt̃ in ęquora: & iam hostes & tela natant: nec ignis incubuit solis puppibus: sed tecta. s. domuum quæ fuerũt vicina mari, rapuere vaporibus. s. piceis, longis. i. longe diffusis ignem: & noti. i. venti fouere. i. nutriuerũt, cladẽ. i. incendiũ, & flãma percussa turbine. i. vi ventorum cucurrit p tecta nõ alio motu, q̃ lãpas. i. facula cælestis solet decurrere sulco ęthereo. i. facto in æthere: & q̃ lampas carens materia. s. densa, atq̃ ardẽs solo aere. Illa lues. i. vrbis incendium, reuocauit populum ab aula clausa. i. obsessa, in auxilium vrbis contra incendiũ. Nec Cæsar perdidit in somnos. i. dormiendo, tẽpora cladis, & incẽdij: sed insiluit carinis. s. suis, nocte cæca. i. tenebrosa: vsus semper feliciter p̃cipite cursu bellorum: & tẽpore rapto. i. accelerato. Tũc. i. deĩde cepit Pharõ appositorie claustrũ pelagi. Illa. s. pharos stetit quondam insula in medio mari, sub. i. in, tempore Proteos vatis: at nũc est proxima. i. iuncta ponte muris pellęis. i. Alexandrinæ vrbis. Et illa præstitit duci geminos vsus bellorum. de quo Sulpitius.

Abstulit & cursus & fauces æquoris hosti.
Cæsar & auxiliis vt vidit libera ponti
Ostia: non fatum meriti pœnasq̃ Photini
Distulit vlterius: sed qua non debuit ira
Nõ cruce: nõ flãmis rapuit: nõ dente ferarũ.
Heu facin⁹: ceruix gladio male cęsa pepẽdit.
Magni morte perit, nec nõ subrepta paratis

bus tentatur regia. eodem tempore pugnatũ est ad portum: vt ipse Cęsar scribit. Sed rem obtinuit Cæsar: omnesq̃ naues quæ erant in naualibus incendit. Luxuriosa domus. Luxuriosus dicitur: qui pdigalitate & luxu bona consumit. ita luxuriosa domus sumptuosa nũcupat̃: in qua ædificãda immensę opes absumptę sunt. Expugnãtis opus. Cæsar tãta mẽtis alacritate depellebat obsessores: vt ipse nõ obsideri, sed expugnare videret̃. Piceo iubet vnguine tinctas. Cæsar faces & lãpades ardẽtes oblitas pice imitti iussit in naues: vt illas incẽderet. Vnguẽ, dr̃ vnguentũ. Apul. Vnguine delibut⁹. Per stupea vincula pq̃ Manãtes cęra. Ignis imissus a Cæsare in classem non sensim, sed impetu quodã inuasit naues, & illas incendit, vna cũ illustrissima Bibliotheca: vt Plutar. refert. non ibat ignis piger per funes qui ex stupa conficiuntur: & tabulas nauium cęra, & pice oblitas. pręterea naues stupa densant̃: vnde a stipãdo nomen accepit: vt Seruius inqt. Vergili⁹. Stupa vomẽs tardum fumũ. Transtra. i. sedilia nautarũ. Arsere ceruchi. Ceruchi sunt in summitate velorũ: de quibus supra dictum est: & sunt quasi caueę. Sed q̃ vicina fuerũt Tecta mari. nõ solũ naues incẽsę sunt: sed etiã ędificia cõflagrarũt, q̃ erant classi vicina: & in ptimis cõbusta est bibliotheca oĩm clarissima. Vt cladẽ fouere noti. flantes vẽti nutriuerũt incẽdium qđ per tecta cũcta discurrebat. Turbine. i. vi & impetu vẽtorũ. Lampas. Lãpades in cælo discurrunt faces imitãtes: vt ait Plinius. Illa lues. flãma a nauibus serpẽs in ædificia paulũ reuocauit Alexãdrinos, & milites Achillę ad domos pprias ab incẽdio seruãdas: & cõfestim Cæsar noctu ad Pharũ nauibus milites exposuit: qđ erat quoddã maris claustrũ. Pharos insula quõdã. Pharos insula est Põti iuncta Alexandriæ colonia Cæsaris: quõdã diei nauigatione distans ab Aegypto: vt ait Plini⁹. quõdã ergo ait Lucan⁹ Pharos fuit insula: nũc est iuncta Pellæis muris. i. Alexandriæ. s. ponte. & de Pharo supra dictum est. Sub tẽpore vatis Proteos. Proteus rex fuit Aegypti: vt aiũt Herodot⁹, & Diodor⁹. hũc Vergilius dixit fuisse in mari Carpathio vatẽ, q omnia nouit, q̃ sint, q̃ fuerint, q̃ mox vẽtura trahant̃. Illa duci geminos. Pharos a Cæsare occupata fecit, vt hostes introitũ habere nõ possent: & Cæsari frumẽtũ auxiliaq̃ e nauibus ad eũ supportari possent: sicut ipse Cæsar testatur.

¶ Geminos vsus. duplicẽ vtilitatẽ. nã ppter põtẽ, quẽ occupauerat: neq̃ terræ, neq̃ mari incurrere poterãt. Fauces. port⁹ ingressum & exitũ. Cęsar & auxilijs. Cęsar vt Pharõ expõsitis militib⁹ apprehẽdit, frumẽtũ supportari auxiliaq̃ euocari iussit. Meriti. q merebat̃. nã rursus nuntios miserat ad Achillã ne desisteret: interceptiq̃ fuerant & detecti. Sed non rapuit. interemit. Ferarum. quib⁹ viuus erat obijciendus. Pependit. non penitus fuit a trunco diuisa. Magni morte. eo mortis genere quo Pompeius. Nec non subrepta. Cæsar sic habet. Interim Arsinoe minor filia vacuam possessionem regni sperans ad Achil- SVLPI.

A famulo Ganymede dolis pu̇enit ad hostes
Cęsaris Arsinoe: quæ castra carentia rege
Vt proles Lagea tenet: famulumq; tyranni
Terribilē iusto transegit Achillea ferro.
Altera Magne tuis iā victima mittit̄ vmbris:
Nec satis hoc fortuna putat: p̄cul absit vt ista
Vindictæ sit summa tuę: nō ipse tyrannus
Sufficit in pœnas: non omnis regia Lagi.
Dum patrii veniant in viscera Cęsaris enses:
Magnus inultus erit. Sed nō authore furoris
Sublato cecidit rabies: nam rursus in arma
Auspiciis Ganymedis eunt: ac multa secūdo
Prælia marte gerūt. potuit discrimine summo
Cæsaris illa dies in famam & sęcula mitti.
Molis in exiguę spatio stipantibus armis
Dum parat in vacuas martē trāsferre carinas
Dux latius: tota subito formidine belli
Cingitur: hinc dēsę pretexunt littora classes:
Hinc tergo insultāt pedites: via nulla salutis:
Nō fuga: nō virt⁹: vix spes quoq; mortis hone
Nō acie fusa: nec magnę stragis aceruo (stę.
Vincēdus tūc Cęsar erat: sed sanguine nullo.
Captus sorte loci pēdet dubius ne timeret
Optaret ne mori: respexit in agmine denso
Scæuā p̄petuæ meritum iam nomina famę
Ad cāpos Epidāne tuos: vbi solus apertis
Obsedit muris calcantem mœnia Magnum.

Pharsaliæ Lucani nō perfectæ Finis.

lam se ex regia traiecit: vnaq; bellū adminiſtrare cœpit. Sed celeriter est inter eos de pricipatu cōtrouersia orta. Cūq; vterq; vtriq; insidiaretur, & summā imperij ipse obtinere vellet, p̄occupat Arsinoe per Ganymedē Eunuchū nutritiū suum, atq; Achillam interficit. (Arsinoe.) Hoc occiso ipsa sine vllo socio, & custode oē imperium obtinebat: exercitus Ganymedi traditur: hic suscepto officio largitionē in milites auget. Reliqua pari diligentia administrat. Subrepta, subducta ei⁹ suasu. Hostes, Achillā. Rege, Ptolemęo aut Cleopatra. Vt proles Lagea. vt filia Ptolemei auletę. Achillea. Achillā: fit enim a recto Acchilleus. Iusto. quia inuitis regib⁹ regiam oppugnabat. Tuis vmbris, ad vmbrarum tuarum vltionem. Summa, finis. Sufficit. satis ē si pereat Omīs regia, tota stirps. Dum, donec. Patrij. Romani: a quibus cōfodietur. Sed authore furoris non cecidit rabies. Achilla cæso bellum non cessauit. Auspicijs, ductu & imperijs. Eunt. militāt Aegyptij. Potuit. Illo memorabili die potuit, & debuit Cęsar perire vltimo periculo p̄ximus. Mitti in famā & sęcula. semper eius morte in fastis celebris reddi: vt postea celebratę sunt Idus Martiæ. Molis in exiguæ. Oppugnantib⁹ acriter inquit Aegyptijs pontē Phari: dū Cæsar milites in nauibus studet imponere scaphāq; insilit, vt decertantibus ferat auxiliū, ægyptiorū nauib⁹ vndiq; circūseptus, omniq; spe salutis deposita sese in mare p̄cipitauit. Molis in exiguæ spatio: hoc est in ponte Phari hostes frequentissimi pugnāt. Vacuas. nā egressi e nauibus ceperāt Pharon, & ibi pugnauerāt hactenus. Tota formidine, oīni p̄iculo. Prætexūt: p̄occultāt. Verg. & littora curuæ p̄texūt puppes. (Prætexo.) q̄nq; significat p̄ordino & oppono: vn̄ fit p̄textū. Pedites. q e pōte vrgebāt. Virtus, fortitudo ad pugnādum. Honestæ, fortis vt pugnando caderet, & ne in manus hostiū viuus incideret. Nō acie fusa. Paruo labore & cęde tunc vinci potuit Cæsar. Capt⁹ sorte loci. circūsessus, & captus locorū iniq̄tate. Pēdet. incertus est q̄d agat. Dubi⁹: nā & optare, & metuere videbat̄. Respexerat. Memoria & imagine Scæuæ Cēturionis, q solus & inuictus ad Dyrrhachij munitiōes Pōpeianis oīnib⁹ restitit, excit⁹ Cęsar ne caperet̄ se in mare deiecit, & ad naues q̄ lōgius cōstiterāt vix enatauit: libellosq; altera manu sublatos tenens, & altera natans in tāto discrimine nō amisit: vt scribit Plutarch⁹. Epidāne. dyrrhachiū. Muris apertis. munitiōib⁹ dirutis a Pōpeio. Obsedit. ita rep̄ssit & restitit: vt nō obsessus, sed obsidere videretur. Calcantē mœnia. iā ambulantē per ruinas munitionū. Et quoniā imp̄fecta est ista periodos: vt lectoris auiditati occurrerem, hæc velut superioribus annectēda duxi. Erexit mentem &c.

(BERO.) ¶ Nō meriti mortē pœnasq; Photini. Vt supra dictum est, Photinus nutritius Ptolemęi in parte Cæsaris cū ad Achillā nūtios mitteret hortaretq; ne negotio desisteret, neue aīo deficeret, indicatis deprēsisq; internuntijs a Cęsare est interfect⁹: vt ipse Cęsar refert. nūc dolet Lucanus Photinū fuisse interemptum

¶ Abstulit &c. Probat q̄ gemino fuit vsus q̄ Pharon, & pontē ei⁹ occuparat dicēs. Abstulit hosti, &. i. simul cursus. i. ne amplius incurrant in exercitum suū: & fauces æquoris. i. ne p mare inuadere possent. Deinde prosequitur supplicium sumptū de Photino: & paulopost necē Achillę: tāgens demum sed nō perficiens periculum in quod se immiserat Cæsar. Ordo est. Cæsar, vt. i. postq̄ vidit ostia pōti. i. maris, libera. i. liberata sibi auxilijs. i. auxiliarijs militibus, qui hosti suppetias ferrent, nō distulit vlterius: sed statim sumpsit fatū & pœnas. i. necē p pœna Photini meriti. s. id de Cęsare: sed Cęsar rapuit eū ad supplicium ira, q̄ nō debuit. i. lōge remissiore: quia nō rapuit eum cruce. i. nō crucifixit eū vt meruit: nō rapuit eū flāmis. i. nō exussit: nō rapuit dēte ferarū. i. non obiecit eū feris dilaniandū: sed heu facinus. s. iniquum & inuidendū, ceruix Photini pepēdit cæsa male. i. indecenter, & non tota secta, gladio. s. militis Romani

& ita Photinus perit morte Magni.i.quali Magnus perierat. Sunt q legere malint rabido non dente ferarũ:ſed ſic deſit verbũ:nam ad pepẽdit non poſſunt cætera applicari. Necnon.i.etiam Arſinoe ſoror Ptolemęi ſubrepta.i.clanculũ ad hoc rapta & educta e regia in caſtra dolis paratis a Ganymede famulo & nutritio eius, peruenit ad hoſtes Cæſaris:vtpote quæ vt.i.veluti proles Lagea.i.de ſanguine regum Aegyptiorum tenet.i.occupat caſtra carentia rege:qa Photinus iam erat occiſus:& rex aberat:& puer erat:quocirca de gubernatiõe non de regni iure contendebant:& cum videret Achillam ſibi reluctantem ipſa tranſegit iuſto.i.merito ab eo, ferro,i.gladio Achillea.i.Achillam fingentem ſe Achillea.i.Achillem:quocirca videtur affectaſſe talem declinationem vt ad Achillem qui græce Achilleus vocatur alluderet:famulum Tyranni.ſ.Ptomæi, terribilem,& rebellẽ,& Pompeij interfectorem. Et ita o Magne altera.i.ſecunda victima, mittitur.ſ.ad inferias, iã vmbris tuis.ſ.placãdis. Nec fortuna putat hoc ſatis.i.ſufficere ad placationem:abſit procul.ſ.a iudicio hominũ vt iſta ſit ſumma.i.conſummatio vindictę tuę.i.vt non alia fiat de nece tui vindicta:ipſe Tyrãnus.ſ.Ptolemæus, nõ ſufficit in pœnas:& omnis regia.i.totus ſanguis regius Lagi.i.ab Lagis deduct⁹ nõ ſufficit in pœnas Pompeio debitas:quia dum.i.donec enſes patrij.i.Romani & ſenatorij veniant in viſcera Cęſaris erit Magnus inultus.i.non cõſecutus iuſtam vltionem. Sed rabies.ſ.belli, non cecidit.i.non eſt ſedata, authore furoris.ſ.Photino & Achilla, ſublato. Nam Aegyptij eunt rurſus in arma cõtra Cæſarẽ auſpicijs.i.ductu & præſidio Ganymedis nutritij Arſinoes:ac gerunt contra Cęſarem, multa prælia marte ſecũdo.i.felici exitu prælij.illa dies.ſ.qua cum Cæſare conflictum eſt, potuit mitti in famam & ſęcula.i.famam ſęculorum & ſcribi in annalibus aut faſtis, ſummo diſcrimine.i.propter ſupremum & vltimum periculum Cęſaris ſi.ſ.tunc interceptus fuiſſet. Nam dum armis ſtipantibus.i.dẽſe cõpreſſis bellantibus in ſpatio exiguę molis.i.ſtructurę pontis Pharij quẽ defendebant, dux latius.i.Cæſar parat tranſferre martem.i.prælium & ſuos, in carinas vacuas.ſ.prælijs:ipſe cingit̃ ſubito tota formidine belli.i.totis copijs formidinem inferentibus. Claſſes denſæ.ſ.hoſtium p̃texunt hinc.i.a dextera, littora:& pedites Aegyptij inſultãt hinc.i.ex altera parte:& ita nulla via ſalutis eſt illi viſa:nam ſi in dextram nauigaſſet (erat enim in ſcapha) in naues hoſtiles incidiſſet:ſi ad ſiniſtram in pedites:ſi manſiſſet ab accelerantibus hoſtib⁹ deprenſus fuiſſet. Fuga.i.facultas fugiendi non ſup.eſt:virtus.i.facultas oſtendendæ virtutis non ſup.eſt:vix quoq; eſt ſpes mortis honeſtę. Cæſar erat tunc vincendus, id eſt poterat vinci non acie fuſa:& non aceruo magnæ ſtragis, ſed nullo ſanguine.i.ſine effuſione ſanguinis, captus ſorte.i.iniquitate loci. Ipſe pẽdet dubius.i.animo ſuſpenſo eſt:ne pro an timeret mori:ne pro an optaret mori:& reſpexit.ſ.oculis mẽtis.i.ad memoriam reduxit, Scęuã militem ſuum, meritũ iam nomina.i.laudem & nobilitatem perpetuæ famę, in agmine denſo, contra qđ ſtetit o Epidamne ad campos tuos. De Epidamno vide annotationes Beroaldias in Seruium. vbi ipſe Scæua ſol⁹ obſedit.i.tenuit in obſidiõe, Magnum calcantem mœnia.i.ambulantem per munitiones valli a Cæſare extructi, muris.ſ.a Cæſare extructis, apertis.i.deiectis. Quæ ſentẽtia eſt imperfecta nec deducta ad periodũ ſicut vita poetę extremum fati non attigit.

morte nimis leni cum fuiſſet decollatus:non autẽ fuiſſe aut crucifixum aut combuſtum ſicut fuerat merit⁹. Magni morte perit.i.Photinus eo genere mortis quo Põpeius, amputato.ſ.capite. Nec non ſubrepta paratis. Interi, vt ſcribit Cęſar, Arſinoe filia minor Ptolemęi regis ad Achillã ſe ex regia traiecit vnaq; bellũ adminiſtrare cœpit:ſed celeriter eſt inter eos de principatu orta cõtrouerſia:& vterq; vtriq; inſidiari cœpit. preoccupauit Arſinoe p Ganymedem Eunuchum nutritiũ ſuũ atq; interfecit Achillam. hoc occiſo ipſa ſine vllo ſocio & cuſtode omne imperium obtinebat. exercitus Ganymedi traditus eſt. Peruenit ad hoſtes.i.Arſinoe peruenit ad Achillã hoſtẽ Cæſaris. Vt p̃les Lagea tenet. Arſinoe tanq̃ filia regis tenebat imperiũ in caſtris Achillę q̃ rege carebãt. Proles Lagea dicit̃ regia a Lago patre Ptolemęi cui⁹ ſupra habita eſt mẽtio. Altera Magne tuis. prima victia fuit Photinus:ſecunda eſt Achillas:qui, vtpote interfectores Pompeij, ad eius vmbras mittuntur inferię. Non ipſe tyrannus.ſ.Ptolemęus.i.etiã ſi omnes ex gente regia mactarentur non ſufficerent vindictæ Põpeij. Dũ patrij veniant in viſcera. nunq̃ mors Põpeij erit vlta donec Cæſar in curia Põpeiana tribus & viginti vulneribus confodiat̃ a ſenatoribus ipſis. Enſes patrij dicunt̃ ipſorũ patrũ & ſenatorum q in Cæſarẽ conſpirarunt. Inult⁹.i.ſine vindicta. Auſpicijs Ganymedis eunt. q̃uis ſublatus eſſet auctor furoris.ſ.Achillas:tñ nõ ceſſauit rabies armorũ:nam exercit⁹ tradit⁹ eſt Ganymedi nutritio Arſinoes q cũcta adminiſtrare cœpit. Potuit diſcrimine ſummo Cęſaris. Cæſar tertio ad Pharon cœpto p̃lio, vt Plutarchus ait, ſcapham inſiluit:vt decertantib⁹ ferret auxilium. aduolantibus vndiq; in eum Aegyptiorum nauibus ſe in mare deiecit:ſummo cũ labore ad ſuos enatauit libellos manu tenẽs ne madefieret:pallium me[illegible] dic⁹ trahens ne eo potiretur hoſtis:vt ait Tranquillus. de hac re loquens Lucanus ait. Illũ diem potuiſſe reddi clariſſimũ & memorabilẽ.ſ.ſi periſſet Cęſar naufragio. Molis.i.aggeris. Dux Latius.ſ.Cęſar. Hinc denſę prætexunt. Cęſar a fronte nauibus hoſtium, a tergo pedeſtri cinct⁹ erat exercitu, ita vt nullum pateret effugium nec etiam poſſet mortem honeſtã ſperare vt fortiter dimicãs occumberet. Sed ſanguine nullo. Cęſar tunc vinci & profligari potuit ſine ſanguinis miſſione. Captus ſorte loci,. deprẽſus in loco anguſto:vt fugere nõ poſſet. Reſpexit in agmine denſo Scæuam. vt ſupra dictũ eſt, Scęua cẽturio in acie Dyrrhachina ſol⁹ ſuſtinuit impetum Põpeianorum:cuius fortitudinẽ incredibilem ſupra deſcripſit. Hũc Cęſar nunc reſpexit q meruerat nomen & famã apud Dyrrhachiũ. Nã vt ipſe Cęſar ſcribit Scęuã ab octauis ordinib⁹ ad primũ pilum traduxit eumq; donauit milibus ducentis ęris q; ei⁹ opa caſtellũ conſeruatũ fuiſſe cõſtabat. Ad cãpos Epidãne tuos. Epidãnos ciuitas eſt Epiri in ora Macedoniæ colonia Romanorũ:propter inauſpicatum nomẽ a Romanis Dyrrhachiũ nũcupata. auctor Pli. De cui⁹ conditoribus ita ſcribit Appianus. Epidãn⁹ rex vrbẽ condidit, q̃ ab ipſo nomẽ aſſumpſit. Huius ex filia nepos Dyrrhach⁹ portũ vrbi adiecit, qđ Dyrrhachiũ appellat̃. Illic Scæua nomẽ & famã ſibi cõparauerat, qñ contra Põpeianos fortiter, vt ſupra dixim⁹, dimicando reſtitit.

Finis Commentariorum PHILIPPI Beroaldi in Lucanum.

IO.BA.ASCEN.in sequẽtia IO.
SVL.Carmina expositio.

¶ Erexit mentẽ.qa supor(vt dixi)periodus
remansit imperfecta dẽptis fortassis ab ope=
ris ipsius recognitorib⁹ ijs quę minus elima=
ta visa sunt, Sulpitius Verulanus vir magno
ingenio & diuite vena pręditus pe:odũ clau
sit:ĩ qua recũ proxima authoris phrasim ex=
primat facile docet quas habeat ad carmina
vires. Ordo autem est. Imago.i.imitatio ex
recordatione Scęuę inter tot tela constituti,
erexit mentem trepidi.s.Cæsaris.Et ipse Cę
sar erat facturus nobile.i.insigne exemplum
leti memorãdi.i.digni memoria:quia sibi po
tius mortem consciuisset q̃ in manus hostiũ
venisset:sed fata vetant:quæ seruabaut ip̃m
Bruto cędendũ:& fortuna fida quia in tanto
discrimine ipsum nõ deseruit,ostendit viam
salutis.i.qua euaderet.Nam ipse lęuus.i.con
uersus in lęuam .i. sinistram partẽ,prospexit
puppes amicas.i.suas: quas ausus ẽ adire nã
do:& ait,qd.i.ad quid stamus.s.dubij? vel e=
go eripiar iam per tela & fretum.i.fluctus ma
ris:vel si non eripiar vlla potestas mei iuguli
non erit concessa eunucho.s.Ganymedi:qa
aut submergi aut sibi necem ĩferre maluisset.
tunc hoc dicto:prosilit in pontum.i.mare, re
licta puppe.i.ĩ qua erat scapha. lęua.s.man⁹
eius fert libellos siccos:quos extra aquam te
nebat ne madefierent:vt & Suetonius de eo
attestatur:dextra sup.eius secat fluctus.i.nat
& ipse accipitur tandem illęsus(quo vocabu
lo innuit multa in eum tela frustra coniecta)
plausu amico.i.amicorum ipsum ad se reci=
pientium,turbæ.i.multitudinis suorum,cla=
mantis.i.extollentis voces ad æthera.

HAec cecinit vates. Querimoniæ
hui⁹ de morte Lucani apertissimã
& tamen non minus elegantem ha
bet ad mortem cygni allusionem:
tot autem in ea sunt delitiæ,gratiæ,seu chari
tes ac veneres:vt dubitem,an quicquid deliti=
osius afferri possit.Quis enim exprimat spõ
daici illius Mille modis querulum quod cœ
perat interrumpit,lepidas opportunitates?
Sed quid de carthagine pauca? Ordo est. Va
tes.s.Lucan⁹,cecinit hęc.s.superiora,scriptu
rus.i.talis qui erat scripturus:miror autẽ cur
non dixit hæc scripsit vates scripturusq̃ &c.
aut hæc cecinit vates canturus &c.nisi molli
us sonat cecinit & durius canturus:atq̃ ver
bi eiusdem declinationem vitauit:scripturus
ergo plura quia completurus fuisset op⁹:sed
mors dira,per inuidiam & auaritiam Nerõis
illi illata,iussit illum silere ĩ medio cursu.s.vi=
tæ aut cantilenæ:aut lege cãtu:vt.i.quemad
modum accidit,cygno.i.holori:de quo Mar
tialis. Cãtator cygnus funeris ipse sui. qui.s.
cygnus fixus.i.transfixus,arundine.i.sagit
ta leui, interrumpit.i.in medio cantus rum=
pit carmẽ querulum.i.sonorum(nam auib⁹
proprium est dum canunt queri)mille.i.innu
meris,modis.i. modulationibus,& musicis
harmonijs:quod.s.carmẽ cœperat.i.incœpe
perat.Nec.i.& nõ,& phœnix auis in Arabia
quæ vnica inuenitur,reliquit non aliter.i.eo=
demmodo cantus mira dulcedine.i.habẽtes

Io.Sulpitii carmina velut
superioribus annectenda.

Erexit mẽtem trepidi tam fortis imago:
Et facturus erat memorandi nobile leti
Exemplum:sed fata vetant:& fida salutis
Ostendit fortuna viam:nam lęuus amicas
Prospexit puppes:nãdo quas ausus adire
Ecquid stamus? ait:vel iam per tela fretumq̃
Eripiar:iuguli vel non erit vlla potestas
Eunucho cõcessa mei.tunc puppe relicta
Prosilit in pontum:siccos fert læua libellos:
Dextra secat fluctus:tandemq̃ illæsus amico
Excipitur plausu clamantis ad æthera turbæ.

Eiusdem Sulpitii querela de interi
tu Poetæ opere nondum perfecto.

HAec cecinit vates:scripturus plura:sed
illum
In medio cursu iussit mors dira silere.
Accidit vt cygno: qui fixus arundine carmẽ
Mille modis querulum q̃d cœpat interrũpit.
Nec phœnix aliter quũ sese imponit in altum
Quẽ struit ipse rogũ: cantus dulcedine mira
Nondum perfectos plaudenti morte relinq̃t.
Nec secus Ismariis vates oppressus in oris
A Ciconũ nurib⁹ superum dũ cãtat amores
Brutaq̃ cum syluis & saxa sequentia ducit:
Haud potuit moriẽs medios absoluere cãt⁹.
Pro scelera.o supi.cruciat q̃ pœna Neronẽ?
Nũ rota?nũ saxũ?nũ stagna fugacia vexant?
An vultur?pẽdens ve silex?an feruet in vnda?
Illum cõburat Phlegethõ:lacerentq̃ cerastę:
Hydra voret: rapientq̃ canes:isq̃ flagellis
Torua megęra secet:nec sit reqesq̃ modusq̃.
Quanto fraudata est tua gloria plena nitore
Corduba?q̃q̃ minus te Mantua docta vereẽ?
Mantua cui primæ fulget nunc gloria palmę:

Sed contēta tribus longe lętetis alumnis.
Tu vero o noſtrum vates diuine laborem
Quem pro te ſubii nō auerſate probabis.

Finis.

miram dulcedinem: ſed nondum perfectos. quia reliquit morte plaudenti. i. exultāti propter innouationem eius & melioris vitæ adeptionem. vñ lubēs & plaudēs morit̃ phœnix quū. i. qñ ipſe imponit ſeſe in altū rogū quē ſtruit. ſ. ex virgulis aridis & aromatis ad ſolē poſitis: qbus alarum agitatiōe incēſis ſeſe in ignē immittit & ex cineribus nou⁹ oritur beneficio ſolis phœnix. Tertia ſiſitudo aptiſſima eſt. Nec ſecus. i. & nō aliter vates. ſ. Orpheus, oppreſſus eſt a nuribus. i. fœminis Ciconum qui ſunt populi Thraciæ: dū cantat ſpretis mulierib⁹ ob dolorem Eurydices raptæ iterū: vt Maro in fine quarti Georgicon late proſequitur: cantat amorem ſuperum. i. hymnos deorum: & ducit ſyluas & ſaxa ſequētia cū brutis. i. ſylueſtres homines vt interpretat̃ Horatius in arte. & ita cygnus, & phœnix, & Orpheus, & Lucanus, haud. i. nō potuit moriens. i. quia cogitur mori, abſoluere medios. i. ad medium perductos cantus. Pro ſcelera. exclamatio eſt cum deteſtatione ſcelerū & inuocatione deorum in vindictam. vnde apte dicit. Pro ſcelera. ſcribendum enim eſt pro non proh nec proch. O ſuperi, quę pœna cruciat nunc Neronem? Nimirum maxima: ſed ob maiora crimina in Petrum & Paulum apoſtolos & in cęteros Chriſtianos commiſſa: ac in matrē & Senecā, & patriam. Num. i. nunquid rota? qua in ſexto æneidos innuit̃ Ixion torqueri? nū. i. nunqd ſaxum? quod Siſyph⁹ voluit ibidem: nū ſtagna fugacia. i. fugientia a labijs Tātali vexant Neronem ſup? de Tātalo dicit Horatius primo ſer. Tantalus a labris ſitiens fugientia captat flumina. An vultur qui Tityi iecur exedit æne. vj. vel ſilex pendens. ſ. ſuper capita ambitioſorum? Quos ſup atra ſilex iamiam lapſura cadēti Imminet aſſimilis. An feruet in vnda. ſ. Phlegethōtęa? vnde imprecat̃ in Neronem dicēs. Phlegethon flu. ardoris inferni, cōburat illum: ceraſtæ. i. ſerpentes cornuti (de quib⁹ in ix. Lucani viſum eſt) lacerent illum: & hydra ſerpēs aquatilis voret illum: canes. ſ. rabidi aut diræ. i. furiæ raptent illum: & Megęra furia illa infernalis vltrix ſontiū torua. i. terribilis ſecet. i. dilaniet cutē eius ſemper, qa in inferno nulla eſt redemptio, flagellis, quib⁹ accincta dicit̃ a Marōe: nec ſit illi reqes. i. intermiſſio & modus. i. mēſura aut moderatio tormentorū. doluit autem idē Martiali quod Sulpitio noſtro: vnde exclamauit. Heu Nero crudelis: nullaq; inuiſior vmbra. Debuit hoc ſaltē nō licuiſſe tibi. O Corduba vrbs Bethica quāto nitore eſt tua gloria plena. i. quę ſi Lucanus vixiſſet, plena affuiſſet, eſt fraudata: & q̄. i. quātominus veret̃ te Mantua d[illegible]cta. i. q̄ doctum protulit Vergiliū: qa verita fuiſſet a te. i. tuo alumno ſuperari aut ſaltem æquari: ſi poeta opus cōpleuiſſet & emēdaſſet. Mantua inqt: cui gloria primæ palmæ fulget nunc. quia Lucanus pręuentus eſt morte: & ita manſit Vergilio gloria prima bono. Sed tu contenta tribus alumnis. ſ. Seneca philſopho, Seneca poeta tragico, & Lucano poeta & oratore lęteris lōge Tu vero o vates. ſ. Lucane, non auerſate. i. deteſtate (magis grammaticū eſſet non auerſatus: ſed ſic dixit, vt Perſius. Ramū milleſime ducis) pbabis. i. cōprobabis nr̄m laborē quē ſubij p te. ſ. commētarijs quibus ipſū explanauit. quā inuocationem plus poetice q̄ Chriſtiane dicit. Verum vt tandē receptui canā tu quoq; lector noſtros qualeſcūq; videbuntur labores in partem accipias bonam rogamus.

Finis trium Commētariorum cum plurimorum Annotationibus in. M. Annei Lucani Pharſaliam diligenter repoſitorū in ędibus Aſcēſianis Anno domini. M.D.XIIII. In vigilia triumphalis Aſcēſionis CHRISTI domini: Cui ſit laus & gloria.

Poetę Vita.

PHILIPPI BEROALDI de Patria genere & Vita Poetę appendix cum operis & sui deditione.



Ordubæ quæ ciuitas est Bethicę prouincię in Hispāia : Anneorum familia fuit illustris : clara duobus Senecis in primis vnicoq; Lucano. Lucanus itaq; patrē habuit nomīe Melam : matrē Aciliam. Romā adhuc infans a patre perductus condiscipulus fuit Persii : in poetica & oratoria eminētissimus. Cōplura reliquit ingenii monumēta. Orpheum. de quo Papinius. Et noster tibi pręferetur Orpheus. Syluas : Saturnalia : incendiū Troianum : & cunctis clariorem Pharsaliā. quam Papinius cęteris poematibus non dubitauit anteponere excepta Vergilii æneide : cū nec subiicit : nec præponit Pharsaliā : ita scribens. Quid maius loquor ipsa te latinis Aeneis venerabitur canentem. Lucano plectra secunda lyræ latię ab Apolline data : scribit Martialis. Lucanus : vt inquit Quintilianus : ardēs est & concitatus & sentētiis clarissimus & oratorib9 magis q̄ poetis imitādus. Vxorem habuit Pollam Argentariam Polli Argētarii filiam eruditissimam : quā omnibus dotibus fœmineis præditam fuisse canit Calliope Papinii. A Nerone prohibitus ostentare carmina hæsit coniurationi Pisonianę quæ in Neronem duce Pisone insurrexerat. In hac deprensus accepto libero mortis arbitrio venas secuit. quod idem fecit Seneca Lucani patruus. auctores Eusebius : & Corneli9 Tacit9.

Ego Philippus Beroaldus Bononiēsis hos Commētarios in Lucanum condidi quos nomini tuo clarissime pręses oīq; laude dignissime dico ac meipm trado.

~~domino [illegible]~~

~~domine carissime~~

amico carissimo

rogo te facias hoc negocium quia mihi plurimum convenit et hoc est.

ma

perendie ibamus per unam viam

